DECISIONES AVREÆ DN. SERAPHINI OLIVARII RAZZALII

SACRAE ROTAE ROMANAE DECANI.
Postea Patriarchæ Alexandrini, ac denique S.R.E. Tit.
S. Saluatoris in Lauro, Cardinalis celeberrimi.

Ex originalibus Authoris, summo Studio depromptæ, adiectis Summarijs, ac Indice locupletissimo, vna cum multis additionibus ex ipsarum causarum patrocinijs desumptis.

INGENIO, AC LABORE
LAVRENTII VITALIS BONONIENSIS
I. V. D. eius intimi familiaris.

OPVS EGREGIVM, LEGALIS PRVDENTIAE PLENVM, & omnibus in foro siue Ecclesiastico, siue sæculari versantibus, ibidemque litigia tractantibus apprime necessarium.

HAC NOVISSIMA IMPRESSIONE DILIGENTI CVRA RECOGNITAE & extirpatis quibuslibet erroribus publici iuris factæ.

PARS SECVNDA.

CVM PRIVILEGIIS, ET LICENTIA SVPERIORVM.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXVIII.

[illegible]

SACRAE ROTAE ROMANAE [illegible]

[illegible]

Ex originalibus Authoris, summo Studio [illegible]

ac [illegible]

[illegible]

INGENIO, AC LABORE

LAVRENTII VITALIS BONONIENSIS

I. V. D. eius intimi familiaris.

OPVS EGREGIVM, LEGALIS PRVDENTIAE [illegible]

[illegible]

HAC NOVISSIMA IMPRESSIONE DILIGENTI CVRA RECOGNITVM

& extirpatis quibuslibet erroribus publici iuris factum.

PARS SECVNDA.

CVM PRIVILEGIIS, ET LICENTIA SVPERIORVM.



[illegible]

DECISIONVM
R. P. D. SERAPHINI
Oliuarij Razzalij
S. P. A. CAVSARVM AVDITORIS.



PARS SECVNDA.

GERVNDENS. PRÆCENTORIÆ.

Die Mercurij 4. Nouembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ confidentiarum Piorum IV. & V. locum habent, quando quis acceptato beneficio illud retrocedit in fauorem resignantis reseruata sibi pensione, vel regressu, etiam quòd eadem die hæc gesta non fuerint; dummodo intra modicum temporis spatium, quod per Bullam Pij V. declaratur intelligi duorum, uel trium mensium.*

2 *De natura legis est, futuris formam dare, non autem præteritis negotijs.*

3 *Lex superueniens comprehendit etiam actus præteritos, qui postea effectum suum sortiuntur.*

4 *Bullæ super confidentijs loquuntur de illis regressibus, qui de iure habentur pro confidentialibus, & comprehendunt etiam illos, qui tolerabantur, cum essent illiciti, & num. 6.*

5 *Omnis lex recipit interpretationem à consuetudine.*

DECISIO M I.



1 OMINI dixerunt † Bullas confidentiarum habere locum in casu isto, non obstantibus ijs, quæ deducuntur, nā quantum ad Bullam fel. record. Pij V. illa est clara contra eos, qui acceptatis beneficijs, illa retrocedūt in fauorem resignantium, reseruata sibi pensione, vel regressu, quæ omnia vult cassa & extincta esse, & in hac parte loquitur de præteritis vsque ad §. *& insuper*, & applicatur optimè casui isto, in quo fuit reseruatus regressus resignatario vigore retrocessionis factæ ad fauorem resignantis intra modicum tempus, litteris non expeditis, sed & clarior est Bulla fel. record. Pij V. qui in §. *quare nos*, statuit eo ipso confidentiam censeri, si quis beneficium ex resignatione cum circuitu retrocessionis reseruato regressu vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit; quæ verba apertè decidunt hunc casum, in quo Ioannes cessit Guilhelmo, qui postea retrocessit Ioanni, reseruato sibi regressu, etiam quòd eadem die hæc gesta non fuerint, dummodo intra modicum temporis spatium, quod Bulla intelligit duorum aut trium mensium; & hæc Constitutio non solum comprehendit cessiones faciendas, & regressus reseruandos in futurum, sed etiam factas, & regressus reseruatos, quia in §. *sed ne quisquam*, priuat etiam eos, qui receperunt huiusmodi beneficia, regressus, & pensiones, intercedente hoc confidentiæ vitio; nisi statim ad se reuersi resipiscant, & celeri dimissione sibi prospexerint; quæ verba necessariò debent intelligi ante Bullam, quia in postea reseruatis non habet locum resipiscentia, & celeris dimissio: & tanto magis hæc in casu isto procedunt, in quo versamur in regressu, qui sortitus est effectū

2 post Bullas, quo casu † licet aliàs de natura legis sit futuris dare formam, non autem præteritis negotijs, *l. leges, C.*

3 *de legib. c. fin. de constitut.* † nihilominus lex superueniēs comprehendit etiam actus præteritos, qui postea sortiuntur effectum suum, *Felin. in cap. fin. numero 11. de Constit. post gloss. in Clem. 2. in verbo, in posterum. de ætat. & qual. & ita loquitur decisio in causa Legionensi Canonicatus coram bon. mem. Oradino aliàs allegata*. Non obstat, quod

4 † Bullæ loquantur de illis regressibus, qui de iure communi, & ex consuetudine erant, & habebantur pro confidentialibus; non autem de istis, qui erant tolerati, vt in

5 *decis. Put. 525. libro 2. Peregrin. 39. & 45. lib. 2.* † cum omnis lex recipiat interpretationem a consuetudine, *Bal.*

a *consilio 407. numero 14. lib. 1. cum alijs allegatis.* a quia cum *Puteus & Peregrinus* fateantur similes resignationes de iure esse nullas, & simoniacas, *vt etiam probatur in varijs decisionibus, Crescent. 78. Mohedan. 214. Palæott. 150. & ex cap. cum pridem, & cap. pactiones. de pact.* cum isti actus sint reciproci, *Sarnens. in reg. de triennali q. 12. nu.*

6 *13.* necesse est fateri, † has constitutiones, quæ emanarunt ad tollendos abusus, comprehendere hos casus tolerantiæ rei per se illicitæ; & hoc colligitur ex constitutione Pij V. quæ loquitur de hoc confidentiæ crimine commisso per huiusmodi illicitos circuitus. Nec obstant verba proœmij, quia referunt tantum illas causas, quæ dederūt occasionem legis condendæ, non aūt restringūt dispositionem, cuius tō cōprehendit oēs illicitas confidentias. Non obstat q̃ Constitutio præfata Pij V. *in §. sed ne quisquā*, non loquatur expressè de regressibus, quia sufficit, q̃ de illis relatiuè intellexerit, per illa verba (beneficia, pēsiones, aliasvè res) & ibi comprehendantur tā præteritæ resignationes, quam futuræ, cū priuet in præteritis; & inhabilitet ad futuras. Neque obstat vltimo, quod Constitutio Pij IV. videatur restricta ad Cardinales, Episcopos, & Clericos

Cameræ Apostolicæ, quia absurda esset hæc interpretatio, & in omnem euentum Bulla Pij V. tollit omnem ambiguitatem. Et ita concluserunt.

* *Cum hac decisione conferunt alia in hac eadem causa prius factæ coram bon. mem. Gipsio, præsertim 9. Decembris anni præteriti.*

a *Et per Illustriss. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. in fine. Io. Nicol in repet. l. generaliter. num. 80. C. de secund. nuptijs. Gabr. in Comm. concl. tit. de consuetud. concl. 1. num. 43.*

Tudertina Bonorum.
Die Mercurij 2. Decembris 1592.

DECISIO MII.

* DOmini dixerunt standum esse in decisis, * non obstantibus deductis pro parte Bentiuenghæ; nam quantum ad instrumentum locationis bonorum maternorum, illud non est in forma probanti, & prædium Turris del Riccio, est de bonis comprehensis in donatione, & in catastis Ciuitatis reperitur descriptum inter bona Ioannis Pauli, non autem inter bona eius vxoris. Quantum ad censum allegatum, non constat illas pecunias fuisse expositas in solutionem æris alieni ipsius Ioannis Pauli. Quantum ad apochas, illæ sunt scriptę manu vnius ex aduersarijs, & etiam non releuant, nam etiam quòd aliquæ solutiones fuissent factæ ex proprijs bonis ipsorum filiorũ, de quo tamen non constat, hęc tamen sunt compensanda cum fructibus in vita patris donantis perceptis. Nec facit, quòd fructus non sufficerent pro extinguendis debitis, cum ex illis esset alendus Io. Paulus cum sua familia, quia hoc non probatur à Bentiuengha; Vnde remanet inconcussum fundamentum Michelinæ super instrumento donationis continentis maiorem partem bonorum paternorum. Quantum verò ad relaxationem sequestri, Domini dixerunt non esse relaxandum, non quidem ad fauorem Bentiuenghæ, cum appareat de non iure ipsius, neque etiam ad fauorem Michelinæ, quia indiget tertia sententia. Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris, 5. Iunij proximè præteriti.*

Terraconens. Villæ de Reus.
Die Veneris 4. Decembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Habens facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, non censetur ab ea velle recedere, si vrbanius agendo adeat iudicem pro assistentia.*

2 *Per inhibitionem iuxta formam commissionis habentis Clausulam, Sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum, non prohibetur capi possessio etiam propria auctoritate.*

3 *Exequutor litterarum Apostolicarum in litteris deputatus, non attentat.*

4 *Inhibitio non causat attentata circa ea, in quibus non est lis.*

5 *Consensus partis excludit attentata.*

6 *Per ratificationem partis excluduntur attentata.*

DECISIO MIII.

FVit per Dominos cõclusum, possessionem captam per D. Archiepiscopum non fuisse attentatam; quia
1 † Archiepiscopus habebat facultatem illam capiendi propria auctoritate sibi concessam in Breui confirmationis; Vnde licet vrbanius agendo fuerit aditus iudex pro assistentia; non tamen hoc facit, quin voluerit vti facultate sibi competente, *Paris. cons. vlt. lib. 4. Achill. decis. vlt. de attentat. per doctr. Bart. in l. 2. in 2. lect. n. 26. C. de pignor. Ruin. cons. 152. n. 10. lib. 4. Socin. cons. 82. n. 8. lib. 5. Dec. in l. vlt. n. 5. C. de pact. Luccard. in l. 1. n. 49. eod. tit.* & Vniuersitas non possidebat: Vnde cessat doctrina allegata in contrarium, *Bart. in l. creditores, C. de pignor.* Neque obstat inhibitio
2 Rotalis, † cum data fuerit iuxta formam commissionis quæ habet Clausulam, Sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum, *Put. decis. 323. lib. 3. cum alijs allegatis per Modernos Perusin. de attent. post inhibitionem. in 13. limitat.* Nec obstat, quòd hæc Clausula sit restricta, ita vt non impediat exequutores Apostolicos; quia non ideo cẽsetur ablata facultas capiendi propria auctoritate, cũ exequutio litterarum Apostolicarum sit simpliciter reseruata; vltra quòd possessio ista potest sustineri tamquam data
3 ab exequutoribus Apostolicis, quia † à Reuerendiss. Domino Amerino exequutore deputato in litteris fuit expeditus processus fulminatus directus omnibus & singulis, qui fuit præsentatus Ioanni Sabbater Officiali Regio, ad quem Vniuersitas habuerat recursum, & illius vigore potuit procedere vti merus exequutor, *ad notat. in c. fi. de præsumpt.* & sic cessat, quod dicitur inferiores citra vitium attentatorum non potuisse se in huiusmodi exequutione intromittere, ex quo Papa dans speciales exequutores, vĩ hanc exequutionem ad se auocasse, iuxta *c. vt nostrum, de appellat. Rota 5. de appellation. in nou. Felin. d. cap. fin. nu. 38.* cùm auctoritate ipsius totum hoc, quod gestum fuit, in-
4 nitatur. † Facit præterea, quod Commissio cuius uigore emanauit inhibitio, restricta est ad venationes, pascua, aquæductus, piscationes, ius lignandi, & minerias, quarũ rerum possessio non fuit capta, sed solum Villæ & rerum, quę ratione iurisdictionis ad Villam spectabant, & quæ non erat in lite, *Aegid. decis. 528. cum alijs per Modern. ubi supra limitat. 5.* Adest etiam consensus ipsius Communitatis, quæ permisit Archiepiscopum capere possessionem,
5 † qui consensus excludit attentata, *Crescent. decis. 17. Modern. de attentat. lite penden. limit. 16.* Neque facit, quòd protestata fuerit, quia protestatio respicit venationes, pascua, & alia supradicta, quorum tradita non fuit possessio. Po-
6 stremo, † sibi præiudicauit Communitas, quatenus possessio esset attentata, prout non est, cum acceptauerit compositionem, cũ Clausula, Dummodo fuerit paritum per Vniuersitatem, & particulares, litteris Apostolicis, iuxta earum tenorem, & non aliàs, aliter, nec alio modo; hoc enim pacto uidetur possessionem captam ratificasse. Et ita conclusum.

Maceratens. Cessionis.
Die Mercurij 9. Decembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Læsio est probanda.*

2 *Cessio hæreditatis per minorem aditę, etiam cum beneficio legis & inuentarij, potest esse non læsiua.*

3 *Per cessionem hæreditatis defuncti decocti consulitur honori, & animæ defuncti, ex quo omnia debita soluuntur, etiam quòd excedant uires hæreditatis, & hæredes à molestijs litium, & dissensionibus liberantur.*

4 *Decretum iudicis in contractu minoris interpositum ab eo, qui erat solitus interponere, sustinetur, etiam si ipse procedat uti delegatus.*

5 *Tutor testamentarius non indiget iudicis confirmatione, & gesta per eum ante confectum inuentarium, & alia solemnia tenent, licet possit uti suspectus remoueri.*

6 *Mater tutrix testamentaria non habet necesse renunciare secundis nuptijs.*

7 *Non prohibetur tutor præstare auctoritatem in eo, quod concernit suum interesse, non tamen principaliter, sed in consequentiam.*

8 *Statuta ciuitatis immediatè Sedi Apostolicæ subiectæ facta, non ualent, nisi de licentia Papæ.*

9 *Statuta à Papa confirmata, cum Clausula, Quatenus in vsu, non præsumuntur vsu recepta, nisi probetur.*

DE-

DEISIO MIV.

FVit resolutum cessionem fuisse validam, non obstanti-
bus ijs, quæ in contrarium deducuntur, quæ ad tria po
tissimum capita reducuntur, nempe læsionis, defectus cau
1 sæ, & defectus sollemnitatum. † Quantum ad læsionem, ea
hactenus probata non est, quod in necessarium esset, *l. nam
& postea, §. si minor. de iuretur.* immo adest ex hactenus per
Rotam degustatis aliqua præsumptio in contrarium, ex
relationibus calculatorum. Neque obstat, quod dicitur,
2 † non posse considerari aliquam vtilitatem pupillorum,
qui erant hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, & nō
poterant sentire aliquid incommodum ex aditione, etiā
quòd hæreditas non esset soluendo, *iux. l. fi. C. de iur. delib. §.
3 sancimus. & §. si verò, Auth. de hæred. & Falcid.* † quia per
huiusmodi cessionem consultum fuit animæ & honori de
functi, cum hoc pacto sit prospectum, vt omnia debita sol
uantur, ēt quòd excederent vires hæreditarias, & liberati
sint hæredes molestijs litium, & discussionum, quæ solent
fieri, & euenire in istis casibus. Quantum ad effectum cau
sæ, etiam non probatur, immo de contrario constat, cum
adessent multi creditores, & pro maxima summa, & quan
titate, & etiam quantum ex bilancio colligi potest in præ-
sentia, vltra vires hæreditarias, qui poterant cogere pupil-
los, vt ad bonorum alienationem deueniretur, *iuxta text.
in l. magis puto. de reb. eorum, & in l. ob æs alienum. C. de præd.
min.* Nec obstat, quòd possent haberi dilationes ab aliqui-
bus eorum: quia hoc erat incertum, & plures non dedis-
sent dilationes, nisi cum valida assecuratione, quæ haberi
alio modo per pupillos non poterat, quorum hæreditas
iam erat detecta maximo ære alieno grauata, & quod de-
bita excedebant credita in vndecim millibus florenis.
Quantum ad sollemnitates, censuerunt quoque Domini,
nullum adesse defectum; nam in hac cessione interuene-
runt ea, quæ de iure tam communi, quàm municipali re-
quiruntur, etenim facta fuit cum auctoritate iudicis, ad-
hibita causæ cognitione per aliquot dies ante, & adhibi-
ta informatione per deputatos a Iudice, prout in narratio
ne ipsius cessionis. Adest etiam consensus consanguineo-
rum, tam ex latere patris, quàm matris, prout requiritur
à statuto, factaq; fuit per personas legitimas, nempè, per
fratrem maiorem, & matrem tutricem testamentariam.
Neque obstat, quod matri non fuisset decreta administra
tio per Iudicē; quia dupliciter respondetur; Primò, quòd
4 constat de contrario, † cum adfuerit decretum Vicepote-
statis, qui licet per diem ante ostendatur fuisse deputatus
ad vnicum actū tantum; non tamen ex hoc sequitur, quod
in defectum Potestatis, ipsē non habuerit generalem fa-
cultatem in alijs causis, prout attestantur practici curiæ
Maceratensis, qui dicūt eum solitum facere similes actus,
ita quòd locum hic habebit *dispositio l. Barbarius de off.
Prætor.* quæ procedit etiam in delegato, *vt de comm. testa-
tur Vantius, tit. quib. mod. sent. null. defendi & repar. poss.
n. 46.* Secundò respondetur, quòd dato pro vero, quòd ma-
tri tutrici testamentariæ sit decernenda administratio,
5 quod tamen in iure controuersum est, † cum confirma-
tione non egeat, *vt per Bart. in Auth. Matri & auiæ, n. 17.
C. quand. mul. tutel. off. Capic. decis. 50.* tamen interim gesta
per eam ante confectum inuentarium, & impleta sollem-
nia tenēt, licet possit vti suspecta remoueri, *Bart. in l. tutor
qui repertorium, n. 2. de admin. tut. & in d. Auth. Matri &
auiæ, n. 17. Fab. decis. 18. lib. 2. Chisan. decis. 197. Capic. vbi su-
* pra, cum alijs allegatis.* * Neque est verum, quod ista proce
dant in gestis post administrationem, quia ista limitatio
non est vera, cum supradicta Conclusio procedat etiam
ante confectum inuentarium, vt per Doctores allegatos;
& tamen administratio non decernitur, nisi illo confecto,
*vt post Bart. & alios, dictum fuit in causa Firmana de Mont.
a coram bon. mem. Bub.* a Non obstat, quod † mater non re-
6 nunciauerit secundis nuptijs, quia hoc non requiritur in
matre tutrice testamentaria, *Alber. & Bal. in d. Auth.
Matri & auiæ. Put. decis. 427. lib. 2.* quod maximè dicendū
est hic, vbi adest generalis renunciatio, *Capic. deci. 50.* Non
7 obstat, quòd † mater tutrix auctorizauerit hāc cessionem
ad propriam vtilitatem, & commodum ob restitutionem
dotis: quia huiusmodi interesse venit in consequentiam,
& non attenditur, *Put. decis. 31. lib. 3.* Vltimò non obstat,
quod deducitur de statutis, quia ex facto tollitur obiectū,
8 sed etiam dici potest, quòd † cum sint statuta Ciuitatis
immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ, non valent, nisi de
licentia Papæ, *vt per Bald. & Caccial. in l. omnes populi. de
iust. & iure. & fuit decisum per Rotam in vna Montis Fali-
b sci* b *de an. 1584. coram bon. mem. Cantuccio:* Vnde † cum
9 postea fuerint confirmata à fel. rec. Gregorio XIII. cum
Clausula, Quatenus in vsu, tali casu non præsumitur vsu
receptum, nisi probetur, *vt fuit resolutum in vna Leodien.
c Canonic. 16. Nouemb. 1571.* c Et ex his conclusum pro
cessionis validitate.

* *Dec. in c. ex parte, de appell. Put. decis. 191. lib. 1. & 426. lib. 2. Plot. cons. 88. num. 4. post Cum. & Alex. quos citat.*

a *Sub die Veneris 16. Decemb. 1583. & Mercurij 1. Febr. 1584.*

b *In vna Montisfalisci hæreditatis 19. Martij 1584.*

c *Gerātis Illustr. Card. Lancellotto in impress. diuers. nouiss. 16. p. 1. fal. 1ō. adrescripta Domino Corta.*

Romana Census.
Die Lunæ 14. Decembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio non requiritur in adiudicatione rei, quæ est minoris valoris, quàm debitum.*

2 *Reus in exceptione censetur actor.*

3 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, censetur notoriè iniusta.*

4 *Rota non admittit onus transferendi probationem in aduersarium.*

DECISIO MV.

DOmini censuerunt onus probandi valorem Castri in
cumbere Illustriss. Domino Federico, quia Domin
Syluerij habent intentionem fundatam super nullitate
alienationis, ex eo quòd subhastatio non præcessit, *l. ordo.
& ibi Salicet. C. de exequut. rei iud. cum alijs in decisione
* aliàs facta allegatis.* * Vnde si deducitur ex aduerso li-
1 mitatio, † vt prędicta conclusio non procedat, si res data
in solutum sit minoris valoris, quàm debitum, *iuxta notat.
per Castr. in l. à Diuo Pio, §. si pignora. de re iudic. Put. decis.
252. lib. 2.* probandum est valorem Castri non excedere
2 debitum, † reus enim in exceptione censetur actor, *l. in
exceptionibus. de probation.* & postquam actor probauit
intentionem suam, debet ipse probare suam exceptionē,
3 *Aym. cons. 226. num. 8.* † Neque obstant sententiæ, quia
eo ipso quod ex actis non constat de aliqua subhastatio-
ne, nec de valore Castri, redduntur notoriè iniustæ, *iuxta
opinionem Franchi in c. dilecto, quæst. 55. de appellat. Felin.
in cap. inter ceteras, col. fin. de reiudic. quam seruat Rota, vt
per Put. decis. 401. in causa Toletana. lib. 1.* & maximè
quia in sententijs adiudicatio fit Thadeo & Alexandro
pro summis & quantitatibus eis debitis, & pro concur-
renti quantitate, quæ verba important, vt pro iusta æsti-
matione, non autem in solutum pro toto credito facta
censeatur, vt capiatur ea interpretatio, quam de iure ca-
pere debemus, Nec obstant præsumptiones in contrariū
deductæ, quia aut Dominus Federicus illis vtitur ad pro-
bandum valorem non excedere creditum, & nunc de hac
re non agitur, sed erit particulariter videndum, an suffi-
4 ciant, † aut ijs vtitur ad transferendum onus probandi
in aduersarium, & hoc genus translationis Rota non ad-
mittit: Vltra quòd adsunt nonnullæ coniecturę, quę ex va
rijs venditionibus deducuntur per informantes in facto.

* *Sub die Veneris 24. Aprilis proximè præteriti.*

Vrbeuetana Census.
Die Veneris 18. Decembris 1592.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum, per quod restitutio pecuniarum confertur in arbitrium emptoris, est vsurarium, & reddit censum ipso iure nullum, & est contra substantiam census, vt num. 4. & fructus exacti cedunt in ipsius extinctionem, vt num. 6. & 8.*

2 *Ad acquisitionem fructuum census sufficit malam fidem abesse, limit. vt nu. 8. & 9.*

3 *Mulier propter ignorantiam iuris excusatur etiam ad effectum acquirendi fructus.*

4 *Pactum contra substantiam contractus appositum in materia vsuraria, facit quòd cōtractus dicatur esse mutui.*

5 *In mutuo omne quod præter sortem exigitur, sub vsurā cadit.*

6 *Femina non excusatur ob sexum, si fecerit contractum prohibitum & usurarium, ad effectū percipiendi fructus.*

7 *In contractibus à iure reprobatis bona fides non potest acquisitionem fructuum operari, cum ipso iure fructus extenuent sortem.*

DECISIO MVI.

* CVm resolutum esset * † pactum appositum in censu
1 de quo agitur, annullare censum, ex eo quòd collata
erat restitutio pecuniarum in arbitrium emptoris, nempè vt venditor teneatur illum redimere arbitrio ipsius
emptoris, quod pactum est vsurarium, & reddit censum
a ipso iure nullum, *vt fuit pluries resolutum.* a Fuit dubitatum, an fructus ex censu percepti venirent restituendi, siue computandi in sortem, & pro negatiua allegabatur
fructus fuisse perceptos bona fide à sponte soluentibus,
2 ideoq; † ad eorum acquisitionem sufficere abesse malam
fidem, *l. sed si lege, §. scire, & ibi Bart. de petit. hæred. Rot. de-cis. 4. de restit. spol. in no. Bero. consilio 60. numero 52. lib. 3.*
3 † Nullitatem verò oriri ex iure controuerso, an pactum
huiusmodi sit contra substantialia, vel accidentalia contractus, & cum fuerit contractum cum muliere harum
iuris subtilitatum ignara, eam propter iuris ignorantiam
excusari, etiam ad effectum acquirendi fructus, *Fulgos. in l. non fatetur, in princ. de confess. Alexand. cons. 214. num. 3. lib. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. nu. 17. cum*
b *alys per informantes allegatis.* b † Contrarium tamen
4 conclusum fuit, ex quo sumus in materia vsuraria, ob pactum contra substantiam contractus appositum, quod fa-
5 cit, vt contractus sit mutui. † In quo omne, quod præter
6 sortem exigitur, sub vsuram cadit; † Ideoq; fructus omnino debent cedere in extinctionem sortis principalis, vt
per Socin. cons. 59. num. 27. lib. 1. Paris. consilia 54. numer. 79.
7 *lib. 1. Roland à Vall. cons. 40 num. 37. lib. 2.* † Neque excusari ob sexum, cum fuerit initus contractus in loco, in quo
aderat facultas consulendi iurisperitos, vt per *Doctores, in*
8 *cap. salubriter, de vsur. & ibi Abb. num. 4.* † minusq; bonam fidem operari acquisitionem fructuum in contractibus a iure reprobatis, cum ipso iure fructus extenuent
sortem, *vt habetur in capit. cum contra, de pignor. & in l. 1.*
9 *& 2. C. de pign. action.* † Contraria verò procedunt in ijs
casibus, in quibus nulla labes vsuraria considerari potest.
Et ita conclusum fructus in sortem computandos.

* *Sub die Veneris 13. Nouemb. proximè præteriti.*

a *Præsertim in Perusina Affictus. 3. Decemb. 1571. coram Card. Lancellotto, & in Roman. census 11. Ianuarij 1585. coram Reuerendiss. D. Vicecomite, & supra coram Illustrissimo Cardin. Domino meo Seraphino in hac eadem causa sub die 13. Nouembr præsentis anni, & in Roman. Turris buballaria 7. Nouemb. 1575.*

b *Et per Lambertengh. de Statu Mediolan. in glos. prima, numer. 154. & 164. & fuit dictum in Foroliuien. census 13. Nouembr. 1589. coram bon. mem. D. Orano.*

Mediolanen. Capellaniæ.
Die Veneris 15. Ianuarij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus ad præsentandum, quod ex forma fundationis præscribitur, attendi debet, non autem tempus à iure communi statutum, & num. 4.*

2 *Patronus præsentans aliquem, qui electionem non acceptauit, nec eam prosequutus fuit, habet tempus integrum ad nouam præsentationem faciendam.*

3 *Text. in cap. si electio, de election. in 6. locum habet etiam in iure patronatus.*

5 *Aliud est, quod in fundatione præscribatur tempus ad eligendum personam, aliud quòd præfigatur tempus ad præsentandum.*

6 *Narratiua illa, quæ non dat causam gratiæ, & caret dolo, non facit gratiam subreptitiam.*

7 *Confessio quamuis implicita, multum facit ad detegendam rei ueritatem.*

DECISIO MVII.

FVit dubitatum, An electio & præsentatio Ioannis Basilicæ, fuerit facta in tempore, & præsuppositum fuit
sine veri præiudicio, quod beneficium vacauerit die 12.
Februarij 1586. & quòd eius rei notitiam habuerit patronus, & quòd deinde 16. Aprilis sequentis fuerit facta præ-
1 sentatio Ioannis Basilicæ, † & ita post bimestre datum, vt
prætendebatur ex aduerso ad præsentandum in fundatione ipsius beneficij, ex quo colligebatur nullitas præsentationis extra tempus factæ. Contrarium tamen conclusum
fuit per Dominos, nempe factam fuisse in tempore, moti
2 sunt ea ratione; quia, † antequam patronus præsentaret
Basilicam prius sub die 18. eiusdem mensis Februarij elegerat Dominum Ambrosium Platum, qui cum non acceptauerit dictam electionem, neque eam prosequutus fuerit, competebat patrono tempus integrum duorum mensium ad nouam electionem & præsentationem faciendā,
cum ei non potuerit adscribi aliqua culpa, uel negligentia, stante priori nominatione, & electione per eum fa-
3 cta, *cap. si electio, de election. in 6.* † quod locum habet
etiam in iure patronatus; *Rota 8. de iure patron. in nou.*
Non obstat, quòd ex aduerso obijcitur, dictum textum
loqui in præsentatione, ita ut per patronum impletum sit
id omne, quod in eo erat, non autem in simplici nominatione absque præsentatione, *vt tradit Cardin. in capit. fin. de iure patron. Roch. in verbo, honorificum, num. 74. Lambertin. lib. 2. parte 2. q. 1. artic. 17. numero 5. circa finem.*
4 Quia † hoc procedit inspecta dispositione iuris cōis, quo
præfixum est tempus quattuor mensium ad præsentandū;
5 sed in casu isto † aliud est inspecta forma fundationis, in
qua terminus duorum mensium præfigitur ad eligendum personam postea præsentandam, non aūt ad præsentandū, quod manifestè colligitur ex diuersitate actuum fiendorum; nam dicta electio postmodum debet quàm cito commodè fieri poterit, præsentari electo, qui postea infra octo dies tenetur ei consentire, vel dissentire, & postremo infra quindecim dies ab ea die, qua electioni consenserit accedere ad superiorē pro confirmatione obtinēda. Ex quibus clarè patet fundatorē sub vocabulo electionis noluisse cōprehendere præsentationē, sed habuisse eas pro diuersis. Non obstat, q. obijcit non esse habendā rōnem fundationis assertæ, cū non sit in forma probāti, sed potius standū Breui confirmationis fel. rec. Greg. XIII. in quo narratur tps bimestre datū ad præsentandū, quia nihil facit ad rē, cū illud Breue nō contineat fundationē Capellæ, neque eius confirmationem; sed fuerit impetratū ad alium effectū, nempè, ne censeret ius patronatus amissum propter alienationē cuiusdam domus, cui videbatur cohærere, q. cum fuerit obtentum ad partis supplicationem, illa narra-

tiua

ita non probat, sed est probanda, neque etiam quod non
6 sit vera, facit gratiam subreptitiam † cum narratio illa nō dat causam gratiæ, & dolo careat, sed quantum ad id, de quo agitur, cum referat se ad fundationem, quam Rota habuit pro sufficienter adminiculata, vtique magis est standum relato quàm referenti, præsertim cum concurrant hic duo, quæ maximè coadiuuant hanc scripturam: Primum, quòd in ea reperitur cautum circa domum, id quod in breui narratur: Secundum, quòd Franciscus aduersarius eodem modo præsentatus fuit post duos mēses, & sic tacitè visus est confiteri talem præsentationem hoc
7 pacto fieri potuisse, † quæ confessio quamuis implicita, multum facit ad detegendum rei veritatem, *Aegid. decis.684.*

Burgens. Iurisdictionis.
Die Sabbati 23. Ianu. 1593.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inter Episcopum & Capitulum loquens de correctione & punitione, comprehendit tam punitionem iudicialem, quam correctionem extraiudicialem, quæ fit in uisitatione.*
2 *In contractibus indefinita æquipollet vniuersali.*
3 *Concordia sumit interpretationem ab his, super quibus lis pendebat, ita ut per eam censeatur impositus finis omnibus controuersiis.*
4 *Ius visitandi est de spectantibus ad iurisdictionem.*
5 *Licet de iure statutum sit, quòd Episcopi debeant uisitare suas Ecclesias singulis annis, non tamen prohibentur pluries ex causa id facere.*

DECISIO MVIII.

Dubitatum fuit, an ad Archiepiscopum Burgensem spectet facultas visitandi Capitulares Ecclesiæ Burgensis: Hoc dubium pendet ab interpretatione cōcordiæ, nempe an in ea comprehendatur visitatio: nam inspecto iure communi, & decretis Sacri Concilij Tridentini Archiepiscopus habet fundatam intentionem. Causa itaque per me proposita, Domini amplexi sunt eam sententiam,
1 quod visitatio comprehendatur in concordia, † cum enim loquatur de correctione & punitione, dubium non est, quin hæc verba apta sint comprehendere tam punitionē iudicialem, quàm correctionem extraiudicialem, quę fit in visitatione, *c.4. §. sane, de censib. lib.6.* præsertim, cum loquatur de exercitio iurisdictionis, correctionis, & punitionis, quæ verba videntur includere omnem correctio-
2 nem, cum † etiam in contractibus indefinita æquipollear
3 vniuersali. Confirmatur ex eo, quod † concordia sumit interpretationem ab his, super quibus lis pendebat, ita ut per eam censeatur impositus finis omnibus controuersiis, prout diserte in ea continetur: Erat autem lis super Capituli exemptione à Iurisdictione Episcopi, in qua contine-
4 batur etiam ius visitandi, † quod est de spectantibus ad iurisdictionem, *c. conquerente, de offic. Ordin. & fuit resolutum coram me de anno 1580. in una Legionen. Iurisdictionis.* * & etiam ex laudo Innocentiano & commissionibus apparet clarè controuersiam fuisse super visitatione, & ab anno 1492. vsque ad annum 1504. concordia fuit pręcisè obseruata, absque eo quod Episcopus visitauerit, & si aliter diceremus facilè eluderetur concordia, & in summa placuit Dominis *decisio facta coram me in illa Legionen.* quæ videtur hunc casum in terminis decidere. Neque ob-
5 stat, quod dicitur non posse eludi concordiam, † cum visitatio fiat semel tantum in anno, quia *text. in cap. decernimus, 10. q. 1.* dicit tantum, quod Episcopi debent visitare Ecclesias singulis annis, sed non prohibet, quin possint pluries ex causa id facere, *ut per Card. in Clem. fin. de stat. monach.* Nec obstat, quod hoc pacto censeretur visitatio sublata, quia non est sublata, sed tantum præscribitur quidam modus & forma per concordiam confirmatam à Sede Apostolica, secundum quam puniri & corrigi debent delicta, & hæc concordia non fuit sublata per Concilium, ut *aliàs resolutum fuit in hac causa.* a

a *Sub die Veneris 1. Iulij 1580.*
a *Præsertim die Veneris 27. Iunij 1586.*

Ilerdens. Dismembrationis.
Die Mercurij 27. Ianuarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Arrendamenta non probant valorem beneficij, nec testis, qui ad ea se refert, declara vt num.3.*
2 *Valor beneficij narratus per modum affirmatiuum requirit plenam probationem, nec sufficit semiplena.*
3 *Testis deponens se arrendasse dicitur deponere de qualitate, ex qua inferri potest ad scientiam veri valoris fructuum.*
4 *Per vnionem supprimitur Ecclesia unita, & omnia transferuntur in eam, cui fit unio.*
5 *Prælatus Ecclesiæ, cui fit unio, dicitur Prælatus etiam vnitæ, & cura residet penes eum, exercitium verò penes Vicarium.*
6 *Subreptionis non dolosæ non est habenda ratio.*

DECISIO MIX.

Fuit resolutum gratiam dismembrationis non esse iustificatam respectu valoris, nam valor Archidiaconatus narratus ascendere ad sexcentum ducatos non proba-
1 tur. † Arrendamenta enim non probant valorem, *Sarnen. in regul. de ualor. q. 11.* testes etiam non probant, nam primus super secundo dicit fructus Archidiaconatus, & Vicariæ fuisse arrendatos in magna summa, sed nescit quantitatem, & super tertio loquitur de arrendamento in quingentis libris, sed nescit, an hoc esset vltra onera: Vnde neque concludit, neque facit fidem, cum referat se ad arrendamentum, cui si non creditur, multo minus testi de eo deponenti credendum est, & ita etiam respōdetur tertio testi, sed neque etiam deponunt deductis one-
2 ribus, † prout probari debet valor narratus per modum affirmatiuum, in quo requiritur plena probatio, nec sufficit semiplena, *Guid. bo. decis. 25. Achill. 2. de valor. & fuit dictum in una Pampilonen. de fos. coram R. P. D. meo Blanchetto 17. Maij 1577.* & summus in materia perpetua, in qua concedenda Papa motus fuit ad dismembrandum centum ducatos ex fructibus ex eo, quòd videbat Archidiaconatum remanere cum sufficienti fructuum quantitate, *Felin. in cap. ad aures. in 1. concl. de rescript. Cresfent. decis. 19. Rota decis. 60. in antiq.* Nec obstat *decisio*
3 *Put. 11. lib. 1.* † quia non loquitur de arrendamentis, sed de testibus deponentibus se arrendasse, quæ est qualitas, ex qua inferri potest ad scientiam veri valoris fructuum. Quantum ad tenuitatem distributionum in Ecclesia Ilerdens. satis verificatur ex testibus, de quibus nu.6. Visa quoque fuit iustificata narratiua vnionis Vicariæ Archidiaconatui, quia etsi dicat in literis parochialē fuisse unitā &
4 non Vicariā: tñ † cum per vnionē Ecclesia esset suppressa, & oīa fuerint translata in Archidiaconatum. *Rota 11. de reb. Eccl. non alien. in antiq. Caccialup. de unionib. art. 8. n. 8. Sarnen. in reg. de infirm. q. 15. & de triennal. q. 8. num. 7.*
5 † & Prælatus beneficij, cui fit unio, fit Prælatus uniti, *Rebuf. de unionib. q. 49.* & cura residet penes eum, & exercitium penes Vicarium, *Rota decis. 2. de offic. Vicar. Fassol. dub. 25. Felin. in c. postulasti. col. 1. Rebuff. ibid. n. 11.* non enim potest per se exercere, *cap. extirpandæ. §. qui verò. de præbend.* satis vtique verificatur Vicariæ vnio respectu fructuum: maximè cum vsus fuerit verbis disiunctiuis, parochialis Ecclesiæ seu Vicariæ. Vltimo quantū ad valorem parochialis, quæ narratur non excedere 450. ducatos, licet nō probetur,

quia testes probant de maiori valore, sed non deponunt
6 deductis oneribus; † tamen quia ista subreptio non videtur dolosa, eius ratio non esset habenda *ex decis. 4. Aegid.* Verùm hæc non relenant non probato valore Archidiaconatus. Quare conclusum dimembrationem non sustineri, siue facta fuerit ex fructibus Archidiaconatus, siue ex fructibus beneficij vniti; influit enim subreptio in totam gratiam, ex quo Papa motus fuit ex fructuum vberi quantitate.

Corduben, Redecimarum.
Die Veneris 29. Ianuarij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Examen factum non seruata forma delegationis est nullum.*
2 *Iudex delegatus ante præsentationem commissionis nihil facere potest.*
3 *Citatio ad videndum iurare testes non requiritur in loco examinis, ubi semel facta fuit in loco decretæ remissoriæ.*
4 *Examen ex defectu citationis est nullum.*
5 *Notarius attestans testes iurasse in forma iuris, etiam quòd non dicat tactis scripturis, satis videtur hoc virtualiter attestari.*
6 *Iudex mandans utrique parti præsenti, vt assistat ad audientiam in causa & ad acta causæ vsque ad finalem determinationem assignans locum, seu sedes, potest postea ad examen bene procedere factis citationibus & intimationibus in dicto loco vel sedibus assignata, & ibi quæ dicantur sedes, Hispanicè loquendo.*
7 *Decretum iudicis ex defectu intimationis impugnari non potest, si ad notitiam partis peruenerit.*

DECISIO MX.

EX quattuor examinibus in hac causa factis, quorum primum factum fuit in Oppido de Santilla; secundũ fuit factum coram ministris sanctissimæ Trinitatis; tertium coram Prouisore Cordubensi; quartum coram Didaco de Ortiz, Dñi habuerunt pro validis, & ritè factis secundum & tertiũ: nam quantum ad primum non fuerunt
1 concordes, dubitabant enim nonnulli † non posse sustineri ob non seruatam formam delegationis, in qua habebatur, vt post præsentationem cõmissionis, & illius acceptationem fieret intimatio Antonio della Madriz, quæ quidem facta fuit ante præsentationem & acceptationem, & sic forma non seruata, *c. cum dilecta, de rescript. l. si diligenter. mandat. Paris. cons. 45. n. 7. lib. 4.* prælertim etiam, quia
2 ante † præsentationẽ delegatus nihil facere põt, *Roman. cons. 353. nu. 8.* Aliqui verò dicebant hanc fuisse formã ad effectum notificationis, quæ per æquipollens adimpleri
3 põt, quin immo sæpius fuit resolutum, † citationem ad videndum iurare testes, non requiri in loco examinis, ubi semel fuit facta in loco decretæ remissoriæ, *vt in causa Calaguritana oblationum,* * *& in Toletana de Salzedon. corã R. P. D. meo Penia 16. Febr. 1590. & in Legionen. sancti Facundi coram R. P. D. meo Pamphilio 19. Martij eiusdẽ anni.* Ideo nõ potuit capi resolutio super hoc examine. Quan
4 tum verò ad quartum examen, † illud habitum fuit pro nullo ex defectu citationis; Secundum verò examen factũ coram ministro sanctissimę Trinitatis fuit validum, quia facta pręsentatione commissionis fuit citatus personaliter Antonius, & in eius contumaciã processum ad receptio
5 nem iuramentorum & examen. Neque obstat, quòd † testes non iurauerint tactis scripturis, cum. n. Notarius attestetur illos iurasse in forma iuris, ẽt quòd non dicat tactis scripturis, satis vř hoc virtualiter dixisse, *vt fuit resolutum coram me in una Ciuitaten. constructionis Capellæ 20. Februarij 1589. & in d. Calaguritana oblationum coram Reueren-*
6 *diss. Perusino 26. Martij 1590.* † Tertium verò examen fuit validum non obstante defectu oppositio citationis; nam cum antea in eodem iudicio comparuisset Antonius siue eius procurator, & eo præsente Prouisor mandasset vtrique parti, vt assisterent ad audientias, & acta istius causæ, vsque ad finalem determinationem, cum assignatione sedium, quæ vulgariter dicuntur Estrados, ut in processu prima parte fol. 875. bene postea processum fuit ad examen, factis citationibus & intimationibus in dictis sedibus sub die 12. Nouembris 1563. fol. 917. Neque obstat, quod testes non iurauerint infra terminum prius datum nouem dierum, quia fuit postea datus alius terminus triginta dierum, & facta intimatio in sedibus fuerunt factæ & aliæ prorogationes, quæ capiunt totum tempus examinis, quarum postrema fuit triginta dierum facta ad instãtiam Antonij, & in ea expressè petita est, & obtenta prorogatio termini fol. 1689. part. 2. & facta ibidem fuit intimatio in sedibus, ex quo duo colliguntur: alterum, quòd fuerunt ratificatæ pendentes prorogationes; alterũ, quod intimatio poterat ritè fieri in sedibus. Neque obstat, quod dicitur decretum, quòd procederetur ad acta istius causę in sedibus, non pręcesserit citationem ad videndum iurare, quia immo apparet de cõtrario, cum longè antea illud decretum de procedendo in sedibus præcesserit, nempè sub die 16. Septembris 1561. & intimatio posterioris decreti ad videndum recipi testes & eorum iuramenta fuerit 13. Nouembris 1563. Non obstat, quòd per comparitionem personalem exspirauerit decretum illud procedẽdi in sedibus, quia cum non fuerit reuocatum, semper potuit in eo procedi validè, *vt fuit decisum in una Pampilo-*
a *nen. a coram bon. mem. Oradino de anno 1555.* Sed & tollitur difficultas, quia vt supra dictum est, etiam ad instantiam Antonij eodem modo processum fuit. Præterea dictum decretum fuit intimatum personaliter Ioanni Palos procuratori Antonij, sub die 15. eiusdem mensis, fol. 1644. pat. 2. & fuit ei data copia iurium productorũ, quæ etiam ante notificationem factam per Notarium fuerũt per eundem procuratorem petita ad effectum habendi transumptum, ex quo apparet, quòd habuerat notitiam præfati decreti; adeo quod circa hoc decretum tria cõcur
7 tũt, quorũ vnumquodque sufficeret; nempè q; ad notitiã partis peruenerit, eaq; cõparuit ad petẽdum copiã iuriũ, & quòd intimatio non solũ in sedibus, sed ẽt personaliter facta fuerit. Quare conclusum pro examinis ualiditate.

* *Coram R. P. D. Comitulo.*
a *In Pampilonen. pensionis de mense Nouemb. 1555.*

Oscen. Canonicatus.
Die Lunæ 1. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnitum per mortem obtinentis non vacat.*
2 *Episcopus potest vigore Concilij vnire beneficium, cuius collatio vigore concordiæ spectat ad Capitulum:*
3 *Electus remitti debet ei, cui de iure competit collatio.*
4 *Annullata institutione non ob id annullatur præsentatio.*
5 *Beneficium, de quo per unionem prius factam fuit dispositum, sub regula reseruatoria cadere non potest, cum regula excipiat ea, de quibus fuit dispositum.*
6 *Per electionem ius quæritur electo, sicut per præsentationem præsentato.*

DECISIO MXI.

DVbitatum fuit, an prouisio facta per Episcopum Paulo sustineatur, ita ut non sit locus gratiæ Hieronymi de Pinos: Cum enim vacasset Canonicatus in Ecclesia Oscensi per obitum Ludouici Serrę de mense Octobris 1590. sed Apostolica vacante fuit facta electio in personã Pauli per Episcopum Oscensem, qui mense Ianuario præcedente erexerat officium Pœnitentiarij in eadem Ecclesia cum vnione præbendæ primo vacaturæ, iuxta formam

Concilij

Concilij Trident. sess.24. c.8. de reform. eodemq; tempore Canonici, & Capitulum dictæ Ecclesiæ, ad quos prætenditur vigore cuiuldam concordiæ, seu statuti spectare collationem, contulerunt eumdem Canonicatum Gabrieli Benedicto cum possessionis traditione, qui postea obijt, & Hieronymus obtinuit in curia prouisionem cum gratiosa subrogatione etiam quo ad possessionem: Et pro eius parte deducta fuerunt plura. Primò prouisio facta per Capitulum, ad quod cessantibus reseruationibus per mortè Pontificis spectabat ius conferendi vigore concordiæ, non autem ad Episcopum. Secundo, quia Paulus nullum haboit titulum ab Episcopo, cum expresse remiserit, & reliquerit collationem, & prouisionem dicti Canonicatus S. D. Nostro Papæ, cui de iure competit. Tertiò, quia Episcopus elegit Paulum absentem, qui demum acceptauit electionem de mense Martij anni 1591. post iam emanatam regulam reseruatoriam fel. rec. Gregorij XIIII. qua reseruantur beneficia, quæ vacarunt sede vacante, de quibus prouisum non fuerat per Ordinarios collatores. Sed his non obstantibus, fuit per Dominos conclusum non esse locum gratiæ Hieronymi, attenta erectione prius facta per Episcopum officij Pœnitentiatiæ, cum vnione præbendæ
1 primo vacaturæ: † Vnde sequitur Capitulum non potuisse de eo prouidere, cum non vacaret stante vnione, quæ sortita est effectum per mortem Ludouici obtioentis,
2 *Oldrad. cons.157. num.4. in fine.* † Neque obstat, quòd Canonicatus prouisio spectaret ad Capitulum vigore concordiæ, quia hoc non obstante potuit fieri vnio, & tenuit, *vt per Rotam decis.1. de offic. delegat. in nou. Rebuff. de vnionibus num.26.* Non obstat, quòd Paulus nullum titulum habuerit ab Episcopo, sed solam electionem; nam cum colla
3 tio non pertineret ad Episcopum, † Electus ad eum, cui de iure collatio competebat, remittendus erat pro obtinēda collatione, *vt fuit resolutum in Sacra Congregatione Concilij*: Vnde optimè fecit remittendo Electum, & quamuis forte debuisset remittere ad Capitulum: tamen non ideo annullatur electio, *vt fuit dictum in illa Casalen. co-*
4 *ram Reuerendiss. Oriolen.* quod † annullata institutione nō ideo annullabatur præsentatio. Vltimò non obstat regula
5 reseruatoria, † cum in ea excipiantur beneficia, de quib. fuit dispositum: Vnde non capit hoc beneficium, cum de eo satis dicatur dispositum per vnionem prius factam. Præterea cessat difficultas, ex quo in gratia Hieronymi adest restrictiua, dummodo tempore datæ præsentium
6 non sit alteri ius quæsitum; Vnde † cum iam per electionem fuerit ius quæsitum Paulo, vt pluries per solam præsentationem quæri tenuit Rota, non habet locum dicta gratia, cum Paulo debeatur, & ei sit facienda collatio huius Canonicatus. Et ita conclusum.

Hispalens. Contributionis.
Die Lunæ 1. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Expensa litis plurium beneficiatorum prius facienda est de bursa communi, quàm fiat contributio.*
2 *Quando facienda sit contributio inter plures litigantes.*
3 *Nemo inuitus cogitur litigare, nisi sit lis ad eum spectans, tamquam vni de Collegio.*
4 *Qui vult vti beneficio victoria litis, tenetur pro rata sua ad expensas factas.*

DECISIO MXII.

FVit resolutum esse procedendum in causa, retardata exequutione contributionis vsque ad transportationem actorum, si qua sint, vel donec constet de quantitate hactenus contributorum, & eorum consumptione, & erogatione; nam sine necessitate non debet fieri hæc contri-
1 butio, † cum prius ex bursa communi sit facienda expensa, *vt post alios tradit Natta cons.418. in princ. lib.2.* quod præsertim videtur procedere in isto casu, in quo neque beneficiati faciunt Collegium, neque eadem est causa defensionis respectu omnium beneficiorum, neque omniū
2 personarum, quo casu † vbi conueniunt vti singuli non constituentes Collegium, illi, qui nolunt litigare non coguntur contribuere, *l. fin. C. arbitr. tut. l. fin. C. de negot. gest. Petr. de Antibolo in tract. de muner. & honor. §.4. num.76. & 77.* quòd autem ratio defensionis sit diuersa tam respectu ecclesiarum, quàm personarum patet, ex quo in causæ discussione visum fuit non deberi omnibus beneficiatis respectu omnium iurium, de quibus agitur, mandatum de manutenendo, Preterea adsunt seruitores, qui cum sint meri mercenarij, nullum ius habent, cuius ratione possint compelli ad contributionem, & illi qui non probant consuetudinem, possunt agnoscere bonam fidem, & à lite re-
3 cedere, † cum nemo inuitus litigare cogatur: bene verum
4 est quod † si litigantes obtinerent victoriam, quæ prodesset non litigantibus, & ipsi vellent beneficio victoriæ vti, tenerentur hoc casu ad expensas factas pro eorum rata, *vt tradit Ias. in l. diuortio. num.3. solut. matr.* sed iste non est casus, de quo agitur in præsentia.

Tarraconen. Villæ de Reus.
Die Lunæ 8. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate non habet locum contra tertium, qui possidet.*
2 *Inhibitio emanata cum clausula, Sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum, non causat attentata.*
3 *Clausula, Quam & quas, posita in commissione prima, in qua causæ non fuerunt deductæ ad speciem, nihil operatur, præsertim stante restrictione commissionis sequentis.*
4 *Consensus partis aduersæ in actu capienda possessionis, excludit attentata.*

DECISIO MXIII.

DOmini steterunt in decisis: * Cum enim Archiepiscopus in adeptione possessionis expresse exceperit aquas, pascua, prata, & cetera spectantia ad homines Villæ de Reus, vtique non potest conqueri Communitas de exequutione data per Sabarterium, quæ non comprehendebat iura particularium dictæ Villæ: Vnde cum Iudex concessisset tantùm assistentiam Archiepiscopo, vt expresse dicitur in sententia, qui quidem habebat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, non fuit per eius comparitionem alterata eius iurisdictio. Neque ob-
1 stat, quod † facultas illa non habebat locum contra tertium, hoc enim procedit, vbi tertius possidet, sed Communitas non possidebat iurisdictionem, & Castrum. Vnde hæc possessio non potest vlla ratione dici attentata, cum non se extendat ad possessa per Communitatem, *Aegid.*
2 *decis.528.* Præterea † inhibitio non potest causare attentata; cùm emanauerit sine præiudicio exequ[illegible]onis litterarum Apostolicarum, quæ clausula præseru[illegible] facultatē capiendi propria auctoritate, & tollit attentat[illegible], *Put. decis. 323. lib.3. Modern. de attentat. post inhibition. 13. limitat.* Nec verum est clausulam, Sine præiudicio restrictam esse ad Iudices Apostolicos, sed simpliciter concepta est. Præterea dicta inhibitio est restricta ad pascua, aquæductus, piscationes, ius lignandi, & minerias, quarum [illegible]ossessio nō
3 fuit capta, vt iam dictū est. Neque obstat † clausula, Quā & quas, posita in prima commissione; quia cum non fuerit deducta ad speciem, nihil operatur, maximè stante restrictione sequentis commissionis; quæ ideo fuit restricta, quia respectu Iurisdictionis, & aliorum in venditione cōprehensorum Papa noluit aperire os Communitati. Adsunt,

ſunt, & alia fundamenta aliàs deducta, quæ ſubſiſtunt,
4 nempe † conſenſus Communitatis, qui excludit attentata. *Creſcent.decis.*17.& compoſitio facta cum Camera: Ex quibus Domini ſine difficultate cenſuerunt Communitatem fruſtra ſuper iſtis prætenſis attentatis laborare.

* *Sub die Veneris 4. Decembris anni proximè præteriti.*

Ciuitaten. Bonorum.
Die Lunæ 8. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam ad ſuos hæredes, niſi ex vrgentiſſimis, & concludentiſſimis coniecturis.*

2 *Coniecturæ requiruntur validiores ad inducendam tranſmiſſionem fideicommiſſi, quàm ad inducendam vocationem.*

3 *Ad inducendam tranſmiſſionem fideicommiſſi, coniectura, quòd filij ſint poſiti in conditione, non ſufficit.*

Item nec quòd teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum proceſſerit, quidquid ſit quo ad vocationem. vt nu.4.

Item nec ea, quod ſint de deſcendentibus teſtatoris, cum nec etiam vocationem operetur ſecundum communem opinionem. vt nu. 5.

Item nec etiam ſufficit coniectura agnationis. nu.6.

DECISIO MXIIII.

* DOmini concorditer cenſuerunt non eſſe recedendum à reſolutis, * cum ea, quæ nunc pro parte Nieri deducuntur, ſint ferè eadem, quæ aliàs fuerunt lata, & deducta, & diſcuſſa coram R.P.D.Mantica, in cuius deciſione omnia optime deducuntur; Etenim cum pro parte con-
1 uentus habeamus regulam, † fideicommiſſum conditionale non tranſmitti etiam ad ſuos hęredes, *vt per gloſ. l.1.C.de his qui ant.aper.tab.reprobata opinione alterius gloſ. in l.is cui. de action. & oblig. per Doctor. quos allegat Gabr. concl.2.de hæred.inſtit. & D.meum Mantic.lib.11.tit.20. num.1.* ab ea regula non niſi ex vrgentiſſimis, & concludentiſſimis coniecturis eſt recedendum, *vt per Bald. in d. l.1.in fin.C.de his qui ant.aper.tab. Socin.in l.hæredes mei.§. cum ita.num.11.ad Trebell. cum alijs allegatis in cauſa Fir-*
a *mana de Mancinis coram R.P.D.meo Gypſio.* a *& bene*
2 *per Ruin.conſ.181.n.3.lib.3.* † Et quamuis multi Doctores teneat validiores requiri coniecturas ad inducendam tranſmiſſionem, quàm vocationē, *prout tradit idem Ruin. & Alciat.conſ.585.num.8. Natt.conſ.551.num.21.lib.3. Menoch.conſ.200.num.18.lib.2.* Tamen omiſſa hac inſpectione, & examinando ſingulas coniecturas, eæ non
3 viſæ ſunt tales, ex quibus ſit à regula recedendum: † Prima, enim coniectura, quæ ſumitur ex eo, quòd filij Mariæ ſint poſiti in conditione, non ſufficit, ſi enim eſſet vera, fruſtra quæreretur, An filij in conditione poſiti ſint vocati, & quòd non ſufficiat, *tradit ibi Ruin. Alciat. & Natta.*
4 † Secunda coniectura digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionis neque etiam eſt ſufficiens, *Socin.conſ.69. num.7. & conſ.104.nu.8.lib.3.Alciat.d.conſ.585.nu.8.Natta 551. nu.21. Menoch.200. num.18.lib.2.* Neque obſtant Doctores in contrarium allegati. *Gratus. & alij, quos congerit D.Mantica d tit.20.nu.29.* quia omnes mouentur auctoritate *Aeeb. in conſ.74.* qui loquitur ad effectum vocationis, & expreſsè contrarium dicit ad effectum tranſmiſſionis: Vltra quòd in caſibus prædictorum Doctorum aderāt aliæ coniecturæ plures, & fortiores; Neque iſtæ duæ coniecturæ poſſunt deſumi, niſi pro vna tantum, cum digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionis non poſſit ſeparari à coniectura poſitionis in conditione, alias enim eſſet inefficax cum ex ea arguatur dilectio, ex qua oritur præſumptio, *vt tradit Rip.in l.Centurio. num.165.de vulg.& pup. Clar.in §. teſtamentum. q.79.verſ.quarta.* & concludunt hanc coniecturam non ſufficere, *Berô.conſ.110.nu.35.lib.*
5 *2.cum alijs ſupr. allegat.* † Tertia coniectura, quę affertur, quòd filij Marię ſint de deſcendentibus teſtatoris, *ad tradita per Socin.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebell.per tex. in l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.* ne extraneus pręferatur deſcendenti; non placuit: quia per eam deſtrueretur communis, & receptiſſima ſententia, quæ vult fideicommiſſum conditionale, neque etiam ad liberos, & deſcendentes tranſmitti; & ideo reprobatur *per Rip. in d. §. cum ita.num.66.& Socin.iun.num.56.& Ruin.d.conſ.181.Anchar.conſ.426.Alex.conſ.92.num.4.lib.5.Alciat.& Natt. vbi ſupra:* & facit, quòd cum communis ſit ſententia à Rota approbata, quòd hæc coniectura non operatur vocationem, fruſtra de ea quæreretur ſi induceret tranſmiſſionem, Præterea *diſpoſitio l.cum acutiſſimi.* loquitur reſpectu potionis patris illius, qui poſitus eſt in conditione, quod hic non applicatur. Accedat, quòd agitur de tollendo grauamine ex inſtitutione illius, qui fuit prædilectus: Nec coniectura agnationis quidquam facit, cum vocentur filię, *vt per Aym.conſ.206.nu.3.& 4. verſ.ſed tenendo.* Neque delatio armorum, & cognominis teſtatoris fuit iniuncta reſpectu huius quintę partis, *vt bene fuit animaduerſum in deciſ. Domini mei Manticæ, in qua abundè omnia in contrarium deducta confutantur.*

* *Sub die 13.Iun.1590. & confirmatum 14.Ian.1591. coram Illuſtr. D.Card.Mantica.*

a *In Firmana bonorum die 20. Iunij 1583.*

Gadicenſ. Fructuum.
Die Veneris 12. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſicut tenetur reſtituere fructus pro tempore, quo denegauit tradere poſſeſſionem Canonico; ita etiam pro tempore receſſus; etiam quòd fructus prętendantur bona fide per Capitulum conſumpti, & nu.4.*

2 *Acceſſus, & receſſus pro aliquo negotio eſt ita priuilegiatus, ſicut & ipſum negocium.*

3 *Tempus decurſum propter diſtantiam loci ad adeundam reſidentiā non computatur pro abſentia.*

4 *Fructus bona fide conſumpti triennio præſcribuntur; ſecus eſt in fructibus pendente lite, in quibus nulla adeſt bona fides.*

DECISIO MXV.

1 FVit reſolutum, † fructus, de quibus agitur, deberi Alphonſo, quia ſicut Capitulum tenetur reſtituere fructus pro tempore, quo denegauit tradere poſſeſſionem Alphonſo, *ut per Calder.conſ.17.de præben. Couarr.uar.reſolut.lib.3.c.13.num.8.uerſ.decimo. Put.383.in fin.lib.1.* ita
2 etiam debet teneri pro tempore receſſus, quia † acceſſus, & receſſus pro aliquo negotio eſt ita priuilegiatus, ſicut & ipſum negotium. *c.cū non deceat.de elect.in 6.ubi Frāch. & Anchar. c.ſtatutum. §.pen.de reſcript. Abb.in c.quia diuerſitatem.num.6. de conceſſ.præbend.* Neque obſtat quòd habito mandato de immittendo debebat ſtatim recedere, maximè ſtante proteſtatione Capituli, quia donec eſſet illi paritum, non erat finita lis; & ideo iuſtè potuit expectare nuncium de paritione, & poſſeſſione tradita ſuo procuratori, quo habito ipſe receſſit, & congruo tempore
3 attenta locorum diſtantia ad reſidentiā acceſſit, † quod tempus eſt deducendum, *d.c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend.in fin. & ibi Butr.num.7.* Pręterea ſtante indulto fel.rec.Gregorij XIIII. quo mandatur Capitulo, vt reſpōdeat Alphonſo de fructibus durante eius abſentia etiam à die denegatę poſſeſſionis, cum ampliſſima derogatione ſtatutorum Eccleſię, & aliorum quorumcumque non vi-
4 detur locus dubitationi relictus. Non obſtat, † quòd fructus fuerint conſumpti bona fide per Capitulum, quo

caſu

casu triennio dicuntur præscribi, *Felin. c. de quarta. nu. 29. de præscript.* quia hic nulla adest bona fides, cum agatur de fructibus pendente lite perceptis. Nec Capitulo præstat iustam causam sententia contra Alphonsum lata, cũ Rota resoluerit, ea non obstante, Alphonsum fuisse capacem huius Canonicatus. Non obstant litteræ Illustriss. Cardinalis Rusticuccij, quia longè ante litteras fuerat denegata possessio, & fuerant procuratæ ratione litis, quàm iniustè sustinebat Capitulum. Non obstat postremò quietantia, quia constat eam fuisse erroneam, & fuit in computis præseruatus error calculi, quem videtur agnouisse Capitulum, ex quo postea soluit prædictos fructus Alphonso; & ideo decet, vt huius benè, & iustè facti ipsum non pœniteat.

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Veneris 12. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *In re concessa in emphyteusim cum pacto affrancationis in concessione specialiter conuento, verisimile est, quòd si per multum tempus possessa fuerit non reclamante domino, nec quidquam exigente ratione affictus, seu census, fuerit affrancata, & nu. 9.*

2 *Item præsumitur affrancata, si postea libera, & franca ab omni onere, seruitute, & recognitione vendita fuerit.*

3 *Papæ est credendum, ne de mendacio redarguatur.*

4 *Res libera præsumitur, quæ vti talis per longum tempus sit possessa.*

5 *Assertionibus, & narratiuis Papæ, standum est, etiam si sint de facto alieno, & maximè iteratis, vt nu. 7.*

6 *Narratiua Papæ super facto alieno in rescripto motu proprio plenè probat; maximè si super huiusmodi narratiua disponat, vt num. 8.*

10 *Scientia probatur ex eo, quòd quis habet penes se instrumentum, & illud produxit.*

11 *In eo quod respuit propriam Papæ vtilitatem, ei non creditur.*

12 *Lis præsumitur habita pro derelicta per lapsum triginta quinque annorum, quibus ab ea cessatum fuerit.*

13 *Præscriptio contra monachos Cassinenses, non currit vigore priuilegiorum Eugenij Papæ, nisi spatio centum annorum.*

DECISIO MXVI.

AGunt RR. Monachi Sancti Pauli aduersus Illust. D. Leonem Stroccium pro recuperatione Casalis Longhezzæ, quod olim de anno 1514. monasterium concesserat in emphyteusim perpetuam Dominæ Alphonsinæ Vrsinæ de Medicis pro se, & suis filijs, & hæredibus, & successoribus descendentibus pro annuo affictu, siue censu perpetuò soluenne ducatorum mille auri de Camera cũ prohibitione alienandi, sub pœna deuolutionis, & alijs pactis in instrumento contentis: Prætendunt itaque prædictum Casale ad eos esse deuolutum ex duobus potissimũ capitibus; Alterum, quia reperitur alienatum in Dominos Stroccios, quos non constat esse de descendentibus Alphonsinæ; Alterum, quia cessatum fuit non solum per annum integrum contra formam instrumenti, sed etiam per quam plures annos à solutione canonis, seu affictus; & ideo dubitatum, an sint in probatis, ita vt obtinere possint contra D. Leonem, vel potius danda sit ei absolutoria; Et in præsenti discussione præsuppositum fuit sine veri præiudicio, quòd constet penes monasterium fuisse dominium dicti Casalis de tempore concessionis factæ Alphonsinæ. Et quia exaduerso prætenditur hoc Casale fuisse affrancatum pro scutis viginti millibus iuxta pactum affrancationis in dicta concessione specialiter conuentum; ideo

difficultas eo fuit redacta, An ex deductis pro D. Leone
satis constaret de huiusmodi affrancatione. Quæ vero de-
1 ducuntur hæc ferè sunt; Primò, † quòd conuentum fuerat
de huiusmodi affrancatione, ex quo oritur circa hanc rē
præsumptio ex primordio veritatis; Verisimile enim est
Casale tanto tempore possessum non reclamantib. Mona-
chis, neque quidquam exigentibus ratione affictus, seu
census, fuisse affrancatum; ne duplex oriatur inuerisimili-
tudo; Altera ratione negligentiæ ex parte fratrum; Alia
2 vsurpationis ex parte possessorum. Secundò † deducitur
præsumptio ex eo quod fel. rec. Clemens VII. anno 1526.
vti priuata persona; & pro omni suo iure, & etiam tanquã
patruus magnus, & tutor Catharinæ de Medicis pupillæ,
ad quam dictum Casale spectare, & pertinere affirmauit,
vendidit Illustriss. D. Clarici de Medicis Strocciæ dictum
Casale vti liberum, & franchum ab omni homagio, cen-
su, canone, nexu, seruitute, & recognitione obedientiæ, &
reuerentiæ, præterquam ea, quæ per subditos erga Sedem
3 Apostolicam præstari debet, † ergo de eo tempore necesse
est in necessarium antecedens, quod Casale fuerit affran-
catum, ne Papam redarguamus de mendacio. Tertiò de-
ducitur motus proprius eiusdem Clemētis de anno 1529.
in quo narrat dictum Casale fuisse per quondam D. Al-
phonsinam de Medicis à Priore, & Conuentu Sancti Pau
li emptum pro pretio viginti millium ducatorum auri de
Camera, & à se postea venditum D. Clarici Strocciæ:
Vnde vt consulat hæredibus Cosmi, quorum interest, assi
gnat pro dictis viginti millibus ducatis creditum super
Monte Fidei ad fauorem dictorum hæredum. Vltimò
deducitur tempus 78. annorum, q videtur excludere Mo-
nasterium ab omni iure, & actione stante perpetua obser
4 uantia gestorum per Clementem; nam † vbi per longum
tempus res vti libera possessa fuit, talis etiam præsumitur,
*Bald. cons. 402. in fi. lib. 5. Castr. cons. 345. col. fin. lib. 1. Ias.
cons. 161. col. 4. lib 2. Aymo, cons. 101. nu. 4. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 91. nu. 18.* Quibus omnibus examina
tis, Domini pro maiori parte censuerunt intentionem
Monasterij non esse liquidam, neque ad eius fauorem
ferendam esse sententiam; Nam deuolutiones prætensæ
ob contrauentiones deductas cessant data Casalis affran-
catione, quæ satis probari videbatur ex duabus illis asser-
5 tionibus Clementis, † quibus standum esse videbatur, *per
text. in Clem. 1. & ibi notant omnes, de probation. Felin. in c.
cum à nobis, de testib. Dec. cons. 152. nu. 2.* Nec videtur obsta
6 re, q † ista sit narratiua Papæ super facto alieno, quia cũ
rescripserit motu proprio, plenè probat, *vt per Card. d. Cle-
ment. 1. & ibi Auchar. & Ioan. de Imol. Alex. cons. 112.
lib. 7. Cur. iun. cons. 61. n. 13. cum alijs cumulatis per Gabr. de
probation. conclus. 2. nu. 55. & in tit. de clausul. concl. 2. n. 89.
& hanc sententiam sequuta fuit Rota, vt per Put. decis. 101.
die 1. Februarij lib. 3. & Guidob. decis. 161.* Quod eo magis
dicendum est, cum habeamus duplicem enunciationem
Papæ, quarum altera enunciat emptionem, altera enun-
ciat Casale esse liberum ab omni censu, & recognitione;
7 Vnde fit, vt † iteratæ Papæ assertioni etiam de facto alie-
no standum sit, *iuxta tradita per Corsett. in tract. de verb.
geminat. n. 1. & 2. Grat. cons. 136. nu. 3. & seq. & cons. 143. n.
9. li. 2. multos congerit Addit. ad Roman. cons. 191. & Gabr.
8 d. concl. 2. de probat. nu. 43. in fine.* † Præterea super huius-
modi assertionibus Papa disponit, nam prior fit ad effe-
ctum venditionis, posterior ad effectum restitutionis pre-
tij per ipsum habiti: Vnde videntur locum habere ea, quę
tradit *Gabr. d. concl. 2. de probat. nu. 43.* quæ opinio non pa-
titur difficultatem, vbi attestatio est motu proprio facta;
nam quæ in contrariũ ibi deducuntur, loquuntur in sim-
9 plici Papæ attestatione: Præterea, † magnum fomentum
recipiunt prædictæ attestationes ex tot annorum obser-
uantia, quib. Casale per emptores possessum fuit sine vlla
molestia. Neque est præsumendum dictos Priorē, & Mo-
nachos fuisse neglecturos ius suũ, si verũ non esset, sequutā
fuisse affrancationē; cũ nemo præsumatur iactare suũ, *l. cū
de*

10 de in debito.de probat.maximè, † cum pro ipsorum parte
nō possit prætendi ignorantia,cum instrumentum emphy
teusis esset penes ipsos, & ab ipsis fuerit productum, *Aret.
cons.15.in fi.Fel.in c.vigilante,n.4.de præscr. Balb.de præscr.
q.29.n.8.Dec.cons.267.n.6.Tiraq.de retractu lign.§.35.glos.*
11 *4.n.34.* Non obstat,quòd † Papæ non sit credendum in
eo, quod respicit propriam vtilitatem, quia hoc respicie-
bat priuatam vtilitatem Catharinæ & Clarıcis, non autē
Papæ,vt liquet ex Motu proprio, in quo de suo satisfecit
de pretio viginti millium ducatorum, neque est verisimi-
le,quòd Papa voluerit fraudare summam tam insignis va
loris,si aliter sese rei veritas habuisset. Non obstat, quod
deducitur de interruptione ob controuersiam motam co-
tra Stroccios de an.1555.coram Auditore Cameræ, quia
adhuc non constat,an fuerit mota controuersia super pos-
12 sessorio,vel super petitorio. Præterea, † cum tanto tem-
pore fuerit cessatum à lite,præsumitur habita pro dereli-
cta,fuit enim cessatum per trigintaquinque annos, & am
plius, *Achill.de lit.decis.8.& 11.Put.decis.236.in 3.Pere-
gr.decis.110.& 129.lib.2.* & hoc maximè cum detegatur
13 malum ius Monasterij ex affrancatione. † Non obstat
vltimò, quod deducitur de priuilegio Eugenij circa præ-
scriptionem,vt non currat nisi spatio 100.ann.contra Mo
nachos Cassinenses,quia adhuc non fuit productum hoc
priuilegium,sed neque ēt videtur releuare, quia Stroccij
defendunt se non ratione præscriptionis, sed probationis
affrancationis;& ita non indigēt præscriptione. Et in hāc
sententiam procliuiores fuerunt Domini,ex quo aliqui ex
senioribus recordati sunt alias in causa Romana viginti-
millium inter Serenissimas Catherinam Reginam Fran-
ciæ & Margaritam ab Austria fuisse productum instru-
mentum affrancationis. Quare fuit conclusum pro Do-
mino Leone contra Monasterium.

Lunens. Satzanens. Pensionis.
Die Lunæ 15. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium debet esse iuri, & legibus consonum.*
2 *Clausula, Quòd procedatur sine retardatione pensionis quare apponotur in Commissione.*
3 *Contra consentientem pensioni proceditur ad exequutionem etiam sine iustificatione litterarum,quando gratia est pura; secùs si est conditionalis.*
4 *Dictio dummodo, importat conditionē, quando est adiecta dispositioni,non quando exequutioni.*
5 *Expressio valoris per non excessum,non includit ascensū*
6 *Solutiones pensionis factæ metu censurarū & contradicente rectore,nō constituunt in quasi possessione exigendi.*

DECISIO MXVII.

FVit resolutum stante commissione remittente modū
procedendi cum Clausula.Sine retardatione,arbitrio
1 Rotæ, † in hoc casu arbitrium hoc esse debere iuri &
legibus consonum,vt in terminis huius Clausulę *fuit resol.*
* *in causa Hispal. pension. coram bonæ m. D. de Grassis.* *
2 Quamuis itaque † vel propter quasi possessionem exigen-
di,vel propter reuerentiam litterarum,quando sunt expe
ditæ,hæc Clausula soleat apponi,*vt tradit Staphil.de com-
miss. inst. & in primis, n.84. Gigas de pension. q.15.n.9. &*
3 *quæst.61.n.12.* & † contra consentientem pensioni pro-
cedatur ad exequutionem, etiam sine vlla iustificatione
litterarum, *Mohed.decis.331.Guidobon.decis.141.* maximè
stante obligatione Camerali; Nihilominus hoc procedit,
quando gratia est pura,secùs si sit conditionalis, quia tūc
consensus recipit eamdem conditionem; & ideo qui agit
ad pensionem,dēt iustificare conditionem illam,dummo
4 do remaneant centū pro Rectore,† nam dictio,(dummo
do,) importat conditionem,cum sit adiecta dispositioni,
non autem exequutioni,*vt fuit aliàs dictum in vna Paduana pensionis coram bonæ mem. D.de Rubeis, & fuit resolutum in causa Clusina pensionis coram Illustriß. Lancellotto*
a *anno 1573. a* Non obstat, quòd videatur iustificata ista
qualitas ex confessione Rectoris, qui in eadem supplica-
tione exprimit valorem beneficij ad centum octuaginta
5 ducatos,quia † cum expressio valoris sit facta per modum
negatiuum, scilicet, quòd parochialis non excedit talem
summam,hæc expressio non concludit,quòd ad eam sum
6 mam ascendat,*vt pluries fuit resolutum*. Non obstant † ali
quæ solutiones forsan factæ, quia omnino fuerunt metu
censurarum,& contradicente Rectore; & ideo non con-
stituunt in quasi possessione exigendi,quæ sit considerabi-
lis ad hunc effectum.Quare fuit conclusum posse procedi
in causa retardata solutione pensionis.

* *Sub die Veneris 4.Nouemb. 1575. in impress. decis.100. aliàs 7. de sent,& re iudic. quæ in impress.diuers.nouiss. est 348.p.1.*
a *Sub die 9.Nouemb.1573.in impress diuers.nouiss,380.p.1.*

Bononiens. seu Veneta Pecuniaria.
Die Lunæ 15. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequi debet forum rei; secus est, quando solutio sit destinata in loco vbi est res; sed hæc limitatio non procedit,si actor pro satisfactione sui crediti cœperit distrahere rem, seu merces in loco,vbi est forum rei, tunc ibi iudicium est faciendum.*
2 *Forum sortitur quis vel ratione rei, vel ratione contractus,vel ratione domicilij.*
3 *Ratione destinationis solutionis, an & quando quis sortiatur forum in loco solutionis destinatæ.*
4 *Non potest procedi per edictum nulla præcedente actione personali etiam contra decoctum, & vagabundum; nisi in casu non tuti accessus.*
5 *Citatio ex defectu iurisdictionis est nulla.*
6 *A pari procedunt forum sortiri,& statutis ligari,sicut idem est è contra.*

DECISIO MXVIII.

FVit resolutum sententiam Bononiens. esse nullam ex
defectu iurisdictionis,& citationis,cum D.de Bucchis
prætenderent reuisionem cuiusdam contractus celebra-
1 ti Venetijs super venditione quarumdam mercium † tā-
quam actores,& ideò sequi debebant forum rei,*c.si clericus,& c.cum sit generalis,de for.compet.l.iuris ordinem,C.de*
2 *iurisd.omn.iud.* † Quarę intentandum erat iudicium Vene
tijs,vbi aderant merces, & contractus erat celebratus, &
morabantur Carauaschini,nō autem Bononię, vbi neque
ratione rei,nec contractus,nec domicilij forum sortiebantur,*c.fane,& c.fin.de foro compet.l.fin.C.vbi in rem actio.l.fi prædium,C.de prædiin.l.hæres absens.§.apud Labeon.de re*
3 *iud.* † Neque quidquam facit destinatio solutionis con
siderata,quia hoc procederet, si Carauaschini traxissent,
vt dicitur, pecunias soluendas Bononiæ, prout poterant;
tunc.n.ibi potuisset incipere iudicium super solutione tra-
ctæ,sed aliam viam elegerunt, nempè,sibi satisfaciendi ex
pecunijs redactis ex venditione merciū;iuxta conuentio-
4 nem initam cum Hieron. procuratore Bucchiorum; † nec
poterat procedi contra eos per edictum, nulla præceden-
te citatione personali,ēt si essent decocti,nisi in casu nō tu
ti accessus,*vt post Cast.in l.ad perempt.de iud.tradit Vant.de nullit.ex defectu citat n.99.& 124.*& aliud est,quòd Vaga
bundi possint vbique conueniri, & aliud q sine personali
citatione possit contra eos procedi, & sic nō facit ad rem.
5 *Boss.alleg.tit.de citat.n.34.* Vnde † cū deficeret iurisdictio,
apparet in consequentiā nullitas citationis,licet factæ iux
6 ta formā statutorū,quia † à pari procedunt forū sortiri,&
statutis

statutis ligari, glos. in c. quod clericis, de foro compet. c. fin. de Constit. in 6. l. 2. in princ. de eo quod certo loco, Socin. cons. 79. nu. 9. lib. 4. Vnde cum Carauaschini forum Bononiæ non sortirentur, neque etiam statutis ligari potuerunt. Et ita conclusum.

Romana Pecuniaria.
Die Veneris 26. Martij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de restituendo anterioribus creditoribus non exigitur ab eo, qui verè est anterior omnibus alijs.*
2 *Qui promisit restituere prioribus, & potioribus, non tenetur curare, quod anterior creditor, à quo ipse exigitur, obliget se de restituendo prioribus, & potioribus, neque etiam tenetur facere resistentiam non soluenti, vt numero 4.*
3 *Declaratur Castr. in l. procuratoris, §. si plures, num. 7. de tribut. act. quomodo intelligatur.*

DECISIO MXIX.

FVit resolutum Dominum Cincium fuisse liberatum,
1 nec cogi posse ad iteratam solutionem, † cum promissio de restituendo prioribus, & potioribus, generaliter
intelligatur de omnibus, non autem de eo, qui omnib. est
anterior; ideo cum solutio facta fuerit ei, qui verè anterior
2 erat, † idq; iudicis mandato, verè orta est liberatio. Non
obstat, quod iste, cui facta est solutio, non se obligauerit
restituere prioribus, & potioribus; quia hoc non promisit
curare facere Cincius, quando recepit pecunias, sed tantum obligauit se de restituendo prioribus, & potioribus.
3 † Nec facit in contrarium *Castrens. in l. procuratoris, §. si
plures, num. 7. de tribut. action.* quia loquitur in concursu
plurium creditorum mercatoris decocti, qui petebant suū
creditum occasione negotiationis, & dicit contrarium esse in alijs actionibus, quæ non dantur occasione negotiationis: Prætetea, loquitur in principali debitore, seu eius
hærede, non in eo, qui nullum negotium gessit cum alijs
creditoribus, sed est ipse quoque creditor, & recipiendo
debitam pecuniam, obligat se ad fauorem anteriorum,
quia in nullo est obligatus alijs vltra formam suę promissionis, Ideo imputet sibi D. Fabritius, qui in emptione Vineę, & consignatione pecuniarum facta Cincio, non curauit sibi prospicere, vt Cincius, si euenisset casus restitutio
4 nis, exigeret similem cautionem cum alijs. † Neque obstat, quod Cincius non fecerit resistentiam, *ad. cons. Ruini
147. lib. 1.* quia in casu Ruini is soluebat ei, cui non tenebatur ex aliqua pęcedenti promissione, sed tantum ex iudicis mandato; ideo ne spontanea dicatur solutio, debebat
opponere, si quas habebat exceptiones; hic verò tenebatur Cincius ex sua obligatione, nec vlla competebat ei
exceptio ad euitandam solutionem vt experientia edoctus fuerat, cum prius reliquas pecunias post omnes exceptiones deductas mandato iudicis alijs soluere coactus
fuisset, hic verò exceptio non releuabat ei ad effugiendam
solutionem, neque tenebatur aliena suscipere negotia, cū
nemo inuitus cogatur aliena curare, sed hoc curę esse debebat iudici discussionis. Quare conclusum Dominum
Cincium liberatum fuisse.

Tarraconen. Villæ de Reus.
Die Veneris 2. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Sublata, non solum obstat parti, sed etiam iudici, præsertim si habeat coniunctam Clausulam, Quòd de subreptione, & obreptione dari non possit.*
2 *Clausulæ, Sublata, & Quòd de subreptione, & obreptione dari non possit, si absolutè sint posita ad validitatem gratiæ generaliter respectu quarumcumque personarum intelligi debent, maximè si habeant coniunctum decretum irritans.*
3 *Signatura Iustitiæ nec Præfectus illius habet facultatem aperiendi os.*

DECISIO MXX.

1 FVit resolutum sine difficultate, † Clausulam, Sublata,
obstare non solum parti, sed etiam iudici, ita vt contra gratiam iudicare non possit, *vt per Card. & Imol. in c.
quia diligenter, de electio. Paris. cons. 11. num. 8. lib. 4.* maximè in casu in quo est iuncta cum alia Clausula, Quòd de
subreptione, & obreptione dari non possit, *iuxta decis.
Put. 377. lib. 3. & tenuit Rota in causa Calaguritana iurisdictionis, 30. Maij 1580. coram bon. mem. Decano de Rubeis,
& in alia Agrigentina Palatij, coram bon. mem. Oradino,
2 & aliàs sæpissimè.* Non obstat, † quòd dictę Clausulę debeant referri ad ipsos contrahentes, non autem ad tertios,
quales sunt homines, & Communitas de Reus, quia cum
sint absolutè positę ad validitatem gratię, debent intelligi
generaliter respectu quorumcumque, maximè cum sint
iunctę cum decreto irritanti. Non obstant Commissiones,
quia quantum ad primam signatam a Pręfecto signaturę
3 Iustitię; illa non suffragatur ex defectu facultatis, † non
enim potuit os aperire, *vt fuit resolutum coram me in causa Mediolanensi Sancti Nazarij 15. Decembris 1586.* Vltra
quòd in commissione non fuit facta mentio Clausulę, &
Decreti, ita quòd non appareat, quòd concedens ei voluerit derogare. Quantum verò ad alteram Commissionem
signatam manu fel. rec. Gregorij XIIII. ex illius lectura liquet, eam esse restrictam ad pascua, & alia bona particularia Communitatis; & ideo non suffragatur respectu iurisdictionis, cum fuisset alias denegata oris apertitio, vt in
fide R. P. D. Massę. Non obstat, quòd in ista commissione
fuerit narrata lis, quę pendet in Rota; & ideo quantum
ad illam censeatur concessa aperitio oris, *vt in causa Pampilonen. Matrimonij. * coram R. P. D. Orano.* maximè cum
dicatur in commissione in causa huiusmodi, & sic etiam
super Iurisdictione, super qua erat commissa causa, quia
in hac commissione narratur tantum lis super dominio
pascuorum, & aliarum rerum ad Communitatem pertinentium, & sic Papa intellexit de lite narrata, cum prior
commissio non fuerit præinserta, ita vt Papa potuerit certus fieri, quòd lis etiam penderet super Iurisdictione. Nō
obstat illa Clausula, Non obstantibus pręmissis, ac pręinsertis litteris; quia intelliguntur de litteris confirmationis,
& ad effectum litis super dominio pręfatarum rerū, prout
etiam intelliguntur omnes alię Clausulę, quod declaratur
ex eo, quòd Papa aditus denegauit oris apertitionem; &
licet commissio appellationis fuerit simpliciter signata
tamen fuit postea super hac re actum criminaliter, &
deuentum ad compositionem, & eodem modo coram Il-
a lustriss. Platto tunc Rotę Auditore actum fuit *a* de istis
bonis particularibus tantum, non autem de Iurisdictione; & sic cessant omnia ex aduerso deducta, cum satis clarè appareat de Papę denegantis apertitionem oris voluntate.

* *Sub die 16. Ian. 1585.*
a *Prout in decisione coram ipso Illustriss. facta sub die Veneris 8. Februarij 1591.*

Reatina Iuris conferendi.
Die Lunæ 5. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiuæ antiquissimæ plures probant.*
2 *Consuetudo probat ius conferendi, qualiter autem probetur ipsa consuetudo, vide num. seq.*
4 *Collatio à solo Præposito facta conseruat ius aliorum Canoni-*

nonicorum, prout dicitur de præsentatione vnius patroni, ceteris negligentibus, vt num. 5.

6 *Bona fides præsumitur ex antiquitate temporis.*

7 *Ex eo, quòd Abbatia sit suscepta sub protectione Sedis Apostolicæ, non sequitur quòd sit exempta à iurisdictione Ordinarij.*

8 *Præscriptio completa habet assistentiam iuris, maximè ad effectum validitatis actus.*

DECISIO MXXI.

ORta est controuersia super iure conferendi Canonicatus Ecclesiæ Sancti Angeli Ciuitatis Reatinæ
inter Illustriss. Commendatarium Abbatiæ Farfen. & Prępositum dictæ Ecclesiæ prętendente prædicto Illustriss.
Commendatario collationem ad se pertinere ratione cuiusdam donationis factæ ab Episcopo Reatino Abbatiæ
Farfensi de dicta Ecclesia, de anno Domini 780. prout in instrumento antiquissimo in actis præsentato. Ex aduerso
contendit Præpositus collationem ad se spectare tam de iure, quam ex consuetudine: Et quantum ad iuris dispositionem,
ea fundatur, ex quo antiquissimus status huius Ecclesiæ est vti Ecclesiæ Collegiatæ habentis Præpositum, & Canonicos,
prout habetur in enunciatiuis excedentibus metam 150. annorum, qui omnes conueniebant
1 ad faciendas prouisiones Canonicatuum, † quæ enunciatiuæ cum sint antiquissimæ, & multiplicatæ, probant,
ad dec. Bellamer. 70. Ias. in l. cum aliquis, num. 4. C. de iure
* *delib. & in l. admonendi, nu. 42. de iureiuran. cum simil.* *
& ideo cum simus in Collegiata, competit ius conferendi Canonicatus Præposito, & Capitulo, *Hostiens. in c. 2. de*
iust. Bi ign. decis. 8. de præbend. & decis. 4. de concess. præb.
a *in non. Cassad. decis. 22. num. 3. de præb.* a Accedit † con-
2 suetudo, nam incipiendo ab anno 1403. vsque ad præsens, per spatium 180. & amplius annorum ostenduntur
3 collationes cum effectuatione Canonicatuum, † factæ partim à Præposito, & Capitulo, partim ab ipso Præposito solo,
ex quibus apertè probatur ius ipsius Præpositi, *ad notat. in cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. Bald. de præ-*
b *script. in 5. parte princ. q. 8. cum alijs allegatis.* b Solum difficultatem facere videbatur, quòd ab anno 1528. citra, so-
4 lus Præpositus contulit; sed responsum fuit, † non ideo minus valere collationes a solo Præposito factas non residentibus
Canonicis, cum ius eorum per collationem Prę-
5 positi conseruatum fuerit, prout dicitur de eo, † qui instituitur ad præsentationem vnius ex patronis, ceteris negligentibus,
Federic. de Sen. cons. 102. in vlt. dub. Calderin. cons. 21. de iure patr. Put. decis. 291. libro 1. Vltra quòd nihil
attinet ad Illustriss. Commendatarium, An velit Præpositus allegare præscriptionem aduersus Canonicos, nec
ne, cum habeat quadragenariam possessionem, & concurrant visitationes Vicariorum pro tempore, qui habuerunt
notitiam collationum factarum per Præpositos; ne-
6 que vnquam reclamarunt; † quæ omnia attento antiquissimo statu, faciunt, vt præsumenda sit bona fides. Neque
obstat, quòd allegatur Commendatarios, seu Abbates de eodem tempore contulisse Canonicatus: quia negatur id
factum fuisse nisi in mensibus Papæ reseruatis vigore indultorum, quæ Cardinalibus concedi solent. Neque etiam
obstat, quòd Abbatia sit exempta, & Papæ subiecta, quo casu requiruntur centum anni, *c. cum dilecta, de
confirm. vtil. vel inut. c. ad audientiam, cum ibi notat. de præscript.* quia præterquam quòd adest plus quam centena-
7 ria contra Abbatem, vt ex facto colligitur, † non sequitur ex eo, quòd suscepta sit sub protectione Sedis Apostolicæ,
quia sit exempta, *c. ex parte, il 2. & c. recepimus, de priuileg.* sed non est opus aggredi hanc difficultatem, cum habeamus
præscriptionem completam ante annum 1528. con-
8 tra Commendatarium, † cui, vt supra dictum est, assistit ius commune, maximè ad effectum validitatis collationis,
ad c. consultationibus, de iure patron. & c. querelam, de electionibus. Et hanc partem, vti iuri consonam amplexi sunt
Domini vnanimiter, nemine contradicente.

* *Et facit Aret. in cons. 42. col. 1.*

a *Adde Lap. allegat. 32. in princ. Abb. in c. Pastoralis, num. 11. de concess. prebend. Bellamer. decis. 718.*

b *Adde Abb. in c. fin. nu. 11. de consuet. Franc. in c. 1. num. 12. de præscript. in 6. Rot. decis. 6. de consuetud. in nou. per totam. & ibi Papazon. in Addit. dicit, quòd per quadraginta annos inducitur consuetudo, quando est ostensiua iuris tertij.*

Burgens. Iurisdictionis.
Die Mercurij 5. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, quibuslis, est verbum vniuersale omnia comprehendens.*

2 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

3 *Delictum vnius particularis, non est delictum Capituli.*

4 *Aliud est, quòd quid fiat vti à particulari, aliud vti à Capitulo.*

DECISIO MXXII.

FVit dubitatum, an Reuerendissimus D. Archiepiscopus possit procedere solus contra Capitulares impedientes
illum vti sua iurisdictione ordinaria extra casus, & personas in concordia non comprehensas, & fuit per
Dominos conclusum nemine discrepante, non posse, propter verba concordiæ, quæ sunt valde vniuersalia, & com-
1 prehendunt omnes excessus tam graues, quā leues, † vtitur enim verbo, quibuslis, *gloss. & Doct. in c. susceptum,
de rescript. lib. 6. Rota dec. 1. in nou. eod. tit. & in antiq. decis.*
2 *43.* † & qui omnia dicit, nihil excludit, *l. Iulianus, de leg. 3.*
Neque obstant ex aduerso allegata; nam in genere responderi potest, ea loqui in casibus, in quibus neque à iure neque
ab homine limitata reperitur iurisdictio, nam ea quę ob delictum acquiritur in non subditum, acquiritur sine
vlla limitatione; hæc verò, quæ competit Archiepiscopo in Capitulares, est limitata per concordiam: neque delictum
facit, vt maiorem acquirat, cum in omnibus delictis data sit forma procedendi, quæ est seruanda. Præterea,
quòd magis acquirat iurisdictionem contra turbantem, id fit, vt possit impedimentum, quod pręstatur, remouere,
quoties præstatur à non subdito, quòd si à subdito, debet in eum procedere iuxta iurisdictionem quam habet, &
ita procedunt omnia allegata; neque hic potest prætendi ob delictum amissum priuilegium procedendi iuxta for-
3 mam concordiæ, † quia delictum vnius particularis, non est delictum Capituli, de cuius pręiudicio ageretur, si vellemus
hoc casu ei iurisdictionem auferre, non enim debet delictum particularis Canonici inferre præiudicium iuri
4 Capituli; † cum aliud sit, quòd quid fiat vti à particulari, vel vti à Capitulo, *Alex. cons. 114. num. 11. lib. 4. Plot. in l. si
quando, num. 832. C. Vnde vi.* Et ita conclusum.

Firmana Fideicommissi de Aegidijs.
Die Mercurij 5. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit dicere, substitutio non legitur in testamento.*

2 *Fideicommissa sunt odiosa, & strictè interpretanda, nec extenduntur vltra personas, & casus expressos.*

3 *Substitutio plurium descendentium in dubio semper intelligitur facta discretiuè de proprijs filijs, & descendentibus vniuscuiusque instituti, non autem de alijs.*

Idem est in emphyteusi, & feudo concesso pluribus, & eorum successoribus. vt nu. seq.

5 *Dispositio, quando potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, numquā per eam*

cen-

censetur inductum nouum fideicommissum.

6 *Ad hoc, vt ex tacita mente testatoris dicatur inductum reciprocum fideicommissum, duo simul requiruntur: Alterū, quod fiat substitutio in tota hereditate: Alterum, quod fiat vltimo decedenti.*

7 *Verba, quod bona vadant integraliter ad quoscunque vocatos intelliguntur discretiue, cum ad quoscunque integraliter peruenire sit impossibile.*

8 *Pluralitas quando resoluatur in singularitatem.*

9 *Ratio agnationis a testatore considerata restringitur ad gradum expressum.*

10 *Prohibitio alienationis regulatur iuxta terminos fideicommissi præcedentis.*

FVit resolutum, non fuisse factam reciprocam substitutionem inter descendentes vnius lineæ ad aliam,
1 cum talis substitutio nō legatur in testamento, de qua agitur, quod sufficit allegare ad illam excludendam, *vt ait Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. de testam. § 1. versicu octauo Socin consil. 61. num. 7. lib. 3 l. quidam cum filium, vbi Bald. & Imol. de hered. instit.* & magis tres sunt regu-
2 læ, quod † fideicommissa sunt odiosa, & stricte interpretanda, nec extendenda vltra personas, & casus expressos, *Cephal. qualios congerit consil. 430. num. 12. cum seq. lib.*
3 3. Præterea † substitutio plurium descendentium semper in dubio intelligatur facta discretiue de propriis filiis, & descendentibus vniuscuiusque instituti, non autem de aliis. *Rum. consil. 121. num. 8. lib. 2. & cons. 115. nu. 12. & consil. 54. nu 7 & cons. 141. nu. 13 vers postremo. & consil. 142. nu. 5. lib. 3. Paris. cons. 18. num. 6. lib. 2 Alciat. cons. 82. num. 2. Thom. lib. 9. l.* & facit simile de emphyteusi vel feudo concesso pluribus eorumque successoribus, *Bart & alij in l. si mihi. & Titio de verbor. oblig. Bald in l. cum acutissimi num. 2. C. de fideicomm. Alex. consil. 204. num. 3. lib 2.* Non obstant illa verba eisdem, & cuilibet ipsorum substitutit eorum, & cuiuslibet ipsorum filios, & descendentes, quæ intelliguntur discretiue referendo singula singulis, scilicet vt cuilibet decedenti intelligantur substituti proprij cuiuslibet filij, & descendentes, & † quando dispositio po-
4 test parere effectum citra multiplicationem onerum fideicommissorum, nunquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum, *l. pater, §. filium, de legat. 3. & fuit resolutum coram R. P. D. meo Pamphilio, in causa Vrbeuetana fideicommissi, die 18. Aprilis 1586.* quod adeo magis dicendum, quia alias dicendum esset substitutos fuisse simul non solum filios sed etiam transuersales, quod est inverisimile, nec supplenda sunt illa verba, vt intelligatur de descendentibus filijs vnius lineæ, cum hoc ibi non legatur.
Quod vero dicitur videri inductum fideicommissum ex tacita mente testatoris, non potest hic probari, cum ad hunc effectum duo simul requirantur; Alterum, vt fiat substitutio in tota hæreditate; Alterum, vt fiat vltimo decedenti, *Doctores in l. heredes mei. § cum ita ad S. C. Trebell. & ibi post Bartol. Socin numer 4. Rip nu. 14 Zanch in 5. par. n. 86. Alex. cons 93. num. 3. lib. 1. Rum. cons. 126. num 5. lib. 3. Paris. cons. 44. n. 26. lib. 2. & cons. 59. n. 7. lib. 3. Aym. cons. 161. Cephal. cons. 430. n. 36. lib. 3. & fuit resolutum in causa Vrbeuetana, & consideratū in vna Bononien. de Fenzis coram me. (Sub die Lunæ 18 Febr. & 10. Iun. 1591.).* Non obstant illa verba, & † ad effectum vt dicta bona vadant integraliter ad quoscunque vocatos, quia respiciunt prohibitionem detractionis Trebellianicæ, Falcidiæ, legitimæ, & cuiuscunque portionis, vt patet ex lectura, & intelliguntur discretiue, cum sit impossibile, quod tota hæreditas integraliter vadat ad quoscunque vocatos, † sed pluralitas resolui debet in singularitatē, *ad notata ad l. Lucius. § Caio. Doctor in d. l. heredes mei. §. cum ita Alex. cons 93. nu. lib. 3.* Non obstat, quod testator considerauit agnationem, quia hoc intelligitur respectu descendentium cuiuslibet lineæ, & † dicta ratio agnationis restringi solet ad gradum expressum, *Put. decis. 175. lib. 2. & pluries fuit decisum, & in causa Vrbeuetana Castrorum. coram R. P. D. meo in Blanchetto (præsertim 15. Iun. 1583.)* † Non obstat prohibitio alienationis, quia regulatur iuxta terminos fideicommissi præcedentis. *ad cons. Dec. 636.* Et ex his conclusum per Dominos in hoc casu nullam adesse reciprocam substitutionem inter lineas.

DECISIO MXXIV.

Viterbien. Releuationis. Die Veneris septimo Maij 1591.

1 *Mandatum obtentum contra releuatorem indemnitatis non intimatis molestijs dicitur iniustum, & venit reuocandum.*

2 *Fideiussor indemnitatis dicitur obligatus sub conditione, & non tenetur nisi costet de damno illius, ad cuius fauorem tenetur, passo sine culpa & facto illius.*

3 *Hæres non potest cōtrauenire confessioni defuncti, & illi præiudicat.*

4 *Fideiussor non in plus obligatur quam principalis.*

5 *Rei si euincatur propter confessionem emptoris, vēditor non tenetur de euictione, nisi aliter doceatur de veritate confessionis.*

6 *Mandatum, quod excedit summam obligationis, & promissionis in eo quod excedit obligationem limitatam sustineri non potest.*

1 FVit resolutum † mandatum relaxatum contra fratres ad fauorem D. Antonij Sproiæ esse reuocandum, nam fratres promiserant, quod ipse non molestaretur, & in euentum molestiarum voluerunt teneri ad scuta 124. nec non damna & interesse, & dum prætenderet Antonius se molestatum & condemnatum in scutis 350. ad fauorem Portiæ Ninæ pro releuatione indemnitatis, obtinuit contra fratres & contra Dominicum eorum fideiussorem mandatum pro scutis quadringentis, quod mandatum fuit iniustum, debebat enim Antonius intimare molestias fratribus *iuxta*
2 *notat in l. emptor. C. de euictionibus.* nam † fideiussor indēmnitatis dicitur obligatus sub conditione, & non tenetur; nisi constet de damno illius, ad cuius fauorem tenetur, passo sine culpa & facto illius *l. si fideiussor. mandat. cum alijs allegatis (& facit Alex. in l. si quis iniquum §. si is pro quo, num. 2 ff. quod quisque iur. Rimnald sen. cons. 132. num. 13. Duen. regul 332.)* Quod autem damnum peruenerit sua culpa colligitur ex eo, quod facilis erat defensio contra hæredes Ninæ, cum ex inuentario per ipsam facto appareat animalia, quorum ratione emanauerat promissio fratrum, fuisse in hæreditate Dominici Petrucij, quæ spectabat ad ipsos fratres, & hæredes Ninæ nihil in illis potuisse præ-
3 tendere, † nec contrauenire confessioni ipsius. *l. cum a matre. C. de rei. vendic.* & tanto magis quod ipsi hæredes Ninæ nitebantur tantum confessione quadam Cæsaris, quod animalia spectarent ad Ninam, quæ confessio est æquiuoca, cum animalia etiam dici possent esse ipsius Ninæ hæredis Petrucij; Præterea si Antonius fuit condemnatus vigore confessionis Cæsaris, cuius ipse est hæres, non potest agere contra monasterium, quia illa confessio sibi nocet, & tanquam hæres Cæsaris tenetur monasterio, & sic habet locum exceptio doli facis, & sic tam a mona-
4 sterio, quam ab eius fideiussore, † qui in plus non est obligatus quam monasterium, repelli potuit, & placuit aucto-
5 ritas *Imol. in l. fin. de emption & vendition.* quod † quando res euincitur per confessionem emptoris, venditor non tenetur de euictione, nisi aliter doceatur de veritate confes-
6 sionis, sed & clara est omnino res, quod † mandatum sustineri non potest in eo, quod excedit summam scutorum centum viginti quatuor, ad quam limitata est obligatio, & promissio damnorum & interesse intelligitur ratione dictæ summæ, de quibus nihil omnino apparet. Ideo conclusum pro fratribus.

DECI-

DECISIO MXXV.

Salsburgen. Exemptionis Præpositutæ. Die Lunæ 10. Maij 1593.

1 *Monasterium in sui fundatione susceptum sub tuitione Sedis Apostolica an & quando censeatur ab initio acquisitum Ecclesia Romana, & num. 3 & 4.*
2 *Oblatam efficitur eius Ecclesia, cui offertur.*
5 *Specialis protectio Papa eximit Ecclesiam seu monasterium a potestate Ordinary.*
6 *Initium fundationis Ecclesia multum facit ad ostendendum statum primæuum ipsius Ecclesia ea vero qua subsequuta fuerant declarant, an status illius sit emptus vel ne.*
7 *Facultas a Papa concessa Ecclesia adeundi pro Sacramentis Ordinarium arguit exemptionem ipsius Ecclesia, cum nō sit necessaria huiusmodi concessio, nisi in casu exemptionis*
8 *Solutio annua qua fit Ecclesia Romana arguit exemptionem Ecclesiæ soluentis.*
9 *Per expressionem aliquorum casuum libertatis, quando intelligatur dicta libertas restricta.*
10 *Appellatione Ecclesia seu monasterij veniunt etiam monachi, & persona ipsius monasterij in exemptione.*
11 *Obseruantia ex actibus multiplicatis probatur.*
15 *Attestationes Pontificum quod locus aliquis pertineat ad ius Romana Ecclesiæ, denotant exemptionem, & illam probat & num. 15.*
13 *Dictio illatiua ea propter indicat dispositionem.*
14 *Enunciatiua antiqua aquipollent fama, & plene probant.*
16 *Negotium tractatum per viam compromissi & concordia, non autem iudicialiter tanquam coram iudice Ordinario, non arguit iurisdictionam ordinariam, sed cōpromissariā.*
17 *Priuilegium Papa concedens decimas Ecclesia, qua est exēpta non arguit subiectionem ipsius Ecclesia, sed personarum tantum Ecclesia seruientium, & nouaelia excolentiū, qua non erant exempta.*
18 *Reseruatio reuerentia in Ordinario arguit in ceteris exemptionem & nu 20.*
19 *Exempti non tenentur ad reuerentiam, quod tamen intelligitur procedere, quando exemptio est plena.*
25 *Ex procuratione soluta probatur subiectio, secus est si non soluatur sub titulo procurationis sed reuelationis.*
22 *Ex concessione iuris conferendi Ecclesiam vel monasterium per Papam facta Episcopo quoties illam vacare contigerit, non potest argui subiectio, nisi concessionis effectuatio probetur.*
23 *Actus facti contra Ecclesiam exemptam, & imediate Sedi Apostolica subiectam non possunt ipsi Sedi Apostolica præiudicare, tam si sint facti per Episcopum, quam per ipsius Ecclesia superiorem.*

QVoniam informantes pro Illustriss. D. Archiepiscopo Salsburgen. non informarunt super tota causa, sed retrinxerunt se ad constituendum, qualis esset status Præpositura ante Bullam Calixti III. prætendentes se posse ostēdere, Præposituram tunc non fuisse exemptam, sed potius subiectam ordinariæ iurisdictioni; ideo de hac principaliter actum est, & re diligentissime discussa in hanc sententiā decisum, constare de statu exemptionis ante Bullam Calixti II. non autem de statu subiectionis, & hoc maxime ad effectum, vt dicta Bulla nō possit argui de subreptione aut defectu intentionis: Et pro hac sententia fuerunt plura deducta, & perpensa, quæ hic sigillatim referuntur: Etenim considerata origine & primæua ipsius Præpositura erectio ne apparet Comites Berengarium & Cnnonem anno Domini 1106 ex propriis eorum allodiis & villis, quæ Deo, &
1 Beato Petro sub annuo censu obtulerunt, † fundasse hoc
monasterium sub Paschalis eius nominis Secundi auctoritate, qui illud sub tuitione sedis Apostolicæ suscepit; Quæ res arguit statim ab initio fundationis acquisitum fuisse monasterium Ecclesiæ Romanæ, cui oblatum fuit, *ad text. in c. dilectissimis §. omnes vero. & c. videntes. 12 q. 1.* Vnde videtur esse effectum iuris Beati Petri, & Ecclesiæ Romanæ specialiter per hanc oblationem; ita quod ad aliam Ec-
2 clesiam spectare non potest, † oblata enim efficiuntur eius Ecclesiæ, cui offeruntur, *c. 1. de stat. monach. c. cum inter vos. de verb sign.* maxime cum hoc tempore nullum adhuc cōpeteret Archiepiscopo ius superioritatis, cuius contemplatione diceretur ei fieri præiudicium *Felin in cap cum inter.*
3 *num. 4. de re iudic.* † Et licet dicatur simpliciter recipi monasterium sub tuitione sedis Apostolicæ, quæ verba regulariter non arguunt subiectionem, *cap ex parte. il 2. de priuileg.* tamen illud procedit in simplici protectionis susceptione, non autem vbi concurrunt alia, quæ suadent plenam & immediatam subiectionem, verba enim huiusmodi variam recipiunt interpretationem secundum obiectam materiam, *vt not Hostien in c fin de confirmat vtil vel inut Io. And. in c cum. olim il 1. col 3. & ibi Butr num. 17. de priuileg* Confirmatur, ex eo quod in eadem Bulla Paschalis disponitur, vt nulli liceat prædicta allodia B. Petro subtrahe-
4 re, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare; † videtur autem quedam subtractionis species velle iori suo subiicere, quod alteri Ecclesiæ nempe Romanæ oblatum esse cōpetitur, nec potest dici illa verba Beato Petro referenda esse ad dictum monasterium, non ad Ecclesiam Romanam, cum tunc temporis non fuerit erectum sub inuocatione B. Petri, sed inuocatione SS. Ioanni. & Martini, vt patet in Bulla Calixti II. & ideo omnino debet intelligi de Ecclesia
5 Romana, † & ista specialis protectio eximit a potestate Ordinarij *secundum Butr in c ex parte il 2. de priuileg. quem se-*
6 *quitur Henr Boich* Et quemadmodum † hoc initium fundationis multum facit ad ostendendum statum primæuum huius monasterij, ita ea, quæ subsequuta fuerunt, omnino, declarant, quod per hanc tuitionis susceptionem factum est exemptum, & immediate subiectum Sedi Apostolicæ; Nam Calixtus II. an. Domini 1122 in suo priuilegio manifeste eximit hanc Ecclesiā ab Ordinarij iurisdictione, quod ex eo probatur, quod concedit facultatem Monachis, vt Sacramenta a diœcesano recipiant: Vnde in alijs non reseruatis videtur exemisse ab eius potestate, vt in simili *tradit Dec. consil. 152 in causa exemptionis nu. 1. vers quarto fa-*
7 *cit.* † hæc enim facultas adeundi pro Sacramentis Ordinarium non est necessaria, nisi in casu exemptionis, *gloss. in c. vlt in verb. permitimus de panit. & remis. Io Andr in Mercurial. in reg sciens & consentienti num 25. de reg. iur. in*
8 *6.* † Præterea in eodem priuilegio habentur hæc verba, ad indicium autem perceptæ huius a Romana Ecclesia libertatis, aureum vnum quotannis Lateranensi Palatio persoluetis, quæ verba probant exemptionem, *vt habetur in c. si Papa de priuileg in 6. & ibi omnes notant Abb. in c. recepimus circa si de priuileg & ibi Socin. num. 36. Summista in verb exemptio & exemptus. & alias fuit cōsideratum.* Nō obstat, quod cum ista verba sint posita post expressionem
9 aliquorum casuum libertatis, † restringi debeat exemptio ad eos tantum, *d. c. si Papa in verb indefinite. & in §. idem dicimus.* & hoc maxime, cum hic adsit dictio, huius, quæ videtur restringere ad casus expressos. *glos. in proem. 6 in verb. huiusmodi* Quia cum præcedat generalis prohibitio, ne quis audeat prædictam Ecclesiam temere perturbare, vel eius possessionem auferre, vel oblata retinere, vel minuere, hoc decretum vtique non solum monasterium materia-
10 le, sed etiam personas Ecclesiæ exemisse censetur, cum † Ecclesiæ appellatione veniant monachi, & persona ipsius monasterij, *vt tradunt Summista omnes in verb. exemptus & exemptio.* & casu quo posset circa hæc verba oriri aliqua difficultas, ea omnino tollitur ex obseruantia subsequuta, tot Pontificum assertionibus probata, vt mox demonstrabitur

ad tra-

ad tradita per Aret. cons. 11. Corn. cons. 193. n. 49. lib. 1. cum 11 *similibus.* † Obseruantia verò huiusmodi probatur ex multiplicatis assertionibus aliorum Pontificum, alias per nos consideratis, nempe, Innocentij II. Eugenij III. 12 Adriani IIII. Innocentij III. & Gregorij VIII † qui omnes attestantur hæc loca specialius ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinere; quibus verbis denotatur exemptio. *d. c. si Papa.* Nec obstat, quòd ex aduerso dicitur, has assertiones fieri generaliter & indefinitè de 15 Ecclesijs, quæ ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinent, non autem de hoc Monasterio, & etiam esse meras enunciatiuas dispositionem non inducentes, quia apparet hanc assertionem referri ad Monasterium, cum super ea fundetur Pontificum rescribentium dispositio, quòd apertè conuincitur ex eo, quòd post illa verba (petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad ius S. R. Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur) subij-13 citur, † dictio illatiua, (ea propter dilecti filij, vestris iustis petitionibus annuimus, &c.) quam dictionem ad eumdē effectum ponderat *Dec. in supra allegato cons. 152. n. 2. vers. & quia Papa videtur fundare.* Sed dato etiam quòd esse-14 mus in puris terminis orationis enunciatiuæ, † cum simus in enunciationibus antiquissimis, & emanatis à pluribus Pontificibus, toties q; repetitis, eæ equipollent famæ, plenè probant, *vt per Bal. Salicet. & Castr. in l. cum aliquis, C. de iur. delib. cum alijs quos citat Aymo, de antiq. temp. par-15 t. 1. in §. ampliatur, num. 14. cum sequent.* † Adest præterea assertio Innocentij IV. affirmantis dictum Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinere, quæ expressio exemptionem probat, *c. cum olim, il 1. de privileg. & tradunt Doctores supra citati.* Verum post exhibitionem processus Reuerend. Nuncij adnotatæ etiam fuerunt aliæ assertiones superioribus et clariores & concludentiores, nempè, Celestini V. anno Domini 1291. qui in duabus suis Bullis affirmat monasterium hoc ad Ecclesiam Romanam nullo mediante pertinere; Item Bonifacij VIII. dicentis Monasterium hoc Romanæ Ecclesiæ esse immediatè subiectum in duabus Bullis, sub eadem data anno IV. Quinto Calend. Martij. Neque dici potest, hæc esse verba partis, cum sint posita in ipsamet salutatione Papæ. Adsunt præterea duo instrumenta, nempè, sutæ excommunicationis, & eiusdem executionis; contra Eberardum Archiepiscopum de anno 1404. in quib. enunciatur Monasterium ad Eccles. Roman. nullo mediante pertinere. Postremò, idē probatur ex duab. supplicationib. Ducum Bauariæ, in quib. dicitur Monasterium fuisse, & esse Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectum, & alij præterea nem...q; si ex aduerso prætenditur enunciatiuas Ducum non esse attendendas, cum supplicarent contra tunc temporis Archiepiscopum Eberardum; certè eadem ratione dicendum erit, nullam fidem adhibēdam enunciatiuis subiectionis, si quæ sint, emanatis ab eodem Archiepiscopo; cum maior & vehementior suspicio militet contra eum, vtpotè qui causæ suæ quantum poterat fauebat; Bauari verò non suam sed Monasterij causam tuebantur; maximè verò cum enunciatiuæ huius partis sint tot adminiculis fulcitæ, quibus assertiones Archiepiscoporum destituuntur. Non est prætermittendum pro huiusmodi obseruantia facere quamplurres Bullas Pontificum, in quibus committuntur diuersis personis Ecclesiasticis, non autem Archiepiscopo, negotia ad Monasterium spectantia, prout alias in voto particulari fuit consideratum. Ex prædictis itaque constituto & fundato statu exemptionis huius Monasterij à sua primæua erectione: Non obstant ea, quæ in contrarium pro subiectione deducta fuerunt à Dominis Aduocatis Illustriss. Archiepiscopi; Et Primò non obstat allegatio sententiæ latæ per Archiepiscopum inter duo Monasteria Bertesgadense, & Bambergense, super certis eorum controuersijs; quia omisso an potuerit protogari iurisdictio, *vt per Feder. de Sen. cons. 14.* ex facto tollitur 16 obiectum; † negotium enim illud fuit tractatum per viam compromissi & concordiæ, non autem iudicialiter, tamquam coram Iudicæ Ordinario, vt apertè probatur ex Bullis Gregorij, Adriani, Innocentij, & alterius Gregorij, & aliorum Pontificum, qui hanc vocant concordiam, & eam confirmant, adeo, quòd potius hoc argumentum facit contra Archiepiscopum, si enim fuisset iudex Ordinarius & competens, vtique opus non fuisset tot & toties repetitis confirmationibus. Secundò, non ob-17 stat † ponderatio, quæ fit super quodam priuilegio Innocentij concedentis Præposito & Monasterio curam animarum eorum, qui intra cellam Ecclesiæ defecerunt, aut circa ipsam noualia excolunt, cum ipsorum decimis, quemadmodum permittente Salisburgense Archiepiscopo hactenus habuerunt, salua ipsius reuerentia, quia hoc non arguit subiectionem Monasterij, sed personarum tantum Monasterio seruientium, & nonalia excolentium, quæ non erant exemptæ; Immo hoc facit contra Archie-18 piscopum, † reseruatio enim reuerentiæ arguit in ceteris exemptionem, hæc enim ab exemptis præstari debet Episcopis, *Io. Andr. cap. cum Venerabilis, de censib. Bald. in l. fin. num. 4. C. de bon. libert. Felin. in c. cum inter, num. 3. & 4. de re iud. & quamuis Puteus decis. 115. 10 Martij. lib. 1.* 19 dicat † ad reuerentiam non teneri exemptus a Papa; tamen id procedit, quando exemptio est plena: Vnde hic Papa noluit ita plenam concedere respectu eorum, qui non fuerant professi regulam B. Augustini in dicto Monasterio. Et hoc pacto etiam tollitur, quod dicitur de reser-20 uatione canonicæ Institiæ, † cum reseruatio in vno, arguat in ceteris exemptionem, & etiam quia in aliquibus exempti subijciuntur Ordinarijs, vt alias fuit consideratum. Tertiò enuntiatiuæ, quæ ponderantur ab informantibus, in quibus habetur Præpositum esse Prelatum Ecclesiæ Salisburgensis, & describi ab Archiepiscopis inter greges sibi commissos, & oues sibi creditas, sunt valde debiles, ex pluribus; nam sunt enunciatiuæ ipsorummet Archiepiscoporum, qui perpetuo tentarūt subijcere sibi hoc Monasterium, vt patet ex supra allegatis Bullis Celest. III. in quib. præcipit Archiepiscopo, vt desistat a vexationib. & molestationib. exhibitis Monasterio, patet ex vnione à Pelegrino Archiepiscopo extorta à Bonifacio IX. Item à vexationibus illatis Petro de Pientznauet propter impetratam à dicto Bonifacio Præposituram, de qua in voto nostro latius egimus: Item à facultate conferendi impetrata à Nicolao V. quarum molestiarum & vexationum ignarus non fuit Calixtus III. eas. n. recenset in sua Bulla exemptionis: quare nulla vel modica vis constituenda est in huiusmodi enunciationib. Præterea enunciatiua illa gregis, & ouium, non est clara; cum potius videatur respicere fratres de choro Salisburgensis Ecclesiæ, quib. fit pro vna parte concessio salinarum, quàm Ecclesiam Bertesgadnensem: sunt itaque multum frigidæ, & debiles istę enunciationes, si cum contrarijs comparentur, & nullius efficaciæ & momenti. Quartò non obstat transactio inita inter Eberardum Archiepiscopum, & Petrum de Pientznauer, quia sufficiunt ea, quæ in posteriori nostro voto circa hoc factū deducta fuerunt: fuerunt enim omnia extorta à Petro, qui aliàs non poterat consequi possessionem Præpositurę, quā iis deuentum fuisset contra Archiepiscopum vsque ad censurarum fulminationem. Quinto non obstat, quod opponitur de quadam visitatione, quam procurarunt fieri Duces Austriæ enunciantes se esse naturales, & aduocatos Præpositura, quod tamen manifestè erroneum est, quia de supplicatione sola apparet, de visitatione verò non constat tamen visitatio illa, quę dicitur facta per quēdam Archiepiscopum Leonardum, ratione quarumdam dissensionum ortarum inter monachos Bertesgadnenses, continetur in quadam scriptura, quæ est imperfecta, & caret anno & die: & mirum est, quòd per spatium 450. annorum, qui fluxerunt à Pascali II. ad Calixtum III. nulla reperiatur visitatio facta ab Archiepiscopo, cum tamen res hæc ad officium Ordinarij præcipuè spectare digno-

dignoſcatur;ex quo colligitur,validiſſimum exemptionis
argumentum,& eiuſdem obſeruãtia. Neque obſtat,quòd
in indulto Vrbani legatur, quemdam Præpoſitum per Ar
chiepiſcopum Pelegrinum fuiſſe ob nonnulla delicta pri-
uatum,quæ res videtur facta inſtantibus præfatis Auſtriæ
Ducibus,quia in eodem indulto habetur,negotium huius
priuationis cõmiſſum fuiſſe à Papa Archiepiſcopo Pra-
genſi, & ita noluiſſe ratam habere ſententiam Archiepi-
ſcopi Salisburgenſis, ſed alteri commiſiſſe cognitionem
huius cauſæ; Vnde potius poteſt hoc contra Archiepiſco-
pum retorqueri,& etiam iſte Pelegrinus fuit ille,qui pro-
curauit vnionem huius Monaſterij, vt ſupra relatum eſt.
21 Sextò, † quod de procuratione ſoluta dicitur, ex qua ſu-
biectio probatur, *c.1. vbi notat.de cenſib.in 6.* non obſtat:
quia ea non ſub procurationis titulo exigitur, ſed reſeua-
tionis, quæ etiam relinquitur arbitrio nominatorum, &
ſine pœna:. Vnde conijci poteſt fuiſſe ex aliqua neceſſita-
te,puta alicuius belli imploratum auxilium eorum, quo-
rum intereat diœceſim non moleſtari. Septimò non ob-
ſtat iuramentum fidelitatis,quod præſtatur per Præpoſi-
tum Archiepiſcopo,vt habetur in tranſactione confirma-
ta per Nicolaum Anno Domini 1449. quia vltra ea, quæ
alias dicta fuerunt, eſt animaduertendum, non eſſe verũ,
quod ex aduerſo prætenditur,duo fuiſſe iuramenta, quo-
rum alterum contineret ſimplex homagium fidelitatis;
Alterum vero fieret occaſione officij Salinatoris conceſſi
ab Archiepiſcopo Schelnperg: quia ex lectura apparet,
fuiſſe vnicum tantum occaſione dicti officij; ſubiungũtur
enim mentioni factæ iuramenti hæc verba, quemadmo-
dum in lectura impignerationis pro coctura in Scheln-
perg. omnia illa clarius ſunt contenta: Vnde apparet ea
occaſione promiſſum fuiſſe. Neque obſtat,quòd promit-
tunt ſe fideles,& obedientes fore,ſicut ab antiquo fuit ob-
ſeruatum, quia oppigneratio fuit facta de anno 1409. &
ſic per quadraginta annos antea fuerat obſeruatum, in
quibus verificatur Clauſula illa ab antiquo: Neque appa-
ret de aliquo alio iuramento vllo tempore præſtito extra
hanc cauſam; quinimmo finita oppigneratione, fuerunt
Berteſgadnenſes abſoluti ab huiuſmodi iuramenti præ-
ſtatione. Octauò non obſtat Bulla Nicolai de anno 1447.
directa Epiſcopo Secouienſi, in forma cõmiſſaria, quòd
conſtito ſibi de narratis auctoritate Apoſtolica transfe-
rat ius conferẽdi Præpoſituram in Archiepiſcopum, quo-
22 ties illam vacare contigerit, † quia ex hac conceſſione
non poteſt argui ſubiectio,niſi poſt eam, ſi probaretur ef-
fectuatio; Verum de contrario potius conſtat, cum nulla
detur collatio Archiepiſcopi,& poſt octo annos Calixtus
exemptionem illam ampliſſimam conceſſerit. Verum pręter
has particulares reſponſiones poteſt in vniuerſum re-
23 ſpondere, † nullos actus per Præpoſitos, & Archiepiſco-
pum geſtos potuiſſe præiudicare Sedi Apoſtolicæ, *vt per
Abb.in c.cum tempore,de arbit. & Fel.in c.2.de ſentent.ex-
comm.in fine.* Neque etiam omittendum eſt,videri totam
hanc diſputationem ocioſam, cum habeamus claram, &
indubitatam exemptionem in priuilegio Calixti III. Vn-
de effectus huius diſputationis reſtringitur ad redarguen
dum dictam Bullam Calixti de ſubreptione; Hinc fit, vt
ea, quæ ſupra de exemptione relata ſunt, ſine difficultate
ſint talia,vt omnem ſubreptionem excludãt,etiam ſi nar-
ratum fuiſſet aſſertiuè Monaſterium prius exemptum
fuiſſe, quòd tamen factum non fuit,cum Papa vſus fuerit
his verbis, & iuriſdictione Ordinaria exemptum fuiſſe
credatur, & vtique ſi voluiſſet pro conſtanti affirmare,
fuiſſe per prius exemptum, ſuperflua fuiſſet eius diſpoſi-
tio in ea parte, in qua pro potiori cautelæ ſuffragio de
nouo eximit; hoc enim decretum arguit neceſſariò Pa-
pam voluiſſe eximere etiam non exemptum. Quare ma-
gna Dominorum conſenſione concluſum fuit pro ſtatu
exemptionis etiam ante Bullam Calixti.

Oriolenſ. Beneficiorum.
Die Veneris 21. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio, quæ loquitur de beneficio ſimplici, cum ſit ſerui-
torium,non ob id redditur nulla, ſi conſtat de certo cor-
pore beneficij, & prouiſus ſit idoneus tam ad unum
quàm ad aliud.*
2 *Omiſſio qualitatis beneficij,quæ nõ eſt doloſa,nec talis,quæ
retraxiſſet concedentem, etiam ſi qualitas expreſſa uel
ſit maior,uel ſit minor, dummodo adſit habilitas in pro-
uiſo,non uitiat prouiſionem.*
3 *Ordinarius prouidet Eccleſijs non perſonis.*
4 *Collatio facta de beneficio curato tamquam de ſimplici,non
ualet,cum non ſufficiat habilitas perſonæ in uno,quæ re
quiritur in altero,& in ſimplici poſſit deſeruiri per ſub-
ſtitutum, quod fieri non poteſt in curato.*
5 *Ex cura rõne fontis Baptiſmalis nõ infertur ad curã aĩarũ.*
6 *Vicarius Epiſcopi quando poſſit conferre beneficia.*
7 *Per conſtitutionẽ ſecũdi Vicarij,primus dicitur reuocatus.*

DECISIO MXXVI.

1 FVit reſolutum † prouiſionem Reuerendiſſ. D. Epiſco
pi Oriolenſis fuiſſe validam, non obſtante ea obie-
ctione,quæ fit,quòd iſta beneficia, de quibus agitur, ſint
beneficia ſeruitoria, & prouiſio loquitur de pręſtimonijs
ſimplicibus, quia cum conſtet de certo corpore iſtorũ be-
neficiorum,& Dominus Viues ſit idoneus tam ad præſti-
2 monia ſimplicia, quàm ad ſeruitoria, † iſta omiſſio quali-
tatis non vitiat,quia nõ eſt doloſa, nec talis, quæ retraxiſ-
ſet concedentem, *Rot.dec.4.de reſcript.in antiq.Caſſad.11.
de præb.Gemin.conſ.111. Abb.in c.ſignificante,n.5.de reſcrip.*
qui licet loquantur, quando eſt expreſſa maior qualitas,
nempè,quòd ſit curatum,idem tamen eſt, quando eſt mi-
nor,ſi non eſt talis,quæ retraxiſſet concedentem, *Fel.in c.
3 ſuper litteris,col.2.de reſcript.* maximè † cum ſimus in pro-
uiſione Ordinarij, qui dicitur prouidere motu proprio
Eccleſijs,& non perſonis, *Card.in Clement.2.col.fin.de offic.
Ordin.Felin.in c.ad aures,n.15.de reſcript.* & ceſſat difficul-
tas, ex quo ſaltem in genere Epiſcopus, qui præſumitur
informatus de qualitate ſuorum beneficiorum,hoc intel-
lexiſſe videtur,exigendo iuramentum à prouiſo de lauda-
biliter inſeruiendo,& onera incumbentia ſupportando in
prædictis beneficijs. Non obſtat *deciſio Puteí 301. lib. 1.*
4 quia † ibi Eccleſia erat curata, & collatio facta tamquã
de ſimplici, & ſic non ſufficiebat eadem habilitas, prout
hic,cum in iſtis poſſet deſeruiri per ſubſtitutum; *iuxta al-
legat. Lap. 35. & fuit deciſum in una Romana Capellaniæ
5 coram R.P.D.meo Pamphilio.* Nõ obſtat,† quòd obijcitur
de cura ratione fontis Baptiſmatis, quia ex eo non infer-
tur ad curam, *Card.in Clem.1.q.4. & ibi Anchar.in 2.no-
tab.Imol.num.6. Vital.in.n.66.de Baptiſ. Sarnen.de Idiomat.
q.1. cum alus allegatis per Rotam in una Recanat.parochia-
lis.coram bonæ mem. Lauretano.20.Maij 1577.* Dictum etiã
6 fuit circa ſecundam partem dubij,† hanc collationem ſuf
fragani D.Io.Baptiſtæ,ex quo prouiſio facta à Vicario,nõ
videtur poſſe ſuſtineri, cum fuerit ſubſtitutus ſimpliciter,
& ſine aliqua cauſa,cum tamen adeſſent alij Vicarij con-
ſtituti ab Epiſcopo, *vt per Doctores, in c.1. de offic. Vicar.in
7 6.Pariſ.conſ.80.nu.15.lib.4.Put.deciſ.168.lib.1.* † maximè
cum ipſe conſtituens fuiſſet reuocatus per conſtitutionẽ
ſecundi Vicarij, *Franc. & Gemin. in c.licet, de offic. Vicar.
in 6.* maximè concurrente voluntate Epiſcopi, *vt per Re-
buff.de form. Vicariat. nu.205.* quæ colligitur ex eo, quòd
excipit tantum Ludouicum Marcharellum, *l.cum prætor.
de iudic.* & iſtius reuocationis Iulius habuit notitiam, vt
patet ex lectura ſubſtitutionis,in qua fit mẽtio Vicarij ſe-
cundo loco conſtituti. Verum quia pro parte Franciſci,&
Petri non fuit informatum ſuper hoc; Domini ordina-
runt,vt ſi velint informare,audiantur.

Roma.

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Veneris 21. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *In contractu alienationis bonorum Ecclesiæ gesto cum ipsomet Papa, non est opus confirmatione Apostolica.*

2 *Alienatio, quæ ex dispositione statuti fieri non potest inconsulto Episcopo, si ipsimet Episcopo sit facta, nihil aliud indiget, & statuto dicitur satisfactum.*

3 *Cōtractus, qui ex dispositione statuti non pōt fieri à filio sine cōsensu patris, si fiat cum ipso patre nil aliud indiget.*

4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta Papæ, qui contraxit tāquam priuata persona, & vti N. non autem vti Papa, operatur tantum, vt res non acquiratur Sedi Apostolicæ, sed ipsi Papæ, vti priuatæ personæ; nec ob id potest dici non interuenisse consensum Papæ ratione sollemnitatis vti Papæ, cum non possit vti N. & priuata persona consentire alienationi, & vti Papa dissentire.*

5 *Consensus in vna eademq; persona est indiuisibilis.*

6 *Consensus Capituli generalis, & illius Præsidentis, ac Diffinitorum, qui reseruatur in contractu alienationis ad eum auctorizandum, non autem ratione præiudicij, recipit tacitam conditionem, quatenus opus sit.*

7 *Beneplacitum Apostolicum, quod in alienatione reseruatur, recipit tacitam conditionem, quatenus opus sit.*

8 *Vbi Papæ auctoritas adest, cessat auctoritas inferioris.*

9 *Consensus Capituli generalis, vel Rectoris in alienatione, quatenus opus sit, ex lapsu triginta annorum interuenisse præsumitur, & talis qualis requiritur.*

10 *Protestationes clandestinæ, & quæ non fuerunt intimatæ, & ad notitiam possessorum deductæ, nullum operantur effectum ad fauorem protestantis.*

11 *Ad annullandam alienationem bonorum Ecclesiæ factam cum Papa ad effectum præscriptionis deducuntur tempora illius Papæ, si tamen probetur, per Papam fuisse vim vel metum illatum pro obtinenda venditione; secùs est ad effectum præsumptionis, & nu. 13.*

12 *Metus incussio in Papa non præsumitur.*

14 *Lis mota, in qua quis succubuit, non interrumpit præscriptionem; maximè si præscriptio erat tempore motæ litis completa.*

DECISIO MXXVII.

FVit dubitatum, an alienatio Casalis, de qua agitur, sustineatur non obstante allegato defectu sollemnitatis & mandati; Et quantum ad sollemnitatis defectū, is deducit ex eo, φ non fuerit contractus iste confirmatus à Sede Apostolica, neque interuenerit consensus Capituli generalis: Ista tamen obiectione non obstante, Domini censuerunt, hic nullum adesse defectum sollemnitatis; & mo-
1 ti fuerunt ex eo potissimum fundamento, φ † contractus fuit gestus cū ipsomet Papa, cuius præsentia supplet omnem defectum sollemnitatis, *vt per Bal. in l. rescripta, C. de precib. Imper. off. Imola, in c. 1. n. 7. de lit. contest.* & qñ cum Papa contrahitur, nulla alia opus est sollemnitate, *Bald. in l. sancimus, C. de donat. Alex. cons. 157. n. 7. lib. 2. Natt. cons. 28. n. 4. lib. 1.* nam Constitutio Paulina nihil aliud requirit q̄ beneplacitum Sedis Apostolicæ, φ eo ipso interuenisse
2 probatur, ex quo contractus fuit cū Papa celebratus, † vt de alienatione facta ipsi Episcopo, quo inconsulto ex dispositione statuti fieri non poterat, tradit *Io. Andr. in c. qui tacet, in Mercurial. de reg. iur. in 6. Abb. in c. cum in veteri, n. 11. de election. & cons. 11. n. 2. lib. 2. Felin. in c. nonne. n. 10.*
3 *in fin. de præsumpt. & in c. cum nuncius, in fi. de testib.* † & de statuto requirente consensum patris in contractu filij; *Bald. in l. exceptione, in fi. & ibi optima Additio Barbat. C. de euiction. Alex. in l. is qui hæres, de acquir. hæred. Socin. consil. 80. n. 12. lib. 4. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 268.* Non
4 obstat, φ † Leo contraxerit tamquam priuata persona, & vti Io. Baptista, quia hæc restrictio eo pertinet, vt non acquireretur Casale Sedi Apostolicæ, sed ipsi Leoni vti priuatæ personæ, eiusq; hæredibus, & successoribus; sed non ideo minus potest dici, non interuenisse consensum ipsius ratione sollemnitatis vti Papæ, diuersa est enim ratio inter vtrumque casum: nam respectu acquisitionis considerari potest duplex persona in Leone, respectu verò consen-
5 sus minimè, † non enim poterat vti Io. Baptista consentire huic contractui, & vti Leo Pontifex dissentire; & ideo non placuit illud, φ dicitur effectum scientiæ diuidi posse, quia hic non de scientia, sed de consensu agitur, qui est
6 indiuisibilis in vna eademq; persona. Quantum verò † ad consensum Capituli generalis, illiusq; Præsidēts, & Diffinitorum, cum in hoc contractu non requireretur nisi ad auctorizandam contractum, non autem ratione præiudicij, reseruatio illa respicit conditionem tacitam, quatenus
7 opus sit. † vt de beneplacito Apostolico passim obseruatur, *Put. decis. 42. lib. 2.* verum hoc casu interueniente au-
8 ctoritate Papæ, non erat necessarium, & potuit omitti, † vbi enim adest superioris, cessat inferioris auctoritas, illa enim semper excepta intelligitur, *cap. venientes, de iureiur. Abb. cons. 41. n. 3. lib. 1. Paris. cons. 24. n. 4. lib. 4. Ruin. consil. 64. n. 1. lib. 1. Rebuff. de reb. eccles. non alien. n. 15. vers. fallit*
9 *quando Papa.* Verum † quatenus necessarium fuisset, vtique intercessisse præsumitur ex lapsu triginta annorum, & amplius, *glos. in c. peruenit, vbi Imol. n. 10. de empt. & vend. Felin. in c. illud, nu. 6. in fine, de præsump. & in c. Albericus, propè finem, de testib. Alex. cons. 1. num. 20. vbi Apostill. & cons. 17. n. 8. lib. 4. Cur. iun. cons. 200. n. 31. & cons. 214. nu. 97. lib. 3. Put. decis. 565. In causa Parmen. lib. 2. & decis. 1. de reb. eccl. non alien.* & quòd consensus Rectoris spatio triginta annorum præsumatur talis, qualis requiritur, *fuit resolutum in vna Concben. fructuum coram R. P. D. meo Gipsio 10. Februarij 1586.* quòd tanto facilius procedit in isto casu, ex quo habemus obseruantiam contractus per annos septuaginta, & acceptationem solutionis pretij per Monasterium, quæ tanti est momenti, vt ex ea inducatur præsumptio veritatis omniū narratorum, *& fuit aliàs dictum*
* *coram S. D. N. in vna Lucana Decanatus.* * Non obstat, φ lapsus temporis non operetur hanc præsumptionem stante contradictione, quæ deducitur ex quibusdam protesta-
10 tionibus, quia † protestationes clandestinæ nullum operantur effectum ad fauorem protestantis, cum non constet fuisse vnquam intimatas; vel deductas ad notitiam possessorum, φ tamen facere potuissent post obitum Leonis, & Clementis, *vt fuit resolutum in causa Tusculana Vil-*
a *læ coram R. P. D. meo Orano.* a Nec parum mouit Dominos ad tollendam hanc contradictionis exceptionem, φ talem affrancationem Monasterium vigore prioris contractus facere tenebatur: Vnde cum posset cogi, siue postea fuerit facta vigore pacti præcedentis, siue noui contractus, nulla suberat causa, cur monachi cōtradicere deberent, & secretò protestari: nam contra primum contractum initum cum Alphonsina, nihil hactenus deductum
11 est, quod illum redarguere possit. Non obstat, quòd † deducenda sint tempora Leonis, & Clementis; nam id procederet, si aliquis probaretur illatus metus, & vis pro celebranda ista venditione, φ ex istis protestationib. non probatur, *l. metum, & ibi gl. C. quod met. caus. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, in 5. quæst. quem ibi Doctores sequuntur, de op. no. nunc. gl. Innoc. & omnes, in c. 1. de eo quod met. caus. Ripa, in c. cum M. Ferrariensis, nu. 92. de constit. Alex. cons. 16.*
12 *col. pen. lib. 3.* sed neque metus probatur, † neque præsumi pōt in Sūmis Pontificibus; pręcipuè cū appareat Clemētē postea hoc Casale pro eodē pretio, quo emptū fuerat, vendidisse Strocijs, quæ res excludit affectionē illā, quæ dedu-
13 cit ex pretij modicitate: Præterea, † licet ad effectū pscriptionis deducant̄ tpa eorū, qui alienarunt, tñ ad effectum præsumptiuis secùs, *ut aliàs fuit dictū in vna Lunens. Sar-*
b *zanen. corā bon. mem. Cotta.* b Nō obstat lis mota de anno

14 1555. quia iam erat lapsum tempus triginta annorum, vltra quòd nihil actum fuit, & nõ interrumpit præscriptionem, sicut dicitur de lite, in qua quis succumbit, *Felin. in d.c. illud, col. fin. de præscr. Balb. in suo tract. de præscr. 5. par. sext. e part. princip. q. 4. n. 37. & fuit dictũ in cã Portalegren. Vnionis. coram R.P.D. meo Orano* 8. Nou. 1589. Quòd dicitur fuisse cessatum in gratiam bonæ mem. Reginæ Catharinę, non probatur, neque probatum releuaret, cum ante hoc tempus sublatis etiam de medio Leone, & Clemẽte, per annos viginti, & amplius, Monasterium tacuerit, neque tam longi silentij vllam probabilem causam afferre potest, stantibus protestationibus secreto per eos interpositis, viuentibus Pontificibus. Et ita per Dominos conclusum circa exceptionem, defectus sollemnitatum, Quãtum verò ad defectus mandati, fuit ordinatum, vt de ijs particulariter ageretur.

* *Præsertim sub die Veneris 1. Decemb. 1581. in imp. diu. nou. 695. p. 1.*
a *Sub die Lunæ 28 Aprilis 1586.*
b *In Lunen. Sarzanen. terrarum 20. Iunij 1585.*

Pacens. Erectionis parochialium.
Die Veneris 28. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Processus extractus vigore Compulsorialium, & parte citata dicitur esse in forma probanti.*
2 *Vniuersitas qualiter citetur.*
3 *Contra Ciuitatem, & minorem carentes defensore procedi non potest, quod verum est in sententijs diffinitiuis, non in interloquutorijs non præiudicialibus, & non habentibus vim diffinitiuæ, vt num. 5.*
4 *Vniuersitas habetur loco minoris.*
6 *Processus in dubio præsumitur integer.*
7 *Citatio ad videndum collationari processum vigore Compulsorialium extractum; tunc non requiritur, quando ab initio facta fuit citatio generalis ad totam extractionem, quæ sufficit, præsertim si adsit decretum iudicis, cum assignatione diei, & horæ ad videndum corrigi, & collationari.*
8 *Processus exhibitus à filio Notarij absentis satis dicitur recognitus, & habitus pro processu à patre conscripto.*

DECISIO MXXVIII.

1 FVit resolutum † processum, de quo agitur, esse in forma probanti, cũ fuerit extractus vigore Compulsorialium, & parte citata, *ad notata in c. cum P. Tabellio, de*
2 *fide instr. Rota decis. 1. eod. tit. in nou.* & † hæc citatio afficit
Vniuersitatem, cum fuerit exequutioni mandata contra repræsentantes ipsam in Congregatione facta in loco solito, *ad notata per Bart. in l. si. quod cuiusque Vniuersitat. gl. Bar. Dec. Cagn. & alijs in l. non potest de reg. iur.* Non obstat,
3 quòd † postea fuerit processum contra Ciuitatem non cõparentem, non deputato ei defensore, sed vti solet in stratis, quòd videtur fieri non posse *l. contra minorem. cum ibi*
4 *notat. C. si aduers. rem iudic.* † cum Vniuersitas habeatur loco minoris, *vt per Crescent. decis.* 206. quia hæc procedunt in sententijs diffinitiuis, & non procedunt in inter-
5 loquutorijs, † quæ non sunt præiudiciales, & non habent vim diffinitiuę, *vt declarat ibid. Cast. n. 3. vers. sed in alijs. Salic. n. 5. Corn. n. 1.* qualis est ista extractio, seu compulsatio processus. Non obstat, q̃ dicitur non esse integrum processum: nam hoc non probatur ex eo solo, quòd non adsit in eo mandatum Episcopi, cum non appareat fuisse pro-
6 ductum immo sæpius protestatum de illius defectu, & † in dubio præsumitur integer, *ad gl. in l. cum de lege, de probat. Bart. in Rubr. de no. oper. nunc. n. 8. & ibi Ias. col. fin. cum*
7 *alijs allegatis per Aym. de antiq. temp. par. 2. n. 55.* † Non obstat defectus citationis ad videndum collationari, quia cũ fuerit ab initio facta citatio generalis ad totam extractionem, ea omnia fieri possunt, quæ in exequutionem, & complementum litterarum Compulsorialium fieri debent, ea sufficit, *Rota 8. de dol. & contum. in nou.* Præterea adest decretum Iudicis cum assignatione dierum, & horarũ ad videndum corrigi, & collationari, q̃ fuit exequutũ in stratis, adeo q̃ concurrunt omnia requisita. Vltimò non obstat, q̃
8 iste processus non fuerit recognitus coram compulsore, † quia cum fuerit exhibitus a filio Notarij absentis, satis per eumdem fuit recognitus, & habitus pro processu a patre conscripto, sed & pars in impetratione commissionis eo vsa est. Itaque conclusum has obiectiones non obstare, quo minus fuerit legitimè facta Compulsatio.

Tullens. Parochialis.
Die Veneris 28. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Simonia ad effectum priuationis est plenè, & concludenter probanda, ad effectum autem repellendi aliquem ab assequutione beneficij nondum obtenti, sufficiunt leuiores probationes.*
2 *In materia simoniæ, quæ est difficilis probationis, solent etiam admitti coniecturæ, & indicia; sed debent esse euidentes, & claræ, ac simoniam necessario concludentes, etiam si ciuiliter agatur.*
3 *Confessio simoniæ facta a cedente beneficium post resignationem non nocet cessionario.*
4 *In probatione simonię socius criminis non admittitur, vbi agitur ad effectum priuationis.*
5 *Licet regulariter sit stãdum primo dicto testis; tamen per secundum etiam extraiudiciale tantum detrahitur primo, vt illius vigore ad sententiam deueniri non possit.*
6 *Testes de fama, deponentes de simonia ad effectum priuationis, non admittuntur etiam si ciuiliter agatur.*
7 *Testes deponentes de solutione pecuniarum ad probandũ simoniam, si nesciunt, ex qua causa facta fuerit solutio, nec deponant de præcedente conuentione, vel animo, & intentione simoniaca, non probant.*
8 *Simonia absque præcedenti pactione non inducitur.*
9 *Verba generalia non probant simoniam.*
10 *Solutio pecuniæ, seu donatio facta resignanti post iam datum mandatum ad resignandum, non probant simoniã.*
11 *Confessio per testes singulares non probatur.*
12 *Testes singulares probant concurrentibus adminiculis.*
13 *Confessio simoniæ facta à resignante non præiudicat resignatario.*

DECISIO MXXIX.

FVit resolutum, simoniam in casu, de quo agitur, non
1 probari; nam † cum agatur ad effectum priuationis, ea plenè & concludenter est probanda, *gloss. in c. in litteris. il t. in verbo. illorum. de testib. & ibi Abb. n. 4.* quam esse communiter approbatam testatur *Alciat. cons. 2. n. 40. & 41. li. 1. tomo 1. & tenuit Rota in causa Firmana Capellaniæ. 7. Maij 1582. coram S. D. N. Clemente VIII.* quidquid sit, vbi agitur ad repellendum aliquem ab assequutione beneficij nondum obtẽti, quo casu sufficiunt probationes leuiores, *vt per Fab. decis. 47. lib. 2. & tenuit Rota in causa Vercellen. Canonicatus. coram me, 10. Maij, 1581. & in alia Calaguritana de Haro. 20. Maij 1590. coram D. Comitulo.* & †
2 quamuis in hac materia, vti difficilis probationis, soleant admitti coniecturæ, & indicia, *per text. de simon. c. 1. de cons. sub. in 6. Corn. cons. 342. n. 18. lib. 1. Aymon. cons. 22. n. 8. Menoc. de arbit. cas. 116. n. 12. Clar. in §. simonia. vers. item scias.* nihilominus huiusmodi indicia, & coniecturæ, et si ciuiliter agatur, debent esse euidentes, & claræ, ac simoniã necessariò concludentes; ita vt nihil aliud importare possint, *Felin. in c. super his. n. 17. de accus. Natta cons. 299. num. 13. Verall. decis. 202. par. 1. Clar. in d. §. simonia. in fin. & habetur*

tur in d.decis.Firmana Capellania. Quæ autem hic pro si-
monia deducuntur, sunt hæc, Primò dictum Desiderij re-
signantis, qui dicit se resignasse parochialem, sub promis-
sione cuiusdam summæ pecuniarum, equi, & quarum-
3 dam aliarum rerum; † sed hæc dispositio non probat, cum
sit confessio cedentis facta post resignationem, quæ non
nocet cessionario, *Castr. in l. facta, §. si hæres, ad Trebell. Af-
fl. decis. 165. n. 5. Ruin. cons. 151. n. 12. lib. 1. et 381. n. 21. et 23.
li. 2. Caputaq. decis. 135. parte 1. et fuit dictum in d. causa Fir-*
4 *mana.* † Præterea, non probat: quia Desiderius est socius
criminis, qui in hac materia non admittitur, *c. sicut, il 1. de
testib. Alex. de Neno, cons. 64. n. 4.* præsertim vbi agitur ad
effectum priuationis, vt distinguit *Fab. d. decis. 47. li. 2. glos.
in d. c. ueniens, in uerb. confesso. et Alciat. d. respons. 1. nn. 3. et*
4. maximè cum ista confessio facta fuerit inter pocula, &
5 postea reuocata; † & licet regulariter sit standum primo
dicto: tamen per secundum etiam extraiudiciale, tantum
detrahitur primo, vt illius vigore non possit deueniri ad
sententiam, *Butr. et Abb. in c. cum in tua, de testib. cum alijs
per Gabr. Concl. 30. de crimin. num. 3.* & hoc modo tollitur
etiam probatio eorum, qui deponunt de confessione Desi-
6 derij, ne plus credatur copiæ quàm originali. † Non ob-
stant testes deponentes de fama, quia ad effectum priua-
tionis non admittitur, etiam si ciuiliter agatur, *glos. in d. c.
ueniens, & ibi Abb. n. 8. et Dec. n. 12. de testib. idem Dec. cons.
210. propè finem Clar. in d. §. simonia, in fine Gabr. Concl. 1. de
probation. n. 12. Puteus decis. 171. in fine, lib. 2. et fuit dictum
in causa Imolen. Confidentiæ. coram R. P. D. meo Pamphilio,
de mense Febr. 1592. etiam in præcitata decisione Firmana.*
7 † Non obstant testes deponentes de solutione pecuniarũ,
& emptione equi, quia nesciunt, ex qua cã fuerit hęc facta,
neque deponunt de pręcedenti conuentione, vel animo &
8 intentione simoniaca, † quod tamen esset necessarium, cũ
absque pręcedenti pactione non inducatur simonia, *c. Ar-
taldus. 8. q. 3. glo. in c. quam piè, in verb. postmodum, 1. q. 2. &
tradunt communiter Doctores, in d. c. ueniens, Dec. cons. 118.
n. 4. Paris. cons. 30. n. 21. lib. 4. Puteus decis. 171. num. 9. lib. 2.
Mohed. 166. & fuit latè deductum ñ R. P. D. meo Orano in de
cis. Cusentina Confidentiæ.* Non obstant ijdem testes, dicen-
tes audiuisse patrem resignatarij dicentem, se non fore in-
9 gratum, † hæc enim verba generalia nullam probant si-
moniam, *vt per Sotum, de Iust. & iure, lib. 9. q. 8. art. 5. Concl.
3. & fuit dictum in una Britonorien. Pensionis, coram R. P.
D. meo Gipsio.* immo ex istis verbis potius excluditur præ-
10 cedens pactio, † & infertur pecunias & equum datas post
11 iam datum mandatũ ad resignandum. † Non obstant te-
stes deponentes de confessione Georgii resignatarij, quia
sunt singulares, & est notissima Conclusio, confessionem
per testes singulares non probari, *Alex. cons. 132. n. 6. lib.
5. Put. dec. 3. de probation. Ant. August. in repertor. tit. de te-
stib. n. 23. Alciat. d. cons. 2. num. 5.* etiamsi cum confessione
concurrat fama, *Dec. in d. c. ueniens, n. 12. in fine. Put. 171.
in fine, lib. 2. & fuit dictum in supracitata causa Firmana.*
Non obstat decisio *facta in caua Bisinianensi Pensionis, co-
ram Illustriss. Lancelloto de ano 1574.* * quia ibi concur-
rebant multa adminicula, & præsertim suspensio facta ab
Ordinario ob simoniam, & cōfessio vtriusque ante resi-
gnationem, & fundatur in dicto *Gabr. in Concl. 2. de testib.*
12 *in fine.* qui generaliter dicit, † testes singulares probare
concurrentibus adminiculis, & loquitur in materia simo
niæ ad effectum priuationis in quo casu factæ fuerunt
posteriores decisiones, quæ sint in proprijs terminis simo-
13 niæ, & fuerunt maiore studio elaboratæ. Postremò † non
obstat porrectio supplicationis pro absolutione à simo-
nia, quia cum hæc confessio proueniat ab eodem Deside-
rio, ea non potest præiudicare resignatario. *vt per Bald. in
l. in bonæ fidei, col. 5. vers. exdita est tertia pars, C. de rebus
cred. Fel. in cap. si constiterit, col. 2. de accusat. Dec. in rubr. de
Constit. nu. 14.* vltra alias responsiones supra deductas. Et
ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 17. Maij, quę impr. diuers. nouiss. est 191. par. 1.*

Ariminens. Castrorum.
Die Lunæ 31. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *In Valore rei habetur ratio oneruum.*
2 *Valor rei qualiter probetur*
3 *Valor Castrorum ad rationem fructuum, æstimatur ad rationem duorum, & duorum cum dimidio; maximè si Castra sint libera, & nulli deuolutioni supposita.*
Valor rei augetur ex eo, quòd res sit libera, & nulli deuolutioni aut caducitati subiecta.

DECISIO MXXX.

FVit dubitatum, an probetur valor Castrorum, de
quibus agitur, excedere valorem octo millium scu-
torum; Et causa fuit sæpius proposita, nempè 21. Ianua-
rij. 19. Februarij, & tandem vltimo Maij, Et quantum
ad probationes deductas in duabus prioribus propositio-
nibus, res fuit satis controuersa, neque potuit capi aliqua
1 resolutio, dubitantibus plerisque ex Dominis, ne † ha-
bita ratione onerum deducendorum, *iuxta notata per
Cagnol. post alios, in l. 2. num. 243. C. de resiind. vendit.
& ibi Pinel. parte 3. num. 19.* Item habita ratione expen-
sarum factarum per Illustrissimum Dominum Marchio-
nem in recuperandis Castris à Camera Apostolica cum
damnis hac occasione passis; Item habita ratione litis
pendentis cum Communitate Cesenę; Item habita ra-
tione melioramentorum factorum per Dominum Mar-
chionem, eo res reduceretur, vt exiguus valdè esset vel nul
lus excessus & minimè considerabilis ad effectum, de quo
agitur, nempe quod talis esset valor, quem si Illustrissima
Domina Leonida notum habuisset, talem non fuisset fa-
ctura renunciationem: Verum in vltima propositione
causæ, additis superioribus probationibus dictis trium
testium nuperrimè examinatorum, visa est Dominis res
carere omni prorsus difficultate, & probari concluder rete
magnum excessum vltra octo millia scuta; nam primus
super decimo articulo deponit, quòd de articulato tem-
pore 1576. (I Castelli di Roncofredo, & Montiano vale-
uano, & hoggidi vagliono quaranta milla scudi d'oro in
oro, & cosi sariano stati venduti & comparati da chi l'ha
uesse voluti comprare, & tale era il suo commune prez-
zo & valore, & tanto si sariano venduti, & comprati,
& cosi nella Romagna si è tenuto & tiene publicamen-
te) Secundus super eodem dicit, (che communemen-
te l'articulati Castelli si sariano venduti & comprati per
quaranta milla scudi, & d'auantaggio, & cosi si tene-
ua & reputana communemente, & n'era publica voce
& fama.) Tertius testis super eodem dicit (che l'arti-
culati Castelli dell'anno 1576. si sariano venduti &
comprati, & valeuano scudi quaranta milla d'oro, & tan
to saria stato il suo commune valore) & † iste est vnus ex
modis probandi valorem rerum *iuxta tradita per Alex.
& alios, in l. pretia rerum ad leg. Falcid. Cagnol. in l. 2. de re-
scind. vend. nu. 235. & seq. Pinell. in dicta p. 3. cap. fin. num.
28. & 29. qui sequuntur doctr. Bart. in d. l. pretia rerum,
& Ang. Aret. in §. si quis agens Instit. de action.* Istis te-
stibus accedunt alij prius examinati, quorum aliqui lo-
quuntur per verbum communiter; Aliqui deponunt de
publica voce, & fama; Aliqui verò reddunt causam
scientiæ ratione redditum, quæ est bona ratio, *l. si quos,
C. de rescind. vend. l. si fundum, 94. de leg. 1. l. si fundus,
de rebus eorum. Idem Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. fin. num. 28.
& 29. & bene deducuntur per informantes in facto in prio-
ribus informationibus.* Alij verò reddunt rationem, quia
sunt bene informati de valore Castrorum in illis par-
tibus; Quibus adminiculari videtur, quòd Castrum
Roncofrigidi habet plures Villas magni valoris, vt de-
ponunt isti vltimi testes; & ex prioribus nonus super quin-

10 *de in debito.de probat.* maximè, † cum pro ipsorum parte
nō possit prætendi ignorantia, cum instrumentum emphy
teusis esset penes ipsos, & ab ipsis fuerit productum, *Aret.*
cons.15.in fi.Fel.in c.vigilante,n.4.de præscr. Balb.de præscr.
q.29.n.8.Dec.cons.267.n.6.Tiraq.de retractu lign.§.35.glos.
11 *4.n.34.* Non obstat, quòd † Papæ non sit credendum in
eo, quod respicit propriam vtilitatem, quia hoc respicie-
bat priuatam vtilitatem Catharinæ & Claricis, non autē
Papæ, vt liquet ex Motu proprio, in quo de suo satisfecit
de pretio viginti millium ducatorum, neque est verisimi-
le, quòd Papa voluerit fraudare summam tam insignis va
loris, si aliter sese rei veritas habuisset. Non obstat, quod
deducitur de interruptione ob controuersiam motam co-
tra Stroccios de an.1555. coram Auditore Cameræ, quia
adhuc non constat, an fuerit mota controuersia super pos-
12 sessorio, vel super petitorio. Præterea, † cum tanto tem-
pore fuerit cessatum à lite, præsumitur habita pro dereli-
cta, fuit enim cessatum per trigintaquinque annos, & am
plius, *Achill.de lit.decis.8.& 11.Put.decis.236.in 3.Tere-*
gr.decis.110.& 129.lib.2. & hoc maximè cum detegatur
13 malum ius Monasterij ex affrancatione. † Non obstat
vltimò, quod deducitur de priuilegio Eugenij circa præ-
scriptionem, vt non currat nisi spatio 100.ann. contra Mo
nachos Cassinenses, quia adhuc non fuit productum hoc
priuilegium, sed neque ēt videtur releuare, quia Stroccij
defendunt se non ratione præscriptionis, sed probationis
affrancationis; & ita non indigēt præscriptione. Et in hāc
sententiam procliuiores fuerunt Domini, ex quo aliqui ex
senioribus recordati sunt alias in causa Romana viginti-
millium inter Serenissimas Catherinam Reginam Fran-
ciæ & Margaritam ab Austria fuisse productum instru-
mentum affrancationis. Quare fuit conclusum pro Do-
mino Leone contra Monasterium.

Lunens. Satzanens. Pensionis.
Die Lunæ 15. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium debet esse iuri, & legibus consonum.*
2 *Clausula, Quòd procedatur sine retardatione pensionis quare apponatur in Commissione.*
3 *Contra consentientem pensioni proceditur ad exequutionem etiam sine iustificatione litterarum, quando gratia est pura; secùs si est conditionalis.*
4 *Dictio dummodo, importat conditionē, quando est adiecta dispositioni, non quando exequutioni.*
5 *Expressio valoris per non excessum, non includit ascensū.*
6 *Solutiones pensionis factæ metu censurarū & contradicente rectore, nō constituunt in quasi possessione exigendi.*

DECISIO MXVII.

FVit resolutum stante commissione remittente modū
procedendi cum Clausula. Sine retardatione, arbitrio
1 Rotæ, † in hoc casu arbitrium hoc esse debere iuri &
legibus consonum, vt in terminis huius Clausulę *fuit resol.*
* *in causa Hispal. pension. coram bonæ mem. D. de Grassis.* *
2 Quamuis itaque † vel propter quasi possessionem exigen-
di, vel propter reuerentiam litterarum, quando sunt expe
ditæ, hæc Clausula soleat apponi, *vt tradit Staphil.de com-*
miss. iust. & in primis, n.84. Gigas de pension. q.15.n.9. &
3 *quæst.62.n.12.* & † contra consentientem pensioni pro-
cedatur ad exequutionem, etiam sine vlla iustificatione
litterarum, *Mohed.decis.331.Guidobon.decis.141.* maximè
stante obligatione Camerali; Nihilominus hoc procedit,
quando gratia est pura, secùs si sit conditionalis, quia tūc
consensus recipit eamdem conditionem; & ideo qui agit
ad pensionem, dēt iustificare conditionem illam, dummo
4 do remaneant centū pro Rectore, † nam dictio, (dummo
do,) importat conditionem, cum sit adiecta dispositioni,
non autem exequutioni, *vt fuit aliàs dictum in vna Paduana pensionis coram bonæ mem. D.de Rubeis, & fuit resolutum in causa Clusina pensionis coram Illustriß. Lancellotto*
a *anno 1573.* a Non obstat, quòd videatur iustificata ista
qualitas ex confessione Rectoris, qui in eadem supplica-
tione exprimit valorem beneficij ad centum octuaginta
5 ducatos, quia † cum expressio valoris sit facta per modum
negatiuum, scilicet, quòd parochialis non excedit talem
summam, hæc expressio non concludit, quòd ad eam sum
6 mam ascendat, *vt pluries fuit resolutum.* Non obstant † ali
quæ solutiones forsan factæ, quia omnino fuerunt metu
censurarum, & contradicente Rectore; & ideo non con-
stituunt in quasi possessione exigendi, quæ sit considerabi-
lis ad hunc effectum. Quare fuit conclusum posse procedi
in causa retardata solutione pensionis.

* *Sub die Veneris 4. Nouemb. 1575. in impress. decis. 100. aliàs 7. de sent. & re iudic. quæ in impress. diuers. nouiss. est 348. p.1.*
a *Sub die 9. Nouemb. 1573. in impress. diuers. nouiss. 380. p.1.*

Bononiens. seu Veneta Pecuniaria.
Die Lunæ 15. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequi debet forum rei; secus est, quando solutio sit destinata in loco vbi est res; sed hæc limitatio non procedit, si actor pro satisfactione sui crediti ceperit distrahere rem, seu merces in loco, vbi est forum rei, tunc ibi iudicium est faciendum.*
2 *Forum sortitur quis vel ratione rei, vel ratione contractus, vel ratione domicilij.*
3 *Ratione destinationis solutionis, an & quando quis sortiatur forum in loco solutionis destinatæ.*
4 *Non potest procedi per edictum nulla præcedente actione personali etiam contra decoctum, & vagabundum; nisi in casu non tuti accessus.*
5 *Citatio ex defectu iurisdictionis est nulla.*
6 *A pari procedunt forum sortiri, & statutis ligari, sicut idem est è contra.*

DECISIO MXVIII.

FVit resolutum sententiam Bononiens. esse nullam ex
defectu iurisdictionis, & citationis, cum D.de Bucchis
prætenderent reuisionem cuiusdam contractus celebra-
1 ti Venetijs super venditione quarumdam mercium † tā-
quam actores, & ideo sequi debebant forum rei, *c.si cleri-*
cus, & c.cum sit generalis.de for.compet.l.iuris ordinem, C.de
2 *iurisd.omn.iud.* † Quare intentandum erat iudicium Vene
tijs, vbi aderant merces, & contractus erat celebratus, &
morabantur Carauaschini, nō autem Bononię, vbi neque
ratione rei, nec contractus, nec domicilij forum sortiebam
tur *c.fane, & c.fin.de foro compet.l.fin.C. vbi in rem actio l.si*
prædium, C.de prædiin.l.hæres absens.§.apud Labeon.de re
3 *iud.* † Neque quidquam facit destinatio solutionis con
siderata, quia hoc procederet, si Carauaschini traxissent,
vt dicitur, pecunias soluendas Bononiæ, prout poterant;
tunc.n. ibi potuisset incipere iudicium super solutione tra-
ctæ, sed aliam viam elegerunt, nempè, sibi satisfaciendi ex
pecunijs redactis ex venditione merciū; iuxta conuentio-
4 nem initam cum Hieron. procuratore Bucchiorum; † nec
poterat procedi contra eos per edictum, nulla præceden-
te citatione personali, ēt si essent decocti, nisi in casu nō tu
ti accessus, *vt post Cast.in l.ad peremp.de iud.tradit Vant.de*
nullit.ex defectu citat.n.99.& 124. & aliud est, quòd Vaga
bundi possint vbique conueniri, & aliud q; sine personali
citatione possit contra eos procedi, & sic nō facit ad rem.
5 *Boß.alleg.tit.de citat.n.14.* Vnde † cū deficeret iurisdictio,
apparet in consequentiā nullitas citationis, licet factæ iux
6 ta formā statutorū, quia † à pari procedunt forū sortiri, &
statutis

statutis ligari, *glos. in c. quod clericis, de foro compet. c. fin. de Constit. in 6. l. 2. in princ. de eo quod certo loco, Socin. consil. 79. nu. 9. lib. 4.* Vnde cum Carauaschini forum Bononiæ non sortirentur, neque etiam statutis ligari potuerunt. Et ita conclusum.

Romana Pecuniaria.
Die Veneris 26. Martij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de restituendo anterioribus creditoribus non exigitur ab eo, qui verè est anterior omnibus alijs.*

2 *Qui promisit restituere prioribus, & potioribus, non tenetur curare, quod anterior creditor, à quo ipse exigitur, obliget se de restituendo prioribus, & potioribus, neque etiam tenetur facere resistentiam non soluenti, vt numero 4.*

3 *Declaratur Castr. in l. procuratoris, §. si plures, num. 7. de tribut. act. quomodo intelligatur.*

DECISIO MXIX.

FVit resolutum Dominum Cincium fuisse liberatum,
1 nec cogi posse ad iteratam solutionem, † cum promissio de restituendo prioribus, & potioribus, generaliter
intelligatur de omnibus, non autem de eo, qui omnib. est
anterior; ideo cum solutio facta fuerit ei, qui verè anterior
2 erat, † idq; iudicis mandato, verè orta est liberatio. Non
obstat, quod iste, cui facta est solutio, non se obligauerit
restituere prioribus, & potioribus; quia hoc non promisit
curare facere Cincius, quando recepit pecunias, sed tantum obligauit se de restituendo prioribus, & potioribus.
3 † Nec facit in contrarium *Castrens. in l. procuratoris, §. si plures, num. 7. de tribut. action.* quia loquitur in concursu
plurium creditorum mercatoris decocti, qui petebant suũ
creditum occasione negotiationis, & dicit contrarium esse in alijs actionibus, quæ non dantur occasione negotiationis: Præterea, loquitur in principali debitore, seu eius
hærede, non in eo, qui nullum negotium gessit cum alijs
creditoribus, sed est ipse quoque creditor, & recipiendo
debitam pecuniam, obligat se ad fauorem anteriorum,
quia in nullo est obligatus alijs vltra formam suę promissionis, Ideo imputet sibi D. Fabritius, qui in emptione Vineę, & consignatione pecuniarum facta Cincio, non curauit sibi prospicere, vt Cincius, si euenisset casus restitutio
4 nis, exigeret similem cautionem cum alijs. † Neque obstat, quod Cincius non fecerit resistentiam, *ad. cons. Rumi 147. lib. 1.* quia in casu Rumi is soluebat ei, cui non tenebatur ex aliqua pręcedenti promissione, sed tantum ex iudicis mandato; ideo ne spontanea dicatur solutio, debebat
opponere, si quas habebat exceptiones; hic verò tenebatur Cincius ex sua obligatione, nec vlla competebat ei
exceptio ad euitandam solutionem vt experientia edoctus fuerat, cum prius reliquas pecunias post omnes exceptiones deductas mandato iudicis alijs soluere coactus
fuisset; hic verò exceptio non releuabat ei ad effugiendam
solutionem, neque tenebatur aliena suscipere negotia, cũ
nemo inuitus cogatur aliena curare, sed hoc curę esse debebat iudici discussionis. Quare conclusum Dominum
Cincium liberatum fuisse.

Tarraconen. Villæ de Reus.
Die Veneris 2. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Sublata, non solum obstat parti, sed etiam iudici, præsertim si habeat coniunctam Clausulam, Quòd de subreptione, & obreptione dari non possit.*

2 *Clausula, Sublata, & Quòd de subreptione, & obreptione dari non possit, si absolutè sint posita ad validitatem gratiæ generaliter respectu quarumcumque personarum intelligi debent, maximè si habeant coniunctum decretum irritans.*

3 *Signatura Iustitiæ nec Præfectus illius habet facultatem aperiendi os.*

DECISIO MXX.

1 FVit resolutum sine difficultate, † Clausulam, Sublata,
obstare non solum parti, sed etiam iudici, ita vt contra gratiam iudicare non possit, *vt per Card. & Imol. in c. quia diligenter, de electio. Paris. cons. 11. num. 8. lib. 4.* maximè in casu in quo est iuncta cum alia Clausula, Quòd de
subreptione, & obreptione dari non possit, *iuxta decis. Put. 377. lib. 3. & tenuit Rota in causa Calaguritana iurisdictionis, 30. May 1580. coram bon. mem. Decano de Rubeis, & in alia Agrigentina Palatij, coram bon. mem. Oradino,*
2 *& alias sæpissimè.* Non obstat, † quòd dictę Clausulę debeant referri ad ipsos contrahentes, non autem ad tertios,
quales sunt homines, & Communitas de Reus. quia cum
sint absolutè positę ad validitatem gratię, debent intelligi
generaliter respectu quorumcumque, maximè cum sint
iunctę cum decreto irritanti. Non obstant Commissiones,
quia quantum ad primam signatam à Pręfecto signaturę
3 Iustitię; illa non suffragatur ex defectu facultatis, † non
enim potuit os aperire, *vt fuit resolutum coram me in causa Mediolanensi Sancti Nazarij 15. Decembris 1586.* Vltra
quòd in commissione non fuit facta mentio Clausulę, &
Decreti, ita quòd non apparet, quòd concedens ei voluerit derogare. Quantum verò ad alteram Commissionem
signatam manu fel. rec. Gregorij XIIII. ex illius lectura liquet, eam esse restrictam ad pascua, & alia bona particularia Communitatis; & ideo non suffragatur respectu iurisdictionis, cum fuisset alias denegata oris apertio, vt in
fide R.P.D. Massę. Non obstat, quòd in ista commissione
fuerit narrata lis, quę pendet in Rota; & ideo quantum
ad illam censeatur concessa aperitio oris, *vt in causa Pampiloneu. Matrimonij. * coram R.P.D. Orano.* maximè cum
dicatur in commissione in causa huiusmodi, & sic etiam
super Iurisdictione, super qua erat commissa causa, quia
in hac commissione narratur tantum lis super dominio
pascuorum, & aliarum rerum ad Communitatem pertinentium, & sic Papa intellexit de lite narrata, cum prior
commissio non fuerit præinserta, ita vt Papa potuerit certus fieri, quòd lis etiam penderet super Iurisdictione. Nõ
obstat illa Clausula, Non obstantibus pręmissis, ac pręinsertis litteris; quia intelligitur de litteris confirmationis,
& ad effectum litis super dominio pręfatarum rerũ, prout
etiam intelliguntur omnes alię Clausulę, quod declaratur
ex eo, quòd Papa aditus denegauit oris apertionem; &
licet commissio appellationis fuerit simpliciter signata
tamen fuit postea super hac re actum criminaliter, &
deuentum ad compositionem, & eodem modo coram Il-
a lustriss. Platto tunc Rotę Auditore actum fuit *a* de istis
bonis particularibus tantum, non autem de Iurisdictione; & sic cessant omnia ex aduerso deducta, cum satis claré appareat de Papę denegantis apertionem oris voluntate.

* *Sub die 16. Ian. 1585.*

a *Prout in decisione coram ipso Illustriss. facta sub die Veneris 8. Februarij 1591.*

Reatina Iuris conferendi.
Die Lunæ 5. Aprilis 1593.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiuæ antiquissimæ plures probant.*

2 *Consuetudo probat ius conferendi, qualiter autem probetur ipsa consuetudo, vide num. seq.*

4 *Collatio à solo Præposito facta conseruat ius aliorum Canoni-*

nonicorum, prout dicitur de præsentatione vnius patroni, ceteris negligentibus, vt num. 5.

6 *Bona fides præsumitur ex antiquitate temporis.*

7 *Ex eo, quòd Abbatia sit suscepta sub protectione Sedis Apostolicæ, non sequitur quòd sit exempta à iurisdictione Ordinarij.*

8 *Præscriptio completa habet assistentiam iuris, maximè ad effectum validitatis actus.*

DECISIO MXXI.

ORta est controuersia super iure conferendi Cannnicatus Ecclesiæ Sancti Angeli Ciuitatis Reatinæ
inter Illustriss. Commendatarium Abbatiæ Farfen. & Prępositum dictæ Ecclesiæ pretendente prædicto Illustriss.
Commendatario collationem ad se pertinere ratione cuiusdam donationis factæ ab Episcopo Reatino Abbatiæ
Farfensi de dicta Ecclesia, de anno Domini 780. prout in instrumento antiquissimo in actis præsentato. Ex aduerso
contendit Præpositus collationem ad se spectare tam de iure, quam ex consuetudine: Et quantum ad iuris dispositionem, ea fundatur, ex quo antiquissimus status huius
Ecclesiæ est vt Ecclesiæ Collegiatæ habentis Præpositum, & Canonicos, prout habetur in enunciatiuis excedentibus metam 150. annorum, qui omnes conueniebant
1 ad faciendas prouisiones Canonicatuum, † quæ enunciatiuæ cum sint antiquissimæ, & multiplicatæ, probant,
ad d. c. l. Bellamer. 70. Iaf. in l. cum aliquis, num. 4. C. de iure
* *delib. & in l. admonendi, nu. 42. de iureiuran. cum similib.* *
& ideo cum simus in Collegiata, competit ius conferendi
Canonicatus Præposito, & Capitulo, *Hostiens. in c. 2. de instit. Bi ign. decis. 8. de prabend. & decis. 4. de concess. preb.*
a *in nou. Cassad. decis. 22. num. 3. de preb.* a Accedit † con-
2 suetudo, nam incipiendo ab anno 1403. vsque ad præsens, per spatium 180. & amplius annorum ostenduntur
3 collationes cum effectuatione Canonicatuum, † factæ partim à Præposito, & Capitulo, partim ab ipso Præposito solo, ex quibus apertè probatur ius ipsius Præpositi, *ad notat. in cap. cum de beneficio, de prabend. in 6. Bald. de præ-*
b *script. in 5. parte princ. q. 8. cum alijs allegatis.* b Solum difficultatem facere videbatur, quòd ab anno 1528. citrà, so-
4 lus Præpositus contulit; sed responsum fuit, † non ideo minus valere collationes a solo Præposito factas non residentibus Canonicis, cum ius eorum per collationem Pręp-
5 ositi conseruatum fuerit, prout dicitur de eo, † qui instituitur ad præsentationem vnius ex patronis, ceteris negligentibus, *Federic. de Sen. conf. 102. in vlt. dub. Calderin. conf. 21. de iure patr. Put. decis. 291. libro 1.* Vltra quòd nihil attinet ad Illustriss. Commendatarium, An velit Præpositus allegare præscriptionem aduersus Canonicos, nec ne, cum habeat quadragenariam possessionem, & concurrant visitationes Vicariorum pro tempore, qui habuerunt notitiam collationum factarum per Præpositos; ne-
6 que vnquam reclamarunt; † quæ omnia attento antiquissimo statu, faciunt, vt præsumenda sit bona fides. Neque obstat, quòd allegatur Commendatarios, seu Abbates eodem tempore contulisse Canonicatus; quia negatur id factum fuisse nisi in mensibus Papæ reseruatis vigore indultorum, quæ Cardinalibus concedi solent. Neque etiam obstat, quòd Abbatia sit exempta, & Papæ subiecta, quo casu requiruntur centum anni, *c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel in vt. c. ad audientiam, cum ibi notat. de præscript.* quia præterquam quòd adest plus quam centena-
7 ria contra Abbatem, vt ex facto colligitur, † non sequitur ex eo, quòd suscepta sit sub protectione Sedis Apostolicæ, quia sit exempta, *c. ex parte el 2. & c. recepimus, de priuileg.* sed non est opus aggredi hanc difficultatem, cum habeamus præscriptionem completam ante annum 1528. con-
8 tra Commendatarium, † cui, vt supra dictum est, assistit ius commune, maximè ad effectum validitatis collationis, *ad c. consultationibus, de iure patron. & c. querelam, de electi on.* Et hanc partem, vti iuri consonam amplexi sunt Domini vnanimiter, nemine contradicente.

* *Et facit Aret. in cons. 42. col. 1.*

a *Addo Lap. allegat. 32. in princ. Abb. in c. Pastoralis, num. 11. de concess. prebend. Bellamer. decis. 718.*

b *Addo Abb. in c. fin. nu. 11. de consuet. Franc. in c. 1. num. 12. de præscript. in 6. Rot. decis. 6. de consuetud. in nou. per totam. & ibi Papazon. in Addit. dicit, quòd per quadraginta annos inducitur consuetudo, quando est ostensiua iuris tertij.*

Burgens. Iurisdictionis.
Die Mercurij 5. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, quibusuis, est verbum vniuersale omnia comprehendens.*

2 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

3 *Delictum vnius particularis, non est delictum Capituli.*

4 *Aliud est, quòd quid fiat vti à particulari, aliud vti à Capitulo.*

DECISIO MXXII.

FVit dubitatum, an Reuerendissimus D. Archiepiscopus possit procedere solus contra Capitulares impedientes illum vti sua iurisdictione ordinaria extra casus, & personas in concordia non comprehensas, & fuit per Dominos conclusum nemine discrepante, non posse, propter verba concordiæ, quæ sunt valde vniuersalia, & com-
1 prehendunt omnes excessus tam graues, quã leues, † vtitur enim verbo, quibusuis, *gloss. & Doct. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. Rota dec. 1. in nou. eod. tit. & in antiq. decis.*
2 43. † & qui omnia dicit, nihil excludit, *l. Iulianus, de leg. 3.* Neque obstant ex aduerso allegata; nam in genere respõderi potest, ea loqui in casibus, in quibus neque à iure neque ab homine limitata reperitur iurisdictio, nam ea quę ob delictum acquiritur in non subditum, acquiritur sine vlla limitatione; hæc verò, quæ competit Archiepiscopo in Capitolares, est limitata per concordiam: neque delictum facit, vt maiorem acquirat, cum in omnibus delictis data sit forma procedendi, quæ est seruanda. Præterea, quòd magis acquirat iurisdictionem contra turbantem, id fit, vt possit impedimentum, quod prestatur, remouere, quoties præstatur à non subdito, quòd si à subdito, debet in eum procedere iuxta iurisdictionem quam habet, & ita procedunt omnia allegata; neque hic potest prætendi ob delictum amissum priuilegium procedendi iuxta for-
3 mam concordiæ, † quia delictum vnius particularis, non est delictum Capituli, de cuius prędiudicio ageretur, si vellemus hoc casu ei iurisdictionem auferre, non enim debet delictum particularis Canonici inferre præiudicium iuri
4 Capituli; † cum aliud sit, quòd quid fiat vti à particulari, vel vti à Capitulo, *Alex. conf. 114. num. 12. lib. 4. Plot. in l. si quando, num. 83. 2. C. Vnde vi.* Et ita conclusum.

Firmana Fideicommissi de Aegidijs.
Die Mercurij 5. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit dicere, substitutio non legitur in testamento.*

2 *Fideicommissa sunt odiosa, & strictè interpretanda, nec extenduntur vltra personas, & casus expressos.*

3 *Substitutio plurium descendentium in dubio semper intelligitur facta discretiuè de proprijs filijs; & descendentibus vniuscuiusque instituti, non autem de alijs.*

Idem est in emphyteusi, & feudo concesso pluribus, & eorum successoribus. vt nu. seq.

5 *Dispositio, quando potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, nunquã per eam cen-*

censetur inductum nouum fideicommissum.

6 *Ad hoc, vt ex tacita mente testatoris dicatur inductum reciprocum fideicommissum duo simul requiruntur: Alterum, quod fiat substitutio in tota hæreditate: Alterum, quod fiat vltimo decedenti.*

7 *Verba, quod bona vadant integraliter ad quoscunque vocatos intelliguntur discretiue, cum ad quoscunque integraliter peruenire sit impossibile.*

8 *Pluralitas quando resoluatur in singularitatem.*

9 *Ratio agnationis a testatore considerata restringitur ad gradum expressum.*

10 *Prohibitio alienationis regulatur iuxta terminos fideicommissi præcedentis.*

FVit resolutum, non fuisse factam reciprocam substitutionem inter descendentes vnius lineæ ad aliam, 1 quia talis substitutio nō legatur in testamento, de quo agitur, quod sufficit allegare ad illam excludendam, *vt ait Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. de testam. § 1. versic. octauo. Socin. consil. 61. num. 7. lib. 3. l. quidam cum filium, vbi Bald. & Imol. de hæred. instit.* & quia tres sunt sequ. 2 quod † fideicommissa sunt odiosa, & stricte interpretanda, nec extendenda vltra personas, & casus expressos, *Cephal. qui alios congerit consil. 430. num. 12. cum seq. lib.* 3 3. Præterea † substitutio plurium descendentium semper in dubio intelligitur facta discretiue de propriis filiis, & descendentibus vniuscuiusque instituti, non autem de aliis. *Rui. consil. 121. num. 8. lib. 2. & cons. 115. nu. 12. & consil. 134. nu. 7. & cons. 141. nu. 13. vers. postremo. & consil. 142. nu. 5. lib. 3. Paris. cons. 18. num. 6. lib. 2. Alciat. cons. 81. num. 2. Thom.* 4 *lib. 9.* t. & facit simile de emphyteusi verbo in concessio pluribus eorumque successoribus, *Bart. & alij in l. si mihi. & Titio de verbor. oblig. Bald. in l. cum acutissimi num. 2. C. de fideicomm. Alex. consil. 104. nume. 3. lib. 2.* Non obstant illa verba eisdem, & cuilibet ipsorum substitutum eorum, & cuiuslibet ipsorum filios, & descendentes, quæ intelliguntur discretiue referendo singula singulis, scilicet vt cuilibet decedenti intelligantur substituti proprii cuiuslibet filij, & descendentes, & † quando dispositio potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, nunquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum, *l. pater. § . filium, de legat. 3. & fuit resolutum coram R. P. D. meo Pamphilio, in causa Vrbeuetana fideicommissi, die 18. Aprilis 1586.* quod inico magis dicendum, quia alias dicendum esset substitutos fuisse si mul non solum filios sed etiam transuersales, quod est inuerisimile, nec supplenda sunt illa verba, vt intelligatur de morientibus filijs vnius lineæ, cum hoc ibi non legatur. 5 † Quod vero dicitur videri inductum fideicommissum ex tacita mente testatoris, non potest hic probari, cum ad hunc effectum duo simul requirantur; Alterum, vt fiat substitutio in tota hæreditate; Alterum, vt fiat vltimo decedenti, *Doctores in l. heredes mei. § cum ita ad S. C. Trebell. & ibi post Bartol. Socin. numer. 4. Rip. nu. 14. Zanch. in 5. par. nu. 86. Alex. cons. 91. num. 3. lib. 1. Rui. consil. 126. num. 5. lib. 3. Paris. consil. 44. n. 26. lib. 2. & cons. 39. n. 7. lib. 4. Aym. consil. 161. Cephal. cons. 430. n. 36. lib. 3. & fuit resolutum in d. causa Vrbeuetana. & consideratū in vna Bononien. de Felicinis coram me. (Sub die Lunæ 18 Febr. & 10. Iun. 1591.).* Non obstāt illa verba, & † ad effectum vt dicta bona vadat integraliter ad quoscunque vocatos, quia respiciunt prohibitionem detractionis Trebellianicæ, Falcidiæ, legitimæ, & alterius, cuiuscunque portionis, vt patet ex lectura, & intelligitur discretiue, cum sit impossibile, quod tota hæreditas integraliter vadat ad quoscunque vocatos, † sed pluralitas resolui debet in singularitatē, *ad notata ad l. Lucius. § Cato. & Doctor. in d. l. heredes mei. §. cum ita Alex. cons. 93. nu. 3. lib. 3.* Non obstat, quod testator considerauit agnationem, quia hoc intelligitur respectu descendentium cuiuscunque lineæ, & † dicta ratio agnationis restringi solet ad gradum expressum, *Put. decis. 175. lib. 2. & pluries fuit decisum, & in causa Vrbeuetana Castrorum. coram R. P. D. meo* 10 *Blanchetto (præsertim 15. Iun. 1583.)* † Non obstat prohibitio alienationis, quia regulatur iuxta terminos fideicommissi præcedentis. *ad cons. Dec. 636.* Et ex his conclusum per Dominos in hoc casu nullam adesse reciprocam substitutionem inter lineas.

DECISIO MXXIV.

Viterbien. Releuationis. Die Veneris septimo Maij 1594.

1 *Mandatum obtentum contra releuatorem indemnitatis non intimatis molestijs dicitur iniustum, & venit reuocandum.*

2 *Fideiussor indemnitatis dicitur obligatus sub conditione, & non tenetur nisi constet de damno illius, ad cuius fauorem tenetur, passo sine culpa & facto illius.*

3 *Hæres non potest cōtrauenire confessioni defuncti, & illi præiudicat.*

4 *Fideiussor non in plus obligatur quam principalis.*

5 *Res si euincatur propter confessionem emptoris, vēditor non tenetur de euictione, nisi aliter doceatur de veritate confessionis.*

6 *Mandatum quod excedit summam obligationis, & promissionis in eo quod excedit obligationem limitatam sustineri non potest.*

1 FVit resolutum † mandatum relaxatum contra fratres ad fauorem D. Antonij Sprezæ esse reuocandum, nam fratres promiserant, quod ipse non molestaretur, & in euentum molestiarum voluerunt teneri ad scuta 124. nec non damna & interesse, & dum prætenderet Antonius se molestatum & condemnatum in scutis 350. ad fauorem Portiæ Ninæ pro releuatione indemnitatis, obtinuit contra fratres & contra Dominicum eorum fideiussorem mandatum pro scutis quadringētis, quod mandatum fuit iniustum, debebat enim Antonius intimare molestias fratribus *iuxta* 2 *notat. in l. emptor. C. de euictionibus.* nam † fideiussor indēnitatis dicitur obligatus sub conditione, & non tenetur; nisi constet de damno illius, ad cuius fauorem tenetur, passo sine culpa & facto illius. *l. si fideiussor. mandat. cum alijs allegatis (& facit Alex. in l. si quis iniquum § si is pro quo, num. 2 ff. quod quisque iur. Rimnald. sen. cons. 132. num. 13. Duen. regul. 332.)* Quod autem damnum peruenerit sua culpa colligitur ex eo, quod facilis erat defensio contra hæredes Ninæ, cum ex inuentario per ipsam facto appareat animalia, quorum ratione emanauerat promissio fratrum, fuisse in hæreditate Dominici Petrucij, quæ spectabat ad ipsos fratres, & hæredes Ninæ nihil in illis potuisse præ- 3 tendere, † nec contrauenire confessioni ipsius *l. cum a matre C. de rei vendic.* & tanto magis quod ipsi hæredes Ninæ nitebantur tantum confessione quadam Cæsaris, quod animalia spectarent ad Ninam, quæ confessio est æquiuoca, cum animalia etiam dici possent esse ipsius Ninæ hæredis Petrucij; Præterea si Antonius fuit condemnatus vigore confessionis Cæsaris, cuius ipse est hæres, non potest agere contra monasterium, quia illa confessio sibi nocet, & tanquam hæres Cæsaris tenetur monasterio, & sic habet locum exceptio dolo facis, & sic tam a mona- 4 sterio, quam ab eius fideiussore, † qui in plus non est obligatus quam monasterium, repelli potuit, & placuit aucto- 5 ritas *Imol. in l. fin. de emption. & vendition.* quod † quando res euincitur per confessionem emptoris, venditor non tenetur de euictione, nisi aliter doceatur de veritate confes- 6 sionis, sed & clara est omnino res, quod † mandatum sustineri non potest in eo, quod excedit summam scutorum centum viginti quattuor, ad quam limitata est obligatio, & promissio damnorum & interesse intelligitur ratione dictæ summæ, de quibus nihil omnino apparet. Ideo conclusum pro fratribus.

DECI-

DECISIO MXXV.

Salisburgen. Exemptionis Præpositura. Die Lunæ 10. Maij 1593.

1 *Monasterium in sui fundatione susceptum sub tuitione Sedis Apostolicæ an & quando censeatur ab initio acquisitum Ecclesiæ Romanæ, & num. 3 & 4.*

2 *Oblatum efficitur eius Ecclesiæ, cui offertur.*

5 *Specialis protectio Papæ eximit Ecclesiam seu monasterium a potestate Ordinarij.*

6 *Initium fundationis Ecclesiæ multum facit ad ostendendum statum primæuum ipsius Ecclesiæ. ea vero quæ subsequuta fuerunt, declarant, an status illius sit emptus vel ne.*

7 *Facultas a Papa concessa Ecclesiæ adeundi pro Sacramentis Ordinarium arguit exemptionem ipsius Ecclesiæ, cum nō sit necessaria huiusmodi concessio, nisi a casu exemptionis*

8 *Solutio annua quæ fit Ecclesiæ Romanæ arguit exemptionem Ecclesiæ soluentis.*

9 *Per expressionem aliquorum casuum libertatis, quando intelligatur dicta libertas restricta.*

10 *Appellatione Ecclesiæ seu monasterij veniunt etiam monachi, & personæ ipsius monasterij in exemptione.*

11 *Obseruantia ex actibus multiplicatis probatur.*

12 *Attestationes Pontificum, quod locus aliquis pertineat ad ius Romanæ Ecclesiæ, denotant exemptionem, & illam probat. & num. 15.*

13 *Dictio illatiua. ea propter inducit dispositionem.*

14 *Enunciatiua antiqua æquipollent famæ, & plene probant.*

16 *Negotium tractatum per viam compromissi & concordiæ, non autem iudicialiter tanquam coram iudice Ordinario, non arguit iurisdictionem ordinariam, sed cōpromissariā.*

17 *Priuilegium Papæ concedens decimas Ecclesiæ quæ est exēpta non arguit subiectionem ipsius Ecclesiæ, sed personarum tantum Ecclesiæ seruientium, & nonalia excolentiū, quæ non erant exempta.*

18 *Reseruatio reuerentiæ in Ordinario arguit in ceteris exemptionem & nu 20.*

19 *Exempti non tenentur ad reuerentiam, quod tamen intelligitur procedere, quando exemptio est plena.*

21 *Ex procuratione soluta probatur subiectio, secus est si non soluatur sub titulo procurationis, sed reuelationis.*

22 *Ex concessione iuris conferendi Ecclesiam vel monasterium per Papam facta Episcopo quoties illam vacare contigerit, non potest argui subiectio, nisi concessionis effectuatio probetur.*

23 *Actus facti contra Ecclesiam exemptam, & imediate Sedi Apostolicæ subiectam non possunt ipsi Sedi Apostolicæ præiudicare. tam si sint facti per Episcopum, quam per ipsius Ecclesiæ superiorem.*

QVoniam informantes pro Illustriss. D. Archiepiscopo Salisburgen. non informarunt super tota causa, sed se ui nxerunt se ad constituendum, qualis esset status Præpositura ante Bullam Calixti III. prætendentes se posse ostēdere, Præposituram tunc non fuisse exemptam, sed potius subiectam ordinariæ iurisdictioni; ideo de hac principaliter actum est, & re diligentissime discussa in hanc sententiā decisum, constare de statu exemptionis ante Bullam Calixti III. non autem de statu subiectionis, & hoc maxime ad effectum, vt dicta Bulla nō possit argui de subreptione aut defectu intentionis: Et pro hac sententia fuerunt plura deducta, & perpensa, quæ hic sigillatim referuntur: Etenim considerata origine & primæua ipsius Præpositura erectione apparet Comites Berengarium & Cononem anno Domini 1106 ex propriis eorum allodiis & villis, quæ Deo, &

1 Beato Petro sub annuo censu obtulerunt, † fundasse hoc
monasterium sub Paschali eius nominis Secundi autoritate, qui illud sub tuitione sedis Apostolicæ suscepit; Quæ
res arguit statim ab initio fundationis acquisitum fuisse
monasterium Ecclesiæ Romanæ, cui oblatum fuit, *ad text.
in c. dilectissimis §. omnes vero. & c. videntes. 12 q. 1.* Vnde videtur esse effectum iuris Beati Petri, & Ecclesiæ Romanæ specialiter per hanc oblationem; ita quod ad aliam Ec-
2 clesiam spectare non potest, † oblata enim efficiuntur eius
Ecclesiæ, cui offeruntur, *c. 1. de stat. monach. c. cum inter vos.
de verb sign.* maxime cum hoc tempore nullum adhuc cōpeteret Archiepiscopo ius superioritatis, cuius contemplatione diceretur ei fieri præiudicium *Felin in cap cum inter.
3 num. 4. de re iudic.* † Et licet dicatur simpliciter recipi monasterium sub tuitione sedis Apostolicæ, quæ verba regulariter non arguunt subiectionem, *cap ex parte. il 2. de priuileg.* tamen illud procedit in simplici protectionis susceptione, non autem vbi concurrunt alia, quæ suadent plenam
& immediatam subiectionem, verba enim huiusmodi variam recipiunt interpretationem secundum obiectam materiam, *vt not. Hostien in c fin de confirmat vtil. vel inut Io.
And. in c cum. olim il 1. col 3. & ibi Butr num. 17 de priuileg* Confirmatur, ex eo quod in eadem Bulla Paschalis disponitur, vt nulli liceat prædicta allodia B. Petro subtrahe-
4 re, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare; † videtur autem quædam subtractionis species velle iuri suo subijcere, quod alteri Ecclesiæ nempe Romanæ oblatum esse cōpetitur, nec potest dici illa verba Beato Petro referenda esse ad dictum monasterium, non ad Ecclesiam Romanam,
cum tunc temporis non fuerit erectum sub inuocatione B.
Petri, sed inuocatione SS. Ioanni. & Martini, vt patet in
Bulla Calixti II. & ideo omnino debet intelligi de Ecclesia
5 Romana, † & ista specialis protectio eximit a potestate Ordinarij *secundum Butr in c ex parte il 2. de priuileg. quem se-
6 quitur Henr Boich* Et quemadmodum † hoc initium fundationis multum facit ad ostendendum statum primæuum
huius monasterij, ita ea, quæ subsequuta fuerunt, omnino,
declarant, quod per hanc tuitionis susceptionem factum
est exemptum, & immediate subiectum Sedi, Apostolicæ;
Nam Calixtus II. an. Domini 1122. in suo priuilegio manifeste eximit hanc Ecclesiā ab Ordinarij iurisdictione; quod
ex eo probatur, quod concessit facultatem Monachis, vt Sacramenta a diœcesano recipiant. Vnde in alijs non reseruatis videtur exemisse ab eius potestate, vt in simili *tradit
Dec. consil. 152. in causa exemptionis. nu. 1. vers quarto fa-
7 cit.* † hæc enim facultas adeundi pro Sacramentis Ordinarium non est necessaria, nisi in casu exemptionis, *gloss in c.
vlt in verb. permittimus de pœnit. & remiss. Io Andr in Mercurial. in reg scienti & consentienti num 25. de reg. iur. in
8 6.* † Præterea in eodem priuilegio habentur hæc verba, ad
iudicium autem perceptæ huius a Romana Ecclesia libertatis, aureum vnum quotannis Lateranensi Palatio persoluetis, quæ verba probant exemptionem, *vt habetur in c. si
Papa de priuileg in 6. & ibi omnes notant Abb. in c. recepimus circa si de priuileg & ibi Socin. num. 36. Summistæ in
verb exemptio & exemptus. & alias fuit cōsideratum.* Nō
obstat, quod cum ista verba sint posita post expressionem
9 aliquorum casuum libertatis, † restringi debeat exemptio
ad eos tantum, *d. c. si Papa. in verb indefinite. & in §. idem
dicimus.* & hoc maxime, cum hic adsit dictio, huius, quæ videtur restringere ad casus expressos. *glos. in proœm. 6. in
verb. huiusmodi* Quia cum præcedat generalis prohibitio,
ne quis audeat prædictam Ecclesiam temere perturbare,
vel eius possessionem auferre, vel oblata retinere, vel minuere, hoc decretum vtique non solum monasterium materia-
10 le, sed etiam personas Ecclesiæ exemisse censetur, cum † Ecclesiæ appellatione veniant monachi, & personæ ipsius monasterij, *vt tradant Summistæ omnes in verb. exemptus &
exemptio.* & casu quo posset circa hæc verba oriri aliqua difficultas, ea omnino tollitur ex obseruantia subsequuta, tot
Pontificum assertionibus probata, vt mox demonstrabitur

ad tra-

ad tradita per Aret. conf. 11. Corn. conf. 193. n. 49. lib. 1. cum
11 *similibus.* † Obseruantia verò huiusmodi probatur ex multiplicatis assertionibus aliorum Pontificum, alias per nos consideratis, nempe, Innocentij II. Eugenij III.
12 Adriani IIII. Innocentij III. & Gregorij VIII † qui omnes attestantur hæc loca specialius ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinere; quibus verbis denotatur exemptio. *d. c. si Papa.* Nec obstat, quòd ex aduerso dicitur, has assertiones fieri generaliter & indefinitè de ijs Ecclesijs, quæ ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinent, non autem de hoc Monasterio, & etiam esse meras enunciatiuas dispositionem non inducentes, quia apparet hanc assertionem referri ad Monasterium, cum super ea fundetur Pontificum rescribentium dispositio, quòd apertè conuincitur ex eo, quòd post illa verba (petitionibus illorum ampliori charitate nos oportere intendere, quorum loca in religione fundata ad ius S. R. Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur) subiji-
13 citur, † dictio illatiua, (ea propter dilecti filij, vestris iustis petitionibus annuimus, &c.) quam dictionem ad eumdē effectum ponderat *Dec. in supra allegato conf. 152. n. 2. vers. & quia à Papa videtur fundare.* Sed dato etiam quòd esse-
14 mus in puris terminis orationis enunciatiuæ, † cum simus in enunciationibus antiquissimis, & emanatis à pluribus Pontificibus, toties q; repetitis, eæ æquipollent famç, plenè probant, *vt per Bal. Salicet. & Castr. in l. cum aliquis, C. de iur. delib. cum alijs quos citat Aymo, de antiq. temp. par.*
15 *1. in §. ampliatur, num. 14. cum sequent.* † Adest præterea assertio Innocentij IV. affirmantis dictum Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinere, quæ expressiò exemptionem probat, *c. cum olim, il 1. de privileg. & tradunt Doctores supra citati.* Verum post exhibitionem processus Reuerend. Nuncij adnotatę etiam fuerunt aliæ assertiones superioribus et clariores & concludentiores, nempè, Cęlestini V. anno Domini 1291. qui in duabus suis Bullis affirmat monasterium hoc ad Ecclesiam Romanam nullo mediante pertinere; Item Bonifacij VIII. dicentis Monasterium hoc Romanæ Ecclesiæ esse immediatè subiectum in duabus Bullis, sub eadem data anno IV. Quinto Calend. Martij. Neque dici potest, hæc esse verba partis, cum sint posita in ipsam et salutatione Papæ. Adsunt præterea duo instrumenta, nempè, sine excommunicationis, & eiusdem exequutionis; contra Eberardum Archiepiscopum de anno 1404. in quib. enunciatur Monasterium ad Eccles. Roman. nullo mediante pertinere. Postremò, idē probatur ex duab. supplicationib. Ducum Bauariæ, in quib. dicitur Monasterium fuisse, & esse Rom. anæ Ecclesiæ immediatè subiectum, & alij præterea nemini, q; si ex aduerso prætenditur enunciationes Ducum non esse attendendas, cum supplicarent contra tunc temporis Archiepiscopum Eberardum; certè eadem ratione dicendum erit, nullam fidem adhibēdam enunciationi subiectionis, si quæ sint, emanatis ab eodem Archiepiscopo; cum maior & vehementior suspicio militet contra eum, vtpotè qui causæ suæ quantum poterat fauebat; Bauari verò non suam sed Monasterij causam tutabantur; maximè verò cum enunciatiuæ huius partis sint tot adminiculis fulcitæ, quibus assertiones Archiepiscoporum destituuntur. Non est prætermittendum pro huiusmodi obseruantia facere quamplures Bullas Pontificum, in quibus committuntur diuersis personis Ecclesiasticis, non autem Archiepiscopo, negotia ad Monasterium spectantia, prout alias in voto particulari fuit consideratum. Ex prædictis itaque constituto & fundato statu exemptionis huius Monasterij à sua primæua erectione: Non obstant ea, quæ in contrarium pro subiectione deducta fuerunt à Dominis Aduocatis Illustriss. Archiepiscopi; Et Primò non obstat allegatio sententiæ latæ per Archiepiscopum inter duo Monasteria Bertesgadense, & Bambergense, super certis eorum controuersijs; quia omisso an potuerit prorogari iurisdictio, *vt per Feder. de Sen. conf. 14.* ex facto tollitur
16 obiectum; † negotium enim illud fuit tractatum per

viam compromissi & concordiæ, non autem iudicialiter, tamquam coram Iudice Ordinario, vt apertè probatur ex Bullis Gregorij, Adriani, Innocentij, & alterius Gregorij, & aliorum Pontificum, qui hanc vocant concordiam, & eam confirmant, adeo, quòd potius hoc argumentum facit contra Archiepiscopum, si enim fuisset iudex Ordinarius & competens, vtique opus non fuisset tot & toties repetitis confirmationibus. Secundò, non ob-
17 stat † ponderatio, quæ fit super quodam priuilegio Innocentij concedentis Præposito & Monasterio curam animarum eorum, qui intra cellam Ecclesiæ deseruiunt, aut circa ipsam noualia excolunt, cum ipsorum decimis, quemadmodum permittente Salisburgense Archiepiscopo hactenus habuerunt, salua ipsius reuerentia, quia hoc non arguit subiectionem Monasterij, sed personarum tantum Monasterio seruientium, & noualia excolentium, quæ non erant exemptæ; Immo hoc facit contra Archie-
18 piscopum, † reseruatio enim reuerentiæ arguit in ceteris exemptionem, hæc enim ab exemptis præstari debet Episcopis, *Io. Andr. cap. cum Venerabilis, de consib. Bald. in l. fin. num. 4. C. de bon. libert. Felin. in c. cum inter, num. 3. & 4. de re iud. & quamuis Puteus decis. 115. 10 Martij. lib. 1.*
19 dicat † ad reuerentiam non teneri exemptos à Papa; tamen id procedit, quando exemptio est plena: Vnde hic Papa noluit ita plenam concedere respectu eorum, qui non fuerant professi regulam B. Augustini in dicto Monasterio. Et hoc pacto etiam tollitur, quod dicitur de reser-
20 uatione canonicæ Iustitiæ, † cum reseruatio in vno, arguat in ceteris exemptionem, & etiam quia in aliquibus exempti subijciuntur Ordinarijs, vt alias fuit consideratum. Tertiò enuntiatiuæ, quæ ponderantur ab informantibus, in quibus habetur Præpositum esse Prælatum Ecclesiæ Salisburgensis, & describi ab Archiepiscopis inter greges sibi commissos, & oues sibi creditas, sunt valde debiles, ex pluribus: nam sunt enunciatiuæ ipsorummet Archiepiscoporum, qui perpetuo tentatū subijcere sibi hoc Monasterium, vt ;... et ex supra allegatis Bullis Celest. III. in quib. præcipit Archiepiscopo, vt desistat a vexationib. & molestationib. exhibitis Monasterio, patet ex vnione à Pelegrino Archiepiscopo extorta à Bonifacio IX. Item à vexationibus illatis Petro de Pientznauer propter impetratam à dicto Bonifacio Præpositutam, de qua in voto nostro latius egimus: Item à facultate conferendi impetrata à Nicolao V. quarum molestiarum & vexationum ignarus non fuit Calixtus III. eas. n. recenset in sua Bulla exemptionis: quare nulla vel modica vis constituenda est in huiusmodi enunciationib. Prętereà enunciatiua illa gregis, & ouium, non est clara; cum potius videatur respicere fratres de choro Salisburgensis Ecclesiæ, quib. fit pro vna parte concessio salinarum, quàm Ecclesiam Bertesgadnensem: sunt itaque multum frigidæ, & debiles istę enunciationes, si cum contrarijs comparentur, & nullius efficaciæ & momenti. Quartò non obstat transactio inita inter Ebertardum Archiepiscopum, & Petrum de Pien: znauet, quia sufficiunt ea, quæ in posteriori nostro voto circa hoc factū deducta fuerunt: fuerunt enim omnia extorta à Petro, qui aliàs non poterat consequi possessionem Præpositurę, quā iis deuentum fuisset contra Archiepiscopum vsque ad censuraram fulminationem. Quintò non obstat, quod opponitur de quadam visitatione, quam procurarunt fieri Duces Austriæ enunciantes se esse naturales, & aduocatos Præpositurę, quod tamen manifestè erroneum est, quia de supplicatione sola apparet, de visitatione verò non constat; nam visitatio illa, quę dicitur facta per quēdam Archiepiscopum Leonardum, ratione quarumdam dissensionum ortarum inter monachos Bertesgadnenses, continetur in quadam scriptura, quæ est imperfecta, & caret anno & die; & mirum est, quòd per spatium 350. annorum, qui fluxerunt à Pascali II. ad Calixtum III. nulla reperiatur visitatio facta ab Archiepiscopo, cum tamen res hæc ad officium Ordinarij præcipuè spectare

dignoscatur; ex quo colligitur, validissimum exemptionis argumentum, & eiusdem obseruãria. Neque obstat, quòd io indulto Vrbani legatur, quemdam Præpositum per Archiepiscopum Pelegrinum fuisse ob nonnulla delicta priuatum, quæ res videtur facta instantibus præfatis Austriæ Ducibus, quia in eodem indulto habetur, negotium huius priuationis cõmissum fuisse à Papa Archiepiscopo Pragensi, & ita noluisse latam habere sententiam Archiepiscopi Salisburgensis, sed alteri commisisse cognitionem huius causæ: Vnde potius potest hoc contra Archiepiscopum retorqueri, & etiam iste Pelegrinus fuit ille, qui procurauit vnionem huius Monasterij, vt supra relatum est.
21 Sextò, † quod de procuratione soluta dicitur, ex qua subiectio probatur, *c. 1. vbi not at. de censib. in 6.* non obstat: quia ea non sub procurationis titulo exigitur, sed releuationis, quæ etiam relinquitur arbitrio nominatorum, & sine pœna: Vnde conijci potest fuisse ex aliqua necessitate, puta alicuius belli imploratum auxilium eorum, quorum interest diœcesim non molestari. Septimò non obstat iuramentum fidelitatis, quod præstatur per Præpositum Archiepiscopo, vt habetur in transactione confirmata per Nicolauo Anno Domini 1449. quia vltra ea, quæ alias dicta fuerunt, est animaduertendum, non esse verũ, quod ex aduerso prætenditur, duo fuisse iuramenta, quorum alterum contineret simplex homagium fidelitatis; Alterum verò fieret occasione officij Salinatoris concessi ab Archiepiscopo Schelnperg: quia ex lectura apparet, fuisse vnicum tantum occasione dicti officij; subiungũtur enim mentioni factæ iuramenti hæc verba, quemadmodum in lectura impignerationis pro coctura in Schelnperg. omnia illa clarius sunt contenta: Vnde apparet ea occasione promissum fuisse. Neque obstat, quòd promittunt se fideles, & obedientes fore, sicut ab antiquo fuit obseruatum, quia oppignetario fuit facta de anno 1409. & sic per quadraginta annos antea fuerat obsernatum, in quibus verificatur Clausula illa ab antiquo: Neque apparet de aliquo alio iuramento vllo tempore præstito extra hanc causam; quinimmo finita oppigneratione, fuerunt Bertesgadnenses absoluti ab huiusmodi iuramenti præstatione. Octauò non obstat Bulla Nicolai de anno 1447. directa Episcopo Secouiensi, in forma cõmissaria, quòd constito sibi de narratis auctoritate Apostolica transferat ius conferẽdi Præposituram in Archiepiscopum, quo-
22 ties illam vacare contigerit, † quia ex hac concessione non potest argui subiectio, nisi post eam, si probaretur effectuatio; Verum de contrario potius constat, cum nulla detur collatio Archiepiscopi, & post octo annos Calixtus exemptionem illam amplissimam concesserit. Verum præter has particulares responsiones potest in vniuersum re-
23 sponderi, † nullos actus per Præpositos, & Archiepiscopum gestos potuisse præiudicare Sedi Apostolicæ, *vt per Abb. in c. cum tempore, de arbit. & Fel. in c. 2. de sentent. excomm. in fine.* Neque etiam omittendum est, videri totam hanc disputationem ociosam, cum habeamus claram, & indubitatam exemptionem in priuilegio Calixti III. Vnde effectus huius disputationis restringitur ad redarguendum dictam Bullam Calixti de subreptione: Hinc fit, vt ea, quæ supra de exemptione relata sunt, sine difficultate sint talia, vt omnem subreptionem excludãt, etiam si narratum fuisset assertiue Monasterium prius exemptum fuisse, quod tamen factum non fuit, cum Papa vsus fuerit his verbis, & iurisdictione Ordinaria exemptum fuisse credatur, & vtique si voluisset pro constanti affirmare, fuisse per prius exemptum, superflua fuisset eius dispositio in ea parte, in qua pro potiori cautelæ suffragio de nouo eximit; hoc enim decretum arguit necessariò Papam voluisse eximere etiam non exemptum. Quare magna Dominorum consensione conclusum fuit pro statu exemptionis etiam ante Bullam Calixti.

Oriolens. Beneficiorum.

Die Veneris 21. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio, quæ loquitur de beneficio simplici, cum sit seruitorium, non ob id redditur nulla, si constat de certo corpore beneficij, & prouisus sit idoneus tam ad unum quàm ad aliud.*

2 *Omissio qualitatis beneficij, quæ nõ est dolosa, nec talis, quæ retraxisset concedentem, etiam si qualitas expressa uel sit maior, uel sit minor, dummodo adsit habilitas in prouiso, non uitiat prouisionem.*

3 *Ordinarius prouidet Ecclesijs non personis.*

4 *Collatio facta de beneficio curato tamquam de simplici, non ualet, cum non sufficiat habilitas personæ in uno, quæ requiritur in altero, & in simplici possit deseruiri per substitutum, quod fieri non potest in curato.*

5 *Ex cura rõne fontis Baptismalis nõ infertur ad curã aiarũ.*

6 *Vicarius Episcopi quando possit conferre beneficia.*

7 *Per constitutionẽ secũdi Vicarij, primus dicitur reuocatus.*

DECISIO MXXVI.

1 FVit resolutum † prouisionem Reuerendiss. D. Episcopi Oriolensis fuisse validam, non obstante ea obiectione, quæ fit, quòd ista beneficia, de quibus agitur, sint beneficia seruitoria, & prouisio loquitur de præstimonijs simplicibus, quia cum constet de certo corpore istorũ beneficiorum, & Dominus Viues sit idoneus tam ad præsti-
2 monia simplicia, quàm ad seruitoria, † ista omissio qualitatis non vitiat, quia nõ est dolosa, nec talis, quæ retraxisset concedentem, *Rot. dec. 4. de rescript. in antiq. Cass. ad. 11. de præb. Gemin. cons. 111. Abb. in c. significante. n. 5. de rescrip.* qui licet loquantur, quando est expressa maior qualitas, nempè, quòd sit curatum, idem tamen est, quando est minor, si non est talis, quæ retraxisset concedentem, *Fel. in c.*
3 *super litteris, col. 2. de rescript.* maximè † cum simus in prouisione Ordinarij, qui dicitur prouidere motu proprio Ecclesijs, & non personis, *Card. in Clement. 2. col. fin. de offic. Ordin. Felin. in c. ad aures, n. 15. de rescript.* & cessat difficultas, ex quo saltem in genere Episcopus, qui præsumitur informatus de qualitate suorum beneficiorum, hoc intellexisse videtur, exigendo iuramentum à prouiso de laudabiliter inseruiendo, & onera incumbentia supportando in prædictis beneficijs. Non obstat *decisio Puteo 301. lib. 1.*
4 quia † ibi Ecclesia erat curata, & collatio facta tamquã de simplici, & sic non sufficiebat eadem habilitas, prout hic, cum in istis posset deseruiri per substitutum; *iuxta allegat. Lap. 35. & fuit decisum in vna Romana Capellaniæ*
5 *coram R. P. D. meo Pamphilio.* Nõ obstat, † quòd obijcitur de cura ratione fontis Baptismatis, quia ex eo non infertur ad curam, *Card. in Clem. 1. q. 4. & ibi Anchar. in 2. notab. Imol. num. 6. Vital. in. n. 66. de Baptis. Sarnen. de Idiomat. q. 11. cum alijs allegatis per Rotam in vna Recanat. parochialis coram bonæ mem. Lauretano. 20. Maij 1577.* Dictum etiã
6 fuit circa secundam partem dubij, † hanc collationem suffragari D. Io. Baptistæ, ex quo prouisio facta à Vicario, nõ videtur posse sustineri, cum fuerit substitutus simpliciter, & sine aliqua causa, cum tamen adessent alij Vicarij constituti ab Episcopo, *vt per Doctores, in c. 1. de offic. Vicar. in*
7 *6. Paris. cons. 80. nu. 15. lib. 4. Put. decis. 168. lib. 1.* † maximè cum ipse constituens fuisset reuocatus per constitutionẽ secundi Vicarij, *Franc. & Gemin. in c. licet, de offic. Vicar. in 6.* maximè concurrente voluntate Episcopi, *vt per Rebuff. de form. Vicariat. nu. 205.* quæ colligitur ex eo, quòd excipit tantum Ludouicum Marcharellum, *l. cum prætor. de iudic.* & istius reuocationis Iulius habuit notitiam, vt patet ex lectura substitutionis, in qua fit mẽtio Vicarij secundo loco constituti. Verum quia pro parte Francisci, & Petri non fuit informatum super hoc; Domini ordinarunt, vt si velint informare, audiantur.

Roma.

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Veneris 21. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *In contractu alienationis bonorum Ecclesiæ gesto cum ipsomet Papa, non est opus confirmatione Apostolica.*

2 *Alienatio, quæ ex dispositione statuti fieri non potest inconsulto Episcopo, si ipsimet Episcopo sit facta, nihil aliud indiget, & statuto dicitur satisfactum.*

3 *Cōtractus, qui ex dispositione statuti non pōt fieri à filio sine cōsensu patris, si fiat cum ipso patre nil aliud indiget.*

4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta Papæ, qui contraxit tāquam priuata persona, & vti N. non autem vti Papa, operatur tantum, vt res non acquiratur Sedi Apostolicæ, sed ipsi Papæ, vti priuatæ personæ; nec ob id potest dici non interuenisse consensum Papæ ratione sollemnitatis vti Papæ, cum non possit vti N. & priuata persona consentire alienationi, & vti Papa dissentire.*

5 *Consensus in vna eademq; persona est indiuisibilis.*

6 *Consensus Capituli generalis, & illius Præsidentis, ac Diffinitorum, qui reseruatur in contractu alienationis ad eum auctorizandum, non autem ratione præiudicij, recipit tacitam conditionem, quatenus opus sit.*

7 *Beneplacitum Apostolicum, quod in alienatione reseruatur, recipit tacitam conditionem, quatenus opus sit.*

8 *Vbi Papæ auctoritas adest, cessat auctoritas inferioris.*

9 *Consensus Capituli generalis, vel Rectoris in alienatione, quatenus opus sit, ex lapsu triginta annorum interuenisse præsumitur, & talis qualis requiritur.*

10 *Protestationes clandestinæ, & quæ non fuerunt intimatę, & ad notitiam possessorum deductæ, nullum operantur effectum ad fauorem protestantis.*

11 *Ad annullandam alienationem bonorum Ecclesiæ factam cum Papa ad effectum præscriptionis deducuntur tempora illius Papæ, si tamen probetur, per Papam fuisse vim vel metum illatum pro obtinenda venditione; secùs est ad effectum præsumptionis, & nu. 13.*

12 *Metus incussio in Papa non præsumitur.*

14 *Lis mota, in qua quis succubuit, non interrumpit præscriptionem; maximè si præscriptio erat tempore motæ litis completa.*

DECISIO MXXVII.

FVit dubitatum, an alienatio Casalis, de qua agitur, sustineatur non obstante allegato defectu sollemnitatis & mandati; Et quantum ad sollemnitatis defectū, is deducit ex eo, ꝙ non fuerit contractus iste confirmatus à Sede Apostolica, neque interuenerit consensus Capituli generalis: Ista tamen obiectione non obstante, Domini censuerunt, hic nullum adesse defectum sollemnitatis; & moti fuerunt ex eo potissimum fundamento, ꝙ † contractus fuit gestus cū ipsomet Papa, cuius præsentia supplet omnem defectum sollemnitatis, *vt per Bal. in l. rescripta, C. de precib. Imper. off. Imola, in c. 1. n. 7. de lit. contest.* & qñ cum Papa contrahitur, nulla alia opus est sollemnitate, *Bald. in l. sancimus, C. de donat. Alex. cons. 157. n. 7. lib. 2. Natt. cons. 28. n. 4. lib. 1.* nam Constitutio Paulina nihil aliud requirit q̃ beneplacitum Sedis Apostolicæ, ꝙ eo ipso interuenisse probatur, ex quo contractus fuit cū Papa celebratus, † vt de alienatione facta ipsi Episcopo, quo inconsulto ex dispositione statuti fieri non poterat, tradit *Io. Andr. in c. qui tacet, in Mercurial. de reg. iur. in 6. Abb. in c. cum in veteri, n. 11. de election. & cons. 11. n. 2. lib. 2. Felin. in c. nonne. n. 10. in fin. de præsumpt. & in c. cum nuncrus, in fi. de testib.* † & de statuto requirente consensum patris in contractu filij, *Bald. in l. exceptione, in fi. & ibi optima Additio Barbat. C. de euiction. Alex. in l. si qui hæres, de acquir. hæred. Socin. consil. 80. n. 12. lib. 4. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 268.* Non obstat, ꝙ † Leo contraxerit tamquam priuata persona, & vti Io. Baptista, quia hæc restrictio eo pertinet, vt non acquireretur Casale Sedi Apostolicæ, sed ipsi Leoni vti priuatæ personæ, eiusq; hæredibus, & successoribus; sed non ideo minus potest dici, non interuenisse consensum ipsius ratione sollemnitatis vti Papæ, diuersa est enim ratio inter vtrumque casum: nam respectu acquisitionis considerari potest duplex persona in Leone, respectu verò consensus minimè, † non enim poterat vti Io. Baptista consentire huic contractui, & vti Leo Pontifex dissentire; & ideo non placuit illud, ꝙ dicitur effectum scientiæ diuidi posse, quia hic non de scientia, sed de consensu agitur, qui est indiuisibilis in vnā eademq; persona. Quantum verò † ad consensum Capituli generalis, illiusq; Præsidētis, & Diffinitorum, cum in hoc contractu non requireretur nisi ad auctorizandum contractum, non autem ratione præiudicij, reseruatio illa respicit conditionem tacitam, quatenus opus sit. † vt de beneplacito Apostolico passim obseruatur, *Put. decis. 42. lib. 2.* verum hoc casu interueniente auctoritate Papæ, non erat necessarium, & potuit omitti, † vbi enim adest superioris, cessat inferioris auctoritas, illa enim semper excepta intelligitur, *cap. venientes, de iureiur. Abb. cons. 41. n. 3. lib. 1. Paris. cons. 24. n. 4. lib. 3. Rum. consil. 64. n. 1. lib. 1. Rebuff. de reb. eccles. non alien. n. 15. vers. fallit quando Papa.* Verum † quatenus necessarium fuisset, vtique intercessisse præsumitur ex lapsu triginta annorum, & amplius, *glos. in c. peruenit, vbi Imol. n. 10. de empt. & vend. Felin. in c. illud, nu. 6. in fine, de præsumpt. & in c. Albericus, propè finem de testib. Alex. cons. 1. num. 20. vbi Apostill. & cons. 17. n. 8. lib. 4. Cur. iun. cons. 200. n. 31. & cons. 213. nu. 97. lib. 3. Put. decis. 565. In causa Parmensi, lib. 2. & decis. 1. de reb. eccl. non alien.* & quòd consensus Rectoris spatio triginta annorum præsumatur talis, qualis requiritur, *fuit resolutum in vna Concken. fructuum. coram R. P. D. meo Gipsio 10. Februarij 1586.* quòd tanto facilius procedit in isto casu, ex quo habemus obseruantiam contractus per annos septuaginta, & acceptationem solutionis pretij per Monasterium, quæ tanti est momenti, vt ex ea inducatur præsumptio veritatis omniū narratorum, *& fuit aliàs dictum coram S. D. N. in vna Lucana Decanatus.* * Non obstat, ꝙ lapsus temporis non operetur hanc præsumptionem stante contradictione, quæ deducitur ex quibusdam protestationibus, quia † protestationes clandestinæ nullum operantur effectum ad fauorem protestantis, cum non constet fuisse vnquam intimatas; vel deductas ad notitiam possessorum, ꝙ tamen facere potuissent post obitum Leonis, & Clementis, *vt fuit resolutum in causa Tusculana Vellescoram R. P. D. meo Orano.* a Nec parum mouit Dominos ad tollendam hanc contradictionis exceptionem, ꝙ talem affrancationem Monasterium vigore prioris contractus facere tenebatur: Vnde cum posset cogi, siue postea fuerit facta vigore pacti præcedentis, siue noui contractus, nulla suberat causa, cur monachi cōtradicere deberent, & secretò protestari: nam contra primum contractum initum cum Alphonsina, nihil hactenus deductum est, quod illum redarguere possit. Non obstat, quòd † deducenda sint tempora Leonis, & Clementis; nam id procederet, si aliquis probaretur illatus metus, & vis pro celebranda ita venditione, ꝙ ex istis protestationib. non probatur, *l. metum, & ibi gl. C. quod met. caus. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, in 5. quæst. quem ibi Doctores sequuntur, de op. no. nunc. gl. Innoc. & omnes, in c. 1. de eo quod met. caus. Ripa in c. cum M. Ferrariensis, nu. 92. de constit. Alex. cons. 16. col. pen. lib. 3.* sed neque metus probatur, † neque præsumi pōt in Sūmis Pontificibus; pręcipuè cū appareat Clemētē postea hoc Casale pro eode pretio, quo emptū fuerat, vendidisse Strocijs, quæ res excludit affectionē illā, quæ deducit ex pretij modicitate: Præterea, † licet ad effectū pscriptionis deducant tpa eorū, qui alienarunt; tñ ad effectum præsumptionis secùs, *ut alias fuit dictū in una Lunens. Sarzanen. corā bon. mem. Cotta.* b Nō obstat lis mota de anno

14 1555. quia iam erat lapsum tempus triginta annorum, vltra quòd nihil actum fuit, & nõ interrumpit præscriptionem, sicut dicitur de lite, in qua quis succumbit, *Felin. in d. c. illud, col. fin. de præscr. Balb. in suo tract. de præscr. 5. par. sext. e part. princip. 7. 4. n. 57. & fuit dictu in cã Portalegren. Vnionis. coram R. P. D. meo Orano 8. Nou. 1589.* Quòd dicitur fuisse cessatum in gratiam bonæ mem. Reginæ Catharinę, non probatur, neque probatum releuaret, cum ante hoc tempus sublatis etiam de medio Leone, & Clemẽte, per annos viginti, & amplius, Monasterium tacuerit, neque tam longi silentij vllam probabilem causam afferre potest, stantibus protestationibus secreto per eos interpositis, viuentibus Pontificibus. Et ita per Dominos conclusum circa exceptionem, defectus sollemnitatum. Quãtum verò ad defectus mandati, fuit ordinatum, vt de ijs particulariter ageretur.

* *Præsertim sub die Veneris 1. Decemb. 1581. in imp. diu. non. 695. p. 1.*
a *Sub die Lunæ 28 Aprilis 1586.*
b *In Lunen. Sarzanen. terrarum 20. Iunij 1585.*

Pacens. Erectionis parochialium.
Die Veneris 28. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Processus extractus vigore Compulsorialium, & parte citata dicitur esse in forma probanti.*
2 *Vniuersitas qualiter citetur.*
3 *Contra Ciuitatem, & minorem carentes defensore procedi non potest, quod verum est in sententijs diffinitiuis, non in interloquutorijs non præiudicialibus, & non habentibus vim diffinitiuæ, vt num. 5.*
4 *Vniuersitas habetur loco minoris.*
6 *Processus in dubio præsumitur integer.*
7 *Citatio ad videndum collationari processum vigore Compulsorialium extractum; tunc non requiritur, quando ab initio facta fuit citatio generalis ad totam extractionem, quæ sufficit, præsertim si adsit decretum iudicis, cum assignatione diei, & horæ ad videndum corrigi, & collationari.*
8 *Processus exhibitus à filio Notarij absentis satis dicitur recognitus, & habitus pro processu à patre conscripto.*

DECISIO MXXVIII.

1 FVit resolutum † processum, de quo agitur, esse in forma probanti, cũ fuerit extractus vigore Compulsorialium, & parte citata, *ad notata in c. cum P. Tabellio, de fide instr. Rota decis. 1. eod. tit. in non.* & † hæc citatio afficit
2 Vniuersitatem, cum fuerit exequutioni mandata contra repræsentantes ipsam in Congregatione facta in loco solito, *ad notata per Bart. in l. fi. quod cuiusque Vniuersitat. gl. Bar. Dec. Cagn. & alij in l. non potest. de reg. iur.* Non obstat,
3 quòd † postea fuerit processum contra Ciuitatem non cõparentem, non deputato ei defensore, sed vti solet in stratis, quòd videtur fieri non posse *l. contra minorem cum ibi notat. C. si aduers. rem iudic.* † cum Vniuersitas habeatur
4 loco minoris, *vt per Crescent. decis. 206.* quia hæc procedunt in sententijs diffinitiuis, & non procedunt in interloquutorijs, † quæ non sunt præiudiciales, & non habent
5 vim diffinitiuę, *vt declarat ibid. Cast. n. 5. vers. sed in alijs. Salic. n. 5. Corn. n. 1.* qualis est ista extractio, seu compulsatio processus. Non obstat, q̃ dicitur non esse integrum processum: nam hoc non probatur ex eo solo, quòd non adsit in eo mandatum Episcopi, cum non appareat fuisse pro-
6 ductum immo sæpius protestatum de illius defectu, & † in dubio præsumitur integer, *ad gl. in l. cum di lege, de probat. Bart. in Rubr. de no. oper. nunc. n. 8. & ibi Ias. col. fin. cum alijs allegatis per Aym. de antiq. temp. par. 2. n. 55.* † Non ob-
7 stat defectus citationis ad videndum collationari, quia cũ fuerit ab initio facta citatio generalis ad totam extractionem, ea omnia fieri possunt, quæ in exequutionem, & complementum litterarum Compulsorialium fieri debent, ea sufficit, *Rota 8. de dol. & contum. in non.* Præterea adest decretum Iudicis cum assignatione dierum, & horarũ ad videndum corrigi, & collationari, q̃ fuit exequutũ in stratis, adeo q̃ concurrunt omnia requisita. Vltimò non obstat, q̃
8 iste processus non fuerit recognitus coram compulsore, † quia cum fuerit exhibitus a filio Notarij absentis, fatis per eumdem fuit recognitus, & habitus pro processu a patre conscripto, sed & pars in impetratione commissionis eo vsa est. Itaque conclusum has obiectiones non obstare, quo minus fuerit legitimè facta Compulsatio.

Tullens. Parochialis.
Die Veneris 28. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *Simonia ad effectum priuationis est plenè, & concludenter probanda, ad effectum autem repellendi aliquem ab assequutione beneficij nondum obtenti, sufficiunt leuiores probationes.*
2 *In materia simoniæ, quæ est difficilis probationis, solent etiam admitti coniecturæ, & indicia; sed debent esse euidentes, & claræ, ac simoniam necessario concludentes, etiam si ciuiliter agatur.*
3 *Confessio simoniæ facta a cedente beneficium post resignationem non nocet cessionario.*
4 *In probatione simoniæ socius criminis non admittitur, vbi agitur ad effectum priuationis.*
5 *Licet regulariter sit stãdum primo dicto testis; tamen per secundum etiam extraiudiciale tantum detrahitur primo, vt illius vigore ad sententiam deueniri non possit.*
6 *Testes de fama, deponentes de simonia ad effectum priuationis, non admittuntur etiam si ciuiliter agatur.*
7 *Testes deponentes de solutione pecuniarum ad probandũ simoniam, si nesciunt, ex qua causa facta fuerit solutio, nec deponant de præcedente conuentione, vel animo, & intentione simoniaca, non probant.*
8 *Simonia absque præcedenti pactione non inducitur.*
9 *Verba generalia non probant simoniam.*
10 *Solutio pecuniæ, seu donatio facta resignanti post iam datum mandatum ad resignandum, non probant simoniã.*
11 *Confessio per testes singulares non probatur.*
12 *Testes singulares probant concurrentibus adminiculis.*
13 *Confessio simoniæ facta à resignante non præiudicat resignatario.*

DECISIO MXXIX.

FVit resolutum, simoniam in casu, de quo agitur, non
1 probari; nam † cum agatur ad effectum priuationis, ea plenè & concludenter est probanda, *gloss. in c. cum nunciis l. 1. in uerbo. aliorum. de testib. & ibi Abb. n. 4. quam esse communiter approbatam testatur Alciat. cons. 2. n. 40. & 41. li. 1. tomo 1. & tenuit Rota in causa Firmana Capellaniæ 7. Maij 1582. coram S. D. N. Clemente VIII.* quidquid sit, vbi agitur ad repellendum aliquem ab assequutione beneficij nondum obtẽti, quo casu sufficiunt probationes leuiores, *ut per Fab. decis. 47. lib. 2. & tenuit Rota in causa Cerunen. Canonicatus coram me. 10. Maij 1581. & in alia Calagurritana de Haro. 20. Maij 1590. coram D. Comitulo.* & †
2 quamuis in hac materia, vti difficilis probationis, soleant admitti coniecturæ, & indicia, *per tuas, de simon. c. 1. de testib. in 6. Corn. cons. 342. n. 18. lib. 1. Aymon. cons. 22. n. 8. Menoc. de arbit. cas. 116. n. 12. Clar. in § fin. omnino. uer. item scias.* nihilominus huiusmodi indicia, & coniecturæ, et si ciuiliter agatur, debent esse euidentes, & claræ, ac simoniã necessario concludentes; ita vt nihil aliud importare possint, *Felin. in c. super his n. 17. de accus. Natta cons. 299. num. 13. Verall. decis. 202. par. 1. Clar. in d. § simonia, in pri. & habetur*

turin d.decis.Firmana Capellania. Quæ autem hic pro simonia deducuntur, sunt hæc, Primò dictum Desiderij resignantis, qui dicit se resignasse parochialem, sub promissione cuiusdam summæ pecuniarum, equi, & quatum-
3 dam aliarum rerum; † sed hæc dispositio non probat, cum sit confessio cedentis facta post resignationem, quæ non nocet cessionario, *Castr.in l.facta.§.si hæres, ad Trebell. Affl.decis.165.n.5. Ruin. cons.151.n.12.lib.1.et 381.n.21.et 23. li.2. Caputaq.decis.135.parte 1. et fuit dictum in d.causa Fir-*
4 *mana.* † Præterea, non probat: quia Desiderius est socius criminis, qui in hac materia non admittitur, *c.sicut, il 1.de testib. Alex.de Neuo, cons.64.n.4.* præsertim vbi agitur ad effectum priuationis, vt distinguit *Fab.d.decis.47.li.2. glos. in d.c.ueniens, in uerb.confesso.et Alciat.d.respons.2.nu.3.et 4.* maximè cum ista confessio facta fuerit inter pocula, &
5 postea reuocata; † & licet regulariter sit standum primo dicto: tamen per secundum etiam extraiudiciale, tantum detrahitur primo, vt illius vigore non possit deueniri ad sententiam, *Butr.et Abb.in c. cum in tua, de testib.cum alijs per Gabr. Concl. 30. de crimin.num.3.* & hoc modo tollitur etiam probatio eorum, qui deponunt de confessione Desi-
6 derij, ne plus credatur copiæ quàm originali. † Non obstant testes deponentes de fama, quia ad effectum priuationis non admittitur, etiam si ciuiliter agatur, *glos.in d.c. ueniens, & ibi Abb.n.8.et Dec.n.12.de testib.idem Dec.cons. 210.propè finem Clar.in d.§.simonia, in fine Gabr.Concl.1.de probation.n.12. Puteus decis.171.in fine, lib.2.et fuit dictum in causa Imolen. Confidentiæ. coram R.P.D.meo Pamphilio, de mense Febr.1592. etiam in præcitata decisione Firmana.*
7 † Non obstant testes deponentes de solutione pecuniarũ, & emptione equi, quia nesciunt, ex qua cã fuerit hęc facta, neque deponunt de pręcedenti conuentione, vel animo &
8 intentione simoniaca, † quod tamen esser necessarium, cũ absque pręcedenti pactione non inducatur simonia, *c. Artaldus.8.q.3.glo.in c.quam piè, in verb.postmodum, 1.q.2. & tradunt communiter Doctores, in d.c.ueniens, Dec.cons.118. n.4. Paris.cons.30.n.21.lib.4. Puteus decis.171.num.9.lib.2. Mohed.166.& fuit latè deductum à R.P.D.meo Orano in decis.Cusentina Confidentiæ.* Non obstant ijdem testes, dicentes audiuisse patrem resignatarij dicentem, se non fore in-
9 gratum, † hæc enim verba generalia nullam probant simoniam, *vt per Sotum, de Iust.& iure, lib.9.q.8.art.5.Concl. 3.& fuit dictum in vna Britonorien. Pensionis.coram R.P. D.meo Gipsio.* immo ex istis verbis potius excluditur præ-
10 cedens pactio, † & infertur pecunias & equum datas post
11 tam datum mandatũ ad resignandum. † Non obstant testes deponentes de confessione Georgii resignatarij, quia sunt singulares, & est notissima Conclusio, confessionem per testes singulares non probari, *Alex.cons.152.n.6.lib. 5. Put.dec.3.de probation. Ant.August.in repertor.tit.de testib.n.23. Alciat.d.cons.2.num.5.* etiamsi cum confessione concurrat fama, *Dec.in d.c.ueniens, n.12. in fine. Put.171. in fine, lib.2. & fuit dictum in supracitata causa Firmana.* Non obstat decisio *facta in caua Bisinimensi Pensionis, coram Illustriss. Lancelloto de anno 1574.* * quia ibi concurrebant multa adminicula, & præsertim suspensio facta ab Ordinario ob simoniam, & cõfessio vtriusque ante resignationem, & fundatur in dicto *Gabr.in Concl.2.de testib.*
12 *in fine.* qui generaliter dicit, † testes singulares probare concurrentibus adminiculis, nec loquitur in materia simoniæ ad effectum priuationis in quo casu factæ fuerunt posteriores decisiones, quæ sunt in proprijs terminis simo-
13 niæ, & fuerunt maiore studio elaboratæ. Postremò † non obstat porrectio supplicationis pro absolutione à simonia, quia cum hæc confessio prouenia t ab eodem Desiderio, ea non potest præiudicare resignatario. *vt per Bald.in l.in bonæ fidei, col.5.vers.expedita est tertia pars, C.de rebus cred. Fel.in cap.si constiterit, col.2.de accusat. Dec.in rubr. de Constit.nu.14.* vltra alias responsiones supra deductas. Et ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 17. Maij, quæ impr.diuers.nouiss. est 191.par.1.*

Ariminens. Castrorum.
Die Lunæ 31. Maij 1593.

S V M M A R I V M.

1 *In Valore rei habetur ratio onerum.*
2 *Valor rei qualiter probetur.*
3 *Valor Castrorum ad rationem fructuum, æstimatur ad rationem duorum, & duorum cum dimidio; maximè si Castra sint libera, & nulli deuolutioni suppossita.*
4 *Valor rei augetur ex eo, quòd res sit libera, & nulli deuolutioni aut caducitati subiecta.*

D E C I S I O   M X X X.

FVit dubitatum, an probetur valor Castrorum, de quibus agitur, excedere valorem octo millium scutorum; Et causa fuit sæpius proposita, nempè 21. Ianuarij. 19. Februarij, & tandem vltimo Maij, Et quantum ad probationes, deductas in duabus prioribus propositionibus, res fuit satis controuersa, neque potuit capi aliqua
1 resolutio, dubitantibus plerisque ex Dominis, ne † habita ratione onerum deducendorum, *iuxta notata per Cagnol. post alios, in l. 2. num. 243. C. de rescind. vendit. & ibi Pinel. parte 3. num. 19.* Item habita ratione expensarum factarum per Illustrissimum Dominum Marchionem in recuperandis Castris à Camera Apostolica cum damnis hac occasione passis; Item habita ratione litis pendentis cum Communitate Cesenę; Item habita ratione melioramentorum factorum per Dominum Marchionem, eo res reduceretur, vt exiguus valdè esset vel nullus excessus & minimè considerabilis ad effectum, de quo agitur, nempe quod talis esset valor, quem si Illustrissima Domina Leonida notum habuisset, talem non fuisset factura renunciationem: Verum in vltima propositione causæ, additis superioribus probationibus dictis trium testium nuperrimè examinatorum, visa est Dominis res carere omni prorsus difficultate, & probari concluderet magnum excessum vltra octo millia scuta; nam primus super decimo articulo deponit, quòd de articulato tempore 1576. (I Castelli di Roncofredo, & Montiano valeuano, & hoggidi vagliono quaranta milla scudi d'oro in oro, & cosi sariano stati venduti & comparati da chi l'hauesse voluti comprare, & tale era il suo commune prezzo & valore, & tanto si sariano venduti, & comprati, & cosi nella Romagna si è tenuto & tiene publicamente) Secundus super eodem dicit, (che communemente l'articulati Castelli si sariano venduti & comprati per quaranta milla scudi, & d'auantaggio, & cosi si teneua & reputaua communemente, & n'era publica voce & fama.) Tertius testis super eodem dicit (che l'articulati Castelli dell'anno 1576. si sariano venduti & comprati, & valeuano scudi quaranta milla d'oro, & tanto saria stato il suo commune valore) & † iste est vnus ex modis probandi valorem rerum *iuxta tradita per Alex. & alios, in l.pretia rerum ad leg. Falcid. Cagnol. in l.2. de rescind. vend.nu.235.& seq. Pinell.in dicta p.3. cap. fin. num. 28. & 29. qui sequuntur doctr. Bart. in d. l. pretia rerum, & Ang. Aret.in §. si quis agens Instit.de action.* Istis testibus accedunt alij prius examinati, quorum aliqui loquuntur per verbum communiter; Aliqui deponunt de publica voce, & fama; Aliqui verò reddunt causam scientiæ ratione redditruum, quæ est bona ratio, *l. si quos, C. de rescind. vend. l. si fundum, 94. de leg. 1. l. si fundus, de rebus eorum. Idem Pinell.in d.l.2.par.3. cap.fin.num.28. & 29. & bene deducuntur per informantes in facto in prioribus informationibus.* Alij verò reddunt rationem, quia sunt bene informati de valore Castrorum in illis partibus; Quibus adminiculari videtur, quòd Castrum Roncofrigidi habet plures Villas magni valoris, vt deponunt isti vltimi testes; & ex prioribus nonus super quin-

to, & Vndecimus super eodem; Item secundus remisorię super eodem; Octauus super nono; Nonus super quarto, & ferè omnes deponunt de amęnitate & alijs qualitatibus dictorum Castrorum, & quòd potius sunt ablo tempore citra deteriorata, quàm meliorata, & † vasr
3 ad rationem fructuum in Castris ęstimatur ad rationem duorum, & duorum cum dimidio; maximè cum ista Castra sint libera, & nulli deuolutioni aut caducitati supposita, † quę res magnopere auget valorem; Quę omnia reddunt hanc probationem valde verisimilem: Tamen quia
4 tam in prioribus positionibus, quàm in hac vltima deductę fuerunt multę exceptiones contra testes, Domini voluerunt eas reseruare particulariter discuriẽdas, & etiam reseruarunt effectum, nempè, an hęc probatio concludat ad effectum reuocandi renunciationem ex capite erroris; quę omnia suo tempore videbuntur.

Barchinonens. Administrationis eleemosynarum.
Die Lunę 31. Maij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Gesta per Iudicem delegatum, cui non fuit præsentatum rescriptum ante obitum Papæ rescribentis, sunt nulla.*
2 *Reconualidatio rescripti antea obtenti per Papam prædecessorem, si sit obtenta post sententiam latam in vim rescripti à primo obtenti non conualidat sententiam, nec processum super ea factum.*
3 *Processus Iudicis delegati, qui fuit allegatus suspectus cum subsequenti appellatione dicitur nullus.*
4 *Mixtus exequutor post appellationem attentat.*
5 *Signatura Iustitiæ non rescribit, nisi prout de iure.*

DECISIO MXXXI.

1 CONclusum fuit, † gesta per iudicem delegatum fuisse nulla, & attentata; nulla, quia rescriptum fuit pręsentatum post obitum fel. record. Sixti V. rescribentis, & iurisdictio iam exspirauerat, *t. relatum, e. gratis, et c. licet, de offic. deleg. Lap. allegat. 88. num. 3. Gabr. de procurat. Concl. 2. num.* 2. nec iuuat regula reualidatoria Gregorij XIIII. cum renalidet tantum ea rescripta, quę per annum ante obitum prędecessoris fuerant obtenta, hoc verò fuerat
2 obtentum longe antea. † Nec potest sustineri processus vigore rescripti reualidatorij obtenti post latam sentẽtiam,
3 cuius nulla fuit in eo facta mẽtio. † Fuit ẽt nullus processus ratione allegatę suspicionis cum subsequenti appella-
4 tione: † fuerunt quoque attentata ea, quę post sententiam gesta fuerunt, cum esset appellatum, & iudex erat mixtus
5 non autem merus exequutor; † cum rescriptum esset signaturę Iustitię, quę non rescribit, nisi prout de iure, *Rebuff. in praxi. titul. de differentia inter rescript. grat. & iust. nu.* 15. Quare conclusum pro reuocatione gestorum.

Parmens. Status.
Die Veneris 4. Iunij 1593.

DECISIO MXXXII.

FVit dubitatum, An Bernardinus Montaninus: Io. de Vbertis, & Togninus de Fasanis testes sint reijciendi, vel fides sit eis adhibenda. Pro parte Dominorum de Pallauicinis prętendebatur esse reijciendos, ex eo, quòd in duobus examinibus diuersis temporibus factis, contraria & diuersa deposuerant; tum etiam quòd prętendebatur probari eos dixisse se confessos fuisse sacerdoti, falsum in hac causa deposuisse, & non potuisse obtinere ab eo absolutionem, & tandem deducebatur, sententia lata contra eos tanquam falsarios. Quibus exceptionibus examinatis, visum fuit Dominis contrarietates deductas aliquo modo posse conciliari, & aliarum exceptionum rationem non habuerunt, sed dixerunt istos testes non esse in totum repellendos, sed esse videndum, quid in hoc articulo per alios testes Dominorum de Rangonibus probetur, & tunc habituros rationem depositionis istorum.

Oriolens. Beneficiorum.
Die Mercurij 9. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius substitutus à Vicario Episcopi habente facultatem substituendi, & facultatem conferendi, potest conferre beneficium.*
2 *Facultas substituendi Vicario concessa intelligitur, dummodo fiat ad modicum tempus, & ex iusta causa, & de consensu Episcopi.*
3 *An per constitutionem secundi Vicarij dicatur reuocatus primus, & num. seq.*
5 *Vicarius, & procurator reuocati censentur per constitutionem secundi; licet secundo sit data minor facultas, quàm primo; secùs si primus esset constitutus ad plures actus diuersos, & num. 6.*

DECISIO MXXXIII.

* CAusa iterum proposita Domini steterunt in decisis; *
1 nam † licet Vicarius ab Episcopo constitutus cum facultate substituẽdi, possit substituere, & substitutus possit conferre, prout poterat substituens, *ex decis. 4. de offic. Vicarii in nou. Rebuff. in forma Vicariat. nu. 79. Puteus, decis.*
2 *487. lib. 2. cum alijs allegatis.* a † hoc tamen intelligitur,
2 dummodo substitutio fiat ad modicum tempus, & ex iusta causa, & de consensu Episcopi, *ut notant Doctor. in c. 1. de off. Vicar. in 6. Paris. cons. 80. num. 13. lib. 4. Puteus decis. 168. lib. 1.* hęc autem substitutio fuit facta absque aliqua limitatione, immo in perpetuum, cum ipse Vicarius esset discessurus propter sibi incumbens onus residentię, & sine causa, cum adessent alij Vicarij ab Episcopo constituti, & contra voluntatem Episcopi, qui iam alios con-
3 stituerat cum facultate conferendi; Ideoq; † de eo tempore dictus Vicarius iam fuerat reuocatus per constitutionem aliorum, *Franc. & Gemin. in c. licet, de off. Vicar. in 6.* quæ opinio caret difficultate, vbi concurrit intentio Episcopi reuocandi primo institutum, *ut per Rebuff. in form. Vicariat. num.* 205. hæc autem voluntas ex eo colligitur,
4 quòd † in alia constitutione præseruat tantum constitutionem Ludouici Mascarelli; Vnde apparet eum voluisse omnes alios reuocare, *ex vulg. reg. l. cum prætor, de iudic.* & de ista reuocatione habuit notitiam tempore substitutionis per ipsum factæ, cum in ea fiat mentio constitutio-
5 nis alterius Vicarij. Neque obstat, † quòd in secunda constitutione Vicarij, non datur facultas conferendi *ad decis. 18. de procurat. in nou.* quia non ideo minus dicitur reuocatus primus, licet secundo data sit minor facultas, cum non versemur in constitutione ad actus diuersos, prout
6 procedit decisio, quæ vult, quod † per constitutionem procuratoris secundi ad negotia non censeatur reuocatus primus ad lites constitutus simul & ad negotia, sed sumus in constitutione ad actum vniuersalem, quæ censetur per aliam etiam minus plenam reuocata. Sed dubium omne tollit constitutio aliorum Vicariorum cum facultate conferendi. Et ita conclusum esse standum in resolutis.

* *Sub die Veneris 29. May proxime præteriti.*
a *Facit tex. in c. 1. § fin. de procur. in 6. c. is qui, eod. tit. & cap. fin. de off. Vicar. in 6. Fab. decis. 159. in supr. diuers. nou. lib. 3. de off. Vicar. in Oueten. Canonicatus, & præbendæ.*

Oscens. Canonicatus officij Pœnitentiariæ.
Die Mercurij 9. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Facultas per Sacrũ Conciliũ Tridentinũ concessa Episcopis instituendi officiũ Pœnitentiariæ, cũ vnione præbendæ*

primo

primo vacaturæ, non consumitur per erectionem, quæ non fuit sortita effectum, sed ad aliam erectionem deueniri iterum potest, donec effectum sortiatur.

2 *Mandatum datum de præbenda primo vacatura, si ea, quæ primo vacauit, fuerit alteri collata, exspirasse dicitur.*

3 *Intentio, & effectus potius quàm modus sunt considerãdi.*

DECISIO MXXXIIII.

FVerunt iterum contra erectionem vltimo factam per Reuerendiss. Episcopum Oscens. de officio Pœnitentiariæ cum vnione præbendæ ad fauorem Pauli Lezani deductæ nonnullæ aliæ erectiones præcedentes, ex quib. pro parte Hieronymi prętenditur prędictam erectionem fuisse nullam; Et primo fuit deducta quædam erectio Pęnitentiarię facta de Anno 1569. per Petrum Episcopum Oscens. in personam cuiusdam Philippi, cum vnione prębendę de Igries tunc vacante pobitũ Dominici Guerero: Vnde infertur, non potuisse deueniri ad nouam erectionem; Verum fuit per Dominos dictum *Concilium*
1 *Tridentinum sess. 24. cap. 8.* † dum mandat Episcopis institutionem officij Pœnitentiarię cum vnione prębendę primo vacaturę, considerare effectuationem; & ideo istam facultatem non consumi per erectionem, quę non fuit sortita effectum, immo ea non obstante, potuisse iterum deueniri ad nouam erectionem, *l. 3. §. hæc verba, de vulg. & pup. c. 3. vlt. glos. de pact.* Vnde cum non solum non appareat de effectuatione dictę prioris erectionis, de qua tamen deberet docere Hieronymus; sed etiam de contrario apparet ex supplicatione Sixti V. ab eo producta, in qua habetur, quòd stante lite, Philippus numquam exercuit officium Pœnitentiarię, immo in facto deducitur Philippum assequuto Decanatu, dimisisse Canonicatum, de quo à Sede Apostolica fuit prouisus Christophorus Blancas simpliciter sine onere Pœnitentiariæ; & ita per multos annos possessum fuisse in alios transeundo; Itaque non potest pręstare impedimentum nouę erectioni, *vt per Put. decis. 180. in eadem Salamantina l. b. 3.* Secundò, quia fuit deducta quędam erectio facta à fel. record. Pio V. prout in Constitutione, cuius copia data fuit, sed pari modo per Dominos fuit sublata, cum non constet de illius effectuatione, neque etiam hodie posset effectuari,
2 quia † cum esset de prębenda primo vacatura, & ea quę primo vacauit, fuerit alteri collata, mandatum expirauit, *c. si clericus, de præbend. in 6. gloss. in c. mandato, in verb. ad illius, eod. tit. in 6. Franc. in c. exequutor, num. 2. eod. tit. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, in princ. num. 17. de verb. signif.* & maximè quòd Episcopus erigendo, & assignando nouam prębendam, nihil fecit, quod aduersetur mandato Pij V. immo potius venit ad exequutionem illius, inhęrendo menti Pontificis, cuius intentio erat, vt officium prędi-
3 ctum erigeretur cum assignatione vnius prębendę, † in qua re potius effectum quàm modum considerasse dicendum est, *l. 3. & ibi Bald. C. de instit. & subst. l. mulier, & ibi Castr. n. 3. ad Trebell. Innoc. in c. in litteris, de off. deleg. Oldr. cons. 295. col. 2. idem Tiraq. loco supra citato, limitat. 6. n. 10.* Nec refert quòd Paulus sit Doctor in iure Canonico, & non Magister in Theologia iuxta dispositionem Pij V. quia Concilium de Doctoratu in iure Canonico contentatur. Tertio loco deducitur erectio fel. rec. Sixti V. obtenta ad instantiam Capituli; Verùm Domini dixerunt eam non obstare, cum in ea non fuerit facta mentio erectionis vltimo per Episcopum factę, & verisimile est Papam non fuisse concessurum, si sciuisset hoc fuisse factum per Episcopum, *cap. super litteris, vbi Felin. num. 8. & c. postulasti, vbi idem, colum. 3. & cap. in nostra, de rescript. Aegid. decis. 698.* Et ex his conclusum, erectionem vltimo factam subsistere.

Pacens. Parochialium.
Die Veneris 18. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Rota regulariter non credit testib. dicentibus talem procuratorem, vel factorem aliquid fecisse; secùs est si res verisimiliter publicè nota sit, quia tunc eis creditur.*

2 *Processus Notarij recognitus satis dicitur ex attestatione filij ipsius Notarij, qui in actu exhibitionis testatur illum esse processum originalem coram suo patre formatum, quem penes se retinebat.*

DECISIO MXXXV.

* IN resolutis pro validitate extractionis processus, * moti fuerunt Domini ex eo, quod monitorium iudicis compulsuris fuit exequutum contra Christophorum de Godoy iuniorem tamquam contra personam, penes quẽ existebat, & qui habebat onus, & rationem instrumentorum, & processum Christophori sui patris, quę qualitates cum enuncientur a Notario exequutore existente in eadem ciuitate Pacensi, & qui est Notarius Episcopalis audientię, prout etiam dictus Christophorus de Godoy, prout enunciatur in dicto monitorio, ei habenda est fides
1 de his omnibus; nam † quamuis regulariter Rota non credat testibus dicentibus talem procuratorem, vel factorem aliquid fecisse; tamen si res est verisimiliter publicè nota, eis creditur, *ut fuit aliàs coram me resolutum in vna Hispalen. Iuris nominandi, 13. Februarij, 1579. num. 4.* Accedit fides plurium attestantium illum esse Notarium Apostolicum Episcopalis audientię, quòd etiam testatus est R.
2 P. D. meus Corduben. † Quantum vero ad processus recognitionem, Domini habuerunt eum pro satis recognito ex attestatione filij, qui in actu exhibitionis testatur illum esse processum originalem formatum coram suo patre, quem penes se retinebat. Quibus omnibus concurrentibus, iunctis ijs, quę aliàs dicta fuerunt, conclusum fuit pro bona processus extractione.

* *Prout sub die Veneris 28. Maij proximè præteriti.*

Calaguritana Oblationum.
Die Lunę 21. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Laici percipientes decimas, tenentur præstare congruam beneficiatis.*

2 *Solutio censetur facta ex causa debiti præcedentis.*

DECISIO MXXXVI.

* DOmini censuerunt standum esse in decisis, * & exceptionem solutionis pro parte Comitis allegatę,
1 non esse legitimam, † cum enim teneretur ad alimenta pręstanda beneficiatis ratione decimarum, quas percipiebat, *ut tradit Rebuff. de Congru. n. 18. Couar. lib. 1. var. resol.*
2 *c. 17. num. 6.* id † totum, quod hactenus per arrendatores fuit datum beneficiatis, mandante Comite censetur in extinctionem debiti ex causa Congruę ipsis debitę, *l. cum seruus, et ibi Bart. de uerb. oblig. Abb. cons. 54. num. 3. libro 1.* non autem potest deduci ex oblationibus, quę pleno iure spectabant ad beneficiatos, vt fuit per sententias, & rem iudicatam declaratum, pręsertim cum negaretur pro eius parte oblationes deberi beneficiatis. Pręterea, iudex exequutor non poterat de hoc articulo cognoscere: Vnde nulliter processit admittendo compensationem. Quare conclusum exequutionem fieri debere iuxta liquidationem Rotalem.

* *Sub die Veneris 25. Maij, & Lunæ 25. Iun. 1590. coram R. P. D. Comitulo.*

Mediolanenſ. Diſtributionum.
Die Lunæ 21. Iunij 1593.

SUMMARIUM.

1 *Manuteneri non poteſt, qui non eſt in poſſeſſione.*
2 *Poſſeſſio vniuerſalis non trahitur ad particulares actus, in quibus alius reperitur in poſſeſſione.*

DECISIO MXXXVII.

1 QVantum ad remedium † manutentionis petitum
pro parte Capellanorum, Domini dixerunt eis nõ
competere, cum non probent incumbentiã; nempè, quòd
aliquando fuerint in quasi poſſeſſione exigendi, & partici
pandi in iſtis diſtributionibus, *§.retinend., Inſtit.de interd.
l.1. & ibi Bart. Vti poſſidet.* Neque ex poſſeſſione aliarum
diſtributionum poteſt inferri ad poſſeſſionem iſtarum de
nouo conſtitutarum, quia quando fuerunt inſtitutæ per
bonæ mem. Cardinalem Bortomeum, & per Modernum
Illuſtriſſ. Archiepiſcopum, fuerunt limitatè conceſſæ alijs
Capellanis, & non iſtis, niſi ſub conditione collationis ſuo-
2 rum redditᵘum, quæ non fuit per eos acceptata, & poſ-
ſeſſio vniuerſalis non trahitur ad particulares actus, in
quibus alius reperitur in poſſeſſione, *Innoc.in c.dilecto, de
offic. Archid. Abb.in c.1. de relig.dom Put.deciſ.310.lib.2.
& fuit reſolutum in cauſa Aretina Iuris viſitandi, 29.
Martij, & 17. Maij coram R.P.D. Gypſi.* An autem
competat eis remedium aliquod reſpectu petitorij, pen-
det à Iuſtitia decreti Archiepiſcopi, cuius arbitrio fuit cõ
miſſum negotium, quod intelligitur, regulando illud, ſe-
cundum ius, & æquitatem, de qua re erit particulariter
agendum.

Præſens deciſio ſub die 15. Nouemb. proximi ex nouiter deductis reuocata fuit, & reſolutum pro manutentione, & idem habetur ſub die 14. Octobris 1594.

Theleſina Beneficij.
Die Veneris 25. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior eſt manutenenda.*
2 *Poſſeſſio inſtrumentalis quando ſuffragetur.*
3 *Tertius non poteſt dare de triennali poſſeſſione.*

DECISIO MXXXVIII.

FVit reſolutum Papirium eſſe manutenendum in ſua
1 poſſeſſione, † conſtat enim eſſe anteriorem poſſeſ-
ſione Ouidij, quæ ideo dicitur clandeſtina, *l.3.et cauſam,
cum ibi notat. de probation.* Non obſtat, quòd fuerit inſtru-
2 mentalis exiſtente Alexio in poſſeſſione, † quia ante ca-
ptam per Ouidium poſſeſſionem, Alexius iam ceſſerat li-
ti, & cauſæ ad fauorem Papirij, & conſenſerat reuocatio-
ni ſequeſtri, & ſic poſſeſſio fuit plena, & actualis de con-
ſenſu ipſius Alexij, & cum perceptione fructuum, quia ha
buit a ſequeſtratario fructus ſequeſtratos, & idẽ Alexius
accepit hoc beneficium in affictum, per triennium à pro-
curatore Papirij habente ad hoc ſpeciale mandatum.
Non obſtat, quod deducitur de attentatis, quia ſtante A-
lexij ceſſione, omnia ceſſant, *Creſcent. deciſ.17. Lancellot.
de attent.lite pend.limitat.16. Put.deciſ.498.lib.2.* Nec ob-
ſtat allegatio nullitatis ſententiæ latæ contra Alexium,
3 quia hoc eſt dare de † Iure tertij, prout etiã allegatio triẽ
nalis poſſeſſionis, de qua tertius opponere non poteſt,
*Caſſad.deciſ.10.ſuper regul.l.fin.cum ibi notat. C.de rei ven-
dic. Bart.in l.1.n.1.de except.rei iudic. Soc.conſ.13.n.24.lib.4.*
Maxime cum Ouidius non poſſideat. Et ita concluſum.

Tiburtina Vineæ.
Die Veneris 25. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, non agit ad eis recuperationem.*
2 *Immiſſio in poſſeſſionem propter negationem rei dicentis ſe non poſſidere, quando detur, & ad quem effectum.*
3 *Per negationem poſitionum, ſuper tota re conceptarum, poteſt & tota poſitio negari.*

DECISIO MXXXIX.

FVit reſolutum D. Marcellum non poſſe reſtitui ad poſ-
ſeſſionem Vineæ, de qua agitur, quia quod attinet ad
1 naturalem poſſeſſionem, † cum ipſe facto ſuo ceciderit
locando eam ad longum tempus D. Octauio Maldenti,
qui eius poſſeſſionem ab inde habuit, non poteſt agere
poſſeſſorio recuperandæ, *l.rem quæ nobis, cum ibi notat. de
acquir. poſſ.* Quantum verò ad quaſi poſſeſſionem annuæ
reſponſionis duodecim ducatorum, non ſunt probata ex-
trema, maximè contra Epiſcopum, qui numquam ſoluit
talem reſponſionem. Quòd verò deducitur de ea parte Vi
neæ, quæ non eſt ſub directo dominio Eccleſiæ, Epiſcopus
fatetur ſe nullum in ea ius prætendere; & ideo fruſtra agi
tur contra eum, qui neque eam poſſidet, neque ius vllum
in ea prętendit. Non obſtat, quod deducitur ex *doctr. An-
geli, in l.fin.col.fin.de rei vend. Iaſ.in §.omnium n.91. Inſtit.
2 de action.* vbi † propter negationem rei dicentis ſe non
poſſidere, datur immiſſio in poſſeſſionem, ex quo prætẽ-
ditur contra Epiſcopum, qui negauit ſe poſſidere, dandã
eſſe immiſſionem, quia illud procedit in remedio rei ven-
dicationis, in quo præſupponitur dominium ex parte a-
gentis, & negatio doloſa ex parte rei conuenti: ſed hic ſu-
mus in iudicio ſpolij, in quo eſt neceſſaria probatio primi
extremi concludens, quę non reſultat ex negatione poſſi-
3 dentis. Prętereà, † cum negatę fuerint poſitiones, quę con
ceptę fuerunt ſuper tota vinea, ac qualificata poſſeſſio, vtã
capta propria auctoritate, & de facto, vtique potuit to-
tam poſitionem Epiſcopus negare per illa verba, non cre-
dit, vt ponitur, *ex doctrina Bart.in l.ſi dubitetur, §.ita demũ,
de fideiuſſ. Imol. in l.ſed hoc ita, de re iudic. Iaſ.in d.§.omniũ,
n.98.* Ex quib. concluſum non competere hoc remedium
D. Marcello aduerſus Reuerendiſſ. D. Epiſcopum.

Burgenſ. Iuriſdictionis.
Die Lunę 28. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſoria iuriſdictionis ſpectant ad eum, ad quem ſpectat iuriſdictio.*
2 *Conſuetudo, & præſcriptio tantum habent de potentia, quantum de actu.*

DECISIO MXL.

FVit reſolutum deputationem Notarij, Bariſelli, & loci
Carcerum, pro delictis grauibus ſpectare ad Archie-
piſcopum ſolum, ratione prę eminentię Archiepiſcopalis;
cum in eo videatur radicata iuriſdictio principaliter tã-
quam in capite, licet ſit limitata, vt procedat cum depu-
tatis à Capitulo, & hoc exemplo deputationis Fiſcalis, q̃
ad eum pertinere dixit Rota coram R. P. D. meo Blan-
chetto, & aſſiſtit huic ſententię diſpoſitio Concilij Trid.
reſpectu Notarij, *c.6. ſeſſ.25.* & tamen vult, quod Epiſco-
pus procedat cum deputatis à Capitulo reſpectu corre-
ctionis, & reſpectu deputationis loci Carcerum, idem tenet
Card.in Clem.1.§.ſane q.2.de h. ret. & videt tollere difficul
tatem, quòd non negatur ex aduerſo, quòd de iure cõ-
muni iuriſdictio ſit penes Archiepiſcopum principaliter,
& tunc res eſt clara hoc ad eum ſpectare, cum in concor-
1 dia nihil expreſsè cautũ fuerit, † & acceſſoria iuriſdictio-
nis ad eum ſpectant, ad quem ſpectat iuriſdictio, *vt ait Vi-
talinus d. Clem. n.144.* Aut pręteudiam cõem eſſe iuriſdi-
ctionem ex diſpoſitione iuris communis, & tunc cum hoc
nõ obſtante, deputatio Notarij ad Epiſcopũ ſpectet, vt de-
clarauit Conciliũ, & Sacra Congregatio, idẽ dicendũ eſt
in

in reliquis, in quibus vel eadem, vel minor ratio reperitur. Verum ius totum Capituli videtur fundatum à princi-
1 pio super † consuetudine seu præscriptione, quæ postea dedit causam concordiæ: Vnde cum ea tantum habeat de potentia quantum de actu, & nihil repetiatur innouatum circa hæc tria, de quibus quæritur, merito relinquenda sunt dispositioni iuris communis siue Concilij, vt minus recedatur à regulis iuris. Et ita conclusum.

Vercellens. Beneficiorum.
Die Lunæ 28. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior est manutenenda.*
2 *Exequutor debet citare possessorem stante Clausula, Si constiterit.*
3 *Possessor non habens se pro spoliato, est manutenendus.*
4 *Possessio violenta & iniusta non est manutenibilis.*
5 *Detentio possessionis de facto impedit, vt alteri non quæratur possessio.*
6 *Quando possessio est uacua, potest exequutor expellere eos qui de facto se opponunt.*
7 *Interdictum, Vnde vi, datur tantum ei, contra quem vis illata fuit, non autem alijs.*
8 *Non potest dare obiectus contra possessionem alterius, ille, de cuius iure non constat.*

DECISIO MXLI.

1 FVit resolutum, † Scaliam & alios prouisos ab Ordinario, esse manutenendos in possessione beneficiorũ, de quibus agitur, cum de eorum possessione anteriori capta eo tempore, quo vacabant beneficia, constet, quæ res prorsus caret difficultate respectu aliorum prouisorum; nam
2 posterior possessio capta vigore Breuis per Foppam, non est legitima, cum exequutor processerit de facto, non citatis possessoribus, quod tamen factum oportuit, stante Clausula, Si constiterit, *c. si constiterit, & ibi Felin. num. 5.*
3 *de accusation. & in c. dudum, num. 24. de præsumpt.* & † ideo cum possessores non habeant se pro spoliatis, sunt manutenendi, *Put. decis. 419. in fin. lib. 2.* Maior versatur difficul
4 tas respectu possessionis Prioratus S. Ioannis, † quam Foppa allegat esse violentam & iniustam; & ideo non esse manutenibilem, *l. 1. C. eod. Guid. Pap. cons. 208. nu. 3. Parpur.*
5 *cons. 43. nu. 14. lib. 1.* Item † quòd non fuerit acquisita Scaliæ, cum nonnulli essent in detentatione beneficij, qui de facto insistebant beneficio, *Rot. decis. 21. de restit. spol in an*
* *tiq. Mohed. decis. 18. cum alijs.* [a] Verum his non obstanti-
6 bus, conclusum fuit Scaliam esse manutenendum; nam † quòd dicitur possessionem fuisse violentam, & ideo vitiosam, multis modis tollitur: Primò, quia cum vacaret beneficium, & consequenter possessio esset vacua, potuit exequutor Vicarij vi expellere eos, qui de facto sese opponebant, *ad not. per Abb. in c. de cetero, n. 6. de sent. & re iud.* Secundò, cum tunc temporis Foppa non possideret, ista vis alijs illata ei non prodest, neque de ea opponere potest:
7 quia † interdictum, Vnde vi, datur tantum ei, contra quẽ fuit vis illata, non autem alijs, vt tradit *Aretin. in §. retinendæ, nu. 6. Inst. de interdict. Rimin. sen. cons. 341. nu. 6. lib. 2.*
8 † Tertiò, cum de iure Foppæ nondum constet, non potest dare istos obiectus contra possessionem Scaliæ, *Bellamer.*
a *decis. 483. Rot. decis. 7. de except. in antiq.* [a] Neque obstat, quòd ista possessio sit instrumentalis, alijs existentibus in detentatione, quia ex facto tollitur hæc obiectio, cum ex instrumento constet illos, qui ibi armati aderant, exiuisse, & post eorum recessum captam fuisse possessionem. Quod verò dicitur de reseruatione dictorum beneficiorum, non probatur ex hactenus deductis. Quare conclusum pro manutentione Scaliæ & aliorum.

* *Et facit Soc. cons. 131. n. 8. lib. 1. & Ferret. cons. 2. nu. 8. lib. 1.*
a *Quibus adde Bisig. decis. 2. de exception.*

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Lunæ 28. Iunij 1593.

SVMMARIVM.

1 *An consensus Papæ interpositus vti à priuata persona, possit interuenire pro consensu Papæ, vti Papæ.*
2 *Beneplacitum in alienatione ex cursu temporis præsumitur de communi opin. maximè stante scientia Papæ, & obseruantia longissimi temporis.*
3 *Præsumptio sollemnitatis in alienatione ex cursu temporis inducitur, etiam quòd non enuncietur, uti communiter seruatur in Rota, immo sola obseruantia sufficit, vbi lapsum est tempus triginta annorum.*
4 *An possit concurrere præsumptio actus gesti, & sollemnitatis, & quando.*

DECISIO MXLII.

CAusa fuit iterum proposita super pretenso defectu sollemnitatis, ex quo non constat beneplacitum Papæ interuenisse in alienatione Casalis, & quia Domini nõ fuerunt concordes super primo fundamento decisionis,
1 nonnullis defendentibus † consensum Papæ interpositũ vti à priuata persona, non posse interuenire pro consensu Papæ vti Papæ, *per text. in c. cum inter uniuersas, cum ibi notat. per glos. & Doctor. de election.* Alijs contrarium sentientibus, per ea quæ tradit *Tiraq. de legib. connub. glos. 7. n. 21. cum seq.* Ideo omissa hac via, super qua amplius deliberan-
2 dum videtur, itum est in eam sententiam, vt ista † sollemnitas ex cursu temporis præsumatur, ad *gloss. in c. peruenit. & ibi Ioan. de Imola, num. 10. & 12. de emption. & uendit. Alex. cons. 1. num. 10. & cons. 17. num. 8. lib. 4. et cons. 50. nu. 7. lib. 5. Gozzad. cons. 73. num. 10. & 21. qui testatur de communi, Curt. iun. cons. 120. num. 31. et cons. 213. num. 97. lib. 3.* Et hæc opinio maximè procedit stante scientia Papę, quia ipsemet in actu interuenit vti emptor, & stante obseruantia annorum circiter septuaginta, quæ in his materijs est maximi ponderis: *vt bene tradit Gozzad. d. consil. 073. n. 22. Alexand. consilio 101. num. 5. lib. 7. Aretin. l. qui in aliena, numero 4 de acquir. hered.* Non obstat, quod deducitur *ex decisione facta in causa Elnen. minertorum, coram Reuer.*
* *P. D. meo Orano.* [a] † quòd necessarium sit ad inducendam
3 hanc sollemnitatis præsumptionem, quòd enuncietur, quia illud clarè non dicitur in ea decisione, neque sustineri potest, quatenus diceretur, quia communis sententia est in contrarium, *vt optimè tradit Felin. in cap. Albericus, numero 4. versic. si autem in instrumento, de testib. & hanc sententiam perpetuò obseruat Rota, prout etiam fuit decisum in causa Parmen. Villiam. referente Puteo decisione 365. num. 3. & 7.* vbi tradit, quòd sola obseruantia sufficit, ubi lapsum est tempus triginta annorum, etiã quòd sollemnitas non fuerit enunciata, *et idem resolutum fuit in causa Canalicensi, coram bon. mem. D. de Rubeis 10. Ia-*
4 *nuarij 1575.* Neque obstat, quòd hoc pacto † inducantur duæ præsumptiones, nempè actus gesti, & sollemnitatis contra *doctr. Baldi, et aliorum, in l. 1. C. de dot. promiss.* quia illud procedit, quando actus, super quo fundatur præsumptio sollemnitatis, non est plenè probatus, sed præsumptiuè tantum; tunc enim non datur multiplicatio sollemnitatis etiam extrinsecæ, ut tradit *Alexand. consilio 50. numero 7. libro 5. Ruin. consilio 29. numero 4 libro 4.* Cetera, quæ deducuntur de protestationibus, & de consensu Capituli generalis, tolluntur ex supradictis. Et ex his, quæ dicta fuerunt in decisione facta die 21. *Maij præsentis anni* fuit ita conclusum.

* *Sub die 16. Decembris 1585. & cui consonat alia similis decisio in causa Placentina decimarum, 31. Ianuarij 1587. coram bon. mem. Bubalo.*

Messa-

Messanens. Studij.
Die Lunæ 5. Iulij 1593.

SVMMARIVM.

1 *De potestate Papæ non est ambigendum.*

2 *Derogatio regulæ de iure quæsito, ratione publicæ vtilitatis non requiritur.*

3 *Per non vsum priuilegij amittitur priuilegium, ubicumque constat casum euenisse, in quo potuerit priuilegiũ exerceri, & priuilegiatus non exercuerit.*

4 *Vt priuilegium per non vsum fuerit amissum, requiritur quòd priuilegiatus in nulla re sit vsus; secùs si in aliqua, quia in alijs censetur præseruatum.*

5 *Priuilegium non eget aliqua iustificatione, stante Clausula, Sublata, & decreto irritanti, & quòd de subreptione & obreptione dari non possit.*

DECISIO MXLIII.

FVit dubitatum, stantibus priuilegijs & indultis concessis Ciuitati Messanensi, An ei competat ius retinendi studium generale, & Doctores creandi, non obstante contradictione Ciuitatis Catanensis, & fuit per Dominos vnanimiter conclusum pro affirmatiua, cum Ciuitas Messanensis ostendat priuilegia sibi concessa cũ prædictis facultatibus, & præcipuè priuilegium fel. recor. Pauli III. in quo specialiter derogatur priuilegijs concessis Catanensi, Bononiensi, & alijs Vniuersitatibus cũ amplissimis Clausulis, & sic habet fundatam intentionem;
1 cum † de potestate Papæ non sit ambigendum, *ad notata*
2 *in Clem. 1. & 2. de magistr.* † neque requiritur derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo ratione publicæ vtilitatis. *Felin. in cap. nonnulli. num. 15. de rescript. & fuit dictum in causa Salamantina priuilegiorum de anno 1583. 14. Nouembris coram bon. mem. Lauretano:* quæ decisio est in proprijs terminis nostris. Non obstat, quòd Ciuitas
3 Messanensis non fuerit vsa priuilegio Doctorandi; † & ideo illud per non vsum amiserit, *l. 1. de nundin. ubi Bart. in specie loquens de priuilegio Doctorandi. Felin. in cap. cum accessissent, num. 25. de Constitut.* quia hoc procedit, vbicumque constat casum euenisse, in quo potuerint priuilegium exercere, & non exercuerint, *vt limitando doctrinã Bart. tradit Iaf. in l. falsò. C. de diuers. rescript. Dec. cons. 271. num. 7. Gaspar Velasch. in repet. l. imperium, num. 145. de iurisd. omn. iud. & ista fuit sententia Ioan. Andr. quem refert & sequitur Abb. in cap. vt priuilegia, numero 4. de priuileg.*
4 Preterea, posset hoc procedere, † si in nulla re vsi fuissent Messanenses priuilegio; sed cum respectu legendi vsi fuerint, prout & respectu huius actus obtinuerunt mandatũ de manutenendo, ex isto actu censentur ceteræ facultates præseruatæ, *ex sententia Hostiens. quem refert ibi Abb.* Vnde cum non constet casum euenisse, non potest dici per
5 non vsum amissum priuilegium, † neque illud vlla indiget iustificatione, cum conceptum sit cum Clausula, Sublata, & decreto irritanti, & quòd de obreptione, & subreptione dici non possit. Quare conclusum fuit pro sufficienti facultate retinendi studium & doctorandi.

Tridentina Canonicatus.
Die Lunæ 5. Iulij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Canonicatus capta non Capitulariter non est manutenibilis de iure; secùs de consuetudine.*

2 *Monitorium resolutur in simplicem citationem propter Clausulam, Si quis.*

3 *Conditio illa, (si constiterit,) non est de futuro, sed de preterito.*

DECISIO MXLIV.

1 DOmini censuerunt, † possessionem Alexandri esse manutenibilem, nisi ei obstet, quòd non fuit capta Capitulariter, *Doctor. in c. in litem, de restit. spol. Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propr. Put. decis. 30. lib. 2.* Verum iste defectus forte sanari posset probata consuetudine tradendi possessionem etiam non Capitulariter, vt ex tribus instrumentis possessionum captarum in hac eadem Ecclesia pro
2 bari videtur: Sed magis obstat Alexandro, quòd † monitorium Auditoris Cameræ, vigore cuius capta fuit possessio, erat cum Clausula, Si quis, & ideo resoluebatur in simplicem citationem, vt notatur *in l. de pupillo, de noui oper. nunc.* Vnde non potuit illius vigore capi possessio, immo in præiudicium eius, qui obtinuit tale monitorium, Canonicatus effectus fuit litigiosus; ideo videtur possessio attentata; neque potest sustineri, ex allegata confessione Pauli, cum fateatur factum, non autem legitimè factum. Hoc autem obest Alexandro, ne manuteneatur, quamuis & extrema probauerit, & coloratum titulum allegauerit, quem præstat gratia, si neutri, cum † conditio illa (si
3 constiterit) non sit de futuro, sed de præterito, vt fuit resolutum in *vna Bononien. coram R. P. D. meo Penia, 22. Iunij 1592.* Possessio quoque Pauli est vitiosa; quia cum impetratio ipsius esset ob varios defectus, nempe ætatis Alexandri, publicationis, oculi canonis, & malæ valoris fructuum expressionis, non poterat exequutor non verificatis narratis, & non citato Alexandro, procedere ad immissionem. Quare fuit conclusum per Dominos esse apponendum sequestrum, & videndum de bono iure.

Auersana Beneficij.
Die Lunæ 5. Iulij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem contractam ob simoniam, dicitur mixtus exequutor, & tenetur assumere partes iudicis, & procedere cum causæ cognitione; maximè si adsit Clausula, Vocato.*

2 *A sententia mixti exequutoris datur appellatio, cum non teneatur possessor ad uerbum mixti exequutoris ius suũ derelinquere, & si pendente appellatione procedat ad immissionem, attentat, ut num. 4.*

3 *Potestas exequutoris versatur tantum contra contradictores de facto, non autem de iure.*

4 *Si exequutor pendente tempore ad appellandum procedat ad immissionem, omnia gesta per eum sunt nulla & attentata, & ueniunt reuocanda.*

5 *A sententia lata in crimine simoniæ non datur appellatio; quod procedit, si simoniacus sit notorius, vel confessus, vel si simonia sit respectu ordinis, & si sit occultus; secùs si simonia sit super beneficio, licet sit occultus.*

6 *Verba illa (Conscientiam tuam oneramus) directa exequutori, referuntur tantum ad idoneitatem prouisi Apostolici.*

DECISIO MXLV.

DOmini concordes fuerunt, vt detur mandatum de manutenendo Ioanne Andreæ; de cuius anteriori possessione constat, non obstantibus turbationib. Michae
1 lis, cuius possessio est attentata, quia † exequutor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob simoniã contractam, dicitur mixtus exequutor, & tenetur assumere partes iudicis, & procedere cum causæ cognitione; *c. exhibita, de iudic. Abb. & Felin. in c. dudum, n. 24. de præsumpt. & fuit resolutum in vna Neapolitana S. Andreæ de mense Febr. 1569. coram bonæ mem. Finetto,* pœrtum stante Clausula, Vocato. Io. Andreas, *c. licet, vbi glo. de præben. in 6.*

in 6. Rot. decis. 30. de rescript. in nau. Felin. vbi supra, nu. 23. &
2 † à sententia istius licuit appellare, cum non teneatur possessor ad verbum mixti exequutoris derelinquere ius suũ;
3 † cum eius potestas sit tantum contra contradictores de facto, non autem contra contradictores de facto, non autem contra contradictores de iure, *Franc. in c. 1. n. 6. & Gemin. n. 11. de conces. preb. in 6. Staphil. in tract. de litt. grat. in tit. de vi & effectu claus. §. compet. n. 7. Rebuff. de fo. m. nou. prouis. in verb. contradictores, Put. decis. 271. li. 2. Achil. 4. de sent. excom. & fuit dictum in causa Pisticen. seu nullius Ca-*
4 *pellani. de anno 1578. coram S. D. N.* * & ideo † cum exequutor pendente tempore ad appellandum processerit ad immissionem in possessionem, omnia gesta sunt nulla, & attentata, & reuocanda, *Lap. alleg. 1. Mohed. decis. 150. & fuit dictum in vna Nolana. 3. Maij 1589. coram R. P. D. meo Penia*, & Ioannes Andreas, qui numquam habuit se
5 pro spoliato, est manutenendus. Non obstat, quòd † à sententia lata in crimine simoniæ non detur appellatio, quia à collatione datur, vt supra dictum est. Præterea, licet à sententia super simonia non detur appellatio, *vt per Felin. in cap. sicut, il 1. de simon. Marant. in Specul. tit. & quandoque appellatur. n. 298.* Tamen hoc intelligendum est, quando simoniacus est notorius, vel cõfessus, vel si est occultus, simonia est respectu ordinis; secus quando est occultus, & simonia est super beneficio, tunc enim datur appellatio:
6 Ita declarat *Io. de Anan. in d. c. sicut, circa finem*: † Non obstant illa verba, (Conscientiam tuam oneramus,) quia referuntur tantum ad idoneitatem prouisi Apostolici. Et ita conclusum.

* *Coram Aldobrandino qui fuit Clemens VIII. tunc Rota Auditor sub die 21. Ian. 1578.*

Messanens. Studij.
Die Veneris 22. Octobris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Gesta post inhibitionem, non sunt attentata, si inhibitio non fuit actualiter præsentata, & exequutioni mandata, etiam data scientia decreti, & relaxationis inhibitionis, & num. 3.*

2 *Citatio non inducit litem quantum ad citandum; nisi fuerit exequuta, etiam quòd citandus notitiam habuerit decreti.*

4 *Doctrina Bart. in l. item veniunt, §. petitum, de petit. hæred. quomodo procedat.*

5 *Scientia aliquorum non sufficit pro scientia Vniuersitatis; prout nec citatio aliquorum officialium.*

DECISIO MXLVI.

1 FVit resolutum, † nulla adesse attentata; nam ita demũ gesta post inhibitionem sunt reuocanda, *iuxta c. non solum, & c. Romana, de appell. in 6.* si fuerit actualiter præsentata, & exequutioni mandata, nec sufficit, quòd fuerit decreta. *Io. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de appellat. §. nouissimè, in verbo, procedit. Guid. Pap. consil. 66. numer. 9. & consil. 69. num. 10. Socin. consil. 45. num. 7. lib. 1. cum aliis allegatis per Moder. de attent. post inhibit. declarat. 1. in princip. & num. 3.* qui tradit etiam hoc procedere data
2 notitia decreti & relaxationis inhibitionis; † prout etiam dicitur de citatione, quòd ita demum inducit litem quantum ad citandum, si fuerit exequuta, *Clem. 2. Vt lit. pend.* etiam quòd citandus notitiam habuerat decreti, *Paris. cons. 81. n. 13. lib. 4. et fuit decisum in vna Albaracinensi Portionis, 17. Decemb. 1574. coram bonæ mem. Lauretano.* In casu autem de quo agitur, non fuit intimata inhibitio, sed tantum producta coram Prorege pro obtinenda facultate illam intimandi Ciuitati Messanensi, quæ facultas fuit obtenta absque eo, quòd Ciuitas Messanensis se opponue-
3 rit; † Ideo non est habenda pro inhibita, cum possit dari casus, quod Ciuitas Catanienfis nollet ea vti. Non obstant *allegata ex cons. Roman. 330. col. 2. Ruin. cons. 61. n. 6. lib. 3.* quia loquũtur in intimatione facta iudici delegato de praetiori iurisdictione alterius, quę tacitè habet annexam pr-
4 hibitionem, *vt declarat ibid. Rom.* † Non obstat *Bart. in l. item veniunt, §. petitum, de petit. hæred.* quia potius facit in contrariũ, dicit enim, ita demũ scientiam idem operari, quod operatur denũciatio qñ dñũciatio requiritur ad effectũ solius scientiæ; secus qñ est incitatoria ad aliquid faciendũ, vel prohibitoria ne quid fiat. Non obstat, quod de ostensione dicitur, *ex traditis per eosdē Moder. in d. 1. declaratione, n. 33.* quia vltra, quòd satis controuersum est, An ea sufficiat, vt patet ex relatis per eosdem, hic non constat de aliqua ostensione ad hunc effectum, sed tantum ad effectum obtinendæ licentiæ de exequendo. Præterea nullibi
5 constat de scientia Ciuitatis Messanensis, quia † cum simus in Vniuersitate, non sufficit scientia aliquorũ, etiam si fuissent citati aliqui Officiales, quia ipsamet Vniuersitas est legitimè citanda, *vt fuit dictum in vna Rauennat. Attentatorum. et in Tirasonensi Decimarum referentibus ijsdem Moderniis in 2. p. c. 4. in præfat. n. 139. Afflict. decis. 376. n. 1. Palcott. decis. 530. inter decisiones diuersorum* * *Aym. cons. 196. n. 2.* Quare conclusum pro non attentatis.

* *In lib. 3. p. 3. quæ est Cæsaraugust. Erectionis Capellæ 12. Maij 1559.*

Cordubens. Redecimarum.
Die Lunæ 25. Octobris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio generalis decimandi sufficit pro manutentione super terris particularibus; cum magis attendatur causa possessionis, quàm exercitium, vt nu. 2.*

3 *Sententia iudicis laici super iure decimandi, qui in hoc caret iurisdictione, præstat magnum argumentum ad probationem facti antiqui coadiuuandam; maximè in iudicio retinendæ possessionis.*

4 *In iudicio retinendæ possessionis sufficiunt leuiores probationes.*

5 *Relatio semper fit ad proxima.*

6 *Solutio decimarũ regulatur cũ obseruantia subsequuta.*

7 *In iudicio retinendæ possessionis, possessio probari debet de tempore motæ litis.*

8 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad tempus litis; nisi de contrario doceatur.*

9 *In redecimis ius dicitur resistere, cum de vna & eadē re non debeat duplex percipi decima; nisi probato titulo.*

10 *An ius commune resistat solutioni redecimarum, ita vt in illius manutentione requiratur titulus.*

11 *Solutiones factæ metu censurarum, non constituunt in quasi possessione; secus est, si soluens in actu solutionis non fuerit potestatus.*

DECISIO MXLVII.

FVit resolutum, esse dandum mandatum de manutenẽdo Episcopo & Capitulo in possessione exigendi decimas ex arrendamentis, quas vocant redecimas contra Antonium della Madriz; Quamuis. n. ex testibus nihil in spe-
1 cie probetur respectu terratum Antonij; † tamen probatur quasi possessio generalis omnium terrarum consistentium in territorio ciuitatis Cordubensis, quæ sufficit ad effectum, vt comprehendat et terras, de quib. agitur, *iuxta notata per Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, n. 1. de itin. actuq; priuat. Bald. in l. 2. nu. 49. C. de seru. et aq. et in l. 1. nu. 24. C. de*
2 *eman. li.* qui probant † in hac materia magis attendi causam ipsius possessionis, quàm exercitium, *Felin. in c. audītis n. 18. de præscript. Balb. de præscript. 2. p. princip. q. 22. n. 2.* probatur autem ista quasi possessio vniuersalis per testes de quib. in summario n. 4. qui benè deponunt de visu, & dicunt contenta in articulo esse vera, cum quib. concurrunt
diuer-

dinersa instrumenta locationum factarum cum onere sol
uendi redecimam; Præterea, concurrunt plures sententiæ
vnà cum testibus super illarum iustificatione latæ contra
arrendatarios pro solutione redecimæ, quę, licet sint con
tra particulares, probant tamẽ vniuersalem possessionem
3 contra eos, cum causa sit vniuersalis: † Accedit etiam sen-
tentia Regis Ioannis lata anno 1449. quæ validum præ-
stat adminiculum, cum testetur per informationes captas
sibi constitisse de quasi possessione generali, & immemo-
rabili percipiendi istam redecimam, & mandat Capitulũ
manuteneri in sua quasi possessione, &c. licet sit lata per
laicum super iure decimandi, quo casu caret iurisdictio-
ne, vt per *Feder. cons. 245. in fine*, tamen negari non potest,
quin præster magnum argumentum ad probationem fa-
cti antiqui coadiunandam; maximè in iudicio retinendæ
4 possessionis, † in quo sufficiũt leniores probationes, *Castr.
cons. 3. lib. 2.* ita vt etiam vnicus testis sufficiat, *Paleott. de-
cis. 29.* Non obstat, quòd sententia loquatur de terris non
ruptis; quia ex lectura contrarium apparet, cum dicat, quod
vltra decimam frumenti, ex quibuslibet terris, prædijs, &
pratis non ruptis soluitur decima de arrendamentis: nam
illa qualitas, non ruptis, refertur tantum ad prata cũ fiat
5 enumeratio specierum sub genere contentarum, & † rela
tio fieri debet ad proximiora; *l. talis scriptura, de legat. 1.*
6 quod etiam conuenit cum obseruantia subsequuta, *Aret.
cons. 84. num. 5. Socin. consilio 145. numero 2. lib. 1. Cephal.
7 consilio 31. numero 152.* Non obstat, quòd dicitur, † pos-
sessionem non probari de tempore motæ litis in istis bo-
nis, ut requiri in hoc iudicio tradit *Rota decis. 3. ut lite pen
den. et 17. de restit. spol. in antiq. Aymo, consilio 248. num. 5.*
8 quia † semel probata possessione, præsumitur continuata
vsque ad tempus litis; nisi de contrario doceatur, *Rot. de-
cis. 4. de probat. in nou. Aret. in §. retinendę, numero 4. de in-
terdict. Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumpt. 21. numero
9 5. uers. tu aduerte.* Non obstat, quòd simus in materia, † in
qua ius resistit, *ut fuit resolutum in causa Toletana Redeci-
marum, die 19. Nouembris, 1584. coram S. D. N. et iterum
coram R. P. D. meo Pamphilio, die 21. Maij 1586.* quia de
vna & eadem re non debet percipi duplex decima, *gloss. in
cap. Pastoralis, de decim. Gigas de pensionib. q. 59. numero 3.
Lap. allegat. 131. num. 6. et 9.* &c. ideo necesse esse probare
titulum, *ut in cap. cum persone, de priuileg. libro 6. ubi Ioan.
Andr. numero 6. Anchar. num. 5. Franch. num. 8. Gemin. n. 1.*
10 nam † dato, quòd essemus in casu resistentiæ iuris com-
munis; tamẽ hæc adhibetur distinctio, quòd aut inferior;
cui ius resistit, agit contra superiorem, & tunc procedit
id, quod habetur *in cap. cum persone, et ita Rota tenuit, re-
ferente Achil. decis. 5. de restitut. spol.* Aut agitur contra
alios, quibus tantum assistit ius commune, & non aduer-
satur vehementissima præsumptio, & tunc in hoc iudicio
manutenendus est possessor, etiam quòd soli innitatur
possessioni, vt tradit *Couar. pract. quast. cap. 17. num. 6. Me-
noch. in ult. remed. retin. num. 21. et seq. et decis. Achill. supra
relata. 5. de restit. spol. et fuit dictum coram me in una Ge-
rundens. Fontis.* * Vltimo non obstat, quod obijcitur † so-
11 lutiones fuisse factas per compulsionem metu censura-
rum, quæ non constituunt aliquem in quasi possessio-
ne, quia cum acquieuerint compulsioni, & protestati
non fuerint in actu solutionis, quæsita fuit Capitulo
quasi possessio, & ita procedit *decis. Achill. 10. de pen-
sion. et fuit dictum in causa Lucana Pensionis. 4. Iunij
1574. coram Illustrissimo Lancellotto, et de præsenti an-
no in causa Racanatensi Transactionis, coram R. P. D. meo
Gipsio.* Et ita conclusum pro manutentione contra An-
tonium della Madriz.

* *Sub die Veneris 20. Decembris 1591.*

Romana Montium.
Die Veneris 29. Octobris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor testamentarius non simpliciter datus, sed cum facultatibus & auctoritatibus necessarijs & opportunis, & cum pleno, amplo, & libero, & generali, ac speciali mandato, & administratione, potest inuestire pecunias hæreditarias, dummodo utiliter fiat, etiam nolentibus hæredibus.*

2 *Potestas exequutoris pendet à facultate ei data à testatore.*

3 *Exequutor potest cogere hæredem ad implendam uoluntatem testatoris, uel ipsemet implere, quod declaratur, quando scilicet res, quæ uenit implenda, reperitur penes hæredem, potest cogi hæres ab exequutore implorato iudicis officio; si uerò non sit penes hæredem, potest exequutor absque iudicis officio per se implere.*

4 *Officium Exequutoris testamentarij anno finitur; secùs tamen ex testatoris dispositione esse potest, prout quando singulis annis aliquid tenetur facere.*

5 *Administrator uel Procurator cum libera potest pecunias domini inuestire; An verò possit donare, dubitatur.*

6 *Exequutor testamentarius in inuestiendis pecunijs ex dispositione testatoris, non habet necesse requirere hæredem etiam præsentem; secùs est si rem hæreditariam pro satisfaciendo creditoribus & legatarijs uendere uellet.*

7 *Mandatum per mortem mandantis nòn expirat; quando res non est amplius integra, & mandatarius cœpit administrare & exigere, et alia facere, ad quæ decretum erat mandatum.*

8 *Administrator præsumitur facere administratorio nomine.*

DECISIO MXLVIII.

FVit resolutum per maiorem partem Dominorum.
1 † D. Ioannem Augustinum potuisse facere hoc inue-
stimentum pecuniarum hæreditariarũ in montibus, de
quibus agitur, dummodo habita ratione illius temporis
fuerit vtiliter factum: Consideratum fuit pro ratione de-
cisionis, deputationem factam per testatorem non fuisse
simplicis exequutoris, sed cum facultatibus & auctorita-
tibus desuper necessarijs & opportunis, & cum pleno,
amplo, libero, & generali, ac speciali mandato, & admi-
2 nistratione, *ad l. procurator cum libera, de procurator.* †
nam potestas exequutoris pendet à facultate ei data à te-
statore, ut inquit *Bald. in l. id quod pauperibus, num. 14. C.
de Episc. et cler. Alber. in l. nulli, num. 17. C. de Episc. et cler.
Castr. cons. 177. colum. 1. in 2. p. Paris. cons. 74. num. 52. lib. 3.*
Cum itaque testator mandasset, quòd pecuniæ redactæ
ex bonis mobilibus ac se mouentibus, & ex auro & argen
to non monetato, & pecuniæ exigendæ ex societatibus
officiorum, seu alijs creditis ipsius testatoris, seu in domo
ipsius, vel alibi existentes, inuestiri deberent in emptionẽ
tot locorum montium non uacabilium, seu censuum, vel
bonorum stabilium, utique ad unguem id uidetur obser-
uatum fuisse per Dominum exequutorem, qui dictas pe-
cunias inuestiuit in tot loca montium non uacabilium.
Neque obstat, quod dicitur hoc onus non spectasse ad
exequutorem, sed ad hæredes, quia licet testator mandet,
vt hæredes faciant inuentarium; tamen quando mandat
fieri inuestimentum, non amplius hoc nominatim iniun-
git ipsis hæredibus, sed impersonaliter mandat bona mo-
bilia, & cetera supra enumerata uendi & inuestiri. Præ-

terea

tetea, dato quòd hæc facultas fuisset data hæredibus, ea
3 non intelligitur data priuatiuè ad exequutores,† qui pos-
sunt cogere hæredes ad implendam voluntatem testato-
ris, vel ipsimet implere, *vt per text. in l. nulli, C. de episc. &*
cler. §. si quis autem pro redemptione. Auth. de Ecclesiast. tit.
Specul. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, num. 33. Io. à Ca-
nibus, de exequutor. vlt. volunt. par. 2. §. consultis, num. 8. 9.
& 14. quod maximè procedit hoc casu, in quo pecuniæ
erant penes ipsum exequutorem, & non penes hæredes:
Vnde pro implenda voluntate testatoris in eo, quod ex-
presè fuerat per testatorem dispositum, non erat necessa-
rium implorare officium iudicis, vt cogeret hæredes; id
enim procedere posset, si pecuniæ penes hæredes fuissent,
& in istis terminis procedunt omnes dicentes hæredem
cogi posse implorato iudicis officio, vt per *Couarr. in cap.*
Ioannes, num. 5. de testamen. cum alijs supra citatis; & hoc
ideo magis est dicendum, cum ipse exequutor ratione ad-
ministrationis sibi demandatæ per testatorem, teneretur
pecunias pupillares inuestire ad honestum lucrum, aliàs
de suo tenebatur, *l. si pecuniam, & l. si mater, C. de vsur.*
4 Non obstat, quòd dicitur,† exequutoris officium anno fi-
niri, quia hoc non procedit, quando dispositio testatoris
anno finiri non potest, proni casu isto, in quo singulis an-
nis exigebantur pecuniæ ex montibus, & societatibus,
Federic. cons. 124. aliàs 129. Couar. in cap. 3. num. 6. de testam.
Abb. cons. 59. col. fin. lib. 1. Ias. in Auth. Hoc amplius, num.
6. C. de fideicomm. & administratio data fuit exequutori
sine aliqua temporis præfinitione, & cum verbis adeo præ-
gnantibus, vt non possit negari eum habuisse facultatem
5 inuestiendi sine aperta uiolatione verborum;† neque vn-
quam in administratore, aut procuratore cum libera du-
bitatum fuit; an possit pecunias domini inuestire, sed be-
ne dubitant Doctores, an possit donare. Non obstant alle
gata *ex Bart. in l. alio, num. 16. de aliment. & cib. leg. Capr.*
in tractat. de exequut. 7. membr. num. 107. Ruin. cons. 84. num.
13. lib. 2. Parif. cons. 74. num. 53. lib. 3. Bursat. cons. 133. n. 12.
6 Ex quibus videtur probari † requirendum esse hæredem,
si præsens est, quoniam oẽs isti Doctores loquuntur in exe
quutore volente vendere bona hæreditaria pro satisfa-
ciendis creditoribus, & legatarijs, qui casus est longè di-
uersus; nam in alienatione est cautius procedendum; &
ideo requiruntur sollemnitates, quando alienantur bona
minorum, quæ non requiruntur in inuestitione pecunia-
rum fienda per tutores & curatores; quare non uidentur
facere ad rem. Placebat etiam aliquib. ex Dominis, quòd
hanc facultatem habuerit dictus exequutor ex mandato
Ioannis Antonij tutoris, & respectiuè procuratoris hære-
dum, qui ipsum substituerat. Nec obstare, quòd ipse con-
stituens obierat;† & ideo videretur exspirasse mandatum,
7 quia res non erat amplius integra, cum iam exequutor
cœpisset administrare, & exigere, *§. item si adhuc, ubi gloss.*
Instit. mandati. Aretin. in §. rectè, num. 4. eod. tit. Bart. Ang.
Castr. & alij, in l. si quis mancipijs, §. si impuber. r, de institu.
act. & negotium non poterat dici integrum, cum exactio
ex testatoris dispositione fieret ad effectum inuestimenti,
ad quod tenebatur, vt supra dictum est, aliàs de suo refi-
cere coactus fuisset. Neque obstat quòd tradit *Fab. in §.*
item si adhuc, num. 5. Instit. mandati. qui vult mandatum
tutoris exspirasse eius morte, etiam re adhuc non existen-
te, *per textum in l. si per epistolam, de acquir. hæredit.* nam
in eo textu res erat adhuc integra, cum mortuus esset tu-
tor, & contrarium sentit *Aretin. in d. §. rectè, num. 4. eod. tit.*
per text. in d. l. si quis mancipijs, §. si impubes, de institu. action.
Vnde non est facilè recedendum a communi distinctio-
ne Doctorum, dum distinguunt inter negotium inchoatũ
& non inchoatum. His adstipulari videtur, quòd dictus
exequutor alia inuestimenta fecit, quæ fuerunt accepta-
ta per Dominos hæredes, vt in facto deducitur. Ex quibus
tacitè videtur approbatum eius ministerium in genere.
Non obstat, quòd in emptione istorum montium Domi-
nus Pinellus reseruauerit sibi facultatem disponendi de
sorte principali & fructibus, quia cum illam non sibi soli,
sed & alteri exequutori reseruauerit, intelligitur de ea fa-
cultate disponendi, quæ sibi competebat vti administrato
ri, ita vt absque alio mandato fructus exigere & reinuesti
re posset, si sibi videretur expedire, non autem de facultа-
te, quæ sibi competeret ratione alicuius dominij, quod ap
paret ex eo, quòd emptio fuit facta nomine pupillorum,
& cum declaratione, quod fiebat de pecunijs ipsorum, &
8 hæreditatis.† Vltra quòd præsumendum est fecisse nomi
ne administratorio, vt per *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præ-*
sumpt. 24. An verò negotium fuerit vtiliter gestum, Domi
ni reseruarunt videndum particulariter.

Parmens. Status.
Die Lunæ 8. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Testes vassalli examinati in causa pro Domino, licet non sint idonei, aliqua tamen eis fides adhiberi potest arbitrio iudicis; maximè si sint clerici, qui non subsunt eius iurisdictioni.*

DECISIO MXLIX.

FVit dubitatũ, an testes de Zibello examinati pro par-
te Dominorum Rangonorum essent idonei testes, &
illis sit fides adhibenda. Exceptiones, quæ deducebantur,
erant tres: Prima, quia vassalli D. Ludouici de Rangonib.
aduersarij, qui sæuiebat in illos, qui nolebant se examina-
ri, vt prætendebatur probari ex testibus Pallauicinorum
super quarto & quinto articulo. Secunda, quia erant ini-
mici Vberti propter eius tyrannidem, quam exercuerat
contra ipsos eo tempore, quo possidebat Castrum Zibel-
li; Tertia, quia ijdem testes constituerunt procuratorem
Parrasaccum contra Vbertum coram Vicelegato, & ob-
tinuerunt Pallauicinos examinari, & bona eorum confi-
scari ad instigationem Fisci, ita vt tunc expulsi fuerint à
1 Castro Zibelli.† His tamen non obstantibus Domini dixe
runt, istos non esse repellendos, & ratio fuit ex eo, quòd
omnes erant vassalli Rangonorum, qui tantum medieta-
tem Castri possidebant, & inter eos aderant nonnulli cle
rici, qui non suberant iurisdictioni Comitis; & ideo fidẽ
illis adhibendam cum aliqua diminutione arbitrio Rotę.

Burgens. Concordiæ, seu Iurisdictionis.
Die Veneris 12. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Concordia, quòd in delictis Capitularium Ordinarius procedat cum adiunctis Capituli, non habet locum, quando totum Capitulum nemine excepto deliquit, tunc enim iurisdictio deuoluitur ad solum Ordinarium; secùs si aliqui non participarunt, quia tunc illi sunt assumendi cũ Ordinario, vt num. 4. fallit tamen ut num. 6.*

2 *Concordia, de qua hic, est strictè intelligenda.*

3 *Appellatione personarum non uenit Collegium uel Vniuersitas.*

4 *Ius Vniuersitatis uel Capituli etiam in uno remanet.*

DECISIO ML.

FVit dubitatum, si Capitulum delinquat, an sit procedẽ
dum per Dominum Archiepiscopum iuxta formam
Concordiæ, vel quomodo: Et Domini fuerunt in senten-
1 tia, vt si totum Capitulum delinquat nemine ex Capitu-
laribus excepto, iurisdictio deuoluatur ad Archiepiscopũ,
cum nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus pos-
sit procedere seruata forma Concordiæ, *gl. in c. irrefraga*
bili, §. excessus, in uerbo, Capitulum, de off. Ordin. quam ibi se
quuntur Butr. Card. Imol. Felin. & alij, maximè quia versa-
2 mur in concordia,† quæ strictè est intelligenda, vt fuit di-
ctum in causa *Burgens. deputationis Fiscalis coram R. P. D.*
nico

3 *meo Blanchetto*: vnde fit, vt † appellatione personarum nō
veniat Collegium vel Vniuersitas, vt tradit *Felin. in c. eam
te, num. 14. de rescript.* Neque obstat, quòd iste casus vti nō
comprehensus in concordia, debeat remanere in disposi-
tione iuris communis, quo inspecto, Iurisdictio deuolui-
tur ad Papam, qui est iudex exemptorum, prout Capitu-
lum se facit, quia subintrat dispositio Cōcilij, quę dat Epi
scopo saltem vti Sedis Apostolicæ delegato, iurisdictionē,
etiam in exemptos, sed & ista exemptio non probat; im-
mo suadetur contrarium, ex quo in plurib. casib. non com
prehensis in concordia, fuit decisum pro Archiepiscopo:
4 † Si verò non omnes de Capitulo deliquerunt, sed aliqui
supersunt, qui non participarunt in delinquendo, tūc ces-
sant rationes, *glos. in d. c. irrefragabili*, & illi debent iuxta
tenorem concordiæ assumi vnà cum Episcopo ad cogno-
scendum de tali delicto; nam neque deliquerunt, neque
efficiuntur iudices in causa propria, *Innoc. in d. c. irrefraga-
bili, n. 1. Card. n. 4. per text. in c. gratum, de postulat. & ibi gl.*
5 *& Abb. num. 5. & ceteri, & in c. bonæ, de electton.* nam † ius
Vniuersitatis uel Capituli remanet etiam in uno, *l. sicut
municipij, quod cuiusq. Vniuersitat. c. si fortè, 63. distin.* Exce-
6 ptus fuit casus à priori Conclusione, † nisi totum Capitu-
lum committeret contra Archiepiscopum, tunc enim ex
eiusdem textus dispositione cognitio deuolueretur ad su
periorem, saltem propter scādalum, *ut inquit ibi Hostiens.*
ne uideatur Episcopus esse iudex in causa propria. Et ita
conclusum.

Romana Viridarij, seu melioramentorum.
Die Lunæ 15. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta sunt æstimanda in id, quod minus est, iux-
ta text. in l. in fundo, de rei vendic.*

DECISIO MLI.

1 Domini censuerunt † hæc melioramenta attenta su-
biecta materia uideri necessaria, ideo standum re-
lationi periti per me deputati, stante contumacia partis
aduersæ: dummodo appareat per ipsum fuisse electum
id, quod minus est, iuxta textum in *l. in fundo, de rei uend.*
* *cum alijs allegatis.* *

* *Et per gl. in d. l. in fundo, vbi Bart. Alber. num 5. Fulgos. nu. 3. Abb. in c. 1. num. 4. de restit. in integr. Felin. in cap. cum causa, num 28 de re iudic. Negus. de pign. 4. membr. 5 p. n. 11. Tiraq. de retract. cōuent. §. 7. glos. 1 num. 8. Curt. iun. cons. 144. num 7. Castr. 270 numero 3. lib 3. Burs. cons. 31. num. 22. & seq. Marzar. cons. 10. & in tract. de fideic. p. 3. q. 65. Rimin iun. cons. 411. num. 72 & 435. num. 70. Capic. decis. 93. num 9. Ioseph decis. Perusin. 58. in fine. Vincent. de Franch. decis. 109.*

Nullius de Serena.
Die Veneris 19. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Priori seu Abbati nullius iurisdictionis, habenti suam
iurisdictionem quasi Episcopalem, litteræ dispensatio-
num matrimonialium & similes illius Prouinciæ, re-
mitti debent.*

DECISIO MLII.

Fvit instatum apud S.D.N. pro parte Reuerend. Domi
ni Alphonsi Flori Prioris de Magazela Prouincię del
la Serena, vt occurrente casu sibi dirigerentur literæ di-
spensationum matrimonialium, & aliæ similes tamquam
Ordinario dictæ prouinciæ, & causa discussa in Sacra Cō-
1 gregatione Concilij fuit resolutum, si † Prioratus est nul
lius diœcesis, & Prior habet quasi Episcopalem iurisdi-
ctionem, litteras huiusmodi esse cōmittendas dicto Prio-
ri: Ideo sacra Congregatio de ordine S.D.N. mandauit
mihi, ut in Rota uideretur, si huiusmodi qualitates verifi
cantur: Ideo causa proposita, & uisis probationibus Do-
mini dixerunt probari Priorem de Magazela habere pro
priam Ecclesiam, & vti ornamentis Episcopalibus, bacu-
lo, & mitra, necnon ius benedicendi, & concedendi Indul
gentias, & hoc probari ex Bulla fel. recor. Clementis VII.
Quòd vero habet territorium distinctum & separatum à
territorio aliorum Ordinariorum vicinorum, mediantib.
certis limitibus, & quòd confert beneficia, visitat Eccle-
sias, & corrigit delinquentes, optimè probant testes exhi-
biti; quibus tamen, quia fuerunt examinati sine alicuius
partis contradictione, uel uicinorum Episcoporum cita-
tione, an ad hunc effectum, cum agatur de eorum præiudi-
cio, velint Domini Officiales Sanctiss. mi fidem adhibe-
re, Rota eorum arbitrio censuit relinquendum.

Oriolen. Fructuum.
Die Veneris 26. Nouembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quòd fructus primi anni post obitum debean-
tur hæredibus, an valeat, & quare sit introducta.*
2 *An dictæ consuetudini obstet Constitutio Iulij III.*
3 *An dicta consuetudo habeat locum quo ad fructus decur
sos in uita beneficiati.*

DECISIO MLIII.

1 Domini censuerunt, † quantum ad fructus primi an-
ni post obitum beneficiati, eos deberi eius hæredi-
bus, pręsupposita consuetudine, quòd beneficiati primo
anno non percipiant fructus beneficiorum, sed eorum so-
lutio differatur post eorum obitum, quam cōsuetudinem
informantes pro hæredibus dicunt esse notoriā, & si opus
fuerit, se eam probaturos; quæ ideo videtur introducta, vt
prouideri possit de ijs, quæ ad sepulturam sunt necessaria,
quæ plerumque ob inopiam defuncti negliguntur cum
magno ordinis Ecclesiastici dedecore, *Io. Andr. in regul. ne
mo plus iuris, col. 1. de reg. iur. Abb. in c. in officijs, n. 5. in fine
& ibi Couar. n. 9. de testam. Feder. de Sen. cons. 246. nu. 1. Lam-
bertin. de iure patr. lib. 3. art. 8. q. 2. nu. 1. Paris. cons. 33. nu. 4.
Andr. ab Exea in c. cum omnes, num. 13. de constitut. & fuit
decisum in causa Burgen. fructuum, 13. Iunij 1590. coram
R. P. D. meo Pamphilio.* Neque obstat Constitutio Pij V.
super qua est fundata decisio in causa Zamoren. neque
Concilium Trid. sess. 24. de reform. c. 14. quia loquuntur de
ea consuetudine, in qua fructus applicantur mensę Epi-
scopali, vel Capitulari, vt in communes vsus cedant, seu
inter Canonicos diuidatur, quibus casibus adest præsum-
ptio simoniæ, vt per *Lambertin. ubi sup. n. 5.* secus verò ubi
fructus reseruantur hæredibus ex causa non solutionis fru
ctuum primi anni, quæ consuetudo nullam habet iuris re
sistentiam, immo potius assistentiam, ex supra deductis,
cum sit potius dilatio solutionis, quàm dispositio fructuū
ad alium spectantium, & ita declaratum fuit *per sacram
Congregationem Concilij, d. c. 14. de reform.* Et Constitutio-
nem Pij V. non habere locum, qn fructus primi anni reser
2 uantur hæredibus post obitum beneficiati. † Neque hic
locum habet Constitutio Iulij III. quia non versamur in
fructibus non exactis, sed ut dictum est in fructibus, quo-
rū solutio dilata est post obitum beneficiati. Non obstat
Constitutio Synodalis, quia per eam non est derogatum
huic consuetudini, quæ nullam habet iuris resistentiam.
3 † Quantum ad fructus decursos in vita beneficiati Domi
ni non fuerunt concordes; ideo de illis erit particulariter
agendū, & difficultas versatur in ea Doctorum controuer
sia, quæ est circa articulum, qui beneficiati dicantur hēre
administrationem, de qua *per gl. in c. si propter, ubi Gemin.
n. 9. de rescript. in 6. gl. in c. præsenti, de off. ordin. lib. 6. in ver bo
reseruari. Videantur quos cumulat Marsil. de redait. Eccl.
p. 2. c. 14. & p. 3. c. 34. n. 18. & c. 35. Gutieres in Canon. q. c. 33.*

Attinnent.

Ariminens. Castrorum.
Die Mercurij 15. Decembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *In taxando valore attendi debet illa summa, de qua duo testes concordant.*
2 *Articulans non fatetur.*

DECISIO MLIV.

FVit resolutum fructus molendinorum grani esse taxandos ad rationem quinquaginta stariorum valoris
trium scutorum pro stario; fructus vero molendinorum
olei ad salmas centum, ad rationem quinque scutorum
pro qualibet salma, & moti sunt, quia testes deponunt de
1 diuersis summis; † ideo debet attendi summa, de qua duo
concordant, *& ita loquitur Alex. cons. 64. lib. 2. Affl. decis. 240. n. 5. Salic. in l. 2. C. de rescind. vend. cum alijs per Pinell. in l. 2. p. 3. c. 4. num. 10. C. de bon. mater. & per Cæsar. de Grass. decis. 79. nu. 8.* & ideo quia duo testes possunt coniungi in summa stariorum quinquaginta, ideo placuit statuere hanc summam; Hi autem sunt Hieronimus, & Io. Franciscus, reliqui non probant, quia sunt singulares, neque iu
2 uantur ex articulis; † tum, quia articulans non fatetur, *Alex. cons. 80. n. 10. lib. 2.* tum, quia articuli expresse referunt se ad testes Quantũ ad molendina olei respectu molendini Roncofrigidi, Informantes pro D. Marchione cõtentantur salmis centum: Et ita fuit firmatum. Quantum ad molendinum Mõtis Iani testes sunt partim singulares, pratim nihil probant; ideo super illis nihil statui potest, Quantum verò ad pretium grani & olei, illud bene probatur ascendere ad supradictã summam. Et ita conclusum.

Marsicana Beneficij.
Die Mercurij 15. Decembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus in ius & possessionem & litem, cum Clausula, Cuius statum, restitui debet ad possessionem, qua eius author fuerat spoliatus, & causam spolij committi fecerat.*
2 *Extrema actionis spolij sunt possessio spoliati de præterito, & possessio spoliantis de præsenti.*
3 *Possessio decennalis deseruit pro titulo colorato.*
4 *Sententia, quæ priuat beneficio, lata in contumaciam, per comparitionem, & causæ commissionem resoluitur.*
5 *Vnio concessa in euentum vacationis, per obitum, non cõprehendit vacationem per priuationem.*
6 *Subrogatio obtenta ad ius, & possessionem & litem, cum Clausula, Quouis modo, capit etiam modum vacationis per priuationem.*

DECISIO MLV.

1 FVit resolutum, † Dominum Christophorum esse restituendum ad possessionem, in qua eius author Hercules fuerat, qui prius commiserat causam spolij antequam resignaret in fauorem Christophori, & Papa subrogauit eum ad ius & possessionem & litem cum Clausula, Cuius statum, *iuxta decis. Verall. 344. lib. 1. in manuscript. Paleott. decis. 37. & ita fuit resolutum in vna Bracar. parochialis, 17. Maij 1589. coram D. Perusino.* De possessione autem Herculis constat ex supplicatione Capituli anno 1574. & causæ commissione, & quòd sequuta priuatione Hercu-
2 lis Capitulum cœpit possidere, † quæ sunt extrema actionis spolij, *Abb. in c. cum ad sedem. de restit. spol. Afflict. decis.*
3 *327. num. 2. Alex. cons. 6. nu. 5. lib. 3.* & † cum possessio Herculis fuerit decennalis deseruit etiam pro titulo colorato, *vt per Cassad. decis. 8. super regul.* Non obstat sententia priuatoria contra Herculem, quia præter id, quòd non constat de eius iustitia, & quod fuit reuocata per Auditorem Cameræ, seruatis seruandis, & citato fisco per huiusmodi priuationem non excluditur spolium: cum pendente adhuc iudicio super dicta priuatione capta fuerit possessio
4 per Capitulum. Præterea † dicta sententia fuit lata in contumaciam; ideo per comparitionem, & causæ commissionem fuit resoluta, *vt pluries fuit in Rota decisum, veluti in vna Romana Canonicatus S. Angeli coram bonæ mem.*
* *Cotta anno 1568.* * *& in præallegata causa Bracaren. &*
a *coram me in una Ciuitatis Castelli.* a Postremo ius Capi-
5 tuli non est clarum, † ex quo, vnio ei concessa fuerat in euẽtum vacationis per obitum, & sic non capit vacationem
6 per priuationem, *c. susceptum, de rescript. in 6.* Vnde † etiam quòd per priuationem vacauerit gratia Christophori, hũc modum capit propter Clausulam, Quouis modo, *Rota 1. de rescript. in nou. Lapus Allegat. 78. n. 14. Mohedan. decis. 333.* Et ita conclusum.

* *Et coram eodem Cotta in eadem Roman. Canonicatus ult. Februarij 1567. in impr. diuers. nouiss. 73. p. 1.*
a *Sub die 16. Decemb. 1577. n. 9. & in Roman. Secretariatus, 20. Nouembris 1591. num. 7.*

Aleriens. Attentatorum.
Die Lunæ 20. Decembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Gesta intra decem dies datos ad appellandum, sunt nulla, & attentata.*
2 *Exequutor deputatus cum Clausula, Quòd vocato, &c. & amoto illicito detẽtore, & verificato valore expresso, conferat beneficium; tenetur tamquam mixtus exequutor assumere partes iudicis.*
3 *A sententia exequutoris appellare licet, si sit mixtus.*
4 *Potestas exequutoris non extenditur contra contradictores de iure, sed contra eos, qui de facto contradicunt.*

DECISIO MLVI.

1 FVit resolutum † omnia per Episcopum Aleriens. gesta ad fauorem Iacobi, tam intra decem dies datos ad appellandum, quàm post appellationem Alexandri, esse nulla, & attentata; & ideo reuocanda, *cap. non solum, de appel-*
2 *lation. in 6. Clem. 2. Vt lite pend.* † cum enim esset deputatus exequutor, in gratia Iacobi, vt citato Alexandro, & verificata falsitate valoris per eum expressi conferret parochialem Iacobo, tenebatur tamquam mixtus exequutor assumere partes iudicis, *Felin. in c. dudum, num. 24. de præsumpt. & tenuit Rota in una Neapolitana Sancti Andreæ coram Finetto de Mense Februarij 1569.* præsertim stantibus clausulis vocato Alexandro, & amoto illicito detentore, *c. licet, & ibi glo. de præbend. in 6. Rot. 3. de rescript. in nou.*
3 *Felin. in d. c. dudum, n. 23.* † & ideo ab eius sententia licuit
4 appellare, † nec exequutoris potestas extenditur contra contradictores de iure, sed contra eos, qui de facto cõtradicunt, *Franch. in c. 1. n. 6. & Gemin. n. 11. de concess. præb. in 6. Staphil. de vi & effect. claus. §. competenti, n. 7. Rebuff. de form. nouæ prouis. in verbo, contradictores. & super concord. in tit. de form. litter. exequu. mand. Apost. in verbo, contradictores. Put. decis. 171. lib. 3. Achill. 4. de sentent. excomm. &*
* *fuit dictum in vna Piscien. coram S. D. N. de anno 1578.* * Hinc sequitur resolutio alterius partis dubij, quòd Iacobus non sit manutenendus, sed Alexander, si de eius possessione constat, aliàs est sequestranda.

* *Coram Aldobrandino 21. Ian. 1578. & idem fuit dictum supr. in Auersana beneficij. 5. Iulij proximè præteritis.*

Cordubens. Redecimarum.
Die Veneris 14. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Comparens coram iudice recusato sine aliqua protestatione,*

ne, censentur recessisse à recusatione proposita.
2 *Protestatio in iudicialibus in vnoquoque actu semper repeti debet.*
3 *Quod fit parte præsente, non eget citatione.*
4 *Intimatio supplet defectum citationis.*
5 *Vicarius generalis deputatus ad uniuersitatem causarũ; potest subdelegare uti Ordinarius, cum ipsorum sit vnum & idem tribunal.*

DECISIO MLVII.

FVit resolutum testes Episcopi & Capituli fuisse ritè
examinatos, & examen sustineri, non obstantib. nul-
1 litatibus ex aduerso oppositis; nam † quantum ad primã,
quæ deducitur ex capite recusationis iudicis, *ad notat. per*
Hostiens. & alios, in c. cum speciali, de appellat. Lap. allegat. 1.
ea tollitur ex eo, quòd fuit compariium coram iudice nõ
repetita protestatione; *Abb. in d. c. cum speciali, num. 14. de*
appellat. Alex. conf. 12. num. 6. lib. 6. Put. decis. 41. de re iudic.
2 *& decis. 380. lib. 1.* † Nec facit protestatio præcedens, quia
in iudicialibus semper debet repeti in vnoquoque actu,
etiam quòd fuerit dictum, quòd in omnibus actibus cen-
seatur repetita, *ad notata in l. non solum, §. morte, de noui*
3 *oper. nunc. Mohedan. decis. 44.* Secũda nullitas, quæ † prætenditur ex defectu citationis, tollitur ex eo, quòd præsen-
te parte fuerunt admissi articuli cum præfixione triginta
dierum, & cum mandato, quòd citarentur partes ad vi-
dendum iurare testes, *Felin. in c. 1. num. 18. de iudic. Gabr.*
4 *de citat. Concl. 1. num. 396.* † Præterea, huiusmodi decretũ
fuit intimatum partibus, quæ intimatio supplet defectũ
citationis, & de hac intimatione constat ex assertione
Notarij, cum appositione testium, *ad notata in c. quoniam*
contra, de probation. Tertia nullitas, quç deducitur ex eo, quod
examen est factum per subdelegatum Vicarij, & ita per
subdelegatum delegati, iuxta *decis. 8. de off. delegat. in nouis*
5 non obstat, † quia sumus in Prouisore siue Vicario gene-
raliter deputato ad vniuersitatem causarum, cuius vnum
& idem tribunal est cum Episcopo, *c. 2. de consuetud. in 6.*
Ideo potest subdelegare vti Ordinarius, *l. iudices, C. de fide*
instr. Clem. vnica, de offic. delegat. Felin. in c. cum causam, de
testib. & fuit resolutum in vna Legionen. Iurisdictionis. 19.
Martij 1590. coram R. P. D. meo Pamphilio. & hoc admittunt Io. And. Archidiacon. & alij, in d. c. 2. Quarta nulli-
tas, quòd non fuerit pars citata ad vidẽdum iurare testes,
tollitur ex dictis in 2. oppositione. Vltima nullitas, quæ
deducitur ex eo, quòd citatio fuerit nimis vaga, tollitur, ex
quo sustinetur pro toto termino probatorio, & pro locis
in decreto expressis, vt fuit decisum *in causa Toletana, de*
* *Salcedon. coram* R. P. D. *Pena*, * vbi quòd ita seruari solet
ex stylo illarum partium. Quantum verò ad id, quòd dici-
tur nonnullos testes fuisse examinatos extra terminum &
locum expressum in receptoria, non est insistendum, cum
pars Capituli cedat huic nullitati, & nolit vti istis testib.

* *In Toletana decimarum de Salcedon. 16. Febr. 1590.*

Burgens. Concordię.
Die Veneris 14. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus qui vigore concordię non potest in personas Capitulares solus procedere, si tales personæ extra Ecclesiam Capitularem beneficia curam animarum habentia obtineant, & in exercitio curę deliquerint, solus procedere potest, & num. 8.*
2 *Verba quando sint demonstratiuè accipienda, uel potius limitatiuè.*
3 *Rescriptum directum alicui ratione dignitatis, durat in illa persona, quamdiu durat dignitas, & transit in successorem illius dignitatis.*
4 *Effectus qualitatis superuenientis non impeditur propter qualitatem præcedentem in eadem persona.*
5 *Regularis habens curam animarum, subest iurisdictioni Ordinarij.*
6 *Eadem persona, ubi duplicem gerit qualitatem, diuerso iure censeri potest.*
7 *Episcopi, & Prælati, qui sunt de aliquo Collegio, sortiuntur locum non secundum dignitatem Episcopatus, sed secundum antiquitatem dignitatis Collegialis.*
8 *In uno & eodem corpore possunt diuersæ concurrere qualitates; ita ut ratione unius detur exemptio, & secus sit ratione alterius.*
9 *Attenditur qualitas, cuius contemplatione est dispositum, & non alia.*

DECISIO MLVIII.

1 FVit dubitatum, † si personæ Ecclesiæ Burgensis obti-
nentes extra Ecclesiam beneficia curam animarum
habentia, in curæ exercitio & administratione deli-
querint; An contra illas sit procedendum iuxta formam
concordiæ, vel potius solus Archiepiscopus procedere va-
leat. Hoc dubium fuit pluries propositum, & plenè di-
scussum variantibus Dominorum meorum votis; nam ali-
qui existimabant concordiam esse etiam hoc casu seruan-
dam, propter uniuersalitatem & prægnantiam verborum
concordiæ, comprehendentium omne genus delicti, ex
l. Iulianus, de leg. 3. Bart. in l. generali, §. uxori, de usufr. legat.
Ruin. conf. 76. num. 9. lib. 5. Roland. conf. 17. num. 27. & 28.
lib. 4. Addebant qualitatem Canonicatus inspici debere,
vti demonstrationis causa non limitationis prolatam, ex
eo quod habetur in *cap. per exemptionem, in 2. responso, de*
priuileg. in 6. vbi fit differentia inter exemptionem Eccle-
siæ, & exemptionem Canonicorum Ecclesię, nempè,
quod illa prior loco circumscribatur, hæc verò minimè,
quod ex eo colligi videtur, quòd Canonici vbicumque de-
1 linquentes, comprehendantur sub forma concordiæ, &
hoc videtur etiam suadere *Ant. de Butr. in d. c. per exemptionem, num.*
19. vers. in prædicta conclude, de priuileg. vbi inquit conside-
randum esse exemptionis modum, ita vt si eximatur per-
sona non respectu certi loci, tunc vbicumque locorum de-
linquat, exemptus est à Diœcesano, quia alias priuile-
gium redderetur inutile, *per l. 3. C. ubi Senat. vel Clariss.*
Soci. in c. recepimus, num. 70. cod. tit. & in c. cum Capella,
num. 8. de capell. monach. Contrariam tamen sententiam
maior pars Dominorum amplexa est, non quidem moti
auctoritate *c. cum Capella, de Capell. monach.* quia textus il-
le non applicatur casui nostro, cum illa exemptio sit data
personis ratione Ecclesiæ, quod indicant manifestè verba
illa, inquantum exempti sunt eiusdem ratione Capellæ; et
hanc distinctionem sentiunt ibi Doctor. & *Socin. num. 4.*
& fuit dictum in una Salamantina iuris visitandi, 14. Ianua-
2 *rij 1583. coram bon. mem. Cantuccio.* sed considerabant † non
simpliciter dici posse Canonicorum appellationem stare
demonstratiuè, sed etiam limitatiuè, id enim dici demon-
stratiuè accipiendum, quando eo etiam falso existente, ni-
hilominus dispositio remanet valida, *l. demonstratio falsa,*
de cond. & demon. l. si quis in fundi, & ibi Doct. de leg. 1.
quod non procedit, vbi aliquid exprimitur uel pro causa
finali, uel pro limitatione personę, vel rei, de qua fit aliqua
3 dispositio, veluti quando † rescriptum dirigitur alicui in
dignitate constituto, id durat in illa persona, quamdiu du-
rat illa qualitas dignitatis, & transit in successorem illius
dignitatis, ut in *c. quoniam Abbas, de off. deleg. & ibi Abb.*
num. 4. & Felin. post princ. & num. 11. Dec. num. 3. Bero.
num. 10. & seq. quod satis comprobatur, ex quo nemini du-
bium est, quod si qualitas Canonicatus cessaret in aliquo,
non amplius gauderet priuilegijs in concordia compre-
4 hensis. Hinc fit, vt † quotiescũque superuenit aliqua qua-
litas.

litas, in qua aliud ius statutum reperitur, prior illa quali-
tas non impedit, quo minus respectu alterius qualitatis
non sit seruandum ius de ea specialiter disponens, quod
apertè colligitur *ex decreto Concilij, sess. 25. c. 11. de regular.*
5 vbi habetur, † quòd si regularis præest curæ animarum, su-
best iurisdictioni Ordinarij, quod in pluribus causis non
* obstantibus quibusvis exemptionibus resolutum fuit, *
6 & ratio est euidens, quia † eadem persona diuerso iure cen-
seri potest, vbi duplicem gerit personam, *c. cum olim, de
re iud. c. ex litteris, de probation. l. si Consul. de adoption.*
Præualere itaque debet qualitas illa officij, propter quam
Canonicus efficitur subditus solius Episcopi, neque tunc
vti Canonicus, sed vti curam habens animarum, vel eius
administrationem, iudicari debet; Itaque si in ijs, qui sunt
verè exempti personalibus exemptionibus amplissimis,
exemptio nihil prodest, vbi assunt qualitates, ob quas
subijciuntur foro Ordinarij, multo magis in casu isto, in
quo non per viam exemptionis, sed concordiç tribuitur
facultas Capitulo vnà cum Episcopo de delictis Canoni-
corum cognoscendi; nam strictè interpretari debemus, vt
non comprehendat casus, in quibus qualitas superueniens
facit cessare respectum qualitatis, cuius intuitu concessum
est priuilegium; & hoc adeo verum est, vt hac ratione
7 † Episcopi & Prçlati, si sunt de aliquo Collegio sortian-
tur locum non secundum dignitatem Episcopatus, sed se-
cundum antiquitatem dignitatis Collegialis, *Abb. in c.
postulasti, de c. ncess. præbend. Cassan. in Cathal. glor. mundi
4. par. Considerat. 45. glos. in c. a collatione, & ibi Gemin.*
a *num. 6. Franc. num. 4. de appellat.* a Ideo non obstare ex
aduerso deducta; Nam primò, quòd dicitur de generali-
tate, & prægnatia verborum etiam geminatorum, facit
quidem, vt comprehendantur omnia delicta quantum-
cumque grauia, & vbiuis locorum commissa a Canonicis,
& ita intelligenda est decisio Congregationis Concilij;
sed non possunt operari, quo minus si superueniat alia
qualitas, quæ in illo casu præualeat, illa non debeat atten-
8 di, vt in simili habetur, quòd † in eodem corpore possunt
concurrere diuersæ qualitates, ita vt ratione vnius detur
exemptio, secùs verò ratione alterius, *vt per Gemin. in c.
per exemptionem, num. 4. & Franch. in 4. notab. de priuileg.
in 6.* Neque obstare *doctr. Anton. de Butr. in d. c. suarum*,
9 † quia licet Canonici non sint priuilegiati ratione loci,
sed personæ; tamen in hoc priuilegio considerata est præ-
cipuè qualitas illa Canonicatus, cuius contemplatione ita
dispositum fuit, cui si superueniat alia extrinseca qualitas,
quæ habeat a iure communi certam determinationem,
b secundum illam iudicãdum est, vt in exemplis allegatis, *b.*
Et ita maior pars Dominorum censuit.

* *Prout in Carthaginensi iurisdictionis. die 19. Octobr. 1579. coram Card. Lancellotto, & prout etiam in Salamantina exemptionis. 25. Iunij 1591. coram R. P. D. meo Penia.*

a *Et de hoc fuit dictum aliquid supra in Romana praeminentiarum, sub die 16. Decemb. 1585. num. 14. & 15.*

b *Ita pariter si quis contrahit sub vna qualitate expressa, tamquam talis censeatur contrahere, & non tamquam alterius qualitatis, quam habeat, Abb. in cons. 115. lib. 2. in princ. Roman. cons. 88 in princ. Alciat. cons. 3. num. 14 lib. 2. Purpur. cons. 14. n. 11. Aegid. decis. 5. & 423. & est communis conclus. post Bart. in l. 1. §. nunciatio, de oper. noui nunc. cum alijs per Tiraq. de retractu lign. §. 10. gloss. 1. num. 4. & sic tamquam alius, & in alia qualitate, nec prosit nec noceat illius actus, Tiraq. ibid. §. 1. gloss. 9. num. 140.*

Tiburtina Compromissi.
Die Mercurij 19. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est litis finitæ exceptio.*
2 *Dispositio l. si quis maior, C. de transaction. habet tantum locum contra dolosum, & sufficit dolus præsumptus ex inobseruantia contractus, vt num. 5.*
3 *Dispositio l. si quis maior, C. de transaction. rarò in practica locum habet.*
4 *Qualibet causa excusat à dolo, secundum communem opinionem & etiam colorata, vt num. 6.*
7 *Non potest dari dolus in eo, in quo quis commodum non sentit.*
8 *Difficultas excusat à mora.*
9 *Dolus, qui deduditur ex non facto supponit potentiam faciendi, & ob id licita est moræ purgatio.*
10 *Inter consanguineos summo iure non est agendum.*

DECISIO MLIX.

FVit resolutum Antonium non posse admitti ad pro-
1 sequutionem litis, stante transactione, † quæ est litis
finitæ exceptio, & licet in contrarium ipse nitatur, *ex di-
spositione l. si quis maior, C. de transaction.* tamen Domini
2 censuerunt † eam hoc casu locum non habere, cum ea
procedat contra dolosum contractus infractorem, *Bald.
in l. obseruare, §. proficisci, col. 3. de off. Præsid. Alex. in l. fin.
qui satisd. cog. Ias. in d. l. si quis maior, num. 2. & seq. vbi licet
contrarium teneat, dicit tamen opinionem Baldi non habere
contradictorem, Claud. de Seisel. num. 13. in fine, & num. 41.
vbi de communi, Iacob. de sancto Geor. num. 56. Curt. sen.*
3 *num. 16.* qui dicunt † hanc legem in practica rarò obti-
4 nere locum, quia † quælibet causa excusat à dolo, *Cagnol.
num. 128. vbi de communi, Cassad. decis. 2. nu. 2. de iureiur.
Cora. cons. 246. nu. 5. lib. 3. cum aliis per Gabr. Conclus. 1. de*
5 *transaction.* † & licet dolus præsumptus sufficiat, qui ori-
6 tur ex inobseruantia contractus; tamen † quælibet causa
colorata sufficit ad excusandum, qualis est in casu isto,
in quo prætenditur inobseruantia ex non consignatione
7 libri, & tamen † ex non implemento Iacobus nullum
incommodum sensit, *Bald. cons. 150. num. 1. lib. 1.* Vnde
cessat machinatio ad decipiendum, quæ in doli diffini-
tione considerantur à Iurecon. *in l. 1. de dolo, Bar. in l. elegan-
ter, §. fin. de dolo, Ruin. in cons. 8. in fine, lib. 4. Aymo. cons.*
8 *18. num. 22. Roland. cons. 11. num. 55. lib. 3.* † & pro excu-
satione facit difficultas ob multitudinem partitarum,
quæ non potuerunt tam breui tempore transcribi, vt di-
citur in responsione ad protestationem, & ista difficultas
excusat à mora, *l. Labeo. in fine, de iureiur. glos. in c. Beatus
Paulus 22. q. 2. Doctores in l. quod te, si cert. pet.* vbi tra-
9 dunt, † dolum qui deducitur ex non facto, supponere po-
tentiam in faciendo, ideo licita est purgatio moræ, *vt tra-
dunt Doctor. in l. si quis maior, Alexand. in fine, Iacob. de S.
Georg. num. 43. Ias. num. 26. Cagn. num. 155. cum alijs alle-*
* *gatis in vna Perusina exequutionis anno 1582. coram me.* *
maximè quòd si ob talem non consignationem, non po-
tuit exigere, prouisum est ei per pactum expressum, quod
Iacobus teneatur ad soluendum ratam summę, pro qua
non fuerit facta consignatio, & hoc pacto etiam tollitur
alia prætensa contrauentio respectu non consignationis
apocharum & instrumentorum, quę etiam est conditio-
nalis quatenus adessent. Et hęc placuerunt Dominis, quia
attento rigore, prætendi posset Antonium primum con-
trauenisse, ex quo non fecit, vt Horatius ratificaret in tem-
pore præfixo, & ita licitum erat Iacobo contrauenire, & ni-
hilominus agere cum concordiæ obseruatione, *vt per
Matth. sil. an. num. 50. cum alijs allegatis in causa Mediola-*
a *nen. Frumenti. coram R. P. D. meo Orano.* a Vnde cum pro
parte Iacobi fiat oblatio de soluendo & satisfaciendo ad
id, quod tenetur, æquior visa est Dominis sententia, vt
ambæ partes persistant in concordia, & præstetur bona fi-
10 de id totum, quod venit præstandum, † cum inter con-
sanguineos summo iure non sit agendum.

* *Sub die Veneris 11. Maij 1582.*

a *De anno 1589.*

Cracouiens. Canonicatus.
Die Lunæ 24. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Gratia beneficij, in qua non fuit facta mentio possessionis defuncti, qui eam obtinuerat ab Ordinario, dicitur subreptitia, secùs est, si huiusmodi possessio sit potius quædam intrusio, de qua non refert, quòd fiat mentio, & num. 3.*

2 *Ignorantia non excusat à subreptione.*

4 *Ex sola postulatione beneficij non acquiritur ius.*

5 *Beneficium illius, qui eligitur in Abbatem, non uacat, nisi postquam professionem emiserit.*

6 *Per adeptionem possessionis beneficij postulati ante admissionem postulationis, postulatio redditur nulla, & postulans priuatur potestate eligendi.*

7 *Regula de Annali contentatur sola detentatione beneficij de facto, & sine titulo, etiam si beneficium ex persona alterius, quàm annalis possessoris uacet.*

8 *Intrusus in beneficio reseruato, non potest dare de regula de Annali.*

DECISIO MLX.

COntra gratiam Nicolai duo opponuntur. Primò, quod
1 est subreptitia, † cum non fecerit mentionem pos-
sessionis mortui, qui eam habuerat ab Ordinario, *Lap. alleg. 16. nu. 2. c. cum nostris, de conceß. præbend. Cassad. decis. 1.*
2 *de priuileg.* † neque excusaret ignorantia à subreptione,
Calder. cons. 14. de rescript. Crescent. decis. 10. de præbend. Ve-
3 rum hæc oppositio non placuit Dominis: quia † ista po-
tius erat mera intrusio, de qua non debet fieri mentio; sta-
tim enim facta postulatione Dauidis in Abbatem, obti-
nuit sibi de hoc Canonicatu prouideri ab Ordinario, &
4 possessionem adeptus est, antequam verè vacaret: nã † ex
postulatione sola non acquiritur ius, *c. bon. 1. & c. postulatio nem, ubi glos. de postul. Prælat. & Oldrad. cons.* 18. loquitur
5 in electione: † ideo non vacauit Canonicatus, nisi post-
quam Dauid professionem emisit, *cap. beneficium, ubi Gemin. num. 2. & alij, de regular. lib 6.* Nec obstat, quòd Da-
6 uid † ante admissionem postulationis adeptus fuerit pos-
sessionem Abbatiæ; quia si hoc est verum, redditur postu-
latio nulla, & priuantur postulantes potestate eligendi,
c. bon. il 1. cum ibi notat. de election. Secundò opponitur
de Regula de Annali, & hanc obstare Domini censuerũt,
7 † quia contentatur sola detentatione de facto, etiam sine
titulo, vt per *Cassad. decis. 14. numero 9. & 10. super regul.*
etiam si ex persona alterius quàm annalis possessoris va-
cet, *Sarnens. super reg. de Annal. q. 14.* Nec obstat, quòd Ca-
8 nonicatus vacauerit in mense reseruato, † & sic Martinus
tamquam intrusus in beneficio reseruato, non possit dare
de regula, vt per *Felin. in c. in nostra, num. 33. de rescrip. Cassad. d. decis. 14. num. 9. Sarnens. in d. reg. q. 23. & tenuit Rota in causa Colonien. Canonicatus, coram bon. mem. Verallo. 29. Maij* 1570. quia fuit ab hac opinione recessum per Rotam in causa *Calciatensi Scholastriæ, sub die 16. Maij* 1588. coram Illustriss. Platto, quæ opinio eo magis est recipienda, ex quo Martinus erat in possessione, antequam vacaret Canonicatus in mense reseruato.

Ciuitatis Castelli Bonorum.
Die Veneris 28. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicẽs se uidisse aliquem possidere, probat possessionẽ.*

2 *Per locationem cũ exactione pensionis probatur possessio.*

3 *Locationes antiquæ & geminatæ probant possessionem.*

4 *Enunciatiuæ antiquæ instrumentorum probant identitatem bonorum.*

5 *Catasta licet non plenè probent, deseruiunt tamen pro adminiculo.*

DECISIO MLXI.

REu. Dominus Cõmendatarius Abbatiæ sancti Marzani cõuenit Reu. D. Rectorem Ecclesiæ sancti Donati pro recuperatione quarumdam terrarum, quas prætendit spectare ad dictam Abbatiam: Ideo fuit dubitatũ. An sit fundata intentio Abbatis: Et causa per me proposita, informante tantum Domino Abbate in contumaciam aduersarij, fuit per Dominos vnanimiter conclusum probari intentionem Abbatis, cum hoc tamen præsupposito, quòd instrumenta, quæ per ipsum fuerunt producta, loquantur de iisdem bonis, de quibus est controuersia, quod erit particulariter videndum: Nam Primò fundatur eius intentio ex dicto plurium testium deponentium se vidisse Abbatem Brunum prædecessorem possedisse bona, de quibus agitur nomine Abbatiæ, primus super quinto, secundus super quarto, tertius super quinto, octauus su
per primo, decimus super quarto, & alij per Informantes
1 ponderati, & † testis dicens se vidisse aliquem possidere,
optimè probat illius possessionem, *glos. Bart. Alexand. Ias. & alij, in l. stipulatio ista habere licere. §. hæc quoque, de verb. oblig. Dec. cons. 56. num. 4.* & præsertim quia etiam
2 deponunt de fructuum perceptione, † & locatione, &
pensionum exactione, per quos actus solet acquiri possessio, *l. Titia, de solution. Innocent. & alij, in cap. cum venissent, de restit. spol. Bart. Castr. Alex. & alij, in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, de acquir. poss. Marsil. in Rubr. de probat. num. 157. Ruin. cons. 44. num. 2. & cons. 161. num. 13. libro 4.* Nec difficultatem facere potest, quòd dici posset Dominum Abbatem possidere tam Abbatiam, quàm Ecclesiam Sancti Donati: & ideo æquiuocam esse hanc possessionẽ, quia cum hæc res pendeat ab animo possidentis, adsunt testes deponentes se hoc ab eodem Bruno audiuisse, videlicet quintus, decimusquintus, decimusnonus, & vigesimusquartus: Aliqui etiam testes distinguunt bona Sancti Donati à bonis Abbatiæ, & dicunt, quòd Ecclesia sancti Donati habebat tantum octo staria terræ, & aliqui etiam non restringunt se ad Abbatem Brunum, qui vtrumque beneficium possedisse dicitur, sed deponunt de Abbatibus pro tempore, in quibus non potest considerari æquiuoca-
3 tio, veluti nonus, & vndecimus, super quarto; † Adminiculantur hanc probationem scripturæ antiquæ locationũ de istis bonis factarum per Abbatem & monachos nomine Abbatiæ, quæ cum sint antiquæ & geminatæ, probant possessionem, *Bart. in l. ad probationem, C. locati, Alex. cons. 12. num. 1. lib. 1. Soc. cons. 89. lib. 1. Ripa, in l. si rem aliquam, de acquir. poss.* maximè cum scripturę inseruiant potius ad tollendam æquiuocationem, quam ad probandam possessionem, de qua liquidè per testes constat. Recipiunt præ-
4 terea adminiculum † ex pluribus enunciationibus diuersorum instrumentorum antiquorum, in quibus pro confinibus dantur ista bona Abbatiæ, quę plenè probant in antiquis, vt tradunt *Doctor. in l. cum aliquis, C. de iure delib. Dec. cons. 146. num. 14. Ias. in l. admonendi, num. 142. de iureiur.* Item, aliud insurgit adminiculum ex Rescripto, Si in euidentem, permutationis factæ per Abbatem Brunum cum bon. mem. Alexandro de Vitellis, qui recepit ab eo plura bona ex istis, de quibus agitur, vt probatur per testes in summario num. 5. & fuerunt etiam per agrimenso-
5 res mensurata in summario num. 4. † Concurrit quoque aliud adminiculum ex catastis, in quibus ista bona censentur inter bona Abbatiæ, & in descriptiõne bonorum S. Donati non apponuntur, & licet non plenè probent, deseruiunt tamen pro adminiculo, vt per *Socin. Corn. Castr. & alios, quos referunt Moderni de probat. concl. 264. n. 19.* Postremò, adsunt collationes factæ de Ecclesia S. Donati, in quibus enunciatur esse tenuis redditus, ita quòd proprium Rectorem sustinere non ualet, quòd non ita se haberet, si bona, de quibus agitur, essent dictæ Ecclesiæ. Ex his conclusum sufficienter fundatam esse Abbatis intentionem.

Medio-

Mediolanens. Dismembrationis;
Die Veneris 28. Ianuarij 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus non potest dismembrare fructus unius beneficij, & illos alteri applicare sine sollemnitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiæ.*

2 *In dismembratione fructuum unius Ecclesiæ, necessarius est consensus rectoris.*

DECISIO MLXII.

Dubitaui, an dismembratio, de qua agitur, debeat sortiri effectum, & causa proposita vna parte informante, quia hactenus nullus comparuit pro contraria parte: Fuit per Dominos resolutum dismembrationem non sustineri, quia † Episcopus non potest dismembrare fructus vnius beneficij, & illos alteri applicare, sine sollemnitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiæ, *Franch. in c. 1. num. 4. de reb. Eccl. non alien. Gemin. cons. 48. num. 2. & fuit actum in una Aretina Commendæ coram me, de mense Martij 1587.* * *& habetur in decis. 1. de reb. Eccl. non alien. in nou.* Nec est standum attestationi Ordinarij, quòd fuerit facta de consensu Præpositi, ut per *Crescent. decis. 13. de probation.* Nec etiam potest sustineri vigore Concilij *c. 3. de reform. sess. 22.* quia quatenus mandat in Ecclesijs, in quibus non sunt distributiones, conuerti tertiam partem fructuum in distributiones, loquitur ad effectum, vt illæ distributiones inseruiant illis ipsis, à quibus aufertur tertia pars, non autem quòd tertia pars fructuum unius beneficij conuertatur in distributiones pro omnibus Canonicis, quod sensit sacra Congregatio Concilij, quæ statuit distributiones quotidianas proportionabiliter esse diuidendas, vt qui plus contulerunt, plus etiam seruiendo lucrentur, & in alia resolutione *a* habetur, ut quilibet Canonicus tantum accipiat de distributionibus quotidianis, quantum contulit de tertia parte suæ præbendæ. Quare hoc casu opus est docere, interuenisse causæ cognitionem, & sollemnitates, & causam, alias sustineri non potest hæc dismembratio, maximè † cum omnino necessarius sit consensus Rectoris. *d. decis. 1. de reb. Eccl. non alien. & decis. unica, de his quæ fi. à Prel. Card. cons. 65. col. 2. post medium.*

* *Sub die 13. Martij num. 4.*
a *Sub die Lunæ 21. Iunij anni præteriti.*

Romana Fideiussionis.
Die Veneris 28. Ianuarij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio dicitur inducta, & liberatus fideiussor, quando res fuit uendita cum pacto de retrouendendo, & postea partes conuenerunt de remittendo pacto, & liberè vendendo, & num. 4. vide tamen num. 8. 10. & 14.*

2 *Vbi incompatibilitas secundi contractus cum priore concurrit, censetur facta nouatio, etiam si id expressè actum non fuerit.*

3 *Mutata forma contractus, fideiussor ante mutationem obligatus liberatur; nisi in nouo cōtractu sit repetitus.*

5 *Pactum de redimendo, uel retrouendendo, in Rota solet æstimari usque ad sextam partem pretij.*

6 *Clausula, Non aliàs, est præcisa, declara, ut numero 12. & 13.*

7 *Clausula præseruatiua prioris contractus, declarat quòd non sit per secundum contractum à priore recessum.*

8 *Pactum de retrouendendo venditum, non immutat priorem contractum.*

9 *Pactum de retrouendendo potest uendi, cedi, & alienari, cum sit sua natura cessibile.*

11 *Vendere de nouo eamdem rem, uel aliquid in priori uenditione reseruatum uendere, inter se differunt.*

12 *Clausula, Non aliàs, aliter, nec alio modo, posita in uenditione facta cum pacto de retrouendendo, respicit tantum principium venditionis, ut scilicet non censeatur res uendita simpliciter, sed cum illa reseruatione.*

13 *Conditio semel impleta, non trahitur ad futurum tempus.*

DECISIO MLXIII.

Anno 1583. mense Aprilis, D. Scipio Fuccius uti pater & legitimus administrator suorum filiorum hæredum quondam Domini Alexandri Fuccij vendidit domū quondam Domino Francisco Vento pro pretio scutorum vndecim millium, reseruata sibi & filijs facultate redimēdi infra decem annos proximos, non aliàs, aliter, nec alio modo: Huic venditioni accessit vti fideiussor D. Ascanius Fuccius, qui eodem anno, mense verò Octobris duxit in vxorem Dominam Septimiam Condopulam, cui pro assecuratione dotis, obligauit omnia bona sua in forma. Anno 1586. ius illud redimendi fuit uenditum d. Domino Francisco Vento, & pretium vti prætenditur consigna tum creditoribus dictorum hæredum, superuenientib. verò alijs creditoribus, qui dictum Ventum, uti domus possessorem, molestabant, fuit actum coram Auditore Cameræ contra bona Ascanij fideiussoris defuncti, & in hoc iudicio comparuit Domina Septimia, quæ prætendebat se esse anteriorem respectu repetitionis dotium suarum, &
1 primo loco † fuit per eam deductum, Ascanium fuisse liberatum, ex quo nouatus fuerat per contrahentes prior contractus ratione venditionis pacti de redimendo dictā domum infra decennium, proindenon teneri amplius de euictione: Et pro hac sententia allegabatur *cons. Laurentij ab Oscas. quod est 54. inter consilia Menzar.* vbi in casu, in quo partes uendiderant rem quamdam cum pacto de retrouendendo adiecto fideiussore, deinde conuenerūt de remittendo pacto, & liberè vendendo; respondit fuisse inductam nouationem, & fideiussorem liberatum, nō ob-
2 stante regula *l. fin. C. de nouation.* quia † vbi adest incompatibilitas secundi contractus cum priore, tunc censetur facta nouatio, etiam si id expressè actum non fuit, vt p *Bald. in d. l. vlt. & Dec. & alios, in l. pacta nouissima, C. de pactis. Pat. decis. 290. lib. 2. & pluries fuit in Rota resolutum.* * *facit ad idem Bald. in l. si in mandatoris num. 5. C. de non num.*
3 *pec.* vbi vult, quòd † mutata forma contractus liberetur fideiussor, nisi sit repetitus in nouo contractu, & idem repetit *in l. nouatione, C. de fideiuss. quem sequitur Socin. cons. 62. num. 23. lib. 4. Aretin. cons. 57. col. 2. Natt. cons. 202. n. 1.*
4 Facit prætereà, quia † in casu tantum uenditionis cum pacto de retrouendendo obligauit se fideiussor, qui aliàs nō se obligasset, maximè stante Clausula, Non aliàs, nec alio modo, & quòd deinde effecta fuit eius conditio, cum stante pacto, posset sibi prospicere redimendo domum, quę ve-
5 risimiliter minoris vendita fuit propter pactum, † quod in Rota solet æstimari vsque ad sextam partem pretij;
6 † Clausula verò, Non aliàs, est præcisa, vt per *Bald. post gloss. in l. si quidem, C. de except. Dec. consilio 60. numero 2. et 360. num. 6. Alex. cons. 3. num. 1. lib. 1. Pedem. decis. 165. num. 13. Caputaq. decis. 82. lib. 3. Cassad. decis. 2. numero 6. de simon.* His tamen non obstantibus, hæc opinio non placuit Dominis in casu proposito, quia re uera nulla facta est nouatio, neque immutata forma contractus, neque alteratum pretium, neque in aliqua parte à priori contractu recessū,
7 † immò, in contrarium fuit in posteriore contractu apposita Clausula præseruatiua prioris contractus, ad notata per *Ias. in l. lecta, num. 9. in fine, si cert. petat. Grat. cons. 126. numero 80. lib. 1. Natt. cons. 527. num. 4. Gozad. cons. 38. num. 2. cum alijs allegatis per Modern. in decis. Pedemont. nouiss. decis. 126. numero 5.*
8 † quod autem fuerit uenditum illud pactum, non immutat priorem cōtractum; nam illud remanserat in bonis venditoris, qui postea de eo potuit ad

libitum disponere,& illud vendere,neque etiam adest ali
qua incompatibilitas,immo nisi ita à principio contractũ
fuisset,puta si non fuisset reseruatum ius redimendi,nul-
lus fuisset relictus locus secundo contractui; & licet pos-
sit fortasse dici prior contractus reformatus iuxta termi-
nos Doctorum,*in d.l.lecta*,tamen cum hæc reformatio nõ
sit circa substantiam prioris contractus, ille remanet illę-
sus,respicit enim non ipsam venditionem, sed reuocabi-
litatem,vel irreuocabilitatem ipsius, & hoc est ex mente
Baldi in l.pacta nouissima,num.9.& 10. vbi latissimè, C.de
pact. Hoc autem confirmatur ex eo, quòd poterat labi tẽ-
pus datum ad redimendum, hocq; potuit fideiussor præ-
uidere; & tamen non cauit sibi in hunc euentum,quo mi
9 nus remaneret obligatus, † vel dictum pactum vendi po-
tuit vel cedi, cum sit natura sua cessibile etiam in tertiũ,
ad notat.in l.1.§.1 fufructuarius,ubi Las.de noui oper.nunc.
Dec.consilio 164.in fin. Aymo, cons.191. numero4. Ca-
gnol.in l.2. C.de pact.inter empt. & vendit. Neque obstat
10 *cons.Laurentij a Occa.* † ibi enim facta fuerat expressa
nouatio,vt ex themate colligitur; nam recessum fuerat à
priore venditione, & facta de nuuo alia venditio, neque
11 ista est verbalis differentia, immo realis, † longè enim
differunt rem eamdem de nouo uendere, uel aliquid in
priori venditione reseruatum vendere, quod patet ad sen
sum;nam si venditor hanc facultatem alicui tertio vendi-
disset,quis non videt, nullam ex tali contractu oriri posse
prioris nouationem, & potest hoc casu duplex considera-
ri persona emptoris; nempe emptoris domus, & empto-
12 ris pacti,diuersis nempe respectibus.Neque obstat†Clau
sula illa,Non alias,aliter,nec alio modo,quia respicit prin
cipium alienationis, scilicet,vt non censeatur vendita do-
13 mus purè & simpliciter, sed cum illa reseruatione † quæ
cum semel facta fuerit, impleta est ipsius vis & conditio,
sed non habet tractum ad tempus futurum, ita vt sublata
sit facultas venditori alienandi pro libito talem faculta-
tem redimendi; Et considerandum hanc Clausulam prin
cipaliter fuisse ad fauorem venditoris,non autem fideius-
soris adiectam,quæ tamen prodest ipsi fideiussori;sed alia
ratione quàm nouationis, vt mox dicetur. Quare moti
Domini his rationibus, die 10.Decembris proximè præ-
teriti,dixerunt fundamentum illud,quod fiebat super no-
uatione contractus, non satisfacere; ideo ordinarunt, ut
uideretur, An per alienationem facultatis in pacto con-
tentæ, fideiussor saltem ope exceptionis liberatus fuerit
ab interesse,quod inde prouenit,cum haberet pro sua re-
leuatione obligata omnia bona venditoris,inter quæ repe
14 riebatur hæc facultas redimendi: † Et fuit per Dominos
conclusum,liberatum fuisse fideiussorem ob facultatis re-
dimendi remissionem factam emptori, vsque ad concur-
rentem quantitatem præiudicij illati fideiussori ob huius-
modi alienationem: Nam cum fideiusserit cum hoc pa-
cto,quod sibi erat vtile,& sine quo fortè non fideiussisset,
vt in simili tradunt *Socin.in l.1.§.sed & si,n.9.& Alex. n.*
5.vbi etiam Alciat.de verb.obligat. & contrahentes fa-
cto suo eius conditionem deteriorem fecerint, quod iure
fieri non potest,vt per *Socin.cons.62.n.23.lib.4.* consonum
vr ęquitati,vt pro concurrente valore huius facultatis suc
curratur fideiussori,*per regul.l.uendicantem,de euict.* Nec
obstat, quod prætenditur pretium dictæ facultatis fuisse
solutum anterioribus creditoribus, quia æstimandus est
valor dictæ facultatis,quanti vendi potuisset,vt id totum,
quod pluris æstimabitur,cedat in vtilitatem Dominæ Se-
ptimię,cui ad instar secundi creditoris competeret ius of-
ferendi. Nec obstat postremo lapsum esse tempus datum
ad redimendum, quia cum ante eius lapsum fuerit illatũ
præiudicium,statim orta est exceptio ad fauorem fideius-
soris,quæ hoc tempore tolli nõ potuit; vltra quòd adsunt
etiam protestationes allegatæ, quibus præseruatum cen-
setur ius ipsius. Et ita conclusum.

* *In nouatione prout in Romana pretij domus de Palellis. 13.Ianuarij 1578.coram S.D.N.Clem.VIII. tunc Rotę Audit. quę in impr. diuers.nouis.est 456 par.1.In liberatione verò prout in Romana Societatis scutorum 200.25.Iun.1572. coram bon.mem. Robust. quę est in impres.diuers.567.par.1.*

Thelesina Beneficij.
Die Lunæ 31. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad retinenda plura beneficia sub eodem tecto,*
narrata in gratia iustificari debet.
2 *Duo beneficia difformia sub eodem tecto retineri possunt*
ex dispensatione Ordinarij.
3 *De cura habitu tantum debet fieri mentio in gratia.*
4 *In iustificatione gratiæ est probanda publicatio resigna-*
tionis.
5 *Idem iudicatur de eo,qui impetrat beneficium ob non pu-*
blicationem,quod de eo,qui primus impetrauit ex cau-
sa resignationis.

DECISIO MLXIV.

Domini restrinxerunt se ad iustificationem gratię Do
mini Ouidij,cum is teneatur prius suam gratiam iu
stificare,cum aduersarius sit in possessione, & habeat mã-
datum de manutenendo. Circa verò iustificationẽ,omis-
sis multis, quæ partim sunt iustificata, veluti resignatio
Alexij,& habilitates;partim non sunt, veluti valor obten
1 torum, † & dispensatio ad retinenda plura sub eodem te-
2 cto,quæ postquam est narrata debet iustificari, † etiam
quòd possint retineri ex dispensatione Ordinarij, si sunt
difformia: *iuxta notata per glos. in c.1. de consuetud. in 6.*
& ita fuit resolutum ex voto habito à Dominis de Parco,in
causa Iuuenacensi Archipresbyteratus, 26.Iunij 1591.co-
ram R.P.D.meo Pamphilio. Duo fuerunt præcipuè consi-
derata,quæ faciunt,ut gratia sustineri non possit; Primũ
est,quòd narratur beneficia esse sine cura, quod tamẽ non
3 est uerum habitu, † quia erat Parochialis, & parochiani
recesserunt propter incursiones latronum,& de huiusmo
di cura habitu debet fieri mentio,vt per *Card.cons.48.Fe*
lin.in c.postulasti,colum.1. de rescr. Staphil. de stat. & qual.
benef.num.22.Rebuff.de litt.dispen.ration.ætat.in verb.etiã
si cura. Alterum est,quòd Ouidius non docet se publicas-
se hanc suam posteriorem gratiam, quæ cum pendeat à
resignatione prius obtenta,& non publicata,erat ipsa quo
que publicanda,vt expressè cauetur in Constitutione fel.
recor. Gregorij XIII.† Et hoc onus sine dubio incumbit
4 Ouidio,qui nititur hac gratia,& debet docere eam esse
validam,quod sine publicatione fieri nequit ex dispositio
5 ne dictæ constitutionis *in §.illorum uerò*: † Idem enim iu-
dicandum de eo,qui impetrat ob non publicationẽ,quod
de primo impetrante ex causa resignationis, quod pluries
fuit in Rota resolutum.

Romana Hæreditatis.
Die Lunæ 31. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti continuat in hæredem ex dispositione Sta*
tuti absque alia apprehensione.
2 *Possessio instrumentalis sufficit ad quemcumque titulum,*
si non doceatur alium extitisse in possessione tempore
apprehensionis.
3 *Possessio uigore fideicommissi de manu hæredis capi debet;*
aliàs est uitiosa,& nullum parit iuris effectum.
4 *Doctrina Tloti,de qua hic,quando non procedat.*

DECISIO MLXV.

Fvit resolutũ esse dandũ mandatũ de manutenẽdo D.
Tito in bonis per patrem possessis,cũ ab eo fuerit hæ-
res.

res institutus, vti filius legitimus, & de legitimo matrimo
1 nio natus; & cum vigore statuti Vrbis, *lib. 1. c. 147.* † pos-
sessio defuncti continuetur in suos hæredes absque alia
apprehensione; & mandet eus manuteneri, vtique ei de-
betur manutentio, cum sit in quasi possessione legitimita-
tis, *ex allegatis per Tiraq. in tractatu le mort saisit le vif. 6.*
parte 1. declarat. & licet statutum loquatur in suis, sufficit
Tito in hoc iudicio vti talem nominatum à patre, donec
contrarium in petitorio probetur; & eo maximè, quia cō-
stat etiam de ipsius possessione actuali tenutæ Versanæ: ex
quo post obitum Curtij die 2. Iunij 1590. intra duos dies
Titus ex decreto iudicis vigore testamenti fuit immissus
in possessionem tenutæ pro ea parte quam possidebat
Curtius. Neque obstat, quòd hæc possessio sit instrumen-
2 talis, † quia hæc sufficit ad quemcumque effectum; nisi
doceatur alium fuisse tunc temporis in possessione, hoc
autem non ostenditur, cum Curtius viuens posséderit cū
fratribus pro indiuiso, & eo mortuo non constat de alicu-
3 ius apprehensione; † neque apprehendi poterat per fra-
trem vigore fideicommissi, quo casu capienda erat de ma-
nu hæredis, alias esset vitiosa, quę nullum parit iuris effe-
ctum, *l. improba, C. de acquir. poss. & fuit dictum in causa Ro*
mana Pedicæ, coram D. Orioleu. & cessat difficultas stan-
te exactione scutorum quinquaginta pro residuo affictus
depositatorum instante Tito, & solutione debitorum Cur
tij, quorum onus ad Titum hæredem spectabat. Et quan-
tum ad domum, Titus per aliquot dies in ea stetit, &
retinuit mobilia post obitum Curtij. Nec obstat, quòd po
4 stea fuerit domus per fratres inhabitata, & locata, † ita vt
videatur procedere id, quod habetur per *Plotum, qui alios*
citat de in lit. iurand. §. 1. nu. 4. quia Titus nō habuit se pro
spoliato, & allegata per eum non loquuntur in simili sta-
tuto, habet enim hoc statutum expressam prouisionem, vt
filij manuteneantur. Quæ dicuntur de fideicommissu,
erunt examinanda in iudicio petitorio.

Mediolanens. Dominij.
Die Veneris 4. Februarij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus non currit impedito facto partis vel iudicis.*
2 *Terminus nouus ad reprobandum testes non conceditur ei, qui sua culpa & negligentia passus est primum labi.*

DECISIO MLXVI.

FVit dubitatum, an terminus reprobatorius datus Re-
uerendiss. Archiepiscopo fuerit lapsus, & si sic, sit de
nouo concedendus; & Domini censuerunt à die 26. Sep-
tembris 1590. quo fuit perfectum examen monachorum
vsque ad diem 4. Februarij 1593. non currisse tempus ad-
uersus Canonicos, stante compromissu inter partes pen-
dēte, *ex decis. Rot. 2. de dilation. in nou.* sed neque à die 26.
Februarij 1593. quo fuerunt dati articuli vsque ad diem
23. Septembris, quo monachi consenserunt eorum admis-
sioni; quia medio tempore monachi se opposuerunt, &
1 contradixerunt eorum admissioni, & † tempus non currit
impedito facto partis uel iudicis, *Aegid. decis. 418. Saruens.*
de Annal. q. 76. Verall. decis. 235. lib. 1. Crescent. 234. aliàs
5. de except. Vnde difficultas restringitur à die 4. vsque ad
diem 26. quo Canonici fuerunt negligentes, cum tamen
nullum adesset impedimentum partis, immo ipsimet Ca-
nonici postea de mense Septembris iterum consentienti-
bus monachis, ut articuli admitterentur, & deficerēt tan-
tum octo, uel nouem dies ad perficiendum mensem, iam
per eos habitum, de mense Februarij ipsimet protestan-
do nihil fieri propter proximas ferias vindemiarum, prę-
2 stiterunt sibiipsis impedimentum: † Ideo locum habet
stylus Rotæ de quo per *Put. decis. 352. lib. 1. Abb. c. licet*
dilectus. in fin. de testib. Quare conclusum terminum in hac
instantia non esse de nouo concedendum.

Ciuitatens. Iurisdictionis.
Die Veneris 11. Februarij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus visitat Ecclesiam monachorum, in qua cura animarum exercetur, & personas eam exercentes, non obstante quacumque exemptione, & num 4.*
Fallit in ijs locis, in quibus Abbates, & alij superiores regularium, iurisdictionem etiam temporalem in parochianos habent, vt num. 2.
3 *Episcopus propter iuris assistentiam in visitatione manutenri debet.*

DECISIO MLXVII.

FVit resolutum, moderandam esse inhibitionem, ex plu-
ribus: Primo, quia aliàs coram R. P. D. meo Gipsio
probatum fuit, in Diœcesi Ciuitatensi omnem curā resi-
dere penes Episcopum, & consequenter monasterium,
quòd aliàs resolutum fuit non habere parochiam, exerce-
1 re curam nomine Episcopi, qui pro illius exercitio depu-
1 tat vnum ex monachis: Vnde † non pōt Episcopus impedi
ri in visitatione Ecclesię & personarum exercentium curā
quantum ad ea quæ hanc curam & sacramentorum ad-
ministrationem respiciunt: Verum quia super hoc adhuc
pendet causa in Rota indecisa, & res adhuc est dubia sal-
tem respectu Diœcesis, fuit deuentum ad alias rationes:
nam ēt quòd cura resideret penes monasterium stante Con
cilio Tridentino, Episcopus non obstante quacūque exem
ptione, pōt visitare Ecclesiam illi unitam, iuxta formam
c. 7. & seq. sess. 7. & idem, si Ecclesia sit intra locum mona-
sterij, eiq. immineat cura, iuxta formam *c. 11. de regular.*
sess. 25. in quo datur facultas Episcopo visitandi personas
tam Regulares quam sæculares curam animarum exer-
centes in ijs, quæ ad curam & administrationem sacramē-
2 torum pertinent, † nisi versemur in locis, in quibus Abba-
tes, & alij superiores Regularium iurisdictionem ēt tem-
poralem in parochianos habent, quod hoc casu non pro-
batur, nec probari potest, cum Ciuitas in temporalib. Re-
gi in spiritualib. Episcopo subsit. Postremo etiam ex dispo
sitione iuris communis idem esset dicendum, cū non con-
stet de aliqua monachorum exemptione, quia illa, q̄ osten-
ditur Alexādri VI. habet exceptionem in ventre respectu
eorum, quæ ad curam animarum pertinent. Neque docet
de aliqua præscriptione, ideoq. locum habet *c. cum perso-*
3 *næ, de priuileg. in 6.* & † Episcopus est manutenendus, cum
habeat iuris communis assistentiam, vt fuit dictū coram
bon. mem. *D. Bubalo in vna Valentina de Xatina.* Neque
a obstat *decisio in causa Piscien.* a quia ibi constabat de
exemptione, & nihilominus fuit data Præposito facultas
visitandi in his, quæ respiciunt curam cumulatiuè cū Ab-
bate; ita tamen, vt decreta Ordinarij præualeant, ubi da-
tur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas: Et ita cōclu-
sum 20. Octobris præteriti coram R. P. D. meo Penia.
4 † & huic consonat decisio sacræ Congregationis, qua con
tinetur personas & locum visitari posse in ijs, quæ curam
respiciunt; nam hoc quodammodo venit in consequentiā
visitationis personarū, ut inquiratur quomodo conserue-
tur sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica orna-
menta, quod citra visitationē Ecclesiæ fieri non potest. Et
ita conclusum pro moderatione inhibitionis.

a *Piscien. iurisdictionis, coram Illustriss. Card. Platto sub die Veneris 15. Iunij 1591.*

Cracouiens. Canonicatus.
Die Mercurij 9. Martij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Regula de annali intrat etiam in casu intrusionis in beneficio reseruato.*
2 *Ad effectum regulæ de annali non requiritur titulus; secùs est in regula de triennali.*

*quod fuit consideratum in causa Romana deuolutionis domo
rum* *orā* R.P.D. meo Pamphilio, 26. Martij 1590. Et ex
his tolluntur ea, quæ de defectu processus & subreptio-
ne deducuntur; nam donec contrarium probatum fue-
rit, statur sententiæ Commissariorum per spatium uigin
ta annorum obseruatæ. His stantibus, videndum an pro
parte Dominorum beneficiatorum & Capellanorum
contrarium sit concludenter probatum. Capita præcipua
eius probationis, quæ deducunt, sunt ista; qualitas tem-
poris, locationes præcedentes, fructus, & redditus Casa-
lium vicinorum, & venditio Casalis huius de anno 1547.
Quantum ad qualitatem temporis, deducitur Vrbis exci-
dium, pestis præcedens, & sequuta Tiberis inundatio,
4 † quæ reddiderunt tempora adeo calamitosa, vt non po-
tuerit fieri alienatio Ecclesię vtilis hoc tempore, vt consi-
deratum fuit in prima decisione huius causæ coram bon.
b mem. *D. Cantucio,* b *& fuit etiam consideratum in una*
c *Papien. bonorum coram Illustr. Domino Lancellotto,* c *&*
fuit doctrina Cumani, in l. pretia rerum. num. 5. ad leg. Falcid.
& Castrens. cons. 109. col. 1. lib. 2. Verum huic argumento
responsum fuit, Commissarios non habuisse solum respe-
ctum ad tempus contractus, quo Casale locabatur duca-
tis viginti, sed etiam ad tempus pręcedens, ex quo fuit ar
ticulatum, quòd Casale solitum erat locari pro triginta
ducatis, qui articuli respiciunt tempus ante excidium, vt
fuit in hac eadem causa per Dominos consideratum corā
5 eodem *D. Cantuccio 28. Iunii 1578.* † & cum de iure de-
beant iudices Commissarij habere in similibus alienatio
nibus rationem tam præcedentium, quàm instantium, &
futurorum temporum, vt per *Bart. in d. l. pretia rerum. nu.*
2. Alex. num. 10. Cuman. in l. 2. c. 145. C. de rescind. & d.
6 *Afflict. decis. 316. num. 6.* & sicut dictum est † pręsumatur
pro sententia: concludendum est fuisse habitum eum tem
porum respectum, qui haberi debuit: Vnde cum prius lo-
caretur Casale pro affictu triginta ducatorum, satis appa
ret rectè processum, cum dempta sexta parte iuxta dispo-
sitionem *Auth. Perpetua, & ibi Doctor. C. de sacrosanct. Ec
cles. Ias. cons. 54. n. 5. lib. 1.* augmentum fuerit a vigintiquin
que vsque ad quadraginta, quod satis includit euidentem
vtilitatem, etiam habita temporum ratione, cum tunc
longè minoris valoris, & redditus essent Casalia Vrbis et
florentibus temporibus fel. rec. Pauli III. Quātum ad pro-
bationem, quę deducitur ex nonnullis locationibus pręce
dentibus, ea non fuit habita in cōsideratione, quia instru-
menta non fuerunt producta in forma probāti; illa enim,
7 † quæ dicitur anni 1516. habetur in quibusdam libris
Ecclesiæ, qui non faciunt fidem, *ad cons. Alex. 187. lib. 7.*
Felin. in c. ad audientiam, num. 16. in 10. conclus. de prescr pi.
Aymo. de antiq. temp. par. 1. § quid de libro. nec constat, quis
scripserit, neque aliqua probatur effectuatio. Locationem
verò anni 1525. ad nouennium factam ad rationem duca
torum 65. prætérquam quòd hactenus non fuit producta
in forma probanti, nec de effectuatione constat, apparet
8 non fuisse sortitam effectum, cum pendente nouennio fa-
cta fuerit hęc, de qua agitur. † Quantum ad probationē,
quæ deducitur ex fructibus, & redditibus aliorum Casa-
lium vicinorum, ea pendet ex dictis testium: Duo autem
ad hunc effectum sunt probanda, nempè quòd dicta Casa
lia essent paris bonitatis, & quantitatis redditum tempo
re prædictæ alienationis, sed prior qualitas non probatur
9 saltem de illo tempore; maximè cum simus in rebus, qua
rum † valor, & bonitas ex cultura, & alijs qualitatibus faci
le mutari potest: ita ut non possit inferri ex uno tempore
ad aliud, iuxta notata *in l. ex persona, ubi Bald. & Salicet.*
C. de probationib. & licet duo testes videantur velle depo
nere de dicto tempore; tamen unus, qui loquitur de noti
tia Casalis habita per transitum, loquitur a quadraginta
annis citra, & sic contra id, quod dixerat in articulo, per-
cutit annum 1550. magis autem attenditur dictum ad in
terrogatorium, *Caputaq. decis. 420. lib. 1.* & sic restat
vnicus testis, sed & contra vtrumque videtur facere id,

quod tradit *Alexan. cons. 54. num. 4. lib. 6. & fuit dictum co*
d *ram Illustr. Card. Platto in Anconitana de Thomasiis;* d
quòd ex eorum dictis apparet nō esse informatos de qua-
litatib. Casalium. Quantum verò ad probationem dicto-
rum redditum Casalium vicinorum, quæ deducitur ex
instrumentis; nonnulla quę loquuntur de certa summa lo
cationis, non faciunt, ad rem, nisi probetur quantitas di-
ctorum Casalium; quæ verò probant locationem pro pre
tio duorum ducatorum pro singulo rubio, deficiunt non
solum respectu probationis effectuationis, sed etiam ex
eo, quòd non constat de ęquali qualitate, & bonitate cum
Casale, de quo agitur; Ideo vacillandæ essent istę probatio
nes requisitis circumstantijs. Quantum ad venditionem
Casalis factam Iustino anno 1547. ea nihil concludit, cū
fuerit facta de Casali vt libero ab omni solutione cano-
nis, ita ut ex hac non possit sumi certum argumentum.
Præsumptiones, quæ contra alienationem, & confirma-
tionem deducuntur, non fuerunt habitæ in consideratio
ne; præsertim illa, quod venditio fuerit facta à Margano
suis consanguineis, cum non appareat hunc fuisse benefi-
ciatum tempore contractus, licet esset tempore confirma
10 tionis, quæ sequuta est post tres annos, † & cum probatio
Domini Iustini innitatur sententiæ & obseruantiæ trigin
ta annorum, & sententijs Rotalibus, quę transitum fece-
runt in iudicatum, necesse est vt probatio contraria sit ple
na, & concludens, neque sufficit præsumptiua, vt notat
Bart. in l. 2. q. cum alii sequuntur, C. de rescind. uend. & ce-
11 teris † paribus præfertur probatio rei & possessoris, vti
efficacior, vulgatis iuribus. Quare conclusum, hanc pro
bationem non sufficere, nisi coadiuuetur.

* *Sub die 14. Octobris 1580 coram bon. mem. D. Cantuccio, qua licet ab eo minimè fuerit extensa, fuit tamen reuocatoria alterius decisionis ab eo prius factæ sub die Lunæ 10. Martij 1578. quæ habetur in impress. diuers. nouiss. 65. p. 2. in qua dictum fuerat, alienationē fuisse nullam; & quia per incuriam partium causa tunc temporis remansit indefensa, & decisio fundata erat super facto erroneo, propterea iterum reproposita causa super eisdem, sub die 28. Iunij eiusdem anni, ut in impr. diuers. d. p. 2. decis. 78. & tunc nihil fuerit resolutum, fuit tertio ab eodem Lancetano dubium repropositum sub dicta die 14 Octob. 1580. qua die causa per omnes diligenter discussa, à prædicta decis. 65. diuers. recessum fuit, & decisio sub dicta die 14 Octob ad præsens confirmatur.*

a *In Senogallien. Prædij, seu spolij 10. Decemb. 1568.*
b *Sub die 10. Mar. 1578. sub num. 12.*
c *Sub die 28. Aprilis 1578.*
d *In Anconitana terrarum, 21. Aprilis 1589.*

Romana Pecuniaria, seu Pręcodij.
Die Lunæ 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria non datur contra possidentem.*
2 *Non possidens non tenetur possessorem indicare.*
3 *Anterior creditor non pōt auocare pecunias exactas per secundum creditorem; secus tamen est, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia.*
Item secus est, quando solutio fit per decoctum, & non superest vnde satisfiat anteriori, ut num. 4.
5 *Emptor, qui est creditor venditoris, potest suum creditum excomputare in pretio rei emptæ, & perinde est, ac si pecuniam emptori numerauerit.*

DECISIO MLXXIIII.

FVit resolutum sententiam Auditoris Cameræ esse con
1 firmandam, † non quidem ex eo capite, quòd Petrus
Marcus possit agere hypothecaria contra Dominos de
Caualcantibus, tamquam emptores pręcodij, quia defi-
2 cit extremum possessionis, cum illud non possideant, † nec
teneantur indicare possessorem, hoc enim in iure cautum
non reperitur, neque dici potest resolutum contractum
emptionis,

emptionis; & ideo competere personalem actionem ad
restitutionem pretij, *iuxta notata per Bald. in c. dilect. 5, il 2. in fine, de rescript. Franc. in c. dilecto, n. 37. de appell.* quia
hic nulla adest resolutio contractus, sed tantum fuit reso-
* lutum *coram R. P. D. meo Pamphilio* * consensum Petri
ei non præiudicasse, quo minus pro suo credito agere pos-
sit, cum pecuniæ promissæ non extitissent; sed ex eo fuit re
3 solutum pro confirmatione, quia licet regula sit, quòd †
anterior creditor nō potest auocare pecunias exactas per
secundum creditorem, *vt per Afflic. decis. 190. Capic. dec. 78. Alex. cons. 17. lib. 1. Paleott. dec. 195. Cephal. consil. 155.*
a *num. 7. lib. 4. cum simil b.* a Nihilominus non procedit,
quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum
diligentia, & tamen fuit posteriori gratificatum, tunc e-
nim anterior potest pecuniam solutam auocare, *Iacob. de Arena, in l. pupillus, quæ in fraud. credit. Castr. cons. 446. nu. 3. par. 1. Thesaur. de Inuentar. parte 5. n. 148. Addit. ad d. de-*
4 *cis. Afflic. 190.* † Fallit etiam prædicta regula, quando
solutio fit per decoctum, & nō superest vnde satisfiat an-
teriori creditori, *Cephal. cons. 86. num. 3. & 12. Addit. ad di-ctam decis. Afflicti, & fuit resolutum in Romana pecunia-ria sub die 29. Nouembris 1593 coram* R. P. D. *Penia*. Nec
obstat, quòd dicitur pecunias non peruenisse ad manus
5 Dominorum de Caualcantibus, † quia, cum essent cre-
ditores Cæsaris, & emerint prædium computato in pre-
tium credito, perinde est, ac si eis pecunia numerata fuis-
set, id enim totum censetur breui manu factum. Et ita
conclusum.

* *Sub die Veneris 15. Febr. anni præteriti.*

a *Gramat. q. 1. Paris. cons. 69. lib. 4. Couarr. practicab. question. c. 29. num. 2.*

Valentina Capellæ.
Die Lunæ 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis præsumitur constructa ex oblationibus parochianorum.*

2 *Actus præsumitur factus ab eo, cuius interest illum fieri.*

3 *Testes de auditu ab ipsis partibus non probant.*

4 *Testis de fama deponens per verba præsentis temporis non probat.*

5 *Insignia posita in Capella solent facere argumentum fundatoris illius.*

6 *Ornamenta Ecclesiæ cum insignibus non inferunt Ecclesiæ seu Capellæ constructionem ab eo factam, cuius sunt insignia; sed tantum operantur, quòd ille possit dici de benefactoribus.*

7 *De præsenti ad præteritum argui non potest in his, quorum facies est tempore mutabilis.*

DECISIO MLXXV.

* Domini steterunt in decisis, * nempè, intentionem
beneficiatorum super fabrica Capellæ maioris sa-
1 tis fundatam esse; Primò, † quia Ecclesia parochialis præ-
sumitur constructa ex oblationibus parochianorum, *Rue-ch. de iure patr. in verbo, construxit, num. 18. Lambertin. lib. 1. part. 2. quæst. 11. art. 7. num. 2.* & facit vulgaris regula;
2 quòd † actus præsumitur factus ab eo, cuius interest il-
lum fieri, *l. fin. C. de alim. pupil. præst. Bart. in l. cum seruus, de verb. oblig.* Secundò, ista præsumptio est valdè admini-
culata ex pluribus scripturis deductis in alia positione, ex
quibus constat extensionem Ecclesiæ versus altare maius,
fuisse procuratam per operarios Ecclesiæ subministran-
tibus parochianis eleemosynas, & ad hunc effectum ob-
tenta licentia à Rege, fuisse emptas domos contiguas ad
effectum illam ampliandi, & ex libris Ecclesiæ constat
fuisse à parochianis plures eleemosynas pro fabrica colla-
tas. Non obstant deducta in contrarium, nam quantum
3 ad testes de auditu, † ij non probant, nam præterquam
quod multi eorum sunt ex Confratribus Panniparatorū,
omnes ferè deponunt de auditu ab ipsis Panniparatori-
bus, & licet subdant & ab alijs personis interrogati, vel di-
cunt se non recordari, vel eosdem Confratres nominant;
4 † Nec etiam probant famam, quia vnus loquitur per ver-
ba præsentis temporis, alius verò de auditu publico à Cō-
fratribus; & tamen fama est eius naturæ, vt à plurib. pro-
5 bari facillimè possit. † Non obstant insignia, ex quibus so-
let capi argumentum fundationis; *vt fuit dictum in causa Hispalensi de las Cuenas, coram* R. P. D. *meo Pamphilio*;
quia ea pertinent ad duas Capellas positas à latere Alta-
ris maioris, quæ sunt Confraternitatis, & non controuer-
tuntur; Alia verò insignia, exceptis quibusdam vitreis re-
spiciunt Ecclesiam non autem Confraternitatem. Non
obstant celebrationes festiuitatum in quibus interueniūt
Officiales Confraternitatis, quia ex illis non arguitur ius
in Capella maiori, cum fierent ratione Capellarum vici-
narum in die inuocationis illarum, nempe Sanctissimæ
Trinitatis, & Sancti Michaelis Archangeli, non autem ra-
tione Altaris maioris Sanctorum Petri, & Nicolai; in quo-
rum festiuitatibus Confratres nihil habent agere, quod
clarè ostendit in eo nullum ius eis competere. Non obstat,
quòd festiuitates celebrentur in ambitu Capellæ maio-
ris, quia hoc fit ratione maioris commoditatis ob angu-
stiam Capellarum, in quibus non poterat commode ap-
6 poni tumulus. Non obstant † ornamenta Ecclesiæ cum
insignibus Confraternitatis, quia ex hoc non infertur ad
constructionem Ecclesiæ, sed tantum dici possunt bene-
factores; maximè cum inseruiant pro festiuitatibus Con-
fratrum: & idem dicendum de anniuersarijs institutis à
Confraternitate, quia nihil commune habent cum con-
structione Ecclesiæ siue altaris maioris, Non obstat, quod
dicitur de Cœmeterio, nempè, quòd esset positum in alia
parte, quàm ea, in qua Ecclesia fuit, emptis domibus am-
pliata, quia poterat eo tempore Cœmeterium se extende-
7 re vsque ad dictas domos, † nec potest argui de præsenti
in præteritum in his, quorum facies est tempore mutabi-
lis, & præfata optime coadiuuantur ex instrumento an-
ni 1411. ex quo constat operarios Ecclesiæ plurimum la-
borasse pro constructione capitis Altaris, quæ res exclu-
dit constructionem prætensam Confraternitatis. Facit
etiam liber Ecclesiæ de anno 1455. ex quo apparet ad co
hortationem Prædicatorum multas collatas fuisse elee-
mosynas pro fabricæ perfectione. Quæ dicuntur de effe-
ctu, particulariter discutientur.

* *Sub die 8. Nouembris anni præteriti.*

Parmens. Status.
Die Lunæ 16. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio testis, quòd non intendit primo examini contradicere, operatur, vt non sit ei fides adhibenda; nisi exhibito priori examine.*

2 *Testis protestans, quòd non intendit primo examini contradicere, nō potest redargui de falso; nisi primum examen producatur.*

3 *Testis pauper ob solam paupertatem non reijcitur, nisi alia concurrant.*

4 *Testis inimicus repellitur, nec attenditur, an causa inimicitiæ sit iusta, vel iniusta.*

5 *Ex lite super omnibus bonis vel magna quantitate, aut super re notabili oritur inimicitia capitalis.*

6 *Depositio super ijs, quæ testis vidit, cum esset quinque vel sex annorum, est inuerisimilis.*

DE-

*quod fuit consideratum in causa Romana deuolutionis domo
rum coram* R.P.D. meo Pamphilio, 26. Martij 1590. Et ex
his tolluntur ea, quæ de defectu processus & subreptio-
ne deducuntur; nam donec contrarium probatum fue-
rit, statur sententiæ Commissariorum per spatium trigin
ta annorum obseruatæ. His stantibus, videndum an pro
parte Dominorum beneficiatorum & Capellanorum
contrarium sit concludenter probatum. Capita præcipua
eius probationis, quæ deducunt, sunt ista; qualitas tem-
poris, locationes præcedentes, fructus, & redditus Casa-
lium vicinorum, & venditio Casalis huius de anno 1547.
Quantum ad qualitatem temporis, deducitur Vrbis exci-
dium, pestis præcedens, & sequuta Tiberis inundatio,
4 † quæ reddiderunt tempora adeo calamitosa, vt non po-
tuerit fieri alienatio Ecclesię vtilis hoc tempore, vt consi-
deratum fuit in prima decisione huius causæ coram bon.
b mem. *D. Cantuccio,* b *& fuit etiam consideratum in una*
c *Papien. bonorum coram Illustr. Domino Lancellotto,* c *&
fuit doctrina Cuman. in l. pretia rerum. num. 5. ad leg. Falcid.
& Castrens. cons. 109. col. 1. lib. 2.* Verum huic argumento
responsum fuit, Commissarios non habuisse solum respe-
ctum ad tempus contractus, quo Casale locabatur duca-
tis viginti, sed etiam ad tempus præcedens, ex quo fuit ar
ticulatum, quod Casale solitum erat locari pro triginta
ducatis, qui articuli respiciunt tempus ante excidium, vt
fuit in hac eadem causa per Dominos consideratum corã
5 eodem *D. Cantuccio 28. Iunij 1578.* † & cum de iure de-
beant iudices Commissarij habere in similibus alienatio
nibus rationem tam præcedentium, quàm instantium, &
futurorum temporum, vt per *Bart. in d. l. pretia rerum. nu.
2. Alex. num. 10. Cuman. in l. 2. n. 245. C. de rescind. vend.
6 Afflict. decis. 416. num. 6.* & sicut dictum est † præsumatur
pro sententia: concludendum est fuisse habitum eum tem
porum respectum, qui haberi debuit: Vnde cum prius lo-
caretur Casale pro affictu triginta ducatorum, satis appa
ret rectè processum, cum dempta sexta parte iuxta dispo-
sitionem *Auth. Perpetua, & ibi Doctor. C. de sacrosanct. Ec
cles. Ias. cons. 54. n. 5. lib. 1.* augmentum fuerit a vigintiquin
que vsque ad quadraginta, quod satis includit euidentem
vtilitatem, etiam habita temporum ratione, cum tunc
longè minoris valoris, & redditus essent Casalia Vrbis et
florentibus temporibus fel. rec. Pauli III. Quãtum ad pro-
bationem, quę deducitur ex nonnullis locationibus præce
dentibus, ea non fuit habita in cõsideratione, quia instru-
menta non fuerunt producta in forma probanti; illa enim,
7 † quæ dicitur anni 1520. habetur in quibusdam libris
Ecclesiæ, qui non faciunt fidem, *ad cons. Alex. 187. lib. 7.
Felin. in c. ad audientiam, num. 16. in 10. conclus. de præscr pt.
Aymo. de antiq. temp. par. 1. §. quid de libro.* nec constat, quis
scripserit; neque aliqua probatur effectuatio: Locationem
vero anni 1525. ad nouennium factam ad rationem duca
torum 65. præterquam quòd hactenus non fuit producta
in forma probanti, nec de effectuatione constat, apparet
non fuisse sortitam effectum, cum pendente nouennio fa-
8 cta fuerit hęc, de qua agitur. † Quantum ad probationē,
quæ deducitur ex fructibus, & redditibus aliorum Casa-
lium vicinorum, ea pendet ex dictis testium: Duo autem
ad hunc effectum sunt probanda, nempè quòd dicta Casa
lia essent paris bonitatis, & quantitatis redditiuum tempo
re prædictæ alienationis, sed prior qualitas non probatur
saltem de illo tempore, maximè cum simus in rebus, qua
9 rum † valor, & bonitas ex cultura, & alijs qualitatibus faci
le mutari potest: ita ut non possit inferri ex uno tempore
ad aliud, iuxta notata *in l. ex persona, ubi Bald. & Salicet.
C. de probationib.* & licet duo testes videantur velle depo
nere de dicto tempore; tamen unus, qui loquitur de noti
tia Casalis habita per transitum, loquitur a quadraginta
annis citra, & sic contra id, quod dixerat in articulo, per-
cutit annum 1550. magis autem attenditur dictum ad in
terrogatorium, *Capitaq. decis. 420. lib. 1.* & sic restat
vnicus testis, sed & contra vtrumque videtur facere id,
quod tradit *Alexan. cons. 54. num. 4. lib. 6. & fuit dictum co
d ram Illustr. Card. Plato in Anconitana de Thomasiis;* d
quòd ex eorum dictis apparet nõ esse informatos de qua-
litatib. Casalium. Quantum verò ad probationem dicto-
rum redditium Casalium vicinorum, quæ deducitur ex
instrumentis; nonnulla quę loquuntur de certa summa lo
cationis, non faciunt ad rem, nisi probetur quantitas di-
ctorum Casalium; quæ verò probant locationem pro pre
tio duorum ducatorum pro singulo rubio, deficiunt non
solum respectu probationis effectuationis, sed etiam ex
eo, quòd non constat de ęquali qualitate, & bonitate cum
Casale, de quo agitur; ideò vallandæ essent istę probatio
nes requisitis circumstantijs. Quantum ad venditionem
Casalis factam Iustino anno 1547. ea nihil concludit, cũ
fuerit facta de Casali vti libero ab omni solutione cano-
nis, ita ut ex hac non possit sumi certum argumentum.
Præsumptiones, quæ contra alienationem, & confirma-
tionem deducuntur, non fuerunt habitæ in consideratio
ne; præsertim illa, quod venditio fuerit facta à Margano
suis consanguineis, cum non appareat hunc fuisse bene fi-
ciatum tempore contractus, licet esset tempore confirma
10 tionis, quæ sequuta est post tres annos, † & cum probatio
Domini Iustini iuuatur sententiæ & obseruantiæ trigin
ta annorum, & sententijs Rotalibus, quę transitum fece-
runt in iudicatum, necesse est vt probatio contraria sit ple
na, & concludens, neque sufficit præsumptiua, vt notat
Bart. in l. 2. q. em alij sequuntur, C. de rescind. uend. & ce-
11 teris † paribus præfertur probatio rei & possessoris, vti
efficacior, vulgatis iuribus. Quare conclusum, hanc pro
bationem non sufficere, nisi coadiuuetur.

* *Sub die 14. Octobris 1580 coram bon. mem. D. Cantuccio, quæ licet ab eo minimè fuerit extensa: fuit tamen reuocatoria alterius decisionis ab eo prius factæ sub die Lunæ 10. Martij 1578. quæ habetur in impress. diuers. nouiss. 65. p. 2. in qua dictum fuerat, alienationē fuisse nullam; & quia per incuriam partium causa tunc temporis remansit indefensa, & decisio fundata erat super facto erroneo, propterea iterum reproposita causa super eisdem, sub die 28. Iunij eiusdem anni, ut in impr. diuers. d. p. 2. decis. 78. & tunc nihil fuerit resolutum, fuit tertio ab eodem Lauretano dubium repropositum sub dicta die 14. Octob. 1580. qua die causa per omnes diligenter discussa, à prædicta decis. 65. diuers. recessum fuit, & decisio sub dicta die 14. Octob. ad præsens confirmatur.*

a *In Senogallien. Prado, seu Spolij 10. Decemb. 1568.*
b *Sub die 10. Mar. 1578. sub num. 12.*
c *Sub die 28. Aprilis 1578.*
d *In Anconitana terrarum, 21. Aprilis 1589.*

Romana Pecuniaria, seu Pręcodij.
Die Lunæ 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria non datur contra possidentem.*
2 *Non possidens non tenetur possessorem indicare.*
3 *Anterior creditor non põt auocare pecunias exactas per secundum creditorem; secùs tamen est, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia.*
Item secùs est, quando solutio fit per decoctum, & non superest vnde satisfiat anteriori, ut num. 4.
5 *Emptor, qui est creditor venditoris, potest suum creditum excomputare in pretio rei emptæ, & perinde est, ac si pecuniam emptori numerauerit.*

DECISIO MLXXIIII.

FVit resolutum sententiam Auditoris Cameræ esse con
1 firmandam, † non quidem ex eo capite, quod Petrus
Marcus possit agere hypothecaria contra Dominos de
Caualcantibus, tamquam emptores pręcodij, quia defi-
2 cit extremum possessionis, cum illud non possideant, † nec
teneantur indicare possessorem, hoc enim in iure cautum
non reperitur, neque dici potest resolutum contractum
emptionis,

emptionis; & ideo competere personalem actionem ad restitutionem pretij, iuxta notata per Bald. in l. vlt. §. il 2. in fi. e. de rescript. Franc. in c. dilecto, n. 7. de appell. qui hic nulla adest resolutio contractus, sed tantum fuit resolutum coram R. P. D. meo Tamphilio * consensum Petri ei non praeiudicasse, quo minus pro suo credito agere possit, cum pecuniae promissae non extiterit; sed ex eo fuit re-
3 solutum pro confirmatione, quia licet regula sit, quòd † anterior creditor nō potest auocare pecunias exactas per secundum creditorem, l. 1. per Afflic. decis. 190. Capic. dec. 78. Alex. cons. 17. lib. 1. Paleott. dec. 195. Cephal. consil. 155. num. 7. lib. 4. cum simil. b. a Nihilominus non procedit, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen fuit posteriori gratificatum, tunc enim anterior potest pecuniam solutam auocare, Iacob. de Arena, in l. pupillus, quae in fraud. credit. Castr. cons. 446. nu. 3. par. 1. Theaut. de Inuentar. parte 5. n. 148. Addit. ad. de-
4 cis. Afflic. 190. † Fallit etiam praedicta regula, quando solutio fit per decoctum, & nō superest vnde satisfiat anteriori creditori, Cephal. cons. 86. num. 3. & 12. Addit. ad dictam decis. Afflicti, & fuit resolutum in Romana pecuniaria sub die 29. Nouembris 1593 coram R. P. D. Penia. Nec obstat, quòd dicitur pecunias non peruenisse ad manus
5 Dominorum de Caualcantibus, † quia, cum essent creditores Caesaris, & emerint praedictum computato in pretium credito, perinde est, ac si eis pecunia numerata fuisset, id enim totum censetur breui manu factum. Et ita conclusum.

* Sub die Veneris 15. Febr. anni praeteriti.

a Grammat. q. 1. Paris. cons. 69. lib. 4. Couarr. practicab. question. c. 19. num. 2.

Valentina Capellae.
Die Lunae 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis praesumitur constructa ex oblationibus parochianorum.*
2 *Actus praesumitur factus ab eo, cuius interest illum fieri.*
3 *Testes de auditu ab ipsis partibus non probant.*
4 *Testis de fama deponens per verba praesentis temporis non probat.*
5 *Insignia posita in Capella solent facere argumentum fundatoris illius.*
6 *Ornamenta Ecclesiae cum insignibus non inferunt Ecclesiae seu Capellae constructionem ab eo factam, cuius sunt insignia; sed tantum operantur, quod ille possit dici de benefactoribus.*
7 *De praesenti ad praeteritum argui non potest in his, quorum facies est tempore mutabilis.*

DECISIO MLXXV.

* Domini steterunt in decisis, * nempè, intentionem beneficiatorum super fabrica Capellae maioris fa-
1 ris fundatam esse; Primò, † quia Ecclesia parochialis praesumitur constructa ex oblationibus parochianorum, Rocch. de iure patr. in verbo, construxit, num. 18. Lambertin. lib. 1. part. 2. quaest. 11. art. 7. num. 2. & facit vulgaris regula;
2 quòd † actus praesumitur factus ab eo, cuius interest illum fieri, l. fin. C. de alim. pupil. praest. Bart. in l. cum seruus, de verb. oblig. Secundò, ista praesumptio est valdè adminiculata ex pluribus scripturis deductis in alia positione, ex quibus constat extensionem Ecclesiae versus altare maius fuisse procuratam per operarios Ecclesiae subministrantibus parochianis eleemosynas, & ad hunc effectum obtenta licentia à Rege, fuisse emptas domos contiguas ad effectum illam ampliandi, & ex libris Ecclesiae constat fuisse à parochianis plures eleemosynas pro fabrica collatas. Non obstant deducta in contrarium, nam quantum
3 ad testes de auditu, † ij non probant, nam praeterquam quòd multi eorum sunt ex Confratribus Pannipatatorū, omnes ferè deponunt de auditu ab ipsis Pannipatatoribus, & licet subdant & ab alijs personis interrogati, vel dicunt se non recordari, vel eosdem Confratres nominant;
4 † Nec etiam probant famam, quia vnus loquitur per verba praesentis temporis, alius verò de auditu pul. li. o à Cōfratribus; & tamen fama est eius naturae, vt à plurib. pro-
5 bari facillimè possit. † Non obstant insignia, ex quibus solet capi argumentum fundationis, vt fuit dictum in causa Hispalensi de las Cuevas, coram R. P. D. meo Pamphilio; quia ea pertinent ad duas Capellas positas a latere Altaris maioris, quae sunt Confraternitatis, & non controuertuntur; Alia verò insignia, exceptis quibusdam vitreis respiciunt Ecclesiam non autem Confraternitatem. Non obstant celebrationes festiuitatum, in quibus interueniūt Officiales Confraternitatis, quia ex illis non arguitur ius in Capella maiori, cum fierent ratione Capellarum vicinarum in die inuocationis illarum, nempe Sanctissimae Trinitatis, & Sancti Michaelis Archangeli, non autem ratione Altaris maioris Sāctorum Petri, & Nicolai; in quorum festiuitatibus Confratres nihil habent agere, quod clarè ostendit in eo nullum ius eis competere. Non obstat, quòd festiuitates celebrentur in ambitu Capellae maioris, quia hoc fit ratione maioris commoditatis ob angu-
6 stiam Capellarum, in quibus non poterat commodè apponi tumulus. Non obstant † ornamenta Ecclesiae cum insignibus Confraternitatis, quia ex hoc non infertur ad constructionem Ecclesiae, sed tantum dici possunt benefactores; maximè cum inseruiant pro festiuitatibus Confratrum: & idem dicendum de anniuersarijs institutis à Confraternitate, quia nihil commune habent cum constructione Ecclesiae siue altaris maioris, Non obstat, quod dicitur de Coemeterio, nempè, quòd esset positum in alia parte, quàm ea, in qua Ecclesia fuit, emptis domibus ampliata, quia poterat eo tempore Coemeterium se extende-
7 re vsque ad dictas domos, † nec potest argui de praesenti ad praeteritum in his, quorum facies est tempore mutabilis, & praesata optimè coadiuuantur ex instrumento anni 1411. ex quo constat operarios Ecclesiae plurimum laborasse pro constructione capitis Altaris, quae res excludit constructionem praetensam Confraternitatis. Facit etiam liber Ecclesiae de anno 1455. ex quo apparet ad cohortationem Praedicatorum multas collatas fuisse eleemosynas pro fabricae perfectione. Quae dicuntur de effectu, particulariter discutientur.

* Sub die 8. Nouembris anni praeteriti.

Parmens. Status.
Die Lunae 16. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio testis, quòd non intendit primo examini contradicere, operatur, vt non sit ei fides adhibenda; nisi exhibito priori examine.*
2 *Testis protestans, quòd non intendit primo examini contradicere, nō potest redargui de falso; nisi primum examen producatur.*
3 *Testis pauper ob solam paupertatem non reijcitur, nisi alia concurrant.*
4 *Testis inimicus repellitur, nec attenditur, an causa inimicitia sit iusta, vel iniusta.*
5 *Ex lite super omnibus bonis vel magna quantitate, aut super re notabili oritur inimicitia capitalis.*
6 *Depositio super ijs, quae testis vidit, cum esset quinque vel sex annorum, est inuerisimilis.*

DE-

DECISIO MLXXVI.

* Domini steterunt in decisis; * nam quantum ad Car-
1 linum, protestatio per eum facta operatur, vt non sit ei fides adhibenda, nisi exhibito priori examine ad effectum iuris, vt sciri possit an secundum dictum sit conforme vel contrarium priori, *ad doctrinam Baldi, in l. 1. C. de*
2 *Episc. & cler.* † aliàs non posset testis redargui de falso, cum claré appareat eum velle, vt attendatur eius primum dictum, de quo non apparet, nisi producatur. Non obstat, quod idem testis subdit, quòd de his, de quibus interrogabitur, respondebit, quid sciat pro veritate, & illud, quod recordabitur, quia ex his non tollitur virtus præcedentis protestationis, per quam non vult in aliquo discedere ab eo, quod dixit in priori examine, vt patet ex eo, quòd non stat in puris terminis protestationis, sed interrogatus dicit, quòd non recordatur de aliquibus, quæ dixerit in eius primo examine, & quòd non vult aliud dicere vltra illud, quod dixit Parmæ, quę verba importare videntur meram relationem, maximè cum dicat, quòd tempore prioris examinis erat melioris memoriæ. Neque obstant allegata in contrarium *ex Bart. in l. eos, de fals. Boer. decis. 168. Menoch. de arbitr. Casu* 109. quia loquuntur in diuersis terminis, videlicet in protestatione facta à teste ad euitandum falsum, quando iudex non vult, vt ei ostendatur primum dictum. Quantum ad exceptionem datam ex capite inimicitiæ, ea satis bene euacuatur per informantes pro Dominis Rangonibus; ideo in ea parte discessum fuit à resolu-
3 tione. Quantum ad Ioannam dictum fuit, quòd † licet sola paupertas non sufficiat ad repellendum testem; tamen
4 aliis concurrentibus in totum repellitur; † constat enim de causa odii ob demolitionem domus, nec attenditur causa facti, an sit iusta, vel iniusta, sed factum ipsum; cum
5 Doctores dicant † oriri capitales inimicitias, cum quis mouet alteri quæstionem super omnibus bonis, vel super magna quantitate, vel re notabili, *Bart. in l. 3. de testibus. Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 23. de quæst. Io. de Anan. in*
6 *cap. cum oporteat, num. 6. de accusationib.* † Præterea, deponit de iis, quæ vidit cum esset quinque vel sex annorum, quod est valde inuerisimile; Ideo conclusum, standum in decisis.

* *Sub die Lunæ 14. Martij proximè præteriti.*

Ciuitatis Castelli Bonorum.
Die Veneris 20. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta antiquissima non indigent recognitione.*
2 *Catasta, si non sint custodita ab Officiali publico, non faciunt fidem contra tertium; iuncta tamen eum aliis, faciunt adminiculum.*
3 *Ex quibus detrahatur fides scripturæ.*

DECISIO MLXXVII.

Fuit resolutum iura extracta vigore vltimarum compulsorialium esse in forma probanti, & similiter protocollum, in quo extant instrumenta anni 1323. & 1324.
1 † cum sint antiquissima, & non indigeant recognitione, *Put. 156. lib. 1. & 9. de fide instr. Ant. Aug. eod. tit. §. communia, de fide instr. num. 16.* idem dicendum de instrumento
2 locationis anni 1356. † Quantum verò ad Catasta, si fuissent bene custodita ab officiali publico, facerent fidem, *vt per Socin. cons. 205. col. 2. lib. 2. Afflict. decis. 91. num. 4. & 5.* & licet non faciant fidem plenam contra tertium, *vt tradit Menoch. de arbitr. Casu 91. num. 27.* faciunt tamen
3 coniuncta cum aliis adminiculum. † Verum in casu isto Domini dixerunt multa eis obstare, quo minus fidem faciant; Primum est, quia in multis partitis multa alia bona confinantur cum bonis Sancti Donati, & tamen in partita ponitur tantum vna petia terræ, quæ non videtur posse cum tot aliis confinare: Secundum est, quòd deest folium 321. in quo dicuntur fuisse descripta alia bona Sancti Donati, vt patet ex duabus adnotationibus marginalibus ad dictum folium se referentibus: Tertium est, quòd adsunt complures rasuræ in locis, in quibus fit mentio dictorum bonorum, ex quo resultat, quòd apparet ex his, & ad oculum, librum prædictum fuisse malè tentum, & diuersis personis particularibus accommodatum, & multa diuersa manu scripta: Quartum est respectu Catasti noui, quod colligitur esse copiatum à Catasto veteri, non habita ratione eorum, qui tunc temporis possidebant; cum eo tempore, quo fuit confectum, bona descripta in partita Abbatiæ, essent possessa per Ecclesiam Sancti Donati, & his non fuit plenè satisfactum per informantes, licet aliis obiectionibus bene responderint. Quare conclusum, Catastis fidem non esse adhibendam; Ceteras verò scripturas esse in forma probanti.

Tudertina Beneficij.
Die Lunæ 23. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem vnionis, causa & sollemnitas requiruntur.*
2 *Episcopus habet facultatem vniendi bona vnius beneficij ad aliud.*
3 *Non est necessaria citatio Rectoris obtinentis beneficium, quando vnio debet sortiri effectum post eius obitum.*
4 *Tenuitas fructuum, & paupertas Ecclesiæ, est legitima causa vnionis.*
5 *Beneficia etiam reseruata ob tenuitatem fructuum vigore Sacri Concilij Tridentini vniri possunt seruata forma iuris.*
6 *Beneficium vnitum impetrari non potest; eum per vnionem amittat nomen beneficij, & efficiatur prædium.*
7 *In vnione facienda est mentio reseruationis; quod non procedit in vnione facienda vigore Concilij Tridentini.*

DECISIO MLXXVIII.

1 Fuit resolutum pro validitate vnionis, † cum enim causa & sollemnitas, quę pro validitate requiruntur,
2 *iuxta cons. Oldradi 261.* hic interuenerint, & † Episcopus habeat facultatem vniendi, *c. sicut. de excess. Prælat. c. qui translationem, de off. deleg.* non potest de ea dubitari; interuenit enim consensus Capituli, *Clemen. 2. de reb. Eccles. non alien. Gemin. cons. 87. in princ. Rebuff. super regul. de Vnion. 4. 11.* † neque fuit præiudicatum Rectori beneficium
3 obtinenti, cum ea sortiatur effectum post eius obitum, & ideo non est necessaria eius vocatio, *vt tradunt Doctor. in d. Clem. 2. Rot. decis. vnica de reb. Eccles. non alien. in nou.*
4 † causa verò fuit tenuitas fructuum, & paupertas Ecclesiæ parochialis, *c. exposuisti, vbi Abb. & alij, de præbend. Petr. de Vbald. in tract. de Vnione. 3. nu. 3. Rebuff. vbi supra, num. 41.* & bene per testes probatur hæc paupertas, & ma-
5 ximè sustinetur hæc vnio † stante Concilio Triden. *sess. 21. cap. 5.* vbi datur facultas ob tenuitatem redditum vniendi etiam reseruata, & quòd ibi dicitur seruata forma iuris, intelligitur de consensu Capituli, qui hic adfuit, & hoc declarauit Congregatio in litteris super hoc scriptis. Qui-
6 bus stantibus, non intrat gratia Gerardi; quia † beneficium vnitum non potest impetrari, *Oldrad. cons. 262. Boer. decis. 345. in princ. Rebuff. super d. regul. gloss. 9.* quia amittit per vnionem nomen beneficij, & efficitur prædium. *Rot. 11.*
7 *de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Non obstat, † quòd non fuerit facta mentio reseruationis, quæ solet impedire effectum vnionis, *Rota decis. 4. de reb. Eccl. non alien.* quia ex Conci-

Cõcilio tollitur obiectum, *& fuit dictum in vna Narnien. 23. Maij 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio*, maximè cum procefferit Epiſcopus omni meliori modo, & etiam vti delegatus vigore litterarum Illuſtriſſimi Cardinalis Matthei,

Ceſenaten. Pecuniaria.
Die Lunæ 23. Maij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Frater non tenetur ad debita fratris, ſi vterque ſeorſum habitet; non probata aliqua communicatione lucrorum, & alijs ad communionem requiſitis.*

2 *Litteræ ſcriptæ non inducunt obligationem, maximè ſi ſint ſcriptæ per modum cuiuſdam vrbanæ liberalitatis, potius quàm animo ſe obligandi, vt num. 4. vel ſi ſint ſcriptæ ad eum, qui tunc temporis non erat creditor, vt num. 5.*

3 *Verbum, (volo) iunctum infinito, in actibus inter viuos non importat diſpoſitionem.*

DECISIO MLXXIX.

1 FVit reſolutum † Dominum Annibalem non eſſe obli-
gatum in caſu, de quo agitur; nam quantum ad id,
quod prætenditur inter eum & eius fratrem, cuius eſt
debitum, adfuiſſe ſocietatem omnium bonorum, id non
probatur, maximè cum ſeorſum habitaret vterque, nec
probetur aliqua communicatio lucrorum, neque alia re-
quiſita *per Dec. conſ. 618. num. 2. Alex. conſ. 39. num. 1 lib.
2. cum alijs deductis in cauſa Romana de ... coram
Illuſt. Lancellotto 20. Februarij 1568.* Quantum ad litteras
Annibalis, ex quibus prætenditur eum voluiſſe ſe obliga-
2 ſe, dictum fuit † eas non inducere obligationem, ex pluri-
bus: Primò, quia nihil expreſsè deponunt, ſed tantum oſtē-
dunt animum & inclinationem ſatisfaciendi, præſuppo-
nendo quòd ex bonis fratris ſupereſſet facultas diſſol-
3 uendi æris alieni: Secundò, † verbum (Volo) iunctum
infinito, in actibus inter viuos, non importat diſpoſitio-
nem, *iuxta notata in l. ſerui electione, de leg. 1. cum alijs.*
Tertiò, quia conſiderandu priores, & poſteriores litteras,
4 & earum ſeriem, † videntur potius ſcriptæ per modum
cuiuſdam vrbanæ liberalitatis, quàm animo ſe obligandi,
*Abb. in c. cum venissent, de instit. Corn. conſ. 129. nu. 7. lib. 3.
5 Iaſ. in l. ita ſtipulatus, nu. 5. de verb. oblig.* † Poſtremò, quia
fuerunt ſcriptæ ad Petrum, qui tunc temporis non erat
creditor, *Rot. deciſ. 18. de probat. in antiq. Aymo, de antiq.
temp. parte 4. §. 1. num. 41.* Ex quibus concluſum, Anniba-
lem non eſſe obligatum.

Romana Caſalis Longhezzæ.
Die Veneris 27. Maij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio bonorum Monaſterij ſine interuentu Abbatis, non valet; valet tamen ſi interueniat Prior, qui ſuccedit loco Abbatis eo abſente, & num. 3.*

2 *In conſtitutione procuratoris ad alienandum bona Monaſterij, requiritur eadem ſollemnitas, quæ requiritur in alienatione, alias mandatum redditur nullum.*

4 *Alienatio bonorum Eccleſiæ facta per monachos cum auctoritate Epiſcopi, valet, multo magis facta cum auctoritate Papæ.*

5 *Vbi requiritur conuocatio omnium monachorum in actu, omnes præſumuntur conuocati, ſi de contrario non appareat.*

6 *Beneplacitum Papæ ſupplet omnes defectus, & facit, quòd non requirantur aliæ ſollemnitates, & num. 8.*

7 *Ex lapſu temporis cum obſeruantia ſubſequuta, præſumuntur omnes ſollemnitates etiam extrinſecæ, & beneplacitum Apoſtolicum in alienatione interueniſſe.*

9 *Alienatio in vim pacti de affrancando, eſt neceſſaria non voluntaria.*

DECISIO MLXXX.

FVit dubitatum, An alienatio Caſalis ſuſtineatur, non
obſtante allegato defectu mandati, & pro nullitate
1 deducebatur; Primò, † quia non interuenit Abbas, ſine
quo tam vigore Conſtitutionum, quàm iuris communis,
non poteſt fieri alienatio, *c. cauſam quæ, de iudic. Doctores
2 in c. edoceri, vbi Felin. num. 2. de reſcript.* & † cum in conſti-
tutione procuratoris requiratur eadem ſollemnitas, quæ
requiritur in alienatione, *Dec. conſ. 282. num. 2. cum alijs
* allegatis.* * mandatum reddi nullum; Verum hæc oppo-
3 ſitio reiecta fuit, † ex quo interuenit Prior, qui ſuccede-
bat in locum Abbatis eo abſente: vndè quidquid poterat
explicari per Abbatem, poterat etiam fieri per eum, qui
eſt loco Abbatis, *vt tradit Abb. in d. c. cauſam quæ, num. 9.
propè finem*, quod maximè procedit, ex quo Abbas abſens
fuit conſtitutus procurator, qui ſatis dicitur cōſentiſſe ac-
ceptando mandatum, & procedendo ad illius exequutio-
4 nem: & facit, quòd † alienatio facta per monachos cum
auctoritate Epiſcopi, valet, *Alberic. in Auth. Hoc ius por-
rectum. num. 17. C. de ſacroſanc. Eccleſ.* ergo valebat facta
auctoritate Papæ, bene facit ad rem *Lap. Allegat. 131. vbi
Addit. in littera G.* & constitutiones procedunt Abbate
præſente; quia tunc illa forma impleri poteſt; ſecus eo ab-
ſente, *Faciunt deducta per Natt. conſ. 41. num. 2. & 3.* Non
5 obſtat, quod dicitur, † requiri conuocationem omnium
monachorum, quia præſumuntur omnes conuocati, ſi de
contrario non apparet. Secundò deducitur contrarietas
inter mandatum & eius effectuationem, cum non ſit ſer-
uata forma pacti de affrancando, de quo in inſtrumento
conceſſionis in emphyteuſim factæ de anno 1514. *prout
a fuit reſolutum coram Illuſtriſs. Lancellotto*, a ſed non pla-
cuit hoc obiectum, quia conſenſus non fuit circa ſubſtan-
tiam, ſed circa qualitates, cum reſeruatione beneplaciti
6 Papæ, † quod ſupplet omnes defectus, neque requiruntur
aliæ ſollemnitates, *Abb. conſ. 41. num. 3. libro 1. Dec. conſil.
b 341. num. 12. Roland. conſ. 96. nu. 21. lib. 1.* b & ſic ſuſtine-
tur ex nouo conſenſu approbato à Papa, *l. item liberatur,
§. 1. quib. mod. pign. vel hypoth.* Tertiò opponitur, quòd non
interuenerunt tractatus, qui tam de iure, quàm ex præſcri-
pto regulæ requiruntur, *vt tradunt Io. Andr. & alij citati
c in deciſione vltimo facta.* c & quòd de illis fiat inſtru-
mentum, *vt fuit deductum in cauſa Amerina coram bon.
d mem. Cantuccio* d *diuerſ. 716. lib. 1.* Verum huic obiecto
7 fuit reſponſum, † ex lapſu temporis cum obſeruantia
ſubſequuta, præſumi omnes ſollemnitates etiam extrinſe-
cas, & beneplacitum Apoſtolicum, vt alias latè fuit de-
8 ductum; † e ex quo ceſſant requiſita aliarum ſollemni-
e tatum, vt plures Rota reſoluit, maximè cum non verſe-
9 mur in alienatione voluntaria † ſed neceſſaria, propter
pactum de affrancando, & licet non fuerit ſeruata illa for
ma reſpectu inueſtitionis pecuniarum: tamen non ideo
tollitur neceſſitas alienationis, licet reſpectu qualitatum
modus fuerit in aliquo immutatus, propter monaſterij im
minentes neceſſitates, & æs alienum ab eo contractum:
Verum omnem difficultatem tollere videtur præſumptio
ratificationis, quam quattuor ex Dominis amplectaban-
f tur ex deductis per informantes, f ſed quia alij quattuor
dubitabant, an poſſet præſumi non data obſeruantia, cui
videbantur obſtare proteſtationes allegatæ; ideo fuit or-
dinatum, vt dubitatem præſuppoſitis deciſionibus, &
alijs hinc inde deductis, An conſtet de obſeruantia, quæ
ſuffragetur in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

* *Tradit Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 16. num. 6. verſ. quarto eadem conſtitutio, & ratio eſt: quia qui non poteſt alienare, nec etiam poteſt actum*

...actum fecere per quem alienatio sequi possit, gloss. in l.item quia, ff.de pact. notat. Bart. in l.codicillis, §.matre, ff.de legat.2.

a *In Romana vigintimillium, 28. Ian. 1575. quæ in impress. diuers. nouis est 262.p.2.*

b *Ruini cons.35.nu.22.ad fin. & cons.157.n.3. & nu.25.lib.1. Capic. decis 16.nu.1.propè finem.*

c *Io.Andr.ad Specul.§.sequitur, vers.scias, tit.loc. Bertach.de Episc.p.4.nu.113.uers.38.quaro. Rebuff.in tract. de reb.Eccl. non alien.num.82. Rodoan.eod.tract. de reb.Eccles. non alien.rubr.de tract. num.329.*

d *In Auersana tenimenti, die 15. Febr. & 5.Martij 1582.*

e *Sub diebus 21. Maij & 28. Iun anni præteriti.*

f *Nempe lapsus longi temporis, & obseruantia, ad Iaf.in l.1.num.10. C.qui admitt. Soc cons.46.col.pen.lib.3. Dec.cons.297 num.3.in fin. Gozzad.cons.11.nu.16. Socin.iun.cons.146.n.14.lib.3.*

Romana Hæreditatis.
Die Mercurij 1. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Institutus vti filius, & natus de legitimo matrimonio, debet vtramque qualitatem probare.*

2 *Denominatio hæredis facta in testamento, vti filij legitimi, & de legitimo matrimonio nati, non nocet fideicommissarijs, licet in præiudicium nominantis posset forsan aliquid operari.*

3 *Expositio infantis ad hospitale repugnat legitimæ filiationi.*

4 *Falsitas instrumenti matrimonialis detegit veritatem, an filius sit legitimus, & de legitimo matrimonio natus.*

5 *Tractatus filij vti spurij, & matris vti concubinæ innuit, quòd non sit natus ex legitimo matrimonio.*

DECISIO MLXXXI.

DVbitaui, an constet de tali filiatione, vt Titus possit succedere in bonis, & hæreditate, de qua agitur, & causa vna tantum parte informante proposita; fuit per Dominos resolutum pro negatiua, duo enim sunt per Ti-
1 tum probanda, † & quòd sit filius, & quòd sit natus ex legitimo matrimonio, *ad tradita per Angel. in l.liberorum, num.2. de his qui not.infam. Soc.iun.cons.86. num.54. lib.2. Roland.cons.100.num.19.lib.2.* hanc enim qualitatem Pan rasilea adiecit vocationi, *l.non ignorat, C.qui accus. non poss. Alex.cons.60.lib.2. Iaf.in l.neque professio, nu.3. C.de testam.*
2 Affertur autem ad hoc probandum, † denominatio paterna tantum in testamento, in quo instituit hæredem Titum vt filium legitimum, & de legitimo matrimonio natum, quæ nominatio quidquid operetur in præiudicium nominantis, tamen non nocet fideicommissarijs, *Iaf.consilio 106.numero 2.lib.1. Grat.conf.140. numero 44. libro primo. Natt.473. numero 24. Dec.consilio 343. cum alijs allegatis.* * & contra hanc nominationem plura facere videntur. Primò, quòd non constat de aliquo matrimonio inter Curtium patrem, & Mariam: immo in contrarium adest depositio Meuicæ sororis matris, quæ vti
3 consanguinea verisimiliter est informata. Secundò † adest expositio infantis ad Hospitale Sancti Spiritus, quod
4 repugnat valde legitimæ filiationi. Tertiò † falsitas instrumenti matrimonialis confecti cum antidata, cum sententia desuper lata, quæ res detegit veritatem facti. Quartò
5 adsunt testes deponentes, † quòd ipse met Curtius tractauit Titum uti spurium, Octauus testis, n.26.27.29.& 30. Decimus, num.38.39.& 40. Vndecimus, nu.46. eodemq; modo tractabat Mariam vti famulam, & concubinam, non vti vxorem. Quintò probatur per testes, Curtium fuisse conquestum de testamento materno, vti facto ad excludendum filios suos, quæ omnia faciunt cessare præsumptionem, quæ oritur ex nominatione, maximè iuncta disparitate. Neque obstat, quòd Titus sit in possessione bonorum vigore mandati de manutenendo, quia cum D. Fabius, & fratres, sint vocati ad successionem vigore fi-deicommissi, ita vt de ipsis non possit dubitari, onus probandi qualitates incumbit Tito. Et ita conclusum.

* *Adde Iaf. cons.81. num.2. Grat.cons.158.num.7.lib.2. Rebuff.de nominat. q.1.num.4.*

Cæsaraugustana Exemptionis.
Die Lunæ 13. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Regula de iure quæsito non tollendo habet locum in iure quæsito ex priuilegio.*

2 *Dictio (quomodolibet) includit omne ius etiam minimum.*

3 *Priuilegium obtentum ex causa onerosa, habet vim contractus, cui non est credendum quòd Papa voluerit derogare.*

4 *Ius subiectionis, quòd quis vni tantum, & non pluribus subijciatur, est ius valdè considerabile.*

5 *Habere vnum superiorem magis, quàm alium, dicitur res modici momenti; secus est, si agatur de iure exemptionis Ecclesiæ ab inferiori, & subiectionis soli Papæ.*

9 *Regula de iure quæsito non obstat, vbi constat quòd Papa voluerit præiudicare in iure quæsito.*

7 *Papa in dubio non præsumitur voluisse derogare regulæ de iure quæsito, quibuscumque vtatur verbis, & Clausulis; nisi expressè deroget regulæ, & hoc propter protestationem in regula appositam.*

8 *Clausula, De plenitudine potestatis, licet operetur in tertij præiudicium, non operatur tamen in præiudicium regulæ de iure quæsito.*

9 *Protestatio posita in regula de iure quæsito non toll. tollit consensum, & voluntatem ab actu gerendo, vbi ei non derogatur.*

10 *Gratia quando ex defectu intentionis Papæ corruit, omnes Clausulæ accessoriæ euanescunt.*

DECISIO MLXXXII.

DOmini steterunt in decisis coram R. P. D. meo Orano. * nam † regula de non tollendo iure quæsito ha-
1 bet locum in iure quomodolibet quæsito, etiam ex priuilegio, *iuxta decis. Mohed.81. Sarnens. super regul. de non toll. q.15. circa fin. Gozzad.cons.44.n.22. Rolan.cons.2.n.23.lib.4.*
2 † & dictio (quomodolibet) includit omne ius etiam minimum, *gl. in Clem.2. in verbo (quomodolibet) de sent.excom.*
3 *Paris.cons.18.n.10.lib.1.* quod maximè procedit, † cum priuilegium exemptionis, de quo agitur, fuerit obtentum ex causa onerosa, & sic vti in vim contractus, *c.si Papa, de priuileg. in 6. Felin.in c.nouit, n.8. vers.aut verò priuilegium, de iud.* cui non est censendum Papam voluisse derogare, *Lap.*
4 *allegat.96. Mohed. 350.* Et non est dubitandum † hoc ius esse valde considerabile, quidquid in contrarium deducatur, *vt patet ex c.dilectus, de capell.monach.* cum alijs pluribus iuribus, in quib. hæ magna ratio huius iuris: interest. n. valde vni tantum, & non pluribus subijci, *Felin.in c.dilecti, vers.hominibus inuitis, de maior. & obed. Put.dec.31.in fi.lib.1.* maximè cum adfuisset diuturna lis super exemptione inter Archiepiscopum, & Ecclesiam, quæ præbuit iustā occasionem fel.rec. Sixto V. concedendi hoc priuilegium.
5 Non obstat, quod † habere vnum superiorem magis quàm alium, sit res modici momenti, *iuxta decis.allegatam in causa*
a *sa Legionensi. a* quia in illa causa agebatur de parochianis, quorum non valde intererat, An Ordinarius, vel Archidiaconus haberet cognitionē certarū causarum; hic verò agitur de eximenda Ecclesia ab inferiori, & subijciēdo eam soli Papæ, quod est ius, vt dictū est, valde considerabile, & contrariū dicere est cōtra omnes loquentes in materia exemptionis. Non obstat, quod per litteras S.D.N. fiat reditus

tus ad ius cõmune, quia nihilominus intrat regula; nam
illud procedit, vbi fit reditus respectu omnium, *vt per Se-*
b *bastianum Sapiam.* b *& alios allegatos in causa Caurienfi*
c *Iurifdictionis. coram bon. mem. Cantuccio.* c Non obstat,
6 quòd dicitur, † regulam non obstare, vbi constat Papam
voluisse præiudicare, quia de hoc quæritur, an voluerit, &
7 † propter protestationem in regula appositam constat
nolle, quibuscumque vtatur verbis & Clausulis; nisi ex-
presè deroget regulæ, *Sarnenf. in proœm. d. regul. q. 5. num.*
3. & fuit dictum in causa Burgensi Iuris sepeliendi. coram
bon. mem. Cæfare de Graß. 10. *Iunij 1575. quæ habetur in*
d *tit. de rescript. decis. 9.*, Non obstat *Parif.* d *& Gozzad.*
8 *allegati*, qui volunt † Clausulam, De plenitudine potesta-
9 tis, operari in tertij preiudicinm, quia † hoc non habet
locum in terminis regulæ, in qua protestatio tollit consen-
sum, & voluntatem ab actu gerendo, vbi ei non deroga-
tur; & ita nulla potest alia formula introduci, per quam
possit dici constare de mente Papæ, nisi faciat regulæ men
tionem, *& ita decisum fuit coram R. P. D. meo Blanchet-*
to in vna Mediolanensi fructuum. 24. Aprilis 1591. in pro-
prijs terminis huius Clausulæ. Non obstant auctoritates al
e legatæ *Sarnenf.* e *Curt. iun. Caßan. Rolan. & aliorum*, quia
fuerunt aliàs sublatæ *per Rot. in decis. 6. bon. mem. Domini*
de Graßis, decis. 1. num. 9. de verb. sign. Vltimo non obstat
10 aperitio oris, quia † cum tota gratia ex allegato defectu
corruat, Clausulæ accessoriæ omnes euanuerunt, & nihil
inde deduci potest, quod obsit priuilegio exemptionis, de
quo agitur. Et ita conclusum standum esse in decisis.

* *Sub die Mercurij 9. Martij 1594.*
a *Legionen. Iurifdictionis de Saldagna. coram Illust. Card. Plato.*
b *Sebast. Sap. in Addit. ad Abb. in c. veniens, num. 22. in fin. & ibidem Parif. num. 26 de præsumpt.*
c *Sub die Veneris 18. Maij 1576.*
d *Parif. consil. 5. num. 92. & consil. 30. num. 46. lib. 4. Gozz. consil. 5. num. 25. & seqq.*
e *Sarnen. in reg. de iure quæs. non toll. quæst. 11. Curt. iun. consil 1. num. 22 & consil 9. num. 29. Caßan. cons. 66 num. 63. Gozzad. cons. 1. num. 35. & cons. 8. num. 4. Gabr. de iure quæsit. concl. 1. num. 29.*

Parmenf. Status
Die Veneris 17. Iunij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Testi deponenti cum protestatione, quòd non intendit primo examini contradicere licet non sit fides adhibenda, non adhibito priori examine, tamen in eo, de quo explicitè deponit, non est ei fides deroganda.*

2 *Creditur referenti, licet non constet de relato, in ijs quæ pendēt à voluntate & potestate alicuius, & de quibus explicitè disponitur.*

3 *Attenditur relatum, quando est certum, si concurrat voluntas, & potestas disponentis, & num. 7.*

4 *Relatio non debet intelligi de his, in quibus specialis prouisio & determinatio est facta.*

5 *Testi licet incontinenti se corrigere, & dictum suum interpretari.*

6 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed potius coadiuuanda.*

DECISIO MLXXXIII.

CAusa iterum proposita super eo, an testibus Domi-
norum de Rangonibus cum protestatione, de qua
agitur, deponentibus, sit fides adhibenda non exhibito
1 priori examine, Domini pro maiori parte censuerunt † nõ
esse fidem derogandam illis testibus in eo, de quo expli-
citè deponunt, licet non producatur primum examen; &
moti fuerunt his rationibus: Primò, quia licet *regula Au-*
2 *thent. Si quis in aliquo C. de eden.* habeat, quòd † non est cre
dendum referenti, nisi constet de relato; tamen ea non
procedit in ijs, quæ pendent à voluntate & potestate ali-
cuius, & explicitè disponitur, *Bald. in l. 2. ad finem, C. de*
Episc. & cler. cum alijs deductis per Aym. consil. 157. num. 8.
& 16. & cons. 681. num. 3. & fuit aliàs dictum coram R. P.
D. meo Blanchetto, & coram bon. mem. Cauuccio, in vna
Caurienf. Iurisdictionis. pendet autem à voluntate testis,
quid, & quomodo velit deponere; ergo in eo quod expli-
citè deponit est fides adhibenda, non obstante generali
illa relatione, quæ fit causa euitandæ contrarietatis, ne
testis memoriæ lapsu possit argui de falso, *vt latè tradit*
Andr. Gail. Pract. Obseruat. 104. post Bart. in l. eos, num. 6.
& Hipp. num. 4. de fals. Felin. in cap. cum tua, nu. 1. de testib.
Vnde non debet trahi ad alium effectum contra mentem
protestantis. Secundò, in terminis relatiuæ dispositionis,
3 † quando relatum est certum, id esse attendendum, *tra-*
dit latè contra Decium Cagnol. in d. Auth. Si quis in aliquo.
num. 74. C. de edend. Ripa, in l. admonendi, num. 35. de iure-
iur. qui tamen sunt intelligendi, vt supra dictum est, quan-
do concurrit voluntas & potestas disponentis, vt in casu
4 isto. Tertio facit, quia † relatio non debet intelligi de
his, in quibus specialis prouisio & determinatio facta est.
vt latè per Aym. cons. 808. num. 4. Verum in his dispo-
sitionibus adest specialis determinatio in his, quæ te-
stes dicunt tam super articulis, quàm iuxta interrogato-
ria respondendo per extensum sine aliqua relatione;
adest etiàm specialiter determinatio in ipsamet protesta-
tione Carlini, & aliorum in ea parte, in qua habetur,
quòd de his, de quibus interrogabitur, respondebit de eo,
5 quod sciet, veritatem: Vnde † cum liceat testi inconti-
nenti se corrigere, & interpretari dictum suum, *Iaf. in l.*
iuris gentium, §. quinimo. num. 7. de pact. l. lecta, num. 21.
si cert. pet. multo magis licet restringere generalitatem
protestationis, vt hic factum fuit per præfata verba, quòd
si fuerit interrogatus, dicet veritatem. Confirmantur præ-
6 dicta ex vulgata regula, quę habet, † dicta testium non
esse cauillanda, sed potius coadiuuanda, *vt post Bald. tra-*
dit Alex. cons. 5. num. 12. lib 1. & 186. num. 4. lib. 7. Dec. cons.
100. num. 2. & 3. cum similib. Et ex his virtualiter tolluntur
deducta aliàs *ex doctrina Baldi, in l. 1. in fine, C. de Episc. &*
* *cler. cum alijs.* * quia † non procedunt vbi relatum est cer
7 tum & explicitum, & vbi relatio fit restrictè & limitatè,
prout supra dictum est. Et ex his recessum fuit à resolutio-
a ne aliàs in hoc articulo facta. a

* *Idem Bald. in c. 1. vbi Afflic. num. 6. vers. sed quid si dixit de feud. guard. Rip. in tit. de diuers. respon. refer. respons. 5. n. 6. & id quod dictum fuit in Meliten peracedent'a. 16. Maij 1578. coram eodē Illust. Card. Seraphino.*
a *Sub die 14. Martij, & 16. Maij proxime præteriti.*

Burgenf. Iurisdictionis.
Die Lunæ 20. Iunij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus in quibus sit manutenendus in exercitio suæ iurisdictionis priuatiuè quo ad Archidiaconum, & in quibus cumulatiuè.*

DECISIO MLXXXIV.

1 DOmini censuerunt † Reuerendiss. Dominum Archie
piscopum esse manutenendum in exercitio iurisdi-
ctionis priuatiuè ad Archidiaconos respectu causarum
matrimonialium, & criminalium tantum, in quibus adest
expressa resolutio Sacræ Congregationis Concilij, donec
ex aduerso probetur consuetudo immemorabilis; In re-
liquis verò casibus: & in specie respectu visitationis, & iu-
ris dandi licentias fabricandi in Ecclesijs proprijs Archi-
diaconorum, dixerunt mandatum priuatiuè dari non
posse, si apparet de consuetudine contraria, cum possessio
Archidiaconi habeat iuris communis assistētiam in istis
casibus, *c. mandamus, & c. ad hæc, §. 1. & ibi glos. & Do-*
ctor. de offic. Archidiac. Abb. in cap. cum satis, col. 2. vers.
dicit

libitum disponere, & illud vendere, neque etiam adest ali
qua incompatibilitas, immo nisi ita à principio contractũ
fuisset, puta si non fuisset reseruatum ius redimendi, nul-
lus fuisset relictus locus secundo contractui; & licet pos-
sit fortasse dici prior contractus reformatus iuxta termi-
nos Doctorum, *in d. l. lecta*, tamen cum hæc reformatio nõ
sit circa substantiam prioris contractus, ille remanet illę-
sus, respicit enim non ipsam venditionem, sed reuocabi-
litatem, vel irreuocabilitatem ipsius, & hoc est ex mente
*Baldi in l. pacta nouissima, num. 9. & 10. vbi latissimè, C. de
pact.* Hoc autem confirmatur ex eo, quòd poterat labi tẽ-
pus datum ad redimendum, hocq; potuit fideiussor præ-
uidere; & tamen non cauit sibi in hunc euentum, quo mi
9 nus remaneret obligatus, † vel dictum pactum vendi po-
tuit vel cedi, cum sit natura sua cessibile etiam in tertiũ,
*ad notat. in l. 1. §. vsufructuarius, vbi Ias. de noui oper. nunc.
Dec. consilio 163. in fin. Aymo, cons. 191. numero 4. Ca-
gnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Neque obstat
10 *consil. Laurentij a Occa.* † ibi enim facta fuerat expressa
nouatio, vt ex themate colligitur; nam recessum fuerat à
priore venditione, & facta de nouo alia venditio, neque
11 ista est verbalis differentia, immo realis, † longè enim
differunt rem eamdem de nouo uendere, uel aliquid in
priori venditione reseruatum vendere, quod patet ad sen
sum; nam si venditor hanc facultatem alicui tertio vendi-
disset, quis non videt, nullam ex tali contractu oriri posse
prioris nouationem, & potest hoc casu duplex considera-
ri persona emptoris; nempe emptoris domus, & empto-
12 ris pacti, diuersis nempe respectibus. Neque obstat † Clau
sula illa, Non alias, aliter, nec alio modo, quia respicit prin
cipium alienationis, scilicet, vt non censeatur vendita do-
13 mus purè & simpliciter, sed cum illa reseruatione † quæ
cum semel facta fuerit, impleta est ipsius vis & conditio,
sed non habet tractum ad tempus futurum, ita vt sublata
sit facultas venditori alienandi pro libito talem faculta-
tem redimendi; Et considerandum hanc Clausulam prin
cipaliter fuisse ad fauorem venditoris, non autem fideius-
soris adiectam, quæ tamen prodest ipsi fideiussori; sed alia
ratione quàm nouationis, vt mox dicemr. Quare moti
Domini his rationibus, die 10. Decembris proximè præ-
teriti, dixerunt fundamentum illud, quod fiebat super no-
uatione contractus, non satisfacere; ideo ordinarunt, ut
uideretur, An per alienationem facultatis in pacto con-
tentæ, fideiussor saltem ope exceptionis liberatus fuerit
ab interesse, quod inde prouenit, cum haberet pro sua re-
lenatione obligata omnia bona venditoris, inter quæ repe
14 riebatur hæc facultas redimendi: † Et fuit per Dominos
conclusum, liberatum fuisse fideiussorem ob facultatis re-
dimendi remissionem factam emptori, vsque ad concur-
rentem quantitatem præiudicij illati fideiussori ob huius-
modi alienationem: Nam cum fideiusserit cum hoc pa-
cto, quod sibi erat vtile, & sine quo fortè non fideiussisset,
vt in simili tradunt *Socin. in l. 1. §. sed & si, n. 9. & Alex. n.
5. vbi etiam Alciat. de verb. oblig. &* contrahentes fa-
cto suo eius conditionem deteriorem fecerint, quod iure
fieri non potest, vt per *Socin. cons. 62. n. 23. lib. 4.* consonum
vĩ ęquitati, vt pro concurrente valore huius facultatis suc
curratur fideiussori, *per regul. l. uendicantem, de euict.* Nec
obstat, quod prætenditur pretium dictæ facultatis fuisse
solutum anterioribus creditoribus, quia æstimandus est
valor dictæ facultatis, quanti vendi potuisset, vt id totum,
quod pluris æstimabitur, cedat in vtilitatem Dominæ Se-
ptimię, cui ad instar secundi creditoris competeret ius of-
ferendi. Nec obstat postremo lapsum esse tempus datum
ad redimendum, quia cum ante eius lapsum fuerit illatũ
præiudicium, statim orta est exceptio ad fauorem fideius-
soris, quæ hoc tempore tolli nõ potuit; vltra quòd adsunt
etiam protestationes allegatæ, quibus præseruatum cen-
setur ius ipsius. Et ita conclusum.

* *In nouatione prout in Romana pretij domus de Palellis. 13. Ianuarij
1578. coram S. D. N. Clem. VIII. tunc Rotę Audit. quæ in impr.
diuers. nouis. est 456. par. 1. In liberatione uerò prout in Romana
Societatis scutorum 200. 25. Iun. 1572. coram bon. mem. Robust.
quę est in impres. diuers. 567. par. 5.*

Thelesina Beneficij.
Die Lunæ 31. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad retinenda plura beneficia sub eodem tecto, narrata in gratia iustificari debet.*
2 *Duo beneficia difformia sub eodem tecto retineri possunt ex dispensatione Ordinarij.*
3 *De cura habitu tantum debet fieri mentio in gratia.*
4 *In iustificatione gratiæ est probanda publicatio resignationis.*
5 *Idem iudicatur de eo, qui impetrat beneficium ob non publicationem, quod de eo, qui primus impetrauit ex causa resignationis.*

DECISIO MLXIV.

DOmini restrinxerunt se ad iustificationem gratię Do
mini Ouidij, cum is teneatur prius suam gratiam iu
stificare, cum aduersarius sit in possessione, & habeat mã-
datum de manutenendo. Circa verò iustificationẽ, omis-
sis multis, quæ partim sunt iustificata, veluti resignatio
Alexij, & habilitates; partim non sunt, veluti valor obten
1 torum, † & dispensatio ad retinenda plura sub eodem te-
2 cto, quæ postquam est narrata debet iustificari, † etiam
quòd possint retineri ex dispensatione Ordinarij, si sunt
difformia: *iuxta notata per glos. in c. 1. de consuetud. in 6.
& ita fuit resolutum ex uoto habito à Dominis de Parco, in
causa Iuuenacensi Archipresbyteratus, 26. Iunij 1591. co-
ram R. P. D. meo Pamphilio.* Duo fuerunt præcipuè consi-
derata, quæ faciunt, ut gratia sustineri non possit: Primũ
est, quòd narratur beneficia esse sine cura, quod tamẽ non
3 est uerum habitu, † quia erat Parochialis, & parochiani
recesserunt propter incursiones latronum, & de huiusmo
di cura habitu debet fieri mentio, vt per *Card. cons. 48. Fe
lin. in c. postulasti, colum. 1. de rescr. Staphil. de stat. & qual.
benef. num. 22. Rebuff. de litt. dispen. ration. ætat. in verb. etiã
si cura.* Alterum est, quòd Ouidius non docet se publicas-
se hanc suam posteriorem gratiam, quæ cum pendeat à
resignatione prius obtenta, & non publicata, erat ipsa quo
que publicanda, vt expresè cauetur in Constitutione fel.
4 recor. Gregorij XIII. † Et hoc onus sine dubio incumbit
Ouidio, qui nititur hac gratia, & debet docere eam esse
validam, quod sine publicatione fieri nequit ex dispositio
5 ne dictæ constitutionis *in §. illorum uerò*: † Idem enim iu-
dicandum de eo, qui impetrat ob non publicationẽ, quod
de primo impetrante ex causa resignationis, quod pluries
fuit in Rota resolutum.

Romana Hæreditatis.
Die Lunæ 31. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti continuat in hæredem ex dispositione Statuti absque alia apprehensione.*
2 *Possessio instrumentalis sufficit ad quemcumque titulum, si non doceatur alium extitisse in possessione tempore apprehensionis.*
3 *Possessio uigore fideicommissi de manu hæredis capi debet, alias est uitiosa, & nullum parit iuris effectum.*
4 *Doctrina Tiloti, de qua hic, quando non procedat.*

DECISIO MLXV.

FVit resolutũ esse dandũ mandatũ de manutenẽdo D.
Tito in bonis per patrem possessis, cũ ab eo fuerit hæ-
res.

res institutus, vti filius legitimus, & de legitimo matrimo
1 nio natus; & cum vigore statuti Vrbis, lib. 1. c. 147. † possessio defuncti continuetur in suos hæredes absque alia apprehensione; & mandet eos manuteneri, vtique ei debetur manutentio, cum sit in quasi possessione legitimitatis, ex allegatis per Tiraq. in tractatu le mort saisit le vif. 6. parte 1. declarat. & licet statutum loquatur in suis, sufficit Tito in hoc iudicio vti talem nominatum à patre, donec contrarium in petitorio probetur; & eo maximè, quia cōstat etiam de ipsius possessione actuali tenutæ Vetlanieex, quo post obitum Curtij die 2. Iunij 1590. intra duos dies Titus ex decreto iudicis vigore testamenti fuit immissus in possessionem tenutæ pro ea parte quam possidebat Curtius. Neque obstat, quòd hæc possessio sit instrumentalis, † quia hæc sufficit ad quemcumque effectum; nisi
2 doceatur alium fuisse tunc temporis in possessione, hoc autem non ostenditur, cum Curtius viuens possederit cū fratribus pro indiuiso, & eo mortuo non constat de alicuius apprehensione; † neque apprehendi poterat per fra-
3 trem vigore fideicommissi, quo casu capienda erat de manu hæredis, aliàs esset vitiosa, quę nullum parit iuris effectum, l. improba, C. de acquir. poss. & fuit dictum in causa Romana Pedicæ coram D. Orioleo. & cessat difficultas stante exactione scutorum quinquaginta pro residuo affictus depositatorum instante Tito, & solutione debitorum Curtij, quorum onus ad Titum hæredem spectabat. Et quantum ad domum, Titus per aliquot dies in ea stetit, & retinuit mobilia post obitum Curtij. Nec obstat, quòd po-
4 stea fuerit domus per fratres inhabitata, & locata, † ita vt videatur procedere id, quod habetur per Plotum, qui alios citat de in lit. iurand. §. 1. nu. 4. quia Titus nō habuit se pro spoliato, & allegata per eum non loquuntur in simili statuto, habet enim hoc statutum expressam prouisionem, vt filij manuteneantur. Quæ dicuntur de fideicommisso, erunt examinanda in iudicio petitorio.

Mediolanens. Dominij.
Die Veneris 4. Februarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Tempus non currit impedito facto partis vel iudicis.*
2 *Terminus nouus ad reprobandum testes non conceditur ei, qui sua culpa & negligentia passus est primum labi.*

DECISIO MLXVI.

Fvit dubitatum, an terminus reprobatorius datus Reuerendiss. Archiepiscopo fuerit lapsus, & si sic, sit de nouo concedendus; & Domini censuerunt à die 26. Septembris 1590. quo fuit perfectum examen monachorum vsque ad diem 4. Februarij 1593. non currisse tempus aduersus Canonicos, stante compromisso inter partes pendēte, ex decis. Rot. c. 2. de dilation. in nou. sed neque à die 26. Februarij 1593. quo fuerunt dati articuli vsque ad diem 23. Septembris, quo monachi consenserunt eorum admissioni; quia medio tempore monachi se opposuerunt, &
1 contradixerunt eorum admissioni, & † tempus non currit impedito facto partis uel iudicis, Aegid. decis. 428. Sarnens. de Annal. q. 76. Verall. decis. 235. lib. 1. Crescent. 234. aliàs 5. de except. Vnde difficultas restringitur à die 4. vsque ad diem 26. quo Canonici fuerunt negligentes, cum tamen nullum adesset impedimentum partis, immo ipsimet Canonici postea de mense Septembris iterum consentientibus monachis, ut articuli admitterentur, & deficerēt tantum octo, uel nouem dies ad perficiendum mensem, iam per eos habitum, de mense Februarij ipsimet protestando nihil fieri propter proximas ferias vindemiarum, præ-
2 stiterunt sibiipsis impedimentum; † Ideo locum habet stylus Rotæ de quo per Put. decis. 152. lib. 1. Abb. c. licet dilectus. in fin. de testib. Quare conclusum terminum in hac instantia non esse de nouo concedendum.

Ciuitatens. Iurisdictionis.
Die Veneris 11. Februarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus visitat Ecclesiam monachorum, in qua cura animarum exercetur, & personas eam exercentes, non obstante quacumque exemptione, & num. 4.*
2 *Fallit in ijs locis, in quibus Abbates, & alij superiores regularium, iurisdictionem etiam temporalem in parochianos habent, vt num. 2.*
3 *Episcopus propter iuris assistentiam in visitatione manuteneri debet.*

DECISIO MLXVII.

Fvit resolutum, moderandam esse inhibitionem, ex pluribus; Primò, quia aliàs coram R. P. D. meo Gipsio probatum fuit, in Diœcesi Ciuitatensi nomine curā residere penes Episcopum, & consequenter monasterium, quòd aliàs resolutum fuit non habere parochiam, exercere curam nomine Episcopi, qui pro illius exercitio depu-
1 tat vnum ex monachis: Vnde † non pōt Episcopus impediri in visitatione Ecclesię & personarum exercentium curā quantum ad ea quæ hanc curam & sacramentorum administrationem respiciunt: Verum quia super hoc adhuc pendet causa in Rota indecisa, & res adhuc est dubia saltem respectu Diœcesis, fuit deuentum ad alias rationes: nam et quòd cura resideret penes monasteriū stante Concilio Tridentino, Episcopus non obstante quacūque exemptione, pōt visitare Ecclesiam illi unitam, iuxta formam c. 7. & seq. sess. 7. & idem, si Ecclesia sit intra locum monasterij, eiq. immineat cura, iuxta formam c. 11. de regular. sess. 25. in quo datur facultas Episcopo visitandi personas tam Regulares quàm sæculares curam animarum exercentes in ijs, quæ ad curam & administrationem sacramē-
2 torum pertinent, † nisi versemur in locis, in quibus Abbates, & alii superiores Regularium iurisdictionem ēt temporalem in parochianos habent, quod hoc casu non probatur, nec probari potest, cum Ciuitas in temporalib. Regi in spiritualib. Episcopo subsit. Postremo etiam ex dispositione iuris communis idem esset dicendum, cū non constet de aliqua monachorum exemptione, quia illa, quę ostenditur Alexādri VI. habet exceptionem in ventre respectu eorum, quæ ad curam animarum pertinent. Neque dō. et de aliqua præscriptione, ideoq. locum habet c. cum persone. de priuil. in 6. &
3 † Episcopus est manutenendus, cum habeat iuris com munis assistentiam, vt fuit dictū coram bon. mem. D. Bubalo in vna Valentina de Xatiua. Neque
a obstat decisio in e causa Pisciēn. a quia ibi constabat de exemptione, & nihilominus fuit data Præposito facultas visitandi in his, quæ respiciunt curam cumulatiuè cū Abbate; ita tamen, vt decreta Ordinarij prævaleant, ubi datur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas: Et ita cōclusum 20. Octobris præteriti coram R. P. D. meo Penia.
4 † & huic consonat decisio sacræ Congregationis, qua continetur personas & locum visitari posse in ijs, quæ curam respiciunt; nam hoc quodammodo venit in consequentiā visitationis personarū, ut inquiratur quomodo conseruetur sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta, quod citra visitationē Ecclesiæ fieri non potest. Et ita conclusum pro moderatione inhibitionis.

a *Piscien. Iurisdictionis, coram Illustriss. Card. Platto sub die Veneris 15. Iunij 1591.*

Cracouiens. Canonicatus.
Die Mercurij 9. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali intrat etiam in casu intrusionis in beneficio reseruato.*
2 *Ad effectum regulæ de annali non requiritur titulus; secùs est in regula de triennali.*

DECISIO MLXVIII

* DOmini steterunt in decisis, * quòd † regula de anna-
1 li intret in casu, de quo agitur, ex aliàs deductis in po
sitione causæ, *Cassad. decis. 14. num. 2. super regul. Crescent.
34. Sarneus. regul. de Annal. q. 64.* & ex confessione Nicolai,
de qua in summario num. 1. 2. & 6. constat de possessione
actuali Martini cum fructuum perceptione; cui non ob-
2 stat defectus vacationis, † cum ad hunc effectum non re-
quiratur titulus ex supra allegatis, & in hoc differt hæc re-
gula à regula de triennali. Non obstat quod dicitur de
derogatione regulæ, quia non est quo ad omnes partes de
rogatum, & ideo non suffragatur.

* *Sub die Lunæ 24. Ian. proximè præteriti.*

Parmens. Status.
Die Lunæ 14. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Testis se referens ad primum examen, & dicens se fuis-
se tunc temporis melioris memoriæ quàm nūc sit, & ob
id non intendere primo examini contradicere, non pro-
bat; nisi exhibeatur primum examen.*
2 *Testis pauper & inimicus repellitur.*
3 *Testis deponens de tempore, quo erat septem annorum,
est suspectus.*

DECISIO MLXIX.

FVit conclusum, istis duobus testibus, de quibus agitur,
in dubio non esse Fidem adhibendam; nam quod ad
1 Carlinum attinet; † nisi ostendatur prima eius depositio
facta in Ciuitate Parmæ, ad quàm se refert in principio
sui examinis, & super octauo interrogatorio, dicens se fuis
se tunc temporis melioris memoriæ, quàm nunc sit, &
quòd protestabatur, quòd non intendebat contradicere
primo examini, non potest fieri validum fundamentum
super vltima sua depositione, *Aymo, cons. 115. n. 2. cū alijs*
* *allegatis.* * Accedit, quod conuincitur de mendacio, qua-
tenus super duodecimo dicit se mortuo Ioanne Francisco
seniore & ante raptum Catharinæ plures associasse Ber-
nardinum ad domum mariti Mathę, quod esse non po-
tuit, quia raptus prætenditur ante obitum Ioannis Fran-
cisci, vt ipsemet testis asserit: Adsunt præterea multæ exce-
ptiones deductę ex dictis testium Dominorum de Pallaui
cinis, inter quas satis vrgentes videntur illę de attentata
subornatione, item furti commissi: Verum super istis non
fuit factum precipuum fundamentum ratione exceptio-
nis ex aduerso oppositæ, quòd in istorum testium examine
fuerunt omissa nonnulla interrogatoria, de qua re si opus
2 esset, particulariter esset agendum. † Quantum ad Ioan-
nam Domini dixerunt, quòd cum ex eius dicto appareat
eam esse pauperem, cum dicat se nihil habere nisi vestes,
quibus est induta, & constet etiam esse inimicam Domi-
norum de Pallauicinis ob demolitam domum sui viri, su-
per qua erat hypothecata dos sua, quæ est causa manife-
sta inimicitiarum, vtique venit repellenda, *ad notata per
Felin. in c. quoties, de testib. n. 5. Abb. in c. 1. nu. 13. de iudic. &
in c. repelluntur, n. 4. de accusat. Io. de Anan. in c. cum oppor-
tet, eod. tit. Alex. cons. 99. li. 1.* Accedunt testes sinistram ei
notam impudicitiæ inurentes, quibus etiam posthabitis
3 sufficere dixerunt priores exceptiones. † Prętetea suspe-
ctum redditur eius dictū ex eo, quòd deponit de tempo-
re, quo erat septem annorum, & in quibusdam etiam
conuincitur mendacij, prout in accessu Margaritæ ad Ca
strum Varani, vt in facto deducitur. Ex quibus conclusum
istis duobus testibus fidem non esse habendam.

* *Per l. si quis fun dum, de contrah. empt. Abb. & alij, in c. inter dilectos, de fid instr. Affl. decis 280. n. 2. nam dictum testis est relatiuum; & ideo non plus probat, quam continentur in eo, ad quem se refert, vt post Alex. cons. 134. n. 1. in fi. col. 2. tradit Affl. decis. 72. nu. 7. Soc. cons. 40. col. 2. vers. primo vol. 3.*

Romana Casalis Longhezzę.
Die Mercurij 23. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorum Ordinis monachorū Benedictinorum per Constitutiones illius Ordinis sine licentia Capituli generalis non valet.*
2 *Præsumptio resultans ex antiquitate temporis, sufficit etiam in eo, quòd sub conditione requiritur.*
3 *Confirmatio Apostolica in alienatione sufficit pro licentia Capituli generalis.*
4 *Protestationes clandestinæ an & quando sint habendæ in consideratione.*

DECISIO MLXX.

DOmini quantum ad confirmationem steterunt in de
* cisis * ex iuribus & rationibus alias allegatis. Quan-
tum verò ad licentiam Capituli generalis, licet aliqui
idem sentirent; tamen per alios fuit dubitatum ratione
1 Constitutionum nouiter exhibitarum; nam † per Consti-
tutiones istius Ordinis monachorum Benedictinorum ita
caueri testantur *Io. Andr. ad Specul. tit. de locat. §. sequitur,
in verbo, videtur. Bertachin. de Episc. lib. 4. parte 4. q. 38. nu.
113. Rebuff in compend. alien. rer. Eccles. num. 82. vers. fal-
lit in monachis.* Accedit, quòd de istis tractatibus debet fie
ri instrumentum, vt sentiunt prædicti Doctores supra al-
legati; licet in contrarium fuerit responsum, tales scriptu-
ras remanere penes eos, qui tractatum faciunt. Faciebat
2 etiam difficultatem, quòd † reseruatio licentię Capituli
fuit facta sub conditione, sed aliqui respondebant hoc nō
impedire pręsumptionem *ex tradit. per Bero. in Rubr. de pro
bation. n. 46. & 47. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 37.
3 nu. 10. & seq.* Fuit etiam dictum per aliquos † sufficere
confirmationem Apostolicam, *per cons. Abb. 41. n. 3. lib. 1.
a cum alijs adductis per informantes,* a *& ex decis. Rotæ in
Vna Senogallien. Siluæ. 10. Decembris 1568. coram bonæ
mem. Finetto.* Neque hanc esse pręsumptionem substan-
tię, *vt per Mohed. decis. 52.* Fuerunt etiam per monachos
consideratę protestationes, quibus licet aliàs fuerit respon
4 sum non obstare, † cum fuerint clandestinę, ex tunc alle-
gatis; tamen ad effectū contrarię pręsumptionis visę sunt
aliquibus ex Dominis dignę animaduersione: ideo fuit or
* dinatum, vt particulariter videatur, an licentia Capituli
in casu, de quo agitur, sit necessaria, & si sit, an psumatur.

* *Sub diebus 21. Maij, & 28. Iunij 1593.*
a *Parif. cons. 24. n. 4. lib. 4. Ruin. cons. 64. nu. 1. lib. 1. Rebuff. de reb. Eccl. non alien. num. 15. vers. fallit, cum alijs, vt in d. decis. sub die 21. May.*

Cordubens. Redecimarum.
Die Lunę 28. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Admissus ad litem, debet in vnoquoque actu citari.*
2 *Citatus ad videndum iurare testes, non est amplius citandus; maximè in admisso in statu & terminis: citationes tamen per prius factæ non sunt repetendæ quo ad ipsum.*
3 *Forma etiam minima in commissione tradita seruari dēt.*

DECISIO MLXXI.

FVit resolutum testes examinatos pro parte Capituli
seu eius arrendatariorū non afficere Ciuitatem Cor-
dubensem: nam cum agatur de ijs tantum, qui sunt exami
nati coram ministro Sanctissimæ Trinitatis, quia fuit re-
* solutum aliàs * esse nullitec examinatos, fuit *iuxta deci-
sionem bon. mem. Oradini,* dictum, esse inspiciendum tēpus
admissionis Ciuitatis ad causam; ita ut omnia antea gesta
afficiant Ciuitatē: secus verò gesta postea: nisi quatenus ci
tata

1 tata fuerit Ciuitas,quo fit,vt† cum post admissionem fue
rit in lite,debuerit in vnoquoque actu citari, *vulgat.a l. de
vnoquoque,C.de re iudic.Clem.Pastoralis,eod.tit.* quod fa-
ctum non fuit in hoc examine: nam Ciuitas non reperi-
tur ad hoc citata. Neque obstat, quòd ante admissionẽ,
2 videlicet 26.Nouembris,† iam præcesserat citatio ad vi-
dendum iurare testes, & omnia alia ad examen necessa-
ria; ita vt solum superesset nudum exercitium examinis
testium,quod poterat expediri sine alia citatione; & ideo
Ciuitas admissa in statu & terminis,non esset amplius ci-
tanda,ad *notata per Felin.in c.cum super,num.17.de re iu-
dic.Mohedan.decis.*81.quia cum receptoria fuisset præsen-
tata ministro Sanctissimæ Trinitatis post admissionem
Ciuitatis,& facta præsentatione minister teneretur noti-
ficare,Antonio & suis consortibus, quòd infra breuem ter
minum deputarent, vel eum ipso iungerent consocium,
assignando illis diem, horam, & locum; vtique ista inti-
matio sicut fuit facta Antonio, ita debuit fieri Ciuitati,
quæ iam erat in causa,quod cum fuerit omissum,fuit nul
3 liter processum respectu Ciuitatis,quia† forma etiam mi
nima in receptione tradita debuit seruari, *l. diligenter,
mand iti.* Non obstat actus ratificationis Ciuitatis de men
se Ianuarij,& sic post factum examẽ, quia non debet hoc
nocere Ciuitati,quę iam admissa fuerat formiter, & par-
te citata,& iam erat in lite, iuxta notata per *Cassad.decis.
1.num.4.Vt lite pend.Aegid.decis.144. Achill. decis.2. eod.
tit.Vt lite pend.*

* *Coram bon.mem.D.de Rubeis,die 22.Iunij 1573.*

Lunens.Sarzanens.Beneficij.
Die Veneris 29.Aprilis 1594.

SVMMARIVM.

1 *In collatione beneficij familiaris Cardinalis, requiritur consensus illius Cardinalis, cuius defunctus erat familiaris tempore obitus, etiam quòd defunctus illud obtinuerit de tempore,quo erat familiaris alterius Cardinalis prædefuncti; secùs est quando uiuit alter Cardinalis,cuius familiaris erat tempore,quo beneficium obtinuit.*

2 *Beneficium familiaris Cardinalis vacans,mortuo Cardinale dicitur reseruatum, & intrat regula 3. ad fauorem Papæ,quod procedit solum ad effectum, vt Ordinarius de eo prouidere non possit,non autem ad effectum liberæ collationis,quamdiu adsit interesse alterius Cardinalis; quia tunc requiritur consensus Cardinalis.*

DECISIO MLXXII.

DOmini steterunt in decisis coram R. P. D. meo Ora-
1 no, * nempe† in collatione beneficij, de quo agitur,
requiri consensum Illustris. & Reuerendissimi Domini
Cardinalis Decani, cuius defunctus erat familiaris tem-
pore obitus, ex quo concurrunt requisita in priori parte
regulæ *de impetr.per obit.famil.* & in hac quęstione quan-
do beneficia habita fuerunt ab eo per cuius obitum vacat
tempore familiaritatis alterius Cardinalis prædefuncti,
An requiratur consensus eius in cuius familiaritate de-
cessit, affirmatiuam partem tenuit *glos.super dicta regula,
vers.tum ex ista* cuius auctoritatem semper Rota plurimi
fecit; & quamuis *Sarnens.q.18.* multum se inuoluat, &
Rota aliquando dubitaret, tamen re diligenter perpen-
sa,& diligenter discussa,amplexa est hanc sententiam, ut
*refert Put.decis.227.incip.Bernardinus.lib.3. Fab. decis. 11.
lib.2. Achill.decis.1.super hac regula*, qui mouentur ex eo,
quòd regula in prima parte simpliciter & indistinctè lo-
quitur de omnibus Cardinalibus,in quorum familiarita-
te quis decessit,& concurrit ratio regulæ *decis. 15. de præ-
bend.in antiq.Cassad 37.super regul.* Non obstat posterior
pars regulæ,quæ requirit consensum primi Cardinalis,nõ
autem secundi, quia id procedit, vbi vterque Cardinalis
viuit,ad tollendum dubium,quod inter eos poterat oriri;
secus vbi prior est mortuus, quia hoc casu non procedit
posterior pars regulæ, sed ad priorem recurrendum est.
a Neque obstat,quòd† priori Cardinali mortuo intret sta-
tim reseruatio regulæ 3.ad fauorem Papæ, antequam is
transierit ad familiaritatem secundi, quia ista reseruatio
intelligitur ad effectum,vt Ordinarij prouidere, & expe-
ctantes capere non possent,non autem ad effectum liberæ
collationis, quamdiu adest interesse alicuius Cardinalis:
quia in hoc declaratur à regula 30. vt requiratur consen-
sus Cardinalis. Et ita nemine discrepante fuit cõclusum.

* *Sub die Mercurij 19. Ianuar.proximè præteriti.*

Romana Casalis Turricellæ.
Die Veneris 29.Aprilis 1594.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Commissarij confirmatoria alienationis, facit quòd alienatio præsumatur utilis donec contrarium concludenter probetur.*

2 *Obseruantia contractus alienationis per spatium triginta annorum, facit quòd præsumantur omnia legitimè gesta.*

3 *Exequutor præsumitur extraiudicialiter se informasse.*

4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta in tempore calamitoso, habito respectu dicti temporis tantum, non ualet; nisi etiam habitus fuerit respectus temporis præcedentis.*

5 *In alienatione bonorum Ecclesiæ haberi debet ratio tam præcedentium,quàm instantium & futurorum temporum.*

6 *Pro sententia præsumitur.*

7 *Libri Ecclesiæ non faciunt fidem.*

8 *Fructus ex fructibus terrarum uicinarum, quando probentur.*

9 *Valor & bonitas ex cultura, & alijs qualitatibus prouenient facilè mutari potest,ita ut de uno tẽpore ad aliud inferri non possit ad probationem ualoris terrarum.*

10 *Probatio,qua fit contra sententiam & rem iudicatam, ac obseruantiam triginta annorum, debet esse plena & concludens; nec sufficit præsumptiua.*

11 *Probatio rei & possessoris ceteris paribus præferri debet.*

DECISIO MLXXIII.

FVit dubitatum, An constet de non euidẽti vtilitate,vel
damno Ecclesiæ,ita vt sit,vel non sit recedendum à de
* cisione vltimo facta in * fauorem R.P.D. Iustini, & cau-
sa per me in Rota proposita, & plenissimè discussa, Domi
ni censuerunt ex probationib.dñorum beneficiatorum &
clericorum non constare de non euidẽti vtilitate;nisi hæc
probatio melius coadiuuetur: Moti fuerunt,quia intẽtio
R.D.Iustini fundata est in snia Commissariorum confir-
matoria alienationis,qua declaratur eam cedere in euidẽ
1 tem Ecclesiæ vtilitatem,† quæ facit,vt præsumatur vtilis,
donec contrariũ concludenter probetur, *Bald.in c.1.nu.7.
de his qui feud.dare poss.Abb.cons.41.n.2.lib.1. Alex.cons.
79.n.6.lib.1.Socin.cons.15.n.27.lib.1.Ias.cons.54.nu.3.lib.1.
Dec.cons.142.n.1.Paris.cons.24.n.5.lib.4. Conar. var.resol.
lib.1.c.17.n.2.cũ alijs per Gabr.de sent.concl.5.n.2. & fuit sæ
pius in Rota resolutum,& in specie in una Senogallien.Silua
2 coram bon.mem.D.Cotta.* † *a* Accedit obseruantia con-
a tractus per spatium triginta & amplius annorum,quæ fa
cit,vt præsumantur omnia legitimè gesta, *glos. in c. perue-
13 nit.& ibi Imola,de empt.& uend.*† necnon præsumantur
exequutores etiam extraiudicialiter plene & sufficienter
sese informasse,iuxta *d.cons.Abbat.41.Capie.decis.16.n.1.
Dec.cons.341.nu.14.* Constat prętereà,plures testes fuisse
examinatos,quorum dicta non reperiuntur,nec exhiben-
tur, *Corn.cons.210.num.4.lib.4.Aymo.cons.112.numero 7.*

quod fuit consideratum in causa Romana deuolutionis domorum corã R.P.D. meo Pamphilio, 26. Martij 1590. Et ex his tolluntur ea, quæ de defectu processus & subreptione deducuntur; nam donec contrarium probatum fuerit, statur sententiæ Commissariorum per spatium triginta annorum obseruatæ. His stantibus, videndum an pro parte Dominorum beneficiatorum & Capellanorum contrarium sit concludenter probatum. Capita præcipua eius probationis, quæ deducunt, sunt ista; qualitas temporis, locationes præcedentes, fructus, & redditus Casalium vicinorum, & venditio Casalis huius de anno 1547. Quantum ad qualitatem temporis, deducitur Vrbis excidium, pestis præcedens, & sequuta Tiberis inundatio,
4 † quæ reddiderunt tempora adeo calamitosa, vt non potuerit fieri alienatio Ecclesiæ vtilis hoc tempore, vt consideratum fuit in prima decisione huius causæ coram bon.
b mem. *D. Cantuccio*, b *& fuit etiam consideratum in una*
c *Papien. bonorum coram Illustr. Domino Lancellotto*, c *& fuit doctrina Cumani, in l. pretia rerum. num. 5. ad leg. Falcid. & Castrens. cons. 109. col. 1. lib. 2.* Verum huic argumento responsum fuit, Commissarios non habuisse solum respectum ad tempus contractus, quo Casale locabatur ducatis viginti, sed etiam ad tempus præcedens, ex quo fuit articulatum, quòd Casale solitum erat locari pro triginta ducatis, qui articuli respiciunt tempus ante excidium, vt fuit in hac eadem causa per Dominos consideratum cotã
5 eodem *D. Cantuccio 28. Iunij 1578.* † & cum de iure debeant iudices Commissarij habere in similibus alienationibus rationem tam præcedentium, quàm instantium, & futurorum temporum, vt per *Bart. in d. l. pretia rerum. nu. 2. Alex. num. 10. Cuman. in l. 2. n. 245. C. de rescind. v. e. d.*
6 *Afflict. decis. 316. n. 6.* & sicut dictum est † præsumatur pro sententia concludendum est habitum eum tempórum respectum, qui haberi debuit: Vnde cum prius locaretur Casale pro assictu triginta ducatorum, satis apparet rectè processum, cum dempta sexta parte texta dispositionem *Auth. Perpetua, & ibi Doctor. C. de sacrosanct. Eccles. Ias. cons. 54. n. 5. lib. 1.* augmentum fuerit a viginti quinque vsque ad quadraginta, quod satis includit euidentem
* vtilitatem, etiam habita temporum ratione, cum tunc longè minoris valoris, & redditus essent Casalia Vrbis et florentibus temporibus fel. rec. Pauli III. Quantum ad probationem, quę deducitur ex nonnullis locationibus præcedentibus, ea non fuit habita in cõsideratione, quia instrumenta non fuerunt producta in forma probanti; illa enim,
7 † quæ dicitur anni 1526. habetur in quibusdam libris Ecclesiæ, qui non faciunt fidem, *ad cons. Alex. i 87. lib. 7. Felin. in c. ad audientiam, num. 16. in 10. conclus. de prescr pt. Aym. de antiq. temp. par. 1. 9. quid de libro.* nec constat, quis scripserit, neque aliqua probatur effectuatio: Locationem verò anni 1525. ad nouennium factam ad rationem ducatorum 65. præter quam quòd hactenus non fuit producta in forma probanti, nec de effectuatione constat, apparet
8 non fuisse sortitam effectum, cum pendente nouennio facta fuerit hæc, de qua agitur. † Quantum ad probationem, quæ deducitur ex fructibus, & redditibus aliorum Casalium vicinorum, ea pendet ex dictis testium: Duo autem ad hunc effectum sunt probanda, nempe quòd dicta Casalia essent paris bonitatis, & quantitatis redditum tempore prædictæ alienationis, sed prior qualitas non probatur saltem de illo tempore, maximè cum summa in rebus, qua
9 rum † valor, & bonitas ex cultura, & alijs qualitatibus facile mutari potest: ita ut non possit inferri ex uno tempore ad aliud, iuxta notata *in l. ex persona, ubi Bald. & Salicet. C. de probationib.* & licet duo testes videantur velle deponere de dicto tempore; tamen vnus, qui loquitur de notitia Casalis habita per transitum, loquitur a quadraginta annis citra, & sic contra id, quod dixerat in articulo, percutit annum 1550. magis autem attenditur dictum ad interrogatorium, *Cap. tuaq. decis. 420. lib. 1.* & sic restat vnicus testis, sed & contra vtrumque videtur facere id, quod tradit *Alex. in cons. 54. num. 4. lib. 6. & fuit dictum co*
d *ram Illustr. Card. Plato in Anconitana de Thomasiis*; quòd ex eorum dictis apparet nõ esse informatos de qualitate Casalium. Quantum verò ad probationem dictorum redditium Casalium vicinorum, quæ deducitur ex instrumentis; non nulla quę loquuntur de certa summa locationis, non faciunt, ad rem, nisi probetur quantitas dictorum Casalium; quæ verò probant locationem pro pretio duorum ducatorum pro singulo rubio, deficiunt non solum respectu probationis effectuationis, sed etiam ex eo, quòd non constat de æquali qualitate, & bonitate cum Casale, de quo agitur; Ideò vacillandæ essent istę probationes requisitis circumstantijs. Quantum ad venditionem Casalis factam Iustino anno 1547. ea nihil concludit, cũ fuerit facta de Casali vti libero ab omni solutione canonis, ita ut ex hac non possit sumi certum argumentum. Præsumptiones, quæ contra alienationem, & confirmationem deducuntur, non fuerunt habitæ in consideratione præsertim illa, quod venditio fuerit facta à Margano suis consanguineis, cum non appareat hunc fuisse benefi-
ciatum tempore contractus, licet esset tempore confirma-
10 tionis, quæ sequuta est post tres annos, † & cum probatio Domini Iustini nitatur sententiæ & obseruantiæ triginta annorum, & sententijs Rotalibus, quę transitum fecerunt in iudicatum, necesse est vt probatio contraria sit plena, & concludens, neque sufficit præsumptiua, vt notat *Bart. in l. 2. q. cum alii sequuntur C. de rescind. uend.* & ce-
11 teris † paribus præfertur probatio rei & possessoris, vti efficacior, vulgatis iuribus. Quare conclusum, hanc probationem non sufficere, nisi coadiuuetur.

* *Sub die 14. Octobris 1580 coram bon. mem. D. Cantuccio, quæ licet ab eo minimè fuerit extensa fuit tamen reuocatoria alterius decisionis ab eo prius factæ sub die Lunæ 10. Martij 1578. quæ habetur in impress. diuers. nouiss. 65. p. 2. in qua dictum fuerat, alienationem fuisse nullam; & quia per incuriam partium causa tunc temporis remansit indefensa, & decisio fundata erat super facto erroneo, propterea iterum reproposita causa super eisdem, sub die 28. Iunij eiusdem anni, ut in impr. diuers. d. p. 2. decis. 78. & tunc nihil fuerit resolutum, fuit tertio ab eodem Lancetano dubium repropositum sub dicta die 14 Octob. 1580. qua die causa per omnes diligenter defensa, à prædicta decis. 65. diuers. recessum fuit, & decisio sub dicta die 14 Octob. ad præsens confirmatur.*

a *In Senogallien. Prædij, seu Spolij 10. Decemb. 1568.*
b *Sub die 10. Mar. 1578. sub num. 12.*
c *Sub die 28. Aprilis 1578.*
d *In Anconitana terrarum, 21. Aprilis 1589.*

Romana Pecuniaria, seu Pręcodij.
Die Lunæ 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria non datur contra possidentem.*
2 *Non possidens non tenetur possessorem indicare.*
3 *Anterior creditor non põt auocare pecunias exactas per secundum creditorem; secus tamen est, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia.*
Item secus est, quando solutio fit per decoctum, & non superest vnde satisfiat anteriori, ut num. 4.
5 *Emptor, qui est creditor venditoris, potest suum creditum excomputare in pretio rei emptæ, & perinde est, ac si pecuniam emptori numerauerit.*

DECISIO MLXXIIII.

FVit resolutum sententiam Auditoris Cameræ esse con-
1 firmandam, † non quidem ex eo capite, quod Petrus Marcus possit agere hypothecaria contra Dominos de Caualcantibus, tamquam emptores prędcdij, quia de fi-
2 cit extremum possessionis, cum illud non possideant, † nec teneantur indicare possessorem, hoc enim in iure cautum non reperitur, neque dici potest resolutum contractum emptionis,

emptionis; & ideo competere personalem actionem ad
restitutionem pretij, *iuxta notata per Bald. in l. dilect. s. il 2. in fine, de rescript. Franc. in c. dilecto, n. 37. de appell.* quia
hic nulla adest resolutio contractus, sed tantum fuit reso-
* lutum *coram R. P. D. meo Pamphilio* * consensum Petri
ei non præiudicasse, quo minus pro suo credito agere pos-
sit, cum pecuniæ promissæ non extarent; sed ex eo fuit re
3 solutum pro confirmatione, quia licet regula sit, quòd †
anterior creditor nõ potest auocare pecunias exactas per
secundum creditorem, *vt per Afflic. decis. 190. Capic. dec. 78. Alex. cons. 17. lib. 1. Paleott. dec. 195. Cephal. consil. 155.*
a *num. 7. lib. 4. cum simil.* b. a. Nihilominus non procedit,
quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum
diligentia, & tamen fuit posteriori gratificatum, tunc e-
nim anterior potest pecuniam solutam auocare, *Iacob. de Arena, in l. pupillus, quæ in fraud. credit. Castr. cons. 446. nu. 3. par. 1. Phanut. de Inuentar. parte 5. n. 148. Addit. ad d. de-*
4 *cis. Afflic. 190.* † Fallit etiam prædicta regula, quando
solutio fit per decoctum, & nõ superest vnde satisfiat an-
teriori creditori, *Cephal. cons. 86. num. 3. & 12. Addit. ad dictam decis. Afflicti, & fuit resolutum in Romana pecuniaria sub die 29. Nouembris 1593 coram R. P. D. Penia.* Nec
obstat, quòd dicitur pecunias non peruenisse ad manus
5 Dominorum de Caualcantibus, † quia, cum essent cre-
ditores Cæsaris, & emerint prædium computato in pre
tium credito, perinde est, ac si eis pecunia numerata fuis-
set, id enim totum censetur breui manu factum. Et ita
conclusum.

* *Sub die Veneris 15. Febr. anni præteriti.*

a *Grammat. q. 1. Paris. cons. 69. lib. 4. Couarr. practicar. quæstion. c. 29. num. 2.*

Valentina Capellæ.
Die Lunæ 9. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis præsumitur constructa ex oblationibus parochianorum.*
2 *Actus præsumitur factus ab eo, cuius interest illum fieri.*
3 *Testes de auditu ab ipsis partibus non probant.*
4 *Testis de fama deponens per verba præsentis temporis non probat.*
5 *Insignia posita in Capella solent facere argumentum fundatoris illius.*
6 *Ornamenta Ecclesiæ cum insignibus non inferunt Ecclesiæ seu Capellæ constructionem ab eo factam, cuius sunt insignia; sed tantum operantur, quòd ille possit dici de benefactoribus.*
7 *De præsenti ad præteritum argui non potest in his, quorum facies est tempore mutabilis.*

DECISIO MLXXV.

* DOmini steterunt in decisis, * nempè, intentionem
beneficiatorum super fabrica Capellæ maioris sa-
1 tis fundatam esse; Primò, † quia Ecclesia parochialis pre-
sumitur constructa ex oblationibus parochianorum, *Rocch. de iure patr. in verbo, construxit, num. 18. Lamberctin. lib. 1. part. 2. quæst. 11. art. 7. num. 2.* & facit vulgaris regula,
2 quòd † actus præsumitur factus ab eo, cuius interest il-
lum fieri, *l. fin. C. de alim. pupil. præst. Bart. in l. cum seruus, de verb. oblig.* Secundò, ista præsumptio est valdè admini-
culata ex pluribus scripturis deductis in alia positione, ex
quibus constat extensionem Ecclesiæ versus altare maius,
fuisse procuratam per operarios Ecclesiæ subministran-
tibus parochianis eleemosynas, & ad hunc effectum ob-
tenta licentia à Rege, fuisse emptas domos contiguas ad
effectum illam ampliandi, & ex libris Ecclesiæ constat
fuisse à parochianis plures eleemosynas pro fabrica colla-
tas. Non obstant deducta in contrarium, nam quantum
3 ad testes de auditu, † ij non probant, nam præterquam
quòd multi eorum sunt ex Confratribus Panniparatorũ,
omnes ferè deponunt de auditu ab ipsis Panniparatori-
bus, & licet subdant & ab alijs personis interrogati, vel di-
cunt se non recordari, vel eosdem Confratres nominant;
4 † Nec etiam probant famam, quia vnus loquitur per ver-
ba præsentis temporis, alius verò de auditu publico à Cõ-
fratribus; & tamen fama est eius naturæ, vt à plurib. pro-
5 bari facillimè possit. † Non obstant insignia, ex quibus so-
let capi argumentum fundationis; *vt fuit dictum in causa Hispalensi de las Cueuas, coram R. P. D. meo Pamphilio;*
quia ea pertinent ad duas Capellas positas à latere Alta-
ris maioris, quæ sunt Confraternitatis, & non controuer-
tuntur; Alia verò insignia, exceptis quibusdam vitreis re-
spiciunt Ecclesiam non autem Confraternitatem. Non
obstant celebrationes festiuitatum, in quibus interuenit
Officiales Confraternitatis, quia ex illis non arguitur ius
in Capella maiori, cum fierent ratione Capellarum vici-
narum in die inuocationis illarum, nempe Sanctissimæ
Trinitatis, & Sancti Michaelis Archangeli, non autem ra
tione Altaris maioris Sãctorum Petri, & Nicolai; in quo-
rum festiuitatibus Confratres nihil habent agere, quod
clarè ostendit in eo nullum ius eis competere. Non obstat,
quòd festiuitates celebrentur in ambitu Capellæ maio-
ris, quia hoc fit ratione maioris commoditatis ob ange-
stiam Capellarum, in quibus non poterat commodè ap-
6 poni tumulus. Non obstant † ornamenta Ecclesiæ cum
insignibus Confraternitatis, quia ex hoc non infertur ad
constructionem Ecclesiæ, sed tantum dici possunt bene-
factores; maximè cum inseruiant pro festiuitatibus Con-
fratrum: & idem dicendum de anniuersarijs institutis à
Confraternitate, quia nihil commune habent cum con-
structione Ecclesiæ siue altaris maioris, Non obstat, quod
dicitur de Cœmeterio, nempè, quòd esset positum in alia
parte, quàm ea, in qua Ecclesia fuit, emptis domibus am-
pliata, quia poterat eo tempore Cœmeterium se extende-
7 re vsque ad dictas domos, † nec potest argui de præsenti
in præteritum in his, quorum facies est tempore mutabi-
lis, & præfata optimè coadiuuantur ex instrumento an-
ni 1411. ex quo constat operarios Ecclesiæ plurimum la-
borasse pro constructione capitis Altaris, quæ res exclu-
dit constructionem prætensam Confraternitatis. Facit
etiam liber Ecclesiæ de anno 1455. ex quo apparet ad co
hortationem Prædicatorum multas collatas fuisse elee-
mosynas pro fabricæ perfectione. Quæ dicuntur de effe-
ctu, particulariter discutientur.

* *Sub die 8. Nouembris anni præteriti.*

Parmens. Status.
Die Lunæ 16. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio testis, quòd non intendit primo examini contradicere, operatur, vt non sit ei fides adhibenda; nisi exhibito priori examine.*
2 *Testis protestans, quòd non intendit primo examini contradicere nõ potest redargui de falso; nisi primum examen producatur.*
3 *Testis pauper ob solam paupertatem non reijcitur, nisi alia concurrant.*
4 *Testis inimicus repellitur, nec attenditur, an causa inimicitiæ sit iusta, vel iniusta.*
5 *Ex lite super omnibus bonis vel magna quantitate, aut super re notabili oritur inimicitia capitalis.*
6 *Depositio super ijs, quæ testis vidit, cum esset quinque vel sex annorum, est inuerisimilis.*

DE-

DECISIO MLXXVI.

* DOmini steterunt in decisis; * nam quantum ad Car-
1 linum, protestatio per eum facta operatur, vt non sit
ei fides adhibenda, nisi exhibito priori examine ad effe-
ctum iuris, vt sciri possit an secundum dictum sit confor-
me vel contrarium priori, *ad doctrinam Baldi, in l. 1. C. de*
2 *Episc. & cler.* † aliàs non posset testis redargui de falso,
cum clarè appareat eum velle, vt attendatur eius primum
dictum, de quo non apparet, nisi producatur. Non obstat,
quod idem testis subdit, quòd de his, de quibus interroga-
bitur, respondebit, quid sciat pro veritate, & illud, quod
recordabitur, quia ex his non tollitur virtus præcedentis
protestationis, per quam non vult in aliquo discedere ab
eo, quod dixit in priori examine, vt patet ex eo, quòd non
stat in puris terminis protestationis, sed interrogatus di-
cit, quòd non recordatur de aliquibus, quæ dixerit in eius
primo examine, & quòd non vult aliud dicere vltra illud,
quod dixit Parmæ, quę verba importare videntur meram
relationem, maximè cum dicat, quòd tempore prioris exa
minis erat melioris memoriæ. Neque obstant allegata in
contrarium *ex Bart. in l. eos, de fals. Boer. decis. 108. Me-
noch. de arbitr. Casu* 109. quia loquuntur in diuersis termi-
nis, videlicet in protestatione facta à teste ad euitandum
falsum, quando iudex non vult, vt ei ostendatur primum
dictum. Quantum ad exceptionem datam ex capite men
dacij, ea satis bene euacuatur per informantes pro Domi-
nis Rangonibus; ideo in ea parte discessum fuit à resolu-
3 tione. Quantum ad Ioannam dictum fuit, quòd † licet so-
la paupertas non sufficiat ad repellendum testem; tamen
4 alijs concurrentibus in totum repellitur; † constat enim
de causa odij ob demolitionem domus, nec attenditur
causa facti, an sit iusta, vel iniusta, sed factum ipsum; cum
5 Doctores dicant † oriri capitales inimicitias, cum quis
mouet alteri quæstionem super omnibus bonis, vel super
magna quantitate, vel re notabili, *Bart. in l. 3. de testibus.
Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 23. de quæst. Io. de Anan. in*
6 *cap. cum oporteat, num. 6. de accusationib.* † Præterea, depo-
nit de ijs, quæ vidit cum esset quinque vel sex annorum,
quod est valde inuerisimile; Ideo conclusum, standum in
decisis.

* *Sub die Lunæ 14. Martij proximè præteriti.*

Ciuitatis Castelli Bonorum.
Die Veneris 20. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta antiquissima non indigent recognitione.*
2 *Catasta, si non sint custodita ab Officiali publico, non faciunt fidem contra tertium; iuncta tamen cum alijs, faciunt adminiculum.*
3 *Ex quibus detrahatur fides scripturæ.*

DECISIO MLXXVII.

FVit resolutum iura extracta vigore vltimarum com-
pulsorialium esse in forma probanti, & similiter pro-
tocollum, in quo extant instrumenta anni 1323. & 1324.
1 † cum sint antiquissima, & non indigeant recognitione,
*Put. 156. lib. 1. & 9. de fide instr. Ant. Aug. eod. tit. §. commu
nia, de fide instr. num. 16.* idem dicendum de instrumento
2 locationis anni 1356. † Quantum verò ad Catasta, si fuis-
sent bene custodita ab officiali publico, facerent fidem,
*vt per Socin. cons. 205. col. 2. lib. 2. Afflict. decis. 303. num. 4.
& 5.* & licet non faciant fidem plenam contra tertium,
vt tradit Menoch. de arbitr. Casu 91. num. 27. faciunt tamen
3 coniuncta cum alijs adminiculum. † Verum in casu isto
Domini dixerunt multa eis obstare, quo minus fidem fa-
ciant; Primum est, quia in multis particis multa alia bona
confinantur cum bonis Sancti Donati, & tamen in parti-
ta ponitur tantum vna petia terræ, quæ non videtur posse
cum tot alijs confinare: Secundum est, quòd deest folium
321. in quo dicuntur fuisse descripta alia bona Sancti Do-
nati, vt patet ex duabus adnotationibus marginalibus ad
dictum folium se referentibus: Tertium est, quòd adsunt
complures rasuræ in locis, in quibus fit mentio dictorum
bonorum, ex quo resultat, quòd apparet ex his, & ad ocu-
lum, librum prædictum fuisse malè tentum, & diuersis
personis particularibus accommodatum, & multa diuer-
sa manu scripta: Quartum est respectu Catasti noui, quod
colligitur esse copiatum à Catasto veteri, non habita ra-
tione eorum, qui tunc temporis possidebant; cum eo tem-
pore, quo fuit confectum, bona descripta in partita Ab-
batiæ, essent possessa per Ecclesiam Sancti Donati, & his
non fuit plenè satisfactum per informātes, licet alijs obie-
ctionibus bene responderint. Quare conclusum, Catastis
fidem non esse adhibendam; Ceteras verò scripturas esse
in forma probanti.

Tudertina Beneficij.
Die Lunæ 23. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem vnionis, causa & sollemnitas requiruntur.*
2 *Episcopus habet facultatem vniendi bona vnius beneficij ad aliud.*
3 *Non est necessaria citatio Rectoris obtinentis beneficium, quando vnio debet sortiri effectum post eius obitum.*
4 *Tenuitas fructuum, & paupertas Ecclesiæ, est legitima causa vnionis.*
5 *Beneficia etiam reseruata ob tenuitatem fructuum vigore Sacri Concilij Tridentini vniri possunt seruata forma iuris.*
6 *Beneficium vnitum impetrari non potest; cum per vnionem amittat nomen beneficij, & efficiatur prædium.*
7 *In vnione facienda est mentio reseruationis; quod non procedit in vnione facienda vigore Concilij Tridentini.*

DECISIO MLXXVIII.

1 FVit resolutum pro validitate vnionis, † cum enim
causa & sollemnitas, quę pro validitate requiruntur,
2 *iuxta cons. Oldradi 261.* hic intercesserint, & † Episcopus
habeat facultatem vniendi, *c. sicut. de excess. Prælat. c. qui
translationem, de off. deleg.* non potest de ea dubitari; inter-
cessit enim consensus Capituli, *Clemen. 2. de reb. Eccles.
non alien. Gemin. cons. 87. in princ. Rebuff. super regul. de V-*
3 *nion. q. 11.* † neque fuit præiudicatum Rectori beneficium
obtinenti, cum ea sortiatur effectum post eius obitum; &
ideo non est necessaria eius vocatio, *vt tradunt Doctor. in
d. Clem. 2. Rot. decis. vnica de reb. Eccles. non alien. in nou.*
4 † causa verò fuit tenuitas fructuum, & paupertas Eccle-
siæ parochialis, *c. exposuisti, vbi Abb. & alij, de præbend.
Petr. de Vbald. in tract. de Vnion. c. 3. nu. 3. Rebuff. vbi supra,
num. 41.* & bene per testes probatur hæc paupertas, & ma-
5 ximè sustinetur hæc vnio † stante Concilio Triden. *sess. 21.
cap. 5.* vbi datur facultas ob tenuitatem redditüum vnien
di etiam reseruata, & quod ibi dicitur seruata forma iu-
ris, intelligitur de consensu Capituli, qui hic adfuit, & hoc
declarauit Congregatio in litteris super hoc scriptis. Qui-
6 bus stantibus, non intrat gratia Gerardi; quia † beneficiū
vnitum non potest impetrari, *Oldrad. cons. 262. Boer. decis.
345. in princ. Rebuff. super d. regul. gloss. 9.* quia amittit per
vnionem nomen beneficij, & efficitur prædium. *Rot. 1 1.*
7 *de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Non obstat, † quod non fue-
rit facta mentio reseruationis, quæ solet impedire effe-
ctum vnionis, *Rota decis. 4. de reb. Eccl. non alien.* quia ex
Conci-

Cōcilio tollitur obiectum, *& fuit dictum in vna Narnien. 23. Maij 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio*, maximè cum processerit Episcopus omni meliori modo, & etiam vti delegatus vigore litterarum Illustrissimi Cardinalis Matthei,

Cesenaten. Pecuniaria.
Die Lunæ 23. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Frater non tenetur ad debita fratris, si vterque seorsum habitet; non probata aliqua communicatione lucrorum, & aliis ad communionem requisitis.*

2 *Litteræ scriptæ non inducunt obligationem, maximè si sint scriptæ per modum cuiusdam vrbanæ liberalitatis, potius quàm animo se obligandi, vt num. 4. vel si sint scriptæ ad eum, qui tunc temporis non erat creditor, vt num. 5.*

3 *Verbum, (volo) iunctum infinito, in actibus inter viuos non importat dispositionem.*

DECISIO MLXXIX.

1 FVit resolutum † Dominum Annibalem non esse obligatum in casu, de quo agitur; nam quantum ad id, quod prætenditur inter eum & eius fratrem, cuius est debitum, adfuisse societatem omnium bonorum, id non probatur, maximè cum seorsum habitaret vterque, nec probetur aliqua communicatio lucrorum, neque aliæ requisita *per Dec. cons. 628. num. 2. Alex. cons. 39. num. 1. lib. 2. cum alijs deductis in causa Romana de venetarijs coram Illustr. Lancellotto 20. Februarij 1568.* Quantum ad litteras
Annibalis, ex quibus prætenditur eum voluisse se obliga-
2 re, dictum fuit † eas non inducere obligationem, ex pluri-
bus: Primò, quia nihil expressè deponunt, sed tantum ostē-
dunt animum & inclinationem satisfaciendi, præsuppo-
nendo quòd ex bonis fratris superesset facultas dissol-
3 uendi æris alieni: Secundò, † verbum (Volo) iunctum
infinito, in actibus inter viuos, non importat dispositio-
nem, *iuxta notata in l. sermi electione, de leg. 1. cum alijs.*
Tertiò, quia considerando priores, & posteriores litteras,
4 & earum seriem, † videntur potius scriptæ per modum
cuiusdam vrbanæ liberalitatis, quàm animo se obligandi,
Abb. in c. cum venissent, de instit. Corn. cons. 129. nu. 7. lib. 3.
5 *Ias. in l. ita stipulatus, nu. 5. de verb. oblig.* † Postremò, quia
fuerunt scriptæ ad Petrum, qui tunc temporis non erat
creditor, *Rot. decis. 18. de probat. in antiq. Aymo, de antiq. temp. parte 4. §. 1. num. 41.* Ex quibus conclusum, Annibalem non esse obligatum.

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Veneris 27. Maij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Monasterij sine interuentu Abbatis, non valet; valet tamen si interueniat Prior, qui succedit loco Abbatis eo absente, & num. 3.*

2 *In constitutione procuratoris ad alienandum bona Monasterij, requiritur eadem sollemnitas, quæ requiritur in alienatione, alias mandatum redditur nullum.*

4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta per monachos cum auctoritate Episcopi, valet, multo magis facta cum auctoritate Papæ.*

5 *Vbi requiritur conuocatio omnium monachorum in actu, omnes præsumuntur conuocati, si de contrario non appareat.*

6 *Beneplacitum Papæ supplet omnes defectus, & facit, quòd non requirantur aliæ sollemnitates, & num. 8.*

7 *Ex lapsu temporis cum obseruantia subsequuta, præsumantur omnes sollemnitates etiam extrinsecè, & beneplacitum Apostolicum in alienatione interuenisse.*

9 *Alienatio in vim pacti de affrancando, est necessaria non voluntaria.*

DECISIO MLXXX.

FVit dubitatum, An alienatio Casalis sustineatur, non
obstante allegato defectu mandati, & pro nullitate
1 deducebatur; Primò, † quia non interuenit Abbas, sine
quo tam vigore Constitutionum, quàm iuris communis,
non potest fieri alienatio, *c. causam quæ, de iudic. Doctores*
2 *in c. edoceri, vbi Felin. num. 1. de rescript.* & † cum in consti-
tutione procuratoris requiratur eadem sollemnitas, quæ
requiritur in alienatione, *Dec. cons. 282. num. 2. cum alijs*
* *allegatis.* * mandatum reddi nullum; Verum hæc oppo-
3 sitio reiecta fuit, † ex quo interuenit Prior, qui succede-
bat in locum Abbatis eo absente: vndè quidquid poterat
explicari per Abbatem, poterat etiam fieri per eum, qui
est loco Abbatis, *vt tradit Abb. in d. c. causam quæ, num. 9. propè finem*, quod maximè procedit, ex quo Abbas absens
fuit constitutus procurator, qui satis dicitur cōsensisse ac-
ceptando mandatum, & procedendo ad illius executio-
4 nem: & facit, quòd † alienatio facta per monachos cum
auctoritate Episcopi, valet, *Alberic. in Auth. Hoc ius porrectum, num. 17. C. de sacrosanc. Eccles.* ergo valebat facta
auctoritate Papæ, bene facit ad rem *Lap. Allegat. 131. vbi Addit. in littera G.* & constitutiones procedunt Abbate
præsente; quia tunc illa forma impleri potest; secus eo absente, *Faciunt deducta per Natt. cons. 41. num. 2. & 3.* Non
5 obstat, quod dicitur, † requiri conuocationem omnium
monachorum, quia præsumuntur omnes conuocati, si de
contrario non apparet. Secundò deducitur contrarietas
inter mandatum & eius effectuationem, cum non sit ser-
uata forma pacti de affrancando, de quo in instrumento
concessionis in emphyteusim factæ de anno 1514. *prout*
a *fuit resolutum coram Illustriss. Lancellotto*, a sed non pla-
cuit hoc obiectum, quia consensus non fuit circa substan-
tiam, sed circa qualitates, cum reseruatione beneplaciti
6 Papæ, † quod supplet omnes defectus, neque requiruntur
aliæ sollemnitates, *Abb. cons. 41. num. 3. libro 1. Dec. consil.*
b *341. num. 12. Roland. cons. 96. nu. 21. lib. 1.* b & sic sustine-
tur ex nouo consensu approbato à Papa, *l. item liberatur, §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth.* Tertiò opponitur, quòd non
interuenerunt tractatus, qui tam de iure, quàm ex præscri-
pto regulæ requiruntur, *vt tradunt Io. Andr. & alij citati*
c *in decisione vltimo facta.* c & quòd de illis fiat instru-
mentum, *vt fuit deductum in causa Auersana coram bon. mem. Canuccio* d *diuers. 716. lib. 1.* Verum huic obiecto
7 fuit responsum, † ex lapsu temporis cum obseruantia
subsequuta, præsumi omnes sollemnitates etiam extrinse-
cas, & beneplacitum Apostolicum, vt aliàs latè fuit de-
8 ductum; † e ex quo cessant requisita aliarum sollemni-
e tatum, vt pluries Rota resoluit, maximè cum non verse-
9 mur in alienatione voluntaria † sed necessaria, propter
pactum de affrancando, & licet non fuerit seruata illa forma respectu inuestitionis pecuniarum; tamen non ideo tollitur necessitas alienationis, licet respectu qualitatum modus fuerit in aliquo immutatus, propter monasterij imminentes necessitates, & æs alienum ab eo contractum: Verum omnem difficultatem tollere videtur præsumptio
ratificationis, quam quattuor ex Dominis amplectaban-
f tur ex deductis per informantes, f sed quia alij quattuor
dubitabant, an posset præsumi non data obseruantia, cui videbantur obstare protestationes allegatæ; ideo fuit ordinatum, vt dubitatem præsuppositis decisionibus, & alijs hinc inde deductis, An constet de obseruantia, quæ suffragetur in casu, & ad effectum, de quo agitur.

* *Tradit Couar. var. resolut. lib. 2. c. 16. num. 6. vers. quarto eandem conclusio, & ratio est: quia qui non potest alienare, nec etiam potest actum*

-- actum fuerit per quem alienatio sequi possit, gloss. in l. item quia, ff. de pact. notat. Bart. in l. codicillis. §. matre, ff. de legat. 2.

a In Romana vigintimillium, 28. Ian. 1575. qua in impress. diuers. nouis est 262. p. 2.

b Ruinin cons. 35. nu. 22. ad fin. & cons. 157. n. 3. & nu. 25. lib. 1. Capic. decis. 16. nu. 1. propè finem.

c Io. Andr. ad Specul. §. sequitur, vers. scias, tit. loc. Bertach. de Episc. p. 4. nu. 113. vers. 38. quaro. Rebuff. in tract. de reb. Eccl. non alien. num. 82. Rodoan. eod. tract. de reb. Eccles. non alien. rubr. de tractat. num. 329.

d In Aurifana tenimenti. die 15. Febr. & 5. Martij 1582.

e Sub diebus 21. Maij & 28. Iun. Anni praeteriti.

f Nempe lapsus longi temporis. & obseruantia, ad Ias. in l. 1. num. 10. C. qui admitt. Soc cons. 46. col. pen. lib. 3. Dec. cons. 297. num. 3. in fin. Gozzad. cons. 11. nu. 16. Socin. iun. cons. 146. n. 14. lib. 3.

Romana Hæreditatis.
Die Mercurij 1. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Institutus vti filius, & natus de legitimo matrimonio, debet vtramque qualitatem probare.*

2 *Denominatio hæredis facta in testamento, vti filij legitimi, & de legitimo matrimonio nati, non nocet fideicommissarijs, licet in præiudicium nominantis posset forsan aliquid operari.*

3 *Expositio infantis ad hospitale repugnat legitimæ filiationi.*

4 *Falsitas instrumenti matrimonialis detegit veritatem, an filius sit legitimus, & de legitimo matrimonio natus.*

5 *Tractatus filij vti spurij, & matris vti concubinæ innuit, quod non sit natus ex legitimo matrimonio.*

DECISIO MLXXXI.

DVbitaui, an constet de tali filiatione, vt Titus possit succedere in bonis, & hæreditate, de qua agitur, & causa vna tantum parte informante proposita, fuit per Dominos resolutum pro negatiua, duo enim sunt per Ti-
1 tum probanda, † & quòd sit filius, & quòd sit natus ex
a legitimo matrimonio, *ad tradita per Angel. in l. liberorum, num. 2. de his qui not. infam. Soc. iun. cons. 86. num. 54. lib. 2. Roland. cons. 100. num. 19. lib. 2.* hanc enim qualitatem Pantasilea adiecit vocationi, *l. non ignorat, C. qui accus. non poss. Alex. cons. 60. lib. 2. Ias. in l. neque professio, nu. 3. C. de testam.*
2 Affertur autem ad hoc probandum, † denominatio paterna tantum in testamento, in quo instituit hæredem Titum vt filium legitimum, & de legitimo matrimonio natum, quæ nominatio quidquid operetur in præiudicium nominantis, tamen non nocet fideicommissarijs, *Ias. consilio 106. numero 2. lib. 1. Grat. cons. 140. numero 44. libro primo. Natt. 473. numero 24. Dec. consilio 343. cum*
* *alijs allegatis.* * & contra hanc nominationem plura facere videntur. Primò, quòd non constat de aliquo matrimonio inter Curtium patrem, & Mariam: immo in contrarium adest depositio Meniciæ sororis matris, quæ vti consanguinea verisimiliter est informata. Secundò † ad-
3 est expositio infantis ad Hospitale Sancti Spiritus, quod
4 repugnat valde legitimæ filiationi. Tertiò † falsitas instrumenti matrimonialis confecti cum antidata, cum sententia desuper lata, quæ res detegit veritatem facti. Quartò
5 adsunt testes deponentes, † quòd ipsemet Curtius tractauit Titum uti spurium, Octauus testis, n. 26. 27. 29. & 30. Decimus, num. 38. 39. & 40. Vndecimus, nu. 46. eodemq; modo tractabat Mariam vti famulam, & concubinam, non vti vxorem. Quintò probatur per testes, Curtium fuisse conquestum de testamento materno, vti facto ad excludendum filios suos, quæ omnia faciunt cessare præsumptionem, quæ oritur ex nominatione, maximè iuncta disparitate. Neque obstat, quòd Titus sit in possessione bonorum vigore mandati de manutenendo, quia cum D. Fabius, & fratres, sint vocati ad successionem vigore fideicommissi, ita vt de ipsis non possit dubitari, onus probandi qualitates incumbit Tito. Et ita conclusum.

* *Adde Ias. cons. 81. num. 2. Grat. cons. 158. num. 7. lib. 2. Rebuff. de nominat. q. 1. num. 4.*

Cæsaraugustana Exemptionis.
Die Lunæ 13. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Regula de iure quæsito non tollendo habet locum in iure quæsito ex priuilegio.*

2 *Dictio (quomodolibet) includit omne ius etiam minimum.*

3 *Priuilegium obtentum ex causa onerosa, habet vim contractus, cui non est credendum quòd Papa voluerit derogare.*

4 *Ius subiectionis, quòd quis vni tantum, & non pluribus subijciatur, est ius valdè considerabile.*

5 *Habere vnum superiorem magis, quàm alium, dicitur res modici momenti; secùs est, si agatur de iure exemptionis Ecclesiæ ab inferiori, & subiectionis soli Papæ.*

6 *Regula de iure quæsito non obstat, vbi constat quòd Papa voluerit præiudicare in iure quæsito.*

7 *Papa in dubio non præsumitur voluisse derogare regulæ de iure quæsito, quibuscumque vtatur verbis, & Clausulis; nisi expressè deroget regulæ, & hoc propter protestationem in regula appositam.*

8 *Clausula, De plenitudine potestatis, licet operetur in tertij præiudicium, non operatur tamen in præiudicium regulæ de iure quæsito.*

9 *Protestatio posita in regula de iure quæsito non toll. tollit consensum, & voluntatem ab actu gerendo, ubi ei non derogatur.*

10 *Gratia quando ex defectu intentionis Papæ corruit, omnes Clausulæ accessoriæ euanescunt.*

DECISIO MLXXXII.

DOmini steterunt in decisis coram R. P. D. meo Ora-
* no. * nam † regula de non tollendo iure quæsito ha-
1 bet locum in iure quomodolibet quæsito, etiam ex priuilegio, *iuxta decis. Mohed. 82. Sarnens. super regul. de non toll. q. 15. circa fin. Gozzad. cons. 14. n. 22. Rolan. cons. 2. n. 23. lib. 4.*
2 † & dictio (quomodolibet) includit omne ius etiam minimum, *gl. in Clem. 2. in verbo (quomodolibet) de sent. excom.*
3 *Paris. cons. 58. n. 10. lib. 1.* quod maximè procedit, † cum priuilegium exemptionis, de quo agitur, fuerit obtentum ex causa onerosa, & sic vti in vim contractus, *c. si Papa, de priuileg. in 6. Felin. in c. nouit, n. 8. vers. aut verò priuilegium, de iud.* cui non est censendum Papam voluisse derogare, *Lap. allegat. 96. Mohed. 350.* Et non est dubitandum † hoc ius
4 esse valde considerabile, quidquid in contrarium deducatur, *vt patet ex c. dilectus, de capell. monach.* cum alijs pluribus iuribus, in quib. hæ magna ratio huius iuris: interest. n. valde vni tantum, & non pluribus subijci, *Felin. in c. dilecti, vers. hominibus inuicti, de maior. & obed. Put. dec. 31. in fi. lib. 1.* maximè cum adfuisset diuturna lis super exemptione inter Archiepiscopum, & Ecclesiam, quæ præbuit iustam occasionem fel. rec. Sixto V. concedendi hoc priuilegium.
5 Non obstat, quod † habere vnum superiorem magis quàm alium, sit res modici momenti, *iuxta decis. allegatam in causa Legionensi.* a quia in illa causa agebatur de parochia-
a nis, quorum non valde intererat, An Ordinarius, vel Archidiaconus haberet cognitionem certarum causarum: hic verò agitur de eximenda Ecclesia ab inferiori, & subijciendo eam soli Papæ, quod est ius, vt dictum est, valde considerabile, & contrarium dicere est contra omnes loquentes in materia exemptionis. Non obstat, quod per litteras S. D. N. fiat reditus

nis ad ius cõmune, quia nihilominus intrat regula; nam
illud procedit, vbi fit reditus respectu omnium, *vt per Se-*
b *bastianum Sapiam*, b *& alios allegatos in causa Cauriensi*
c *Iurisdictionis. coram bon. mem. Cauuccio.* c Non obstat,
6 quòd dicitur, † regulam non obstare, vbi constat Papam
voluisse præiudicare, quia de hoc quæritur, an voluerit, &
7 † propter protestationem in regula appositam constat
nolle, quibuscumque vtatur verbis & Clausulis; nisi ex-
presse deroget regulæ, *Sarnens. in proœm. d. regul. q. 5. num.*
3. & fuit dictum in causa Burgensi Iuris sepeliendi. coram
bon. mem. Cæsare de Grass. 10. *Iunij 1575. quæ habetur in*
d *tit. de rescript. decis. 9.*, Non obstat *Paris.* d *& Gozzad.*
8 *allegati*, qui volunt † Clausulam, De plenitudine potesta-
9 tis, operari in tertij præiudicium, quia † hoc non habet
locum in terminis regulæ, in qua protestatio tollit consen-
sum, & voluntatem ab actu gerendo, vbi ei non deroga-
tur; & ita nulla potest alia formula introduci, per quam
possit dici constare de mente Papæ, nisi faciat regulæ men
tionem, *& ita decisum fuit coram R. P. D. meo Blanchet-*
to in vna Mediolanensi fructuum. 24. Aprilis 1591. in pro-
prijs terminis huius Clausulæ. Non obstant auctoritates al
e legatæ *Sarnens.* e *Curt. iun. Cassan. Rolan. & aliorum*, quia
fuerunt aliàs sublatæ *per Rot. in decis. 6. bon. mem. Domini*
de Grassis, decis. 1. num. 9. de verb. sign. Vltimo non obstat
10 apertio oris, quia † cum tota gratia ex allegato defectu
corruat, Clausulæ accessoriæ omnes euanuerunt, & nihil
inde deduci potest, quod obsit priuilegio exemptionis, de
quo agitur. Et ita conclusum standum esse in decisis.

* *Sub die Mercurij 9. Martij 1594.*
a *Legionen. Iurisdictionis de Saldagna. coram Illust. Card. Plato.*
b *Sebast. Sap. in Addit. ad Abb. in c. veniens, num. 22. in fin. & ibidem Paris. num. 26 de præsumpt.*
c *Sub die Veneris 18. Maij 1576.*
d *Paris. consil. 5. num. 91. & consil. 30. num. 46. lib. 4. Gozz. consil. 5. num. 25. & seqq.*
e *Sarnen. in reg. de iure quæs. non toll. quæst. 12. Curt. iun. cons. 7. num. 22. & consil 9. num. 29. Cassan. cons. 56 num. 63. Gozzad. cons. 1. num. 35. & cons. 8. num. 2. Gabr. de iure quæsit. concl. 1. num. 29.*

Parmens. Status
Die Veneris 17. Iunij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Testi deponenti cum protestatione, quòd non intendit primo examini contradicere licet non sit fides adhibenda, non adhibito priori examine, tamen in ea, de quo explicitè deponit, non est ei fides deroganda.*
2 *Creditur referenti, licet non constet de relato, in ijs quæ pendẽt à voluntate & potestate alicuius, & de quibus explicitè disponitur.*
3 *Attenditur relatum, quando est certum, si concurrat voluntas, & potestas disponentis, & num. 7.*
4 *Relatio non debet intelligi de his, in quibus specialis prouisio & determinatio est facta.*
5 *Testi licet incontinenti se corrigere, & dictum suum interpretari.*
6 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed potius coadiuuanda.*

DECISIO MLXXXIII.

Causa iterum proposita super eo, an testibus Domi-
norum de Rangonibus cum protestatione, de qua
agitur, deponentibus, sit fides adhibenda non exhibito
1 priori examine, Domini pro maiori parte censuerunt † nõ
esse fidem derogandam istis testibus in eo, de quo expli-
citè deponunt, licet non producatur primum examen; &
moti fuerunt his rationibus: Primò, quia licet *regula Au-*
2 *thent. Si quis in aliquo C. de eden.* habeat, quod † non est cre
dendum referenti, nisi constet de relato; tamen ea non
procedit in ijs, quæ pendent à voluntate & potestate ali-
cuius, & explicitè disponitur, *Bald. in l. 2. ad finem, C. de*
Epis. & cler. cum alijs deductis per Aym. consi. 157. num. 1.
& 16. & cons. 681. num. 3. & fuit alias dictum coram R. P.
D. meo Blanchetto, & coram bon. mem. Cauuccio, in vna
Cauriens. Iurisdictionis. pendet autem à voluntate testis,
quid, & quomodo velit deponere; ergo in eo quod expli-
citè deponit est fides adhibenda, non obstante generali
illa relatione, quæ fit causa euitandæ contrarietatis, ne
testis memoriæ lapsu possit argui de falso, *vt latè tradit*
Andr. Gail. Pract. Obseruat. 104. post Bart. in l. eos, num. 6.
& Hipp. num. 4. de fals. Felin. in cap. cum tua, nu. 1. de testib.
Vnde non debet trahi ad alium effectum contra mentem
protestantis. Secundò, in terminis relatiuæ dispositionis,
3 † quando relatum est certum, id esse attendendum, *tra-*
dit latè contra Decium Cagnol. in d. Auth. Si quis in aliquo.
num. 74. C. de edend. Ripa, in l. admonendi, num. 35. de iure-
iur. qui tamen sunt intelligendi, vt supra dictum est, quan-
do concurrit voluntas & potestas disponentis, vt in casu
4 isto. Tertio facit, quia † relatio non debet intelligi de
his, in quibus specialis prouisio & determinatio facta est.
vt latè per Aym. cons. 808. num. 4. Verum in his dispo-
sitionibus adest specialis determinatio in his, quæ te-
stes dicunt tam super articulis, quàm iuxta interrogato-
ria respondendo per extensum sine aliqua relatione;
adest etiàm specialiter determinatio in ipsamet protesta-
tione Carlini, & aliorum in ea parte, in qua habetur,
quòd de his, de quibus interrogabitur, respondebit de eo,
5 quod sciet, veritatem: Vnde † cum liceat testi inconti-
nenti se corrigere, & interpretari dictum suum, *Ias. in l.*
iuris gentium, §. quinimo. num. 7. de pact. l. lecta, num. 21.
si cert. pet. multo magis licet restringere generalitatem
protestationis, vt hic factum fuit per præfata verba, quòd
si fuerit interrogatus, dicet veritatem. Confirmantur præ-
6 dicta ex vulgata regula, quę habet, † dicta testium non
esse cauillanda, sed potius coadiuuanda, *vt post Bald. tra-*
dit Alex. cons. 5. num. 12. lib. 1. & 186. num. 4. lib. 7. Dec. cons.
100. num. 2. & 3. cum simil. Et ex his virtualiter tolluntur
deducta aliàs *ex doctrina Baldi, in l. 1. in fine, C. de Episc. &*
* *cler. cum alijs*, * quia † non procedunt vbi relatum est cer
7 tum & explicitum, & vbi relatio sit restrictè & limitatè,
prout supra dictum est. Et ex his recessum fuit à resolutio-
a ne aliàs in hoc articulo facta. a

* *Idem Bald. in c. 1. vbi Afflic. num. 6. vers. sed quid si dixit de feud. guard. Rip. in tit. de diuers. respon. reser. respons. 1. n. 6. & id quod dictum fuit in Meliten præcedentia. 16. Maij 1578. coram eodē Illust. Card. Seraphino.*
a *Sub die 14. Martij, & 16. Maij proxime præteriti.*

Burgens. Iurisdictionis.
Die Lunæ 20. Iunij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus in quibus sit manutenendus in exercitio suæ iurisdictionis priuatiuè quoad Archidiaconum, & in quibus cumulatiuè.*

DECISIO MLXXXIV.

1 Domini censuerunt † Reuerendiss. Dominum Archie
piscopum esse manutenendum in exercitio iurisdi-
ctionis priuatiuè ad Archidiaconos respectu causarum
matrimonialium, & criminalium tantum, in quibus adest
expressa resolutio Sacræ Congregationis Concilij, donec
ex aduerso probetur consuetudo immemorabilis; In re-
liquis verò casibus: & in specie respectu visitationis, & iu-
ris dandi licentias fabricandi in Ecclesijs proprijs Archi-
diaconorum, dixerunt mandatum priuatiuè dari non
posse, si apparet de consuetudine contraria, cum possessio
Archidiaconi habeat iuris communis assistẽtiam in istis
casibus, *c. mandamus, & c. ad hæc, §. 1. & ibi glos. & Do-*
ctor. de offic. Archidiac. Abb. in cap. cum satis, col. 2. vers.
dicit

dicit gloß.eod.tit. Lancellot.in Templ.omn.iudic.lib.2. cap.8. nu.12. Molan.de canoni.lib.2.c.7. tradunt omnes in c.cum personæ, de priuileg. in 6. quibus consonat Concilij dispositio permittentis in quibusdam casibus inferiorib. visitationem, licet non priuatiuè ad Episcopum, c.4. seß.24. & habetur in resolutione, quæ data fuit: In his itaque stante consuetudine Archidiaconos esse manutenendos, licet non priuatiuè ad Archiepiscopum. Et ita conclusum.

Romana Casalis Longhezzæ.
Die Mercurij 22. Iunij 1594.

SUMMARIUM.

1 *Ex lapsu temporis dicitur constare de obseruantia contractus ad effectum præsumendi ratificationem mandati.*
2 *Ex longa possessione præsumitur ratificatio, & approbatio.*
3 *Protestatio clandestina, & ad notitiam partis non deducta nihil operatur.*
4 *Gesta per metum quando præsumantur ratificata.*
5 *Ad annullandam alienationem bonorum Ecclesiæ factam cum Papa, deducuntur tempora eiusdem Papæ, ad effectum præscriptionis interrumpendæ, non autem excludendæ præsumptionis.*
6 *Lis mota ante lapsum temporis præscriptionis, si in ea nihil actum fuit, non interrumpit præscriptionem, sicut de lite, in qua quis succubuit.*

DECISIO MLXXXV.

* QVia in decisione in hac causa vltimo facta. * Domini censuerunt, contractum, de quo agitur, sustineri, non obstante defectu prætensæ sollemnitatis, & man
1 dati, & inter alia deductum fuit, † mandati defectum tolli ex præsumpta ratificatione, data tamen contractus obseruantia; Ideo dubitaui, An constet de obseruantia in casu, & ad effectum, de quo agitur; & causa proposita re-
* cusantibus Monachis informare, fuit per Dominos vnanimiter conclusum, constare de sufficienti obseruantia ad effectum præsumptionis ratificationis mandati, idq; ex lapsu temporis ab anno 1520. quo fuit facta venditio fel. record. Leoni X. deinde semper vsque in diem præsentem fuit Casale possessum per Leonem, Clementem, & demũ
2 Stroccios, qui à Clemente causam habuerunt; † nam ex tam longa possessione omnia censentur ratificata, & approbata, *l. si filius, C. de petit. hæred. Socin. cons. 46. nu. 3. vers. præterea, lib. 3. Gozzad. cons. 99. num. 16. Socin. iun. cons. 48.*
3 *num. 9. & 10. lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 23. lib. 1.* † Non obstant protestationes aliàs deductæ, quia fuerunt clandestinæ, & numquam ad notitiam partis deductæ; ideo nullum operantur effectum, *vt aliàs fuit dictum ex resolutione facta in causa Tusculana Villæ, coram R. P. D. meo Orano. Fel. in c. cũ M. Ferrariensis num. 45. vbi Dec. n. 20. de constit. Pa-*
4 *ris. cons. 5. num. 195. vol. 4. Ægid. decis. 38. & 545.* † maximè cum fundatæ sint in prætenso metu, qui præterquã quòd non probatur; interim tamen per mortem Pontificum cessauit, & tamen numquam fuerunt repetitæ, vel deductæ ad notitiam possessorum, & Monachi passi sunt labi tempus triginta, & amplius annorum à die protestationis vltimæ, antequam per viam monitorij cœperint agere coram Auditore Cameræ; Ideo intrat præsumptio ratificationis, *vt post Innocent. tradit Abb. in c. 1. num. 13. de his quæ vi vel met. caus.* & satis etiã erat inuerisimile id, quod in dictis protestationibus continebatur, cum facultas redimendi data fuisset Alphonsinæ, & suis hæredibus in primo contracto, contra quem nihil vmquam fuit opposi-
5 tum: † Neque sunt deducenda tempora Leonis, & Clementis, quia id posset procedere in materia præscriptionis, non autem præsumptionis, *ut aliàs fuit resolutum in*
a *causa Lunens. Sarzanens. coram bon. mem. Cotta.* a *& fuit*
b *firmatum in hac causa.* b † Neque obstat dicta lis mota
6 de anno 1555. quia iam erat lapsum tempus triginta annorum, vltra quod in ea nihil actum fuit; ideo non interrumpit præscriptionem, vt de lite, in qua quis succubuit, *tradit Felin. in c. illud, col. fi. in 14. conclus. de præscript. Bald. de præscript. 3. par. 6. part. princip. q. 4. num. 37.*

* *Sub die Veneris 27. Maij proximè præteriti.*
a *In Lunens. Sarzanens. terrarum. 20. Iunij 1575.*
b *Sub die 21. Maij anni præteriti, n. 12. & 13.*

Valentina Capellæ.
Die Lunæ 27. Iunij 1594.

SUMMARIUM.

1 *Vt ex prohibitione ius acquiratur, requiritur vt prohibitus prohibitioni acquiescat.*

DECISIO MLXXXVI.

QVia respectu effectus in præcedenti huius causæ po-
* sitione * placuit Dominis, vt de eo particulariter ageretur: proposui dubium, An in die Omnium Sanctorum in Vesperis mortuorũ beneficiati possint apponere tumulum in solo Capellæ maioris reclamantibus Confratribus Panniparatoribus, & fuit vnanimi consensu Dominorum resolutum, stante quòd beneficiati habent fundatam intentionem super cõstructione, vt fuit decisum, nullam subesse causam, cur beneficiati nõ possint apponere tumulum in solo Capellæ maioris in vesperis mortuorũ, quæ pro defunctis celebrantur ex Ecclesiæ instituto, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, maximè cum hæc celebratio fiat post vesperas Omnium Sanctorum: ita vt dictæ festiuitati nullum incommodum afferatur per tumuli appositionem. Neque obstat, quòd tumulus
1 possit apponi in alia parte Ecclesiæ, † quia Confratribus nullum ius prohibendi competit; ideo neque hanc legem dicere possunt beneficiatis; cum numquam constet eos prohibuisse, & beneficiatos prohibitioni acquieuisse, *ad notata per Bart. in l. 1. num. 1. C. de seruitut. & ibi Bald. num. 8. Crstr. cons. 205. n. 5. lib. 2. Ias. in l. quo minus, nu. 31. de flu-*
a *min. Aym. de antiq. temp. p. 4. §. materia, nu. 81. cum alijs.* a & quamuis non sit necesse, vt beneficiati doceant de appositione tumuli, cum simus in facultatiuis; tamen etiam ex abundanti ex testibus constat in summario num. 2. eos in officijs pro defunctis solitos esse apponere dictum tumulum in loco, de quo est controuersia. Quare conclusum sine difficultate pro beneficiatis.

* *Sub die Lunæ 9. Maij præteriti.*
a *Bald. in l. qui luminibus, post gl. ff. de seruit. urb. præd.*

Carthaginens. Portionis.
Die Veneris 1. Iulij 1594.

SUMMARIUM.

1 *Exequutio citationis in partibus, sine testibus est nulla.*
2 *Suspicio oritur contra habentem processum in manibus, & illum non exhibentem.*

DECISIO MLXXXVII.

QVamuis regulariter præsumptio sit contra eum, qui curauit, vt processus deferretur ad Consilium regium, & de hoc constat sufficienter ex attestatione Notarij, tamen Dominis fecit difficultatem, quòd in summa-
1 rio, de quo in actis, † apparet euidenter de nullitate citationis; ex quo exequutio caret testibus, qui si fuissent adhibiti, non est verisimile, quòd non fuisset illorum mentio facta in summario: Præterea difficultatem auxit, quòd Do-
2 mini intellexerunt † processum originalem hic in curia penes partem existere. Vnde cum ex illius exhibitione
possit

possit haberi veritas, & tamen pars non exhibeat, magnã oriri contra eam suspicionem, quod omnino iste defectus etiam ex originali detegatur. Quare conclusum non constare de legitima exequutione citationis.

Ab ista decisione recessum fuit sub die Lunæ 14. Nouembris proximi.

Tarraconens. Pensionis.
Die Lunæ 10. Octobris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi pensionem extinctam esse, incumbit alleganti.*
2 *Liber Datariæ non facit fidem, fallit vt nu. 4.*
3 *Scriptura incerta non probat.*
4 *Libro scripto per Officialem ad illud deputatum fides adhibetur.*
5 *Testes familiares ad probandum id quod domi gestum est, & per alios probari non potest, admittuntur.*
6 *Pensio reseruata contemplatione Cardinalis, arguitur non fuisse reseruata ipsi Cardinali, nec diceretur contemplatione ipsius, si in ipsomet resideret pensionis commoditas.*
7 *Nomen genericum quod in vna tantum verificari potest, habetur pro specifico.*
8 *L. duo sunt Titij, de testam. tut. non excludit probationem, per quam res incerta ad certitudinem redigi potest.*
9 *Licet ab vsu patrisfamilias arguere.*

DECISIO MLXXXVIII.

FEl. rec. Gregorius XIII. anno 1582. contulit Archi-
diaconatum Sancti Fructuosi in Ecclesia Tarraco-
nens. R. D. Michaeli Carniser reseruata pensione quingen-
torum scutorum super fructibus dicti Archidiaconatus
in personam D. Antonij Ioan. Girona contemplatione ta-
men bon. mem. Cardinalis Comẽdoni, & dictus Michael
obligauit se in forma Cameræ, deditq; cedulam bancha-
riam; prout in similibus pensionibus fieri solet; fuit
hæc pensio viuo Cardinale soluta; sed post eius obitum,
cum prætenderet Illustr. & Reuerendiss. Dominus Abbas
Caucus dicti Cardinalis sororis filius, dictæ pensionis vti-
litatem, & commodum ad se spectare, eamdem exigere
tentauit: Ex aduerso verò Michael prætenderet extinctã
esse morte Cardinalis, tandem res deducta fuit in iudiciũ,
& cum status causæ in hoc versaretur, An constaret pen-
sionem fuisse reseruatam ad commodum, & fauorem D.
Abbatis, & hinc inde multæ deducerentur coniecturæ;
Proposui hunc articulum in Rota; & re discussa, maior
pars Dominorum censuit constare pensionem reseruatã
fuisse ad commodum D. Abbatis: & quoniam versamur
in materia coniecturali, fuit pro parte D. Abbatis excita-
tum, onus probandi pensionem exstinctam morte Cardi-
nalis, incumbere Michaeli, & consequenter docere debe-
re commodum pensionis ad eumdem spectasse, & quam-
uis plures ex Dominis starent pro parte Abbatis eo po-
tissimum fundamento, quia exigebatur pensio nomine
Ioannis reseruatarij viuentis, qui habebat gratiam suam
claram, & obligationem Michaelis in forma Cameræ, cui
nihil aliud opponi poterat, quàm exstinctionem ex perso-
1 na eius, ad quem vtilitas spectabat; † ideoq; videri onus
probandi exstinctionem alleganti incumbere, *l. qui dicit, cum vulgar. de probat.* tamen quia in contrarium deduce-
batur esse in confesso hanc pensionem non fuisse reserua-
tam ad vtilitatem Ioannis, vt ipsemet fatetur, sed alterius
personæ non nominatæ propter pragmaticas Hispania-
rum, omissa hac disputatione fuit actum tantummodo
de probationibus, & coniecturis, quæ hinc inde deductæ
fuerunt. Et quidem pro parte Reuerendiss. Domini Ab-
batis pro præcipuo fundamento intentionis suæ allegatus
fuit liber Datariæ conscriptus à quodam Petro Antonio
tunc temporis ministro Datarij, in quo in margine è re-
gione huius pensionis ibi adnotatæ, reperiuntur hæc ver-
ba, Nepoti Cardinalis Comendoni, intuitu ipsius Cardi-
nalis; Coadiuuatur hæc probatio ex solutionibus postea se-
quutis; nam prima dempta, quæ fuit facta Cardinali; ce-
teræ fuerunt factæ Domino Abbati, nempe solutio quin-
gentorum scutorum sub die 26. Maij 1584. facta à Cæsa-
re Boffil Dominis de Vbaldinis per manus Caualcantũ
ex ordine D. Abbatis, vt cantat partita extracta ex libris
Dominorum de Caualcantibus, & alia sub die 5. Septem-
bris eiusdem anni ducentum quinquaginta scutorum Cæ-
saris Antinori Boffil data à Ioanne Girona, vt solueren-
tur D. Abbati, & deinde ex ordine Abbatis, vt solueren-
tur Philippo Antinoro, & Andreæ de Alemanis, Et de-
mum ex alio ordine Io. Gironæ, vt solueretur terminus
Martij 1585. Domino Abbati; qui tamen duo postremi
termini non fuerunt soluti, quia tunc obierat Cardinalis,
& Archidiaconus cœpit prætendere extinctam fuisse
pensionem; tamen hinc colligitur declaratio Io. Gironæ,
qui erat conscius, ad quem spectaret pensio, neque alias
fuisset post obitum Cardinalis daturus hunc ordinem.
Ex aduerso pro parte Archidiaconi deductum fuit, ex plu-
ribus constare commodum pensionis spectasse ad Cardi-
nalem; Primò, quia Apostilla cantat intuitu Cardinalis;
Secundò, quia statim post reseruationem adueniente pri-
mo termino solutionis pensionis, ea fuit soluta Cardinali,
vt apparet ex partitis Cæsaris, & Philippi Antinori, & An-
dreæ Alemani; Tertiò, quia solutiones factæ Domino Ab-
bati, fuerunt postea per eumdemmet positæ ad computũ
Cardinalis, quæ res arguit ipsum recepisse eas non tam
nomine proprio quàm Cardinalis. Nec obstare adnota-
2 tionem illam, quæ reperitur † in libro Datariæ, quia liber
ille est liber priuatus, & qui non facit fidem, vt videtur a-
lias sensisse *Rota in Pampilonensi pensionis coram bo. mem.*
* *Bubalo.* * & dato etiam, quòd ei esset fides adhibenda, cũ
non contineat nomen proprium Abbatis, sed tantum scri-
3 ptum sit Nepoti Cardinalis, † propter incertitudinem nõ
concludit, *l. duo sunt Titii, de testam. tut. l. non hoc, C. vnde legitimi, cum simil.* Præterea, cum contemplatione Car-
dinalis fuerit reseruata pensio, vtique requirebatur eius
declaratio, quæ cum non appareat, remanet, vt voluerit
pro se illam habere, quod obseruantiæ supra consideratæ
conuenire videtur, *ad Dec. conf. 543. n. 4. Paris. cons. 17. n. 17. lib. 4.* His tamen non obstantibus, Domini priorem opi-
nionem amplexi sunt pro Domino Abbate, ea potissimũ
4 ratione, † quia existimabant libro Datariæ esse fidem ad-
hibendam, cum & liber & manus Petri Antonij fuerint
recognita, & cum scriptus sit per Officialem ad id depu-
tatum, *ad notata per Bar. in l. Argentarius, & in l. quædam, de edendo, & in l. Titia textores, de legat. 1. quod etiam sensit Rota in eadem Pampilonensi coram R. P. D. meo Gypsio anno 1585. & 1536. & in causa Cartaginensi 11. Maii 1592. coram R. P. D. meo Penia;* & cum reseruationes huiusmo-
di fiant supposita alterius persona, propter pragmaticas,
non potest aliundè haberi veritas, quàm ex huiusmodi li-
bris, & quinternis; quo casu ratione publicæ vtilitatis ne-
5 cesse est, vt eis fides adhibeatur, † vt dicitur de testib. fa-
miliaribus admittendis ad probandum id, quod domi ge-
stum est, quodq; per alios probari non potest, *Bartol. in l. scimus, §. licentia, C. de iure delib. & in l. consensu, § 1. C. de diuort. plura congerit Paris de Syndicatu, §. testis, & Lambertin. de iure patron. artic. 12. q. 10. nu. 7. 2. parte, lib. 2.* aliàs
semper in incerto esset, ad quem spectaret pensionis com-
moditas, in graue præiudicium eorum, qui eam soluere
6 tenentur; † Ex adnotatione verò illa, in qua habentur il-
la verba contemplatione Cardinalis, arguitur non fuisse
reseruatam ipsi Cardinali, non enim diceretur contem-
platione ipsius, si in ipsomet resideret pensionis commo-
ditas, *Bart. in l. si mandatum, C. de negot. gest. & in l. si pupilli, §. item quæritur, ff. eod. Bald. in l. cum aliquis, in 2. notab. C. de iur. deliber.* Neque obstat, † quòd non fuerit expres-
7 sum

sum nomen proprium nepotis, quia cum per testes probatum fuerit de illo tempore nullum alium exstitisse in rerum natura nepotem Cardinalis præter Abbatem, hæc demonstratio de necessitate ei applicari debet, neque lo-
8 cum habere potest *d.l. duo sunt Titii*, † cum hic excludatur pluralitas, & aliorum existentia, sed neque etiam in illa lege excluditur probatio, per quam res per se incerta ad certitudinem redigi potest, quòd optimè cõuenit huic negotio, hunc enim nepotem ab auunculo educatum, & vti filium ab eo tractatum semper fuisse, est notissimum, & procurasse eidem Abbatiam, & reliqua omnia beneficia per eum possessa, quæ maluit in eius personam collocare, quàm pro se retinere. Neque obstat, quòd Cardinalis primum terminum receperit, quia cum ipse omnia bona nepotis administraret; hanc etiam pensionem exegit; & ideo eos quoque terminos, quos Abbas exegit nomine proprio, curauit idem Abbas poni ad computum Cardinalis, cum nulla haberet computa, neque rationes distinctas, & separatas à rationibus Cardinalis, qui omnia administrabat; & ita tolluntur, quæ in contrarium super hac re considerata fuerunt. Neque etiam obstat, quòd Cardinalis cuius contemplatione fuerat reseruata pensio, non declarauerit, ad quem spectaret, quia immo ex libri adnotatione apparet de contrario, cum ibi exprimatur persona nepotis, quod sine ipsius declaratione ac voluntate
9 fieri non poterat; † & sane ex vsu patrisfamilias arguere possumus, Cardinalem voluisse eadem ratione pensionem collocare in personam nepotis, qua etiam cetera beneficia maximi valoris collocauit. Non obstat, quòd soleat expediri mandatum in rem suam ad fauorem illius, cui pensio inseruit, quia hoc sæpissimè omitti solet; neque hoc casu applicari potest, cum non ostendatur fuisse tale mandatum expeditum ad fauorem Cardinalis. Vltimò non obstat *decisio Pampilonensis coram bon. mem. Bubalo*, quia dato, quòd esset vera; tamen admittit probationem libri concurrentibus adminiculis, quæ hic adesse Domini censuerunt.

Sub die Veneris 18. Maij 1584.

Mediolanens. Distributionum.
Die Veneris 14. Octobris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Actus facultatiui non constituunt aliquem in possessione.*
2 *Actus sequentes, præcedenti causæ tribuuntur.*
3 *Qui numquam habuit se pro spoliato, in possessione manuteneri debet.*

DECISIO MLXXXIX.

FVit per Dominos vnanimiter conclusum Candianũ, & socium, esse manutenendos in quasi possessione distributionum, quæ percipiuntur ex prędio de Besate; nam quòd ipsi sint Mazzaconici, & ab alijs pro talib. admissi, & agniti in omnibus actibus, & in participatione distributionum, admittitur citra controuersiam, & etiam in dubio pręsupponitur. Quòd autem participauerint de istis distributionibus ex redditibus prædij de Besate, probatur ex computis saltem pro duabus vicibus, & adest etiam compartimentum. Tertium super quo ambigitur, an fuerit effectuatum nec ne, parum refert, cum ex prioribus illis solutionibus fuerit quęsita illis possessio. Nec obstat, quod in contrarium deducitur, istas solutiones, & participationes non fuisse factas ex alia causa quàm ex fa-
1 cultate libera bon. mem. Cardinalis Borromęi; & ideo † tamquam actum facultatiuum non constituisse in quasi possessione exigendi, *iuxta notata per Doctores, in l. si certis annis, C. de pact. cum similib.* quia cum ex Breui facultatis dismembrandi, & applicandi concesso Cardinali per fel. rec. Gregorium XIII. apparet de origine, & causa ista-
2 rum dismembrationum; † vtique actus sequentes sunt tribuendi pręcedenti causę, *vt post Bart. declarat Menoch. de arbitr. casu 161. num. 19.* & licet Cardinalis magnam partem conuerterit in vsum fabricę, hoc fecit ex ampla, & latissima facultate ei tributa, non autem animo innouandi id, quod principaliter à Papa sibi cõcessum fuerat; nam quod dicitur, non constare de applicatione, non potest defendi, cum in contrarium adsint confessiones moderni Archiepiscopi in Breui per eum obtento, & Capituli in transactione inita cum istis officialibus, & patet ex distributionibus factis, neque subest causa, cur magis hodie debeant alij officiales de istis dismembrationib. participare, quam isti, cum causa fuerit generalis, & ęquè omnibus applicabilis: An verò modernus Archiepiscopus po-
3 tuerit statuere, prout fecit, respicit petitorium, † sed interim isti sunt manutenendi; cum numquam habuerint se pro spoliatis, & causam possessorij prosequuti fuerint, nec tali decreto danda est exequutio, nisi eo iustificato, quod ex hactenus deductis factum non est. Nec obstat, quòd de quantitate distributionũ non constat, quia satis est, quòd istis detur manutentio adinstar ceterorum Officialium etiam respectu loci in choro. Et ita conclusum nemine contradicente.

Virdunens. Episcopatus.
Die Veneris 21. Octobris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio c. vt præterita, de election. & c. cupientes, §. ad hæc, eod. tit. in 6. quando procedant, & quando non, & num. 3. & 4.*
2 *Vbi præsuppositum non verificatur, non est locus dispositio.*
5 *Ex iure singulari non est arguendum ad alios casus.*
6 *Litigans aduersario non tenetur ministrare expensas, nisi in certis casibus à iure expressis.*

DECISIO MXC.

DOmini vnanimiter censuerunt expensas huius litis non esse subministrandas Domino Ioanni, neque
1 pro tempore prętérito, neque in futurum, † cum enim ipse nitatur dispositioni, *c. cum præterit. e. de election.* pro expensis hactenus factis, & pro faciendis dispositioni *c. cupientes, §. ad hæc, eod. tit. in 6.* dixerunt neutrum casui nostro applicari; nam quantum *ad c. vt præterit. e.* illud habet locum, quando geritur negotium electionis, seu confirmationis vacãte sede, vt aperte habetur in textu, hic verò agitur negotium particulare Capituli prętendentis ad se spectare ius eligendi, & D. Ioannis Electi; nam super hac prętensione causa reperitur commissa, & iam per Sedem Apostolicam reperitur prouisum de Episcopatu cum pos-
2 sessione subsequuta; † Ideo non est locus disposito, vbi pręsuppositum non verificatur, *gl. in l. mancipia, C. de seru. fugitiu. Roman. sing. 495. & ita hunc textum declarant Innoc. Abb. & alii, & bene Archidiac. in c. fin. distin. 63. qui dicit, d. c. loqui in expensis factis à Capitulo, non ab Electo, & pro prosequutione electionis tantum, & ipsum sequuntur ibi Ge-*
3 *min. & Præpos.* Accedat, quòd † Capitulum hoc casu declarauit se nolle prosequi hanc causam iuris eligẽdi; ideo negotium est principaliter Electi, quo casu non procedũe iura allegata, *Io. Monach. in d. c. cupientes, §. ad hæc, n. 85. &*
4 *86. Gemin. n. 3. in fi. de elect.* † Quantum *ad d. c. cupientes, §. ad hæc*, idem fuit responsum; & in simili videmus, quòd quando est facta electio plurium in discordia, tunc electorũ expensis negotium est prosequendum, *vt in d. c. cupientes, §. si verò, & ibi notant omnes, Ang. in cons. 245. cum aliis per*
5 *Mandagott. de elect. c. 58.* Quare † ex his iuribus, quę continent ius singulare, non est arguendum ad alios casus, *l. ius singulare, l. quod contra rationem, de legib. l. 4. §. toties, de damno infecto, Bald. cons. 218. vers. primo tamen, lib. 3.* maximè quia ex tali pręstatione expensarum lęderetur prouisus,

qui

6 qui est in possessione, & † qui regulariter non tenetur adversario subministrare expensas, nisi in certis casibus à iure expressis, *l. Imperatores, & ibi Bald. de tutel. & ration. distrah. Couarr. pract. qu. c. 6. nu. 5. & 6. l. si instituta, §. de inofficioso, de inoffic. testam. Crescent. decis. 2. 2.* neque à D. Ioanne ex capite paupertatis petuntur expensæ, neque ex capite boni iuris; cum contra eum iam fuerit lata sententia in Rota, ex qua insurgit præsumptio non boni iuris. Et ex his conclusum expensas non esse per prouisum Domino Ioanni præstandas.

Placentina Cantoriæ.
Die Lunę 24. Octobris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ex sola oppositione seu requisitione an ius aliquod considerabile quæsitum sit stante statuto.*

2 *Per simplicem acceptationem gratiæ, non dicitur ius acquisitum in beneficio; nisi ex parte collatoris ad aliquos actus deuentum fuerit, seruato iuris ordine, vel secundum formam à statuto, vel lege traditam; aliàs secus.*

3 *Collatio præbendarum in Cathedrali est communis Episcopo, & Capitulo.*

4 *Tempus conferendi, quod datur Episcopo, est sex mensiū.*

5 *Actus gestus à nonnullis Capitularibus maiori parte contradicente, est nullus.*

6 *Vbi certo generi personarum debetur beneficium, Episcopus non potest alteri prouidere; secus in Papa, qui est Dominus absolutus omnium beneficiorum.*

7 *Facta nominatione, & requisitione, an collatio sit habenda pro facta, & Papa dicatur præuentus in conferendo, & quando.*

8 *Decis. Put. 235. lib. 2. qualiter procedat.*

DECISIO MXCI.

CVm in gratia Didaci esset apposita Clausula, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, fuit per Matthæum oppositum tempore dictę gratiæ iam fuisse sibi ius quæsitum ratione oppositionis, seu requisitionis suæ: super quo articulo Domini proponente R.P.D. meo Arigonio, resoluerunt † non fuisse ex
1 sola oppositione, seu requisitione ius aliquod considerabile quæsitum Matthæo etiam stante statuto Ecclesiæ Placentinæ, *Cassador. decis. 18. nu. 3. de Præbend. cum alijs allegatis in decisione.* * Verum quia vltra oppositionem allegatum fuit pro Matthæo, fuisse ad plures alios actus processum; Dubitaui, An simul cum oppositione concurrant alij actus, & tales, ex quib. fuerit ius quæsitum Matthęo; Et fuit omnium Dominorum consentienti opinione decisum, non adesse tales actus, ex quibus fuerit ius quæsitū Matthæo: Cum enim maior eorum pars proueniat ab ipso solo Matthæo, res dicitur remanere in simplicibus ter-
2 minis acceptationis, † per quam non dicitur quæsitū ius, *vt per Rot. 17. licet de more, de præbend. in nou. latè Cassad. decis. 18. de præbend. Felin. post Card. & alios, quos allegat, in c. causam quę, nu. 26. de rescript. Sarnens. de iure quæs. non toll. q. 1. nu. 3.* Ideo vt dicatur ad hunc effectum ius quæsitum, necesse est, vt ex parte collatoris deueniatur ad aliquos actus, *prout in decis. Put. 253. lib. 3.* Neque hæc decisio suffragatur Matthæo prætendenti ex parte collatorū fuisse deuentum ad plures actus, & ad collationem; nam Puteus loquitur, quando illi actus gesti fuerunt seruato iuris ordine, & secundum formam à statuto traditam; at in casu, de quo agitur, omnia fuerunt nulliter gesta: & nō seruata iuris nec statuti forma; ideo nihil operatur, *c. non præstat, de reg. iur. in 6. Rebuff. super reg. de infirm. glo. 13. in*
3 *princ.* Nullitas verò in eo consistit, quia † cum potestas cōferendi esset penes Episcopum, & Capitulum, tam secundū statutum, q̄ de iure communi, *Cassador. decis. 22. de præbend.* neque ab eis esset abdicata hæc potestas, cum Episcopus numquam absolutè negauerit se velle conuocare Capitulum, vel conferre dignitatem, immo id tantum iusta causa distulerit, vt audiret Petrum reseruatarium fru-
4 ctuum in iuribus suis, & † tempus conferendi, quod est sex mensium, non laberetur, ita vt periculum esset, ne potestas exspiraret, & ita nulla adesset Episcopi, & Capituli mora, aut negligentia, vtique non poterant Archidiaconus de Medellin, & alij duo Canonici facere collationem Matthæo, non enim talis facultas ad eos erat deuoluta. Quod eo magis est dicendum, cum in eodem Capitulo, quod fuerat ab Archidiacono de Truxillo congregatum ad cōsultandum, an esset parendum inhibitioni Episcopi, qui inhibuerat, ne Capitulum cōgregaretur ad effectum prouidendi de beneficijs vacantib. per obitum Francisci, inter quæ erat hæc dignitas, de qua agitur, & tunc maior pars obtinuit esse parendum mandato Episcopi, vti iustos
5 † & nihilominus Archidiaconus, & alij duo Canonici deuenerunt ad illum actum cæteris contradicentibus, nulliter, & de facto, *ad notata per Abb. in c. cum in nobis, nu. 9. de election. & ibi Imola, num. 11. Butr. n. 32.* Non obstat, quod dicitur cōstare, & constitisse de habilitatib. Matthæi, quia non fuit ad hoc legitimè processum seruata forma statuti;
6 & † licet non possit Episcopus, vbi certo generi personarum debetur beneficium, illis præiudicare alij prouidendo; tamen secus est in Papa, qui est dominus absolutus omnium beneficiorum, *Crescent. decis. 7. de iure patr.* Non ob-
7 stat, quòd † facta nominatione, & requisitione, collatio sit habenda pro facta, ex quo non stat per eum, cui fieri debet, *Liure ciuili, de condit. & demonstr.* & hoc sufficiat, vt Papa dicatur præuentus in conferendo, *et vt ea quæ tradit Rebuff. de pacif. poss. num. 312.* quia præterquam quòd loquitur in terminis concordatorum super quibus adest particularis prouisio circa hanc requisitionem; id procedit, vbi collator sine aliqua iusta causa denegat facere collationem, quod non adest in casu isto, in quo numquam denegata fuit collatio, sed tantum dilata ex causa, vt per
8 illum actum nemini fieret præiudicium. † Vltimò non obstat *decisio Put. 235. lib. 2.* quia loquitur in alijs terminis, nempè, ad effectum vt de statuto debeat fieri mentio in impetratione, & hæc differentia bene colligitur in fine decisionis, vbi respondet *decisioni 18. Cassadori.* Et ita fuit conclusum pro non iure Matthæi.

* *Facta sub die 3. 1 an. proximè præteriti coram Illustr. Card. Arigonio, quæ fuit ista, Sarn in reg. de iur. quæs. non toll q 1. n 10. Mohedan. decis. 22. & 23. & in hoc statuto Placent ne tradit Puteus decis. 165 lib. 2. in manuscrip. Aut. Aug. in tit. de præb. in §. de oppositione. num. 1. & 2.*

Calagurritana Alimentorum.
Die Lunæ 7. Nouembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ soluuntur ad hoc, vt qui altari seruit, de altari viuat.*

2 *Oblationes in congruam non computantur propter incertitudinem.*

3 *Laicus est incapax oblationum Ecclesiæ.*

4 *Alimentorum appellatione comprehenduntur omnia ad victum necessaria.*

DECISIO MXCII.

FVit conclusum, D. Comitem non obstante dimissione oblationum, teneri ad præstandum alimenta bene-
1 ficiatis, cum percipiat decimas, † quę ideo soluūtur à Laicis, vt qui altari seruiunt, de altari viuant, *c. reuertimini, 6. q. 1. c. cum secundum, de præbend. Rebuff. de congr. n. 48. & latè Couarr. variar. lib. 1. c. 17. n. 6. quod & aliàs dictum fuit in hac eadem causa,* * quod eo magis procedit hoc casu, cum à principio fuerint beneficiatis assignata alimenta pro dote, vt fatetur Comes in suis articulis, & probant testes desuper examinati. Non obstat, quòd Comes tunc etiā perciperet oblationes, quas nunc dimisit; quia non ideo tol-

linit obligatio alimentorum, proueniens ex perceptione
decimarum, cum enim decisum fuerit oblationes pertine-
re ad beneficiatos, & illas indebitè à Comite occupatas
fuisse, non potest ex earum relaxatione tolli obligatio, quę
2 ratione decimarum oritur, † presertim cum oblationes de
sui natura propter incertitudinem in congruam compu-
tari non soleant, *vt post Rot. & Oldrad. tradit Rebuff. de
congr. nu. 83. & 86. & dictum fuit in via Legionensis Con-
gruarum. coram bon. mem. Cantuccio 15. Aprilis 1575.* Non
obstat, quòd testes Comitis dicant, quòd loco panis duri
oblationum Comes mandauit dari eis panem recentem,
quia loquuntur de tempore, quo oblationes cęptæ fuerunt v-
surpari à Comite, qui deinde panem dictarum oblationū
dabat beneficiatis. Non obstat, quòd beneficiati, qui ha-
bent dotem, non possunt quidquam vltra eam prætende-
re, quia cum dos, vt dictum est, constituta fuerit in alimen
tis, vt articulatum, & probatum fuit per Comitem, ex pe-
titione panis nihil petunt, quod excedat eorum dotem:
oblationes enim non fuerunt reseruatæ patronis, *vt fuit*
a *resolutum coram R.P.D. meo Pamphilio.* a & † patronus
3 laicus earum est incapax, *vt per Hostiens. in Sum. de paroch.
nu. 3. Maluet. in tract. oblation. in 3. & 4. dubio,* & ex di-
spositione iuris debentur beneficiatis vltra alimenta. Ne-
que obstat, quòd quilibet ex beneficiatis percipiat certam
4 decimam Casalis, quia † cum alimentorum appellatione
comprehendantur omnia ad victum necessaria, *vt per
Bart. in tract. de aliment. in princip. Rebuff. in l. verbum vi-
ctus, de verb. signific.* hæc decima inseruire debet saltem
pro vestitu, & alijs eorum necessitatibus, nisi constaret be
neficiatos tot habere redditus, & tam pingues, vt satis su-
perque habeant pro alimentis necessarijs, ita vt à Comite
nihil vltra sit exigendum, quod tamen non fit verisimile,
cum à principio, dum Comites perciperent oblationes,
sponte susceperint onus præstandi panem beneficiatis. Et
ita conclusum.

* *Sub die Vener. 25. Maij 1590. & Lunæ 25. Iun. 1593. corā Comitulo*
a *Sub die Veneris 21. Octob. 1588.*

Romana Pecuniaria, seu Societatis.
Die Lunæ 14. Nouembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ex identitate causæ probatur identitas pecuniæ.*
Idem est ex actuum vicinitate, vt nu. 2.
Idem si quantitas, & summa conueniant, vt nu. 3.
Idem est si concurrat verisimilitudo, vt nu. 4.
5 *Pluralitas summarum non præsumitur.*
6 *Identitas personarum, & causæ faciunt præsumi eamdem quantitatem, licet de ea sint diuersæ scripturæ.*
7 *Solutio debiti præsumitur facta de ijsdem pecunijs, de quibus actum fuerat.*
8 *Ex restitutione apochæ præsumitur solutio facta in extinctionem debiti contenti in apocha.*

DECISIO MXCIII.

FActum est tale, quòd sub die 3. Nouembris 1590. R.D.
Abbas Lippomanus, & D. Pompeus Cansacus acce-
perunt ad societatem officij à R.P.D. Barberino scuta
1550. auri ad Iulios duodecim pro scuto, & D. Iacobus
Spinola, qui tunc erat familiaris Excellentiss. Marci An-
tonij Columnæ recognouit bonam fidem, & fuit perfecta
dicta societas per totum diem 7. eiusdem mensis, Deinde
die 15. sequenti fuit soluta Illustriss. Dominis de Sfortia
summa scutorum 1200. debita ipsis per dictum Excellen-
tiss. D. M. Antonium per manus Alexandri Doni de man-
dato ipsius Spinolæ, & die 16. sequenti fuit ipsi consigna-
ta cędula subscripta, de qua agitur, manu Domini M. An-
tonij, quæ tamen fuerat confecta sub die 14. eiusdem mē-
sis, in qua confitetur, se esse verum, & legitimum debitorē
D. Iacobi Spinolæ in summa 1885. scutorum monetæ, pro
tot ab eo accommodatis, gratis, & amore pro satisfacien-
do Illustriss. Cardinali Sfortię, & D. Mario eius patruo, &
alijs suis seruitijs, quam promittit, &c. Et quia ex plurib.
partitis solutis d. D. Iacobo apparet fuisse satisfactum de
summa contenta in dicta cedula, quæ etiam per eum fuit
restituta Excellentiss. D. Marco Antonio, & societas illa
contracta cum D. Barberino numquam fuerit extincta,
& contra Iacobum fuerit coram Auditore Camerę agita-
tum pro extinctione, qui prętendens dictam societatem
fuisse factam ad commodum, & pro necessitatib. D. Mar-
ci Antonij, allegauit illum teneri ad eius extinctionem,
cum ex illa fuerint satisfacti Domini de Sfortia: & ex ad-
uerso fuerit replicatum, esse illas easdē pecunias, ad qua-
rum solutionem se per apocham obligauerat, quas cum
semel soluerit, non teneri amplius ad aliquam extinctio-
nem societatis. In contrarium verò cum affirmatum fue-
rit per Iacobum illas pecunias contentas in cedula esse di
uersas ab illis, quę fuerunt solutę Dominis Sfortijs: Fuit
dubitatum, An pecunię solutę Illustriss. Dominis de Sfor-
tia sint comprehēsę in apocha mutui ad effectum, de quo
agitur, Et causa per me proposita, fuit per Dominos con-
clusum pro affirmatiua, eas comprehendi in dicta apo-
cha, ex pluribus: Primò, quia in dicta apocha disertè ex-
primitur causa accepti mutui, nēpe pro satisfaciēdo Do-
1 minis de Sfortia: † Vnde ex identitate causę dicendum
est fuisse easdem pecunias solutas Sfortijs per Iacobum,
Socin. cons. 129. nu. 5. & 10. lib. 4. Alex. cons. 84. num. 2. lib. 7.
2 *Aymo, cons. 198. nu. 2.* Secundò comprobatur † ex actuum
vicinitate, quia die 15. fuit facta solutio, & die sequenti
fuit consignata apocha, quę prius die 14. fuerat conscri-
pta, & sic omnia fuerunt inuicem correspectiua, *Dec. in l.
petens, nu. 3. de pact. Alex. cons. 53. in fine, lib. 2. Aymo, cons.
153. nu. 8. & cons. 202. nu. 41.* * Tertio facit, quod † quan-
3 titas summarum optime conuenit, quia summa 1550. scu
torum auri in auro redacta ad scuta monetæ cum expen-
sis proxenetarum, & Notarij constituunt summā scutorū
1885. monetę, vt in facto deducitur. Quartò, quia idem-
met Iacobus in Chirographo scripto ad Lippomanum
confitetur pecunias contentas in apocha esse pecunias so-
cietatis, vnà cum expensis rogitus Notarij, quę confessio
a est satis clara, *ad cap. per tuas, de prob. Aegid. decis. 684.* a
4 Quintò † concurrit verisimilitudo; nam satis est consonū
veritati, quòd cum Iacobus ceperit illas pecunias ad so-
cietatem pro vsu D. M. Antonij, voluerit quoque sibi esse
cautum, ne remaneret in damno occasione bonę fidei per
eum factę, cum in illa societate non fuerit nominatus, ne-
que obligatus D. M. Antonius; & non agebatur de modi-
ca summa, sed valde magna inspectis facultatibus ipsius
5 Spinolę. Vltimò, † pluralitas summarum nō presumitur,
Ias. cons. 70. nu. 2. & cons. 71. num. 1. lib. 1. Aymo, cons. 158.
b *num. 13. & cons. 202. nu. 42.* b maximè † cum concurrat
6 identitas personarum, & causę, ex qua fieri debebat solu-
tio, quę facit, vt presumatur eadem quantitas, licet de ea
ostendantur diuersę scripturę, *Socin. d. cons. 129. num. 5. &*
7 *10. lib. 4. cum ceteris supra allegatis,* † & presumitur facta
solutio de ijsdem pecunijs, de quibus actum fuerat, *l. qui
in aliena, de acquir. hæred. l. quædam mulier, de rei vend. Al-
ciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. Bald. in Auth. Hoc ius
porrectum, n. 8. C. de sacrosan. Eccl. Ripa, in l. si ventri, § eo-
rum ratio, nu. 11. de priuileg. credit. Menoc. de arbitrar. Ca
su 432. n. 48. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 55. nu. 9. decis.
Ianuens. 91. n. 4.* Atque ex his facilè tolluntur deducta per
Iacobum; nam quod ipse ponderat, in apocha fuisse ei da
tam licētiam capiendi pecunias ad societatem, & quouis
alio modo, fuit dictum in Clausula generali, quę apposi-
ta fuerat pro maiori cautela sua, si sibi de mutuo non fuis-
set satisfactū, & fortasse voluit contrahere hoc pacto Ia-
cobus, non assignando commodum, vel incommodum so-
cietatis ipsi Domino M. Antonio, quia fortè sperabat fie-
ri posse, vt ipse luctaretur societatem sine aliquo suo
dispen-

dispendio, cum interim fructus soluerentur per D. M. Antonium, qui dederat Banco in pignus quasdam gemmas pro solutione fructuum, quæ solutio per eum fiebat ea cōtemplatione, quia pecuniæ pro eius seruitijs erogatæ fuerant,
8 † & est magnum argumentum veritaris, quòd post solutionem pecuniarum contentarum in apocha, fuit restituta apocha, & simul etiam gemmæ, & tamen societas non fuerat exstincta, quod signum est remansisse ad commodum, & incommodum Iacobi. Neque obstat confessio Domini Comestabilis, quia cum societas fuisset cœpta pro eius seruitio; bene dixit, quòd eius onus ad ipsum spectabat, prout verè spectabat, antequam esset satisfactum Iacobo, quod ostendunt verba illa dicta ad aurem Lippomano. Postremò, bene facit pro hac opinione, quam omnes Domini amplexi sunt, *text. in l. si ita fuero, de nouat. & doctr. Bart. in l. triticum, de verb. oblig.* Et ita conclusum pecunias solutas Sfortijs, contineri in apocha, de qua agitur.

* *Addo Alex. cons. 25. lib. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsum. 24. sub num. 2. & 6. Menoch. de arbitr. Casu 213. nu. 4. & in tract. de præsump. lib. 3 præsump. 49 num. 4. Ias. cons. 70. num 2. & cons. 71. num. 1. vol. 1.*

a *Cui addo Anch. cons. 261. num. 2. Soc. cons. 228. col. 3. vers. ad hoc respondeo. lib. 2. Alba. cons. 83. num. 25.*

b *Addo Bald. consilio 344. lib. 2. Aym. consil. 198 num 1. & 243. numero 8. cum alijs per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 15. num. 8.*

Cartaginens. Portionis.
Die Lunæ 14. Nouembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Factum præsumitur ad instantiam partis cuius interest.*
2 *In odium eorum, qui habent recursum ad forum sæculare, fit omnis interpretatio ad fauorem alterius, partis; ita ut copiæ etiam simplici processus soleat fides adhiberi.*
3 *Impediens citari, habetur pro citato.*
4 *Notitia citationis purgat eius defectum.*

DECISIO MXCIV.

DOmini recesserunt à resolutione facta * & censuerunt satis constare de citatione validè exequuta; Primo, quia ex scripturis productis, quæ habentur in summario n. 1. constat de ablatione processus tã originalis quàm compulsati, & eius transportatione ad Consilium Regiũ,
1 † quæ præsumitur facta ad instantiam partis interesse ha
2 bentis *ad notata per Bart. in l. fin. de quæstion.* quare † in odium eorum, qui simili recursu vtuntur, fit omnis interpretatio ad fauorem alterius partis, ita vt etiam copiæ simplici soleat fides adhiberi, *Bald. in l. publicati, q. 8. in fine, de test. Ias. in Auth. si quis in aliquo. in 7. fallent. C. de edend. Socin. cons. 36. col. 2. vers. non obstat. & exstat Peregrini deci-*
3 *sio 159. lib. 2.* & facit, quòd † impediens, quo minus citetur auxilio Consilij Regij, vel aliàs, habetur pro citato, *c. quoniam frequenter, §. porrò, vbi glos. in verbo impetit; Vt lite non contest. Card. in Clem. Causam, q. 13. de election. cum alijs per Tiraq. de retractu lign. §. 1. glos. 10. nu. 102. & §. 2. glos. 1. num. 9.* Non obstat, quod in summariu processus, quod exhibitum fuit, vbi adest exequutio citationis, non reperiantur adhibiti testes, vt requiritur, *c. quoniam contra, de probation. Speculat. in tit. de citation. §. sequitur, num. 9. Put. decis. 5. li. 3.* quia ex exhibitione processus vltimo facta apparet, quòd qui confecit summarium, solitus fuit omittere testes, qui nihilominus in dicto processu in pluribus actibus interfuisse leguntur. Non obstat; quòd neque in dicto processu reperitur ista citatio, quia ex attestatione Notarij constat per eum non fuisse appositam, quia instrumentum citationis à Rota emanaræ, in cuius dorso solet exequutio describi, erat vitiatum, & sublatum sigillum; ideo ex eo non potest probari iste defectus testium. Acce-
4 dit; quòd ex deductis in facto, † apparet Andream habuisse notitiam citationis, quæ facit vt sustineatur process-

sus *ad Roman. cons. 410. num. 2. Felin. in c. cum contingat, nu. 8. de rescript.* & saltem præbet occasionem, vt iudex potuerit iure arbitrari, credendum esse relationi etiam sine testibus, *vt post Franc. & alias tradit Tiraq. de retractu lign. §. 8. glos. 11. num. 10. & seq.* Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 1. Iulij proximè præteriti.*

Volaterranna Capellæ.
Die Mercurij 16. Nouembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta lite, & appellatione pendente est improba.*
2 *Beneficij existentia, & quòd sit Ecclesiasticum & collatiuum, probari debet, aliàs non datur vacatio.*
3 *In consideranda qualitate beneficij vltimus status attenditur.*
4 *Ex quibus arguatur Capellam esse simplex Oratorium, non autem beneficium.*
5 *Campana non facit quòd Capella desinat esse simplex Oratorium; prout nec etiam celebratio missarum, & nu. 6.*

DECISIO MXCV.

FVit resolutum sententias in partibus latas tamquam iniustas esse reuocãdas; nam Marius tenetur gratiam suam iustificare, *iuxta notata per Io. Andr. in c. 1. de litis contest.* neque excusatur vti possessor, quia cum pro parte Confraternitatis fuerit appellatum à prouisione ei facta, & causa adhuc pendeat in gradu appellationis,
1 † ista possessio tamquam capta lite, & appellatione pendente, est improba, & nullum sortitur iuris effectum *l. improba, C. de*
2 *acquir. poss.* † debet ergo ante omnia probare existentiam beneficij impetrati, & quòd sit Ecclesiasticum & collatiuum, aliàs non datur vacatio, *Abb. in cons. 47. num. 1. lib. 2. Calderin. cons. 4. de relig. dom. Felin. in cap. in nostra, num. 9. de rescript. & tenuit Rota in causa Hispalen. beneficij. 16. Iunij 1586. coram Reuerendiss. Ortolen.* At in casu isto nulla affertur collatio facta per Episcopum, vel Sedem Apostolicam huius Capellaniæ; quinimmò, pro parte
3 Confraternitatis docetur † de vltimo statu, & eo quidem antiquissimo, qui *iuxta consilium Dec. 126. num. 1.* in consideranda qualitate beneficij solet attendi; † ex quo
4 arguitur istam Capellam tamquam simplex Oratorium fuisse per longissimum temporis spatium rectam & gubernatam per Confratres laicos, qui ad eorum nutum, & sub certi salarij constitutione semper deputarunt Capellanos absque aliqua Epi auctoritate vel alterius Prælati Ecclesiastici, vt patet ex plurib. partitis extractis ex libris Cõfraternitatis, & adminiculatis ex dictis testiũ in summario n. 5. qui hoc bene probãt, qui status ostendit hoc esse Oratorium simplex ipsius Cõfrat. *ad Rom in. cons. 477. n. 10. Dec. cons. 148. n. 1.* Et confirmatur ex ipsa concessione facta per monachos ipsi Confraternitati. Non obstat, q̃ ista concessio loquatur de facultate construendi Capellam in quadam Ecclesia, & sic videatur præsupponere ibi adfuisse Ecclesiam vltra Capellam, quę erat construenda, quia si bene ponderentur verba concessionis, quatenus loquitur de Ecclesia, intelligitur non de præexistenti, sed de construenda per Confraternitatem ex illis verbis, vbi dat baliam intrandi & congregandi in quadam Ecclesia in parte inferiori Ecclesię, seu Capellę fundandę de nouo, & construendæ in loco, vbi dicitur esse & fuisse domus S. Galgani; Et iuxta in parte superiori ipsius Ecclesiæ construendæ datur facultas construendi altare, quæ omnia ostendunt præexistentiam quidem domus, sed non Ecclesiæ, & hęc interpretatio conuenit cum obseruantia subsequuta: Et quòd Capella impetrata à Mario sit eadem cum illa Confraternitatis, constat ex eiusdem Marij confessione, qui fatetur esse illam, quam obtinuerat anno 1585. à Confratribus. Non obstat testamentum, de quo in summario Confratrũ, numero secundo: quia non constat de effe-

ctuatione, quòd Capella fuerit fundata, & erecta in titulum beneficij, & verius est loqui de quadam alia Capella sub nomine, & vocabulo Assumptionis B. Virginis, quę nõ est ista, de qua loquitur impetratio Marij sub nomine, &
5 inuocatione Sancti Galgani. † Non obstat, quòd adsit Campana, quia testes in hoc sunt varij, an adsit Turris Campanilis, vel sit posita in quadam fenestra, & signum est æquiuocum, & potest aptari Oratorio, *Abb. in c. patentibus n. 3. de priuileg. Dec. cons. 148.*
6 † Non obstat celebratio Missarum, quia possunt celebrari etiam in priuatis Oratorijs, *vt post Archidiac. in c. nemo, de consecrat. dist. 1. trad. t. Lambertin. de iure patr. lib. 1. part. 1. artic. 7. 2. q. princ. num. 10.* Quare cum nulla afferantur insignia, quæ demonstrent hoc esse beneficium Ecclesiasticum, sed potius Oratorium, *vt per Feder. de Sen. cons. 130. Rebuff. de pacif. poss. n. 343. Sylua, de benefic. par. 1. q. 1. 6 g. as de pension. q. 86.* & præsumatur ex statu præsenti continuato per tot annorũ spatium semper tale fuisse etiam a principio, *vt per Cassad. decis. 4. n. 7. de probation. & 7. de iure patr. nu. 7.* Conclusum fuit hanc non esse Capellam Ecclesiasticam conferibilem, & impetrationem cum omnibus sequutis, nullius esse roboris, & momenti.

Fauentina Bonorum.
Die Sabbati 26. Nouembris 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Sequestratio regulariter est prohibita.*
2 *Ignorantia decreti ob temporis breuitatem, quo non potuit eius notitia in partibus haberi, excusat ab attentatis.*
3 *Sequestrum apponitur quando fuit appellatũ ab exequutione, iuxta l. ab exequutione, C. quor. appell. non recip.*
4 *Sequestrum semel appositum, non debet nisi finita causa reuocari, fallit vt hic.*

DECISIO MXCVI.

FVit resolutum non esse concedendum sequestrum Cõ-
1 muniati, † cum regulariter sequestratio sit prohibita, *l. 1. C. de prohibit. sequestr. ubi Curt. nu. 6. c. 2. cum ibi notat. de sequestr. poss. & fruct.* Neque causæ, quæ deducuntur, sunt tales, vt a regula sit recedendum; nam si prætenditur esse apponendum, eo quod exequutio fuerit attentata,
* stante decreto Rotæ * quòd concordaretur de exequutore coram Archiepiscopo, cessat obiectio ex resolutione
a Rotæ *a* † quæ excusauit ab attentatis stante ignorantia
2 decreti, & temporis breuitate, quo non potuit eius notitia in partibus haberi; Aut prætenditur ex eo, quòd aliàs, cum esset per Rotam appositum, fuerit relaxatum vigore Motus proprij fel. rec. Pij V. qui nunc circumscribitur, & non placet, quia per Motum proprium fuit tantum subrogata cautio loco sequestri, quæ postea fuit mediante decisione Rotæ reuocata, & sic omnis effectus motus proprij non Papæ auctoritate sed Rotæ decreto fuit su-
3 blatus, † Aut prætenditur ex eo, quod fuerit appellatum ab exequutione, *iuxta terminos l. ab exequutione, C. quor. appell. non recip. Bar. Alex. & alij in l. Imperatores, de appellation.* & hoc non applicatur; nam ibi sequestrum apponitur ad instantiam creditoris agentis, ne debitor malitiosè appellãs remaneat in possessione, *vt per Abb. in 1. 1. n. 3. de sequestr poss. & fruct.* hic verò sequestrum petitur ex parte rei contra actorem, qui iam obtinuit se immitti in posses-
4 sionem; † Aut prætenditur, quòd sit apponendum ex eo, quòd semel appositum, non debuit nisi finita causa reuocari, *iuxta l. si fideiussor, §. fin. qui satisd. cog. Curt. in d. l. 1. q. 18. nu. 65.* & fuit responsum non obstare, cum fuerit appositum per modum prouisionis, propter allegationem attentatorum, & excessus, quæ cum fuerint per Rotam reiecta, fuit etiam causa appositionis sequestri terminata; & ideo bene reuocatum; Postremò, si prætenditur ex eo apponendum, quia constet de bono iure Communitatis, non placuit Dominis, cum decisiones factæ ad fauorem
b Communitatis. *b* fuerint factæ circumscriptis iurib. Ca-
c nonicorum, & plures decisiones *c* pro Canonicis etiam in concursu iurium Communitatis factæ fuerint; & ideo videndum, An stantib. decisionibus, & alijs, sit procedendum ad vlteriorem exequutionem, vel potius veniant reuocanda ea, quæ hactenus gesta fuerint.

* *Quod decretum coram R. P. D. Gropperio factum fuit sub die 8. Aprilis 1567.*
a *Facte sub die 13. Ian. 1570.*
b *Sub die vlt. Ian 1569 corã Gropperio, & confirmata 10. Iun. 1580.*
c *Sub die 14 Martij 1569 & 4. Iun. 1580. coram eod. Gropperio. & 2. Mar. 1584. corã Seraph. super excessu, & iniustitia exequutionis.*

Romana Pecuniaria, seu Præcodij.
Die Sabbati 26. Nouembris 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Consensus ob certam causam præstitus, illa non sequuta non præiudicat.*
2 *Per receptionem pecuniarum licet non integram, censetur ratificatus contractus.*

DECISIO MXCVII.

* DOmini steterunt in decisis * non obstantibus partitis productis, quia adhuc remanet fundamentum
1 decisionis, quòd † consensus Petri fuit limitatè præstitus ad hoc, vt ei soluerentur scuta quingenta de pecunijs in banco tunc existentibus, & de postea intrantibus, medietas pro concurrenti quantitate sui crediti, quod non fuit impletum, quia tunc pecuniæ non aderant in banco, nec ei fuerant solutæ, *ad notata per Bart. in l. sicut, § illud, quib.*
a *mod. pign. vel hypoth. sol. cum alijs in decisione allegatis.* a Non obstat, quòd postea peruenerint pecuniæ ad ban-
2 chum, ex quibus Petrus habuit quadringenta in circa, † & sic recipiendo videatur consensisse, etiam quòd non habuerit integra quingenta, *ad l. quidam ex parte, de euict. Aymo, cons. 106. nu. 2.* quia Petrus non est consequutus illa quadringenta vigore concordiæ, sed vigore mandati obtenti ab Auditore Cameræ; & ideo ex illa receptione, quę facta fuit ex alia causa, non potest inferri ad renunciationem Iuris sui; nec potuit conditio dici impleta, quia debebat consequi quingenta ex pecunijs tunc existentibus in banco, & de postea intrantibus medietatem, quod factum non reperitur.

* *Sub die 15. Febr. 1593. coram Illustr. Card. Pamphilio, & iterum die 9. May proximè præteriti coram Illustriss. Seraphino.*
a *In præallegata decis. coram Illustr. Pamphilio, nempe Negusant. de pign. 3. membro 6 p. nu. 31. in 10. fallent. & declarat Ang. in allegat. §. illud. in 3. notab.*

Salamantina Censuratum.
Die Lunæ 28. Nouembris 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta & sumptus litis debentur, quando constat de paupertate, & iustitia.*
2 *Admissus ad cap. Odoardus, de solution. dicitur pauper.*
3 *Excommunicato pauperi aliquid non debetur ratione Ecclesiæ, nisi fame pereat, vel nisi excõmunicatio sit nulla.*
4 *Excommunicatio nulla non ligat.*
5 *Quæ tã excuset à nõ residẽdo, & interessendo in diuinis, vt licitè pcipiãtur fructus, & distributiones quotidianę.*
6 *Oblatio distributionum vt arctet ad residendum eum, contra quem Capitulum litigat, requirit speciale mandatũ, & debet fieri cum cessione litis, & restitutione fructuum ac distributionum præteritarum.*
7 *Nemo tenetur deserere suam causam indefensam durantibus molestijs.*
8 *Alimenta quando debeantur clerico habenti vnde se alat.*
9 *Clausula, Arbitrio Rotę, regulariter intelligitur de arbitrio à iure regulato, aliquando tamen propter eam iuris rigor relaxatur.*

Suspen-

10 *Suspensa sententia per appellationem, ius Clausula, Sine praiudicio legitima exequutionis, qua est posita in commissione, adhuc durare dicitur.*

11 *Rota numquam solet exequi sententias extra eam latas, nisi constito de earum iustitia.*

DECISIO MXCVIII.

FVit dubitatum, an alimenta, & sumptus litis sint de-
cernenda Domino Francisco, & An, & quãdo sit in-
1 iubendum: & causa bis proposita Domini dixerunt † ali-
menta, & sumptus litis esse præstanda iuxta modum in
partibus taxatum; concurrunt enim omnes qualitates,
quæ requiruntur ad hoc, vt quis debeat consequi alimen-
2 ta, & expensas, nempe paupertas † cum admissus fuerit ad
beneficium *c. Odoardus, de solution.* concurrit iustitia, cum
careat fructibus suæ portionis propter excommunicatio-
nem iniustam, & per sententiam Rotæ reuocatam, & ad-
uersarij interim gaudent fructibus, & distributionibus ad
ipsum spectantibus, & etiam adest commissio dans facul-
tatem decernendi alimenta, & sumptus litis, ex quibus vi-
sum est Dominis sine difficultate esse ei subueniendum
de alimentis, & sumptibus litis, per ea quæ habentur *in l.
si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam. & in l. fin. §.
quod si, & ibi Bald. & Salic. C. de ordin. cogn. Bisigu. decis. 2.
de iudic. Guid. Pap. 561. Aymo. cons. 164. Afflict. decis. 10.
& 11. Couar. pract. quæst. c. 6. num. 5. Verall. decis. 20. num. 2.
lib. 1. & fuit resolutum coram bon. mem. Cantuccio, in vna
* Romana Palatij, 6. Octobris 1578.* * Quæ verò deducun-
a tur *ex glos. in c. Pastoralis, §. verum, de appellat. cum alijs.* a
3 quòd † excommunicato non debetur aliquid ratione Ec-
clesiæ, nisi famæ pereat: non applicantur, stante nullitate
4 excommunicationis, † quæ non ligat, *Couarr. in c. Alma
mater, parte 1. §. 7. num. 5. Nauar. in c. cum contingat, in 1. re-
medio, num. 3. de rescript. cum alijs deductis in resolutione
b R. P. D. mei Cordubæ.* b præsertim stante absolutione ob-
tenta ad cautelam. Non obstat, quòd non inseruiat in sua
portione, quia stante quòd Capitulum sub prætextu ex-
communicationis denegauit ei respondere de fructibus,
5 & distributionibus, † & facto & culpa Capituli fuerit
coactus accedere ad curiam ad litem prosequendam pro
recuperatione suorum fructuum, hæc iusta, & rationabi-
lis causa excusat ipsum à residendo, & interessendo in di-
uinis; & nihilominus potest licitè percipere fructus, & di-
stributiones quotidianas, *vt tradit Calder. cons. 17. de præ-
bend. sequitur Prob. in Addit. ad Io. Monach. in c. vnic.
nu. 22. de cleric. non resid. in 6. cum alijs allegatis in causa Ca-
lagurritana fructuum, sub die 24. Ianuarij 1586. coram bon.
c mem. Bubalo.* c Non obstat interpellatio facta Francisco
ad residendum cum oblatione distributionum in futurũ;
quia præterquàm quòd oblatio prętenditur facta à non
d habente legitimum mandatum. d † quod requiritur spe-
6 ciale ad hunc effectum, maximè stante recusatione priori
Capituli, *ad notata per Anchar. cons. 192. col. 2.* cum talis
oblatio sapiat quodammodo renunciationem litis, *Bald.
in c. ex parte, il 2. & Felin. n. 6. de præscript. Alex. cons. 22.
in fine, lib. 1.* ista oblatio sine cessione litis, & restitutione
fructuum, & distributionum præteritarum, non arctat
7 Franciscum, † nec tenetur deserere causam suam indefen-
sam durantibus adhuc molestijs, *vt per Calderin. vbi supra,*
quæ non solum ei exhibentur a Rocho de Varghas, sed e-
tiam à Capitulo. Non obstat, quòd Franciscus habeat alia
beneficia, & sic habeat aliundè vnde se alat, *Castr. in d. l. si
8 instituta, cum alijs,* † quia hic agitur de fructib. & distri-
butionibus ad eum spectantibus, quo casu alimenta indi-
stinctè debentur, etsi habeat vnde se alat, *Bald. in l. de ali-
mentis, C. de transact. Alex. cons. 178. n. 4. lib. 6. Bero. cons. 52.
lib. 2. & fuit dictum in allegata causa Romana Palatij,* sed
& cessat difficultas ex facto, cum fructus aliorum benefi-
ciorũ fuerint assignati creditorib. Francisci in iudicio ad-
missionis ad beneficium *c. Odoardus,* reseruatis ei alimẽtis
super fructibus, & distributionibus huius portionis. Quan-
tum ad posteriorem partem dubij, super modo inhiben-
9 di, dictum fuit esse simpliciter inhibendum, quia † licet
Clausula, Arbitrio Rotæ, soleat intelligi de arbitrio à iure
regulato; nihilominus sæpius fuit resolutum relaxari ali-
quantulum rigorem iuris huiusmodi rescripto: Vnde cũ
ex decisione Rotæ iam detecta fuerit iniustitia, cum Ro-
chus egerit vigore cessionis inualidæ, & pro maiori sum-
ma, quàm deberetur, essetq; admissus Franciscus ad reme-
dium *c. Odoardus,* inhibendum est, donec de istis exceptio-
10 nib. cognoscitur. Neque obstat, quòd † sententia R. P. D.
mei Cordubæ per appellationem fuerit suspẽsa, & adhuc
duret vis Clausulæ, Sine præiudicio legitimæ exequutio-
11 nis, quia † Rota numquam solet procedere ad exequu-
tionem sententiarum extra eam latarum, nisi constito de
iustitia, *Mohedan. 318. Put. 204. lib. 2.* Quare arbitrium Ro-
tæ datum operatur, vt non debeat pati deueniri ad exe-
quutionem, quæ ex hactenus deductis foret iniusta. Et ita
conclusum nemine discrepante.

* *Addo Alciat. de præsumpt reg. 3. præsumpt. 9. nu. 9. & 10. Rebuff. su-
per constit. Regijs. tom 1. tit de sentent. prouisionali, in præf. n. 117.
fol. mihi 242. cum alijs per Cephal. cons. 127. nu. 10.*

a *Abb. & Dec. in allegat. §. uerum uterq. num. 16. Præpos. in c. præter
hoc, nu. 19. dist. 32. Franc. Marc. decis. 881. n. 6 p. 2. & nouissimè
Pet. Surd. in tract. de alimentis. tit. 1. q. 82. nu. 8.*

b *Sub die 1. Iunij proximè præteriti, ubi allegabatur c. super secundo, q.
5. c. quia diuersitatem. de concess præbend. notat gloss. in uerb sub-
trahuntur. uers. sed numquid. in c. Pastoralis. § uerum. de appell.
Felin. in c. Apostolicæ, nu. 12. de except. Borg. de irregular. 6. p. tit.
quot mod. sunt excom. non seruato iur. ord nu. 1. & 2. Tau. decis.
26. & fuit dictum in allegata Calaguritan. fructuum coram Bu-
balo. 24. Ian. 1586.*

c *Quibus addo Couarr. pract. qq. lib. 3. c. 13. sub nu. 8.*

d *Oblatio facta à non habente legitimum mandatum, nihil operatur,
Cæsar de Graff. decis 3. n. 2. de rest. spol. Anchar. cons. 192. col. 2. in
prin. maximè quando oblatio non est de toto debito integro, Idem
Cæsar, decis. 161. nu. 8. & decis. 5. per totam. eod. tit.*

Vlixbonens. Matrimonij.
Die Veneris 2. Decembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum legitimationem ad effectum successionis, sufficiunt leuiores probationes, & sufficit bona fides alterius ex parentibus.*

2 *Matrimonium probatur per testes, qui fuerunt præsentes, per famam publicam, & communem reputationem; maximè iuncta quasi possessione legitimitatis, & tractatu, nominatione, communi voce, & fama.*

3 *Presbyter dicens habere licentiam ab Episcopo pro matrimonio celebrando priuatim in præsentia testium, ei creditur, licet non sit proprius parochus, quòd etiam de licentia parochi fieri potest.*

4 *Matrimonium per omissionem denunciationum non vitiatur, maximè si ex causa sint omissæ.*

5 *Ad essentiam matrimonij sufficit sola præsentia parochi, licet illa verba, Ego vos coniungo, non fuerint prolata, cum talis præsentia adhibeatur ad tollendam clandestinitatem.*

6 *Sola assertio presbyteri, quòd interuenerit matrimonio de licentia Ordinarij, præstat bonam fidem ad effectum legitimitatis filiorum.*

DECISIO MXCIX.

FVit per Dominos vnanimiter cõclusũ, cõstare de bono
iure Frãcisci, & de iustitia sñiarũ in partib. latarũ, pẽ-
det. n. ex eo, an ipse sit filius legitimus Io. Rodriguez, &
1 Marię de Silua, & successibilis, † ad quẽ effectũ leuiores
probationes sufficiũt, *vt tradit Gemin. sæpius à Rot. approba-
tus cons. 27.* & sufficit bona fides alterius ex parẽtib. *c. ex te-*

nore, vbi glos. & alij, qui fil. sint legit. glos. in c. cum inhibitio,
§. 1. de claud. despons. Socin. iun. cons 63. nu. 8. lib. 3. cum alijs
per Gabr. Concl. 4. de legitim. num. 2. & 4. & sæpius tenuit Ro
ta etiam post Concilium, & nouissimè in causa Agrigenti-
na legitimitatis coram R. P. D. meo Blanchetto 10. Martij
* 1593. * † De matrimonio autem non potest dubitari,
stantibus testibus, qui fuerunt præsentes, fama publica, &
communi reputatione, iuncta quasi possessione legitimita
tis, ex tractatu, nominatione, communi voce, & fama, *iux-*
ta d. cons. Gemin. 27. Paris. cons. 57. num. 40. lib. 4. cum alijs
a *allegatis.* a Nec obstant, quę ex aduerso deducuntur: Et
Primò, quòd ex confessione Mariæ non fuerit contra-
ctum in facie Ecclesiæ, quia ipsa intelligit fuisse contra-
ctum in præsentia testium, & vnius presbyteri de licentia
Ordinarij, prout de dicta licentia ipsamet deponit, & te-
stes de visu consentiunt, dicentes illum presbyterum legis-
3 se quamdam cedulam, † quam dicebat esse licentiam Epi-
scopi pro illo actu celebrando, eiq; creditur, *Rebuf. in praxi*
b *benef. tit. de forma litter. dimiss. num. 36.* b & sic cessat obie-
ctum, quòd nō esset proprius parochus, quia sufficit, quòd
ab alio fiat de licentia Ordinarij, vel etiam proprij paro-
chi. Non obstat, quòd non fuerunt factę denunciationes,
4 quia † eorum omissio non vitiat matrimonium, vt sæ-
pius fuit resolutum, & fuerunt ex causa omissę, ne filia &
gener essent impedimento, quo minus duceret vxorem.
5 Non obstat, quòd † non fuerint prolata verba matrimo-
nialia à parocho, scilicet: Ego vos coniungo, &c. quia sola
præsentia sufficit, cum adhibeatur ad tollendam clande-
stinitatem, vt sæpius censuit sacra Congregatio Concilij,
quæ voluit, vt præsentia etiam dissentientis sufficiat. Non
obstat, quòd licentia non reperiatur registrata in libris Cu
riæ Episcopalis, quia dato, & non concesso, quòd non ades-
6 set, † satis præstat bonam fidem Mariæ, assertio presby-
teri ad effectum legitimitatis filiorum, de qua solum in
c præsentia agitur, *Lap. Allegat. 126. cum alijs.* c Et ita con-
clusum, non obstantibus exceptionibus contra testes, quæ
non fuerunt habitæ pro releuantibus.

* *Quod ob legitimitatem prolis sufficiat bona fides mulieris, faciunt allegata per Duen. in reg. 150. Et fuit decisum in Veronensi matrimony coram Lubalo.*

a *Put. decis. 73. lib. 2. & fuit dictum coram D. de Graff. in Valentin. seu Panormitan. illegitimitatis Lunæ 18. Martij 1577. quę in impress. diuers. nouiss. est 357 par. 1. Et coram bon. mem. Cantuccio, in Romana, siue Amerin. domus Veneris 8. Iunij 1576. in impres. nouiss. est 54. part. 3.*

b *Adde Card. in cap. Albericus, de testibus, Felin. in cap. sicut. sub n. 27. vers. addo aliud exemplum.*

c *Gloss. penult. communiter approbata in l. Titia fundus. de condit. & demonstrat. Felin. in cap. licet Heli, colum. 2. versic. tertio limita. de simon. Bald. in repet. l. Celsus, num 45. in princip. de vsucapion.*

Senogalliens. Prædij.
Die Lunæ 5. Decembris 1594.

SVMMARIVM.

1 *Per Saluianum auocatur sola possessio.*
2 *In vim immissionis in possessionem ex Saluiano, non potest ad subhastationem & deliberationem rei, in qua quis fuit immissus, deueniri; nisi commissione super hoc obtenta.*
3 *Forma commissionis non obseruata, omnia gesta sunt nulla.*
4 *Commissio non capit non nominatos in ea.*
5 *Contra eum qui numquam fuit personaliter apprehensus, non valet citatio per contradictas.*
6 *Procurator simpliciter constitutus ad lites, dicitur constitutus ad lites futuras.*
7 *Vbi agitur de declaranda voluntate domini, requiritur speciale mandatum.*
8 *In deputatione curatoris hæreditatis iacentis, requiritur partis citatio.*
9 *Intimatio est prius reproducenda, antequam ad subhastationem deueniatur.*

DECISIO MC.

FVit dubitatum, An subhastatio & deliberatio prę-
dij factæ ad instantiam Domini Nicolai Todini, fue-
rint nullæ; & fuit per Dominos conclusum, fuisse nul-
las, ex pluribus: Cum enim Dominus Nicolaus fuisset
1 immissus in possessionem prædij ex Saluiano, † per quod
remedium auocatur sola possessio, *iuxta notata per Bart.*
in l. 1. de Saluiano interd. Ias. in §. item Seruiana, num. 85. de
2 *actionib.* † non poterat ex ista immissione procedi ad sub-
hastationem & deliberationem, per quam auocatur do-
minium, *vt fuit resolutum in causa Romana quinquaginta*
millium, coram bon. mem. Domino de Rubeis, 15. Iunij.
1576. reprobata opinione Couar. lib. varia. 3. cap. 18. num. 4.
Vnde fuit necessarium impetrare commissionem, prout
fecit, † sed eius forma non fuit obseruata, ideo nulliter
3 omnia gesta, *cap. cum dilecta, de rescript. cap. Pisanis. de*
restitut. spoliat. nam in ea continebatur, vt præfixo termi-
no Aurelio & Triumpho ad satisfaciendum de sorte prin
cipali, cum damnis & interesse, vt eo elapso procederetur
ad subhastationem: Verum D. Aurelius non reperitur ci-
tatus, neque ei præfixus terminus aliquis. Neque obstant
citationes factæ contra Illustrissimum Dominum Cyn-
thium, quia aut loquimur de citatione facta viuente Do-
mino Aurelio; & ita non potest sanare defectum præ-
fixionis termini faciendæ Domino Aurelio, quia Domi-
nus Cynthius non erat illius procurator, & in iudicio
Saluiani interuenerat vt principalis, ratione sui inte-
resse ob dotem maternam: Vltra, quòd in isto iu-
dicio subhastationis, quod erat nouum, & aliud ab illo
Saluiani interdicti, per duos & amplius annos desierat
esse in causa, † neque eum capiebat commissio, *ad decis.*
4 *8. Rotæ de rescript. in nou.* Aut loquimur de citationibus fa-
ctis post mortem Domini Aurelij, & adhuc durat defe-
ctus præfixionis termini faciendæ Domino Aurelio, quia
cum non fuerit præfixus nouus terminus Illustrissimo Do
mino Cynthio vti hæredi, ista nullitas influit in totum pro
cessum, & consequenter in ipsam subhastationem &
deliberationem. Est præterea nullus, quia vigore secun-
dæ commissionis erat præfigendus terminus Illustrissimo
Domino Cynthio ad adeundam hæreditatem, quo ela-
pso deputato curatore hæreditati iacenti, & ipso citato
procederetur ad subhastationem: & tamen non reperitur
vnquam citatus. Nec obstat citatio per contradictas, quia
5 † cum non esset contumax, & numquam fuerit persona-
liter apprehensus, *iuxta decis. 12. de dolo, & contumac. in*
antiq. & decis. 6. eod. tit. in nou. non poterat procedi per
contradictas. Neque obstat citatio facta contra Vitel-
lum vti procuratorem Illustrissimi Domini Cinthij; nam
licet fuisset constitutus procurator in iudicio Saluiani in-
6 terdicti, nihilominus † cum mandatum esset simplex
ad lites, non porrigebatur ad lites futuras, qualis ista,
quæ fuit omnino à priori separata, *Bart. & alij, in l. dam-*
ni, §. si is qui. de damno infecto Addit. ad decis. primam. de
procurator. in nou. Vant. de nullitat. ex defect. mand. num.
7 98. maximè † cum ageretur de declaratione voluntatis,
an vellet esse hæres, necne, quæ requirit speciale manda-
tum, *vt per Mill. in verbo procurator non potest decla-*
8 *rare.* † Est præterea nullus processus, quia deputatio
Bonarelli in locum Stampę procuratoris hæreditatis ia-
centis, facta fuit nemine citato; Adest postremo cla-
ra nullitas ex defectu intimationis, quæ iuxta decretum
bon. mem. Domini Bubali, erat per edictum facienda
in partibus Triumpho, & D. Cynthio, & fuit facta per af-

fixionem

fixionē ad valuas Ecclesiæ Antonitanæ, vbi D. Cynthius non habebat domicilium; & tamen fieri debebat in loco
9 domicilij, vt posset peruenire ad eius notitiam, † & subhastatio facta fuit non exspirata neque reproducta intimatione. Aliæ etiam nullitates consideratæ fuerunt, quæ in facto deducuntur, sed hæ satis, superque sunt ad irritandū processum prædictæ subhastationis, & deliberationis.

Mediolanens. Distributionum.
Die Lunæ 12. Decembris 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Regula l. vnum ex familia, §. si rem, de legat. 1. quo casu non procedat.*

DECISIO MCI.

DOmini pro maiori parte censuerunt, sententiam latam in partibus esse iniustam, & reuocandam; nam Reuerendiss. Archiepiscopo fuit commissum per Breue Papæ, vt ad exequutionem litterarum Cardinali Borromæo concessarum per fel. rec. Gregorium XIII. procederet pro ea parte, pro qua exequutæ non fuerant, ac si dictæ litteræ sibi directæ fuissent: Vnde cum respectu applicationis prædij de Besate iam Cardinalis fuisset exequutus Breue Gregorij, applicando illud massæ Officialium Ecclesiæ Mediolanensis, videlicet Notariorum, Magistri ceremoniarum, & aliorum, de quibus in litteris, hoc respectu nihil supererat faciendum; & ideo non erat opus aliquid innuuare; nam quod prætenditur circa modum distributionis, nihil fuisse actum per Cardinalem, non facit, vt interpretari debeamus Cardinalē voluisse inęqualiter hos redditus diuidi inter eos, qui antea in omnibus, & per omnia fuerant etiam ad instantiam Cardinalis, & ex concessione Pōtificis æquiparati Notarijs, & in eumdem ordinem recepti, quod ex obseruātia subsequuta apparet, cum in duabus distributionibus portionis redditaum cōcessorum a Cardinali fuerit facta æqualis distributio. Nec releuat, quòd fuerit modica summa, quia non ad modicitatem summæ, sed ad proportionem inter eos seruatam est attendendum; nam quòd fuerit modicæ summa, ex eo factum est, quòd Cardinalis reseruauerat sibi dispositionem ad tempus istorum redditum, quos in fabricā quandam erogabat, & ista reseruatio non fuit respectu habito inter particulares, sed respectu totius Collegij, cui nolebat absolutè statim ab initio concedere fructus dicti prædij; Ideoq; circa hoc non supererat quidquam faciendum, & videtur Archiepiscopus nulla suffultus auctoritate nouum diuisionis modum inequalem inter æquales inducere, cum tamen sine ista distinctione fuisset facta per Cardinalem applicatio, qui si noluisset pro omnibus indistinctè eam facere, vtique sciuisset hoc exprimere, & etiam expressisset, & ordinasset etiam respectu modicæ illius quantitatis, quam ipsis aliquando largitus est: Vnde cum in ceteris nulla reperiatur inter hos constituta differentia, neque à iure, neque ab homine, non debuit talem ordinationem facere Archiepiscopus, per quam videtur iuri eorum quæsito derogare sine causa voluisse. Non obstat subrogatio facta per Papam de persona Archiepiscopi, quia est restricta ad ea, quæ perfecta non fuerant, sed hoc quod tentauit facere, videtur potius factum destrue-
1 re, quàm perficere.† Non obstat simile de testatore, *l. vnū ex familia, §. si rem, de legat. 1.* quia non idem est Ordinarius, qui applicauit, & qui distributionem inæqualem facit. Quare nō rite facta visa est Dominis pro maiori parte.

Pacens. Decimarum.
Die Veneris 16. Decembris 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Vt laicus percipere possit decimas, requiritur possessio immemorabilis cum fama priuilegij.*
2 *Testes immemorabilem non probant; nisi concurrentibus requisitis per glos. in c. 1. de præscript. in 6.*
3 *Dictio (citra) sine copula in teste deponente de tempore, nō facit vt comprehendatur totum tempus continuum. Idem est de dictionibus, vltra, & citra.*
4 *Ad probandum immemorabilem, testes deponere debent, neque se, neque suos maiores aliquid vidisse, vel audiuisse in contrarium.*
5 *Ad probandum immemorabilem, testis debet esse saltem 54. annorum, & debet deponere etiam de fama.*
6 *Iudex laicus in materia decimarum non habet iurisdictionem.*
7 *Quadragenaria possessio ad effectum minuendæ decimæ sufficit.*
8 *Testes qualiter deponere debeant super negatiua.*

DECISIO MCII.

FVit dubitatum, an pro parte Illustriss. Comitis probetur quadragenaria possessio, vel talis, percipiēdi decimas ex loco dicto Aldea del Conde, quæ releuet in casu, de quo agitur; Et fuit per Dominos conclusum, quòd si agitur de iure Comitis super perceptione decimarum;
1 frustra quæritur de quadragenaria, † cum ad hunc effectum requiratur immemorabilis, cum fama priuilegij, *iuxta notata in c. cum Apostolica, de his quæ fiunt à Prælat. & sæpius fuit resolutum in pluribus causis*; & ista immemorabilis improbatur, nam aut deducitur ex confessione Capituli in responsione data libello, & non est clara; immo negat Comitem existere in tali possessione immemorabili percipiendi decimas, *l. non vtique, de exception.* Aut deducitur ex articulis, & loquuntur de consuetudine non excēdi per tres dies & tres noctes ex Silua; vltra quòd articulos non fatetur; Aut ex sententia Rotali, & ea non obstat, tum quia lata inter alios, tū etiam quia in ea non fit mentio immemorabilis possessionis, sed antiquæ tantum, quæ
2 non sufficit; † Aut ex testibus, & non probant requisita *per gl. in c. 1. de præscript. in 6.* quia partim non concludunt de visu per quadraginta annos, vt requiritur, *Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. n. 31.* nam † dictio (citra) sine copula, vel
3 dictiones (vltra, citra) non faciunt, vt comprehendatur totum tempus continuum quadraginta annorum, *Bart. in l. Celsus, de vsucap. Bald. de præscript. in vlt. parte n. 14.* partim
4 † non dicunt se neque suos maiores aliquid vidisse, vel audiuisse in contrarium, quod tamen requiritur, *vt in d. gl. & per Couar. in reg. possessor. parte 2. §. 3. n. 7.* Nec obstat, quod in summario Comitis nu. 5. testis dicat à quinquaginta annis vltra citraq; semper vidisse diuisionem decimarum Vitulorum in tres partes fieri, hoc enim contrariatur sententiæ latæ anno 1557. per quam fuit introducta talis diuisio, & sic conuincitur de mendacio; Alius testis nu. 6. non deponit de fama, nisi super vltimo articulo, quod non sufficit, nec bene concludit, quadragenariam de visu, ex ratione supra deducta; Alius in summario num. 7. non potest probare, cum sit ætatis tantum quinquaginta
5 annorum; & tamen † ad probandam immemorabilem requiritur, vt saltem testes sint quinquaginta quatuor annorum, *vt tradit Couarr. vbi supra, & fuit pluries in Rota obseruatum,* * & deponit per dictiones (vltra, citra,) neque deponit de fama; Alius qui est septimus in summario n. 7. loquitur tantum de triginta annis, & eodem modo deci-
6 musquartus. Non obstant † exequutoriales Regiæ, quia emanarunt à iudicib. laicis sine iurisdictione, *Federicus cons. 245. & fuit dictum coram me in Cordubens. Redecima-*
a *rum.* a † Si verò agitur de quadragenaria tantum, ad
7 effectum, vt Comes non teneatur ad solutionem duarum partium decimarū de animalib. pascentibus in Silua, quæ ad minuendam decimam sufficit, *ad notata in c. aliquib. de decim. cum tradit. per Bald. de præscript. parte 1. 5. par. princ. q. 7.* & etiam hoc casu non constat de quadragenaria per

8 supta deducta; & maximè,† cum ista præscriptio sit negatiua; ideo non sufficit, quòd testes dicant se non vidisse, sed debent ita coarctate negatiuam, vt concludat, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. nu. 8. de itin. actuq. priuato*, maxime non docto de interpellatione soluendi, & denegatione cum acquiescentia Capituli, *iuxta notata in l. 1. C. de seruitut. &*
b *aqua, cum alijs per Informantes allegatis*. b Sed tollitur difficultas ex initio non soluendi integram decimã, quod originem habuit à sententijs latis anno 1557. à quo tempore vsque ad tẽpus litis cœptæ 1577. non defluxerunt quadraginta anni. Et ita conclusum pro non probatione.

* *Præsertim in causa Burgens. sigilli. 21. Maij 1590. coram R.P.D. Penia.*
a *Sub die 25 Octobr. anni præteriti. nu. 3.*
b *Bart. & Bald. in d. l. 1. Ias. in §. aquę. n. 41. & seq. Instit. de Action.*

Aretina Capellaniæ.
Die Veneris 16. Decembris 1594.

SUMMARIUM.

1 *Quando non constat bona donata Ecclesiæ fuisse data pro dote, donans dicitur potius benefactor, quam patronus, ditator quam dotator.*
2 *Probatio dubia, & non concludens, non releuat.*
3 *Præsumitur quis actum facere vti talis, qui talem se in eo nominat.*
4 *Testis super fama debet deponere de tempore ante litem.*
5 *Vltimus status beneficij est attendendus.*
6 *Fama non probat Ius patronatus, nisi concurrente quasi possessione.*

DECISIO MCIII.

FVit resolutum non constare Ius patronatus Capellaniæ, de qua agitur, spectare ad Bisdominos; cum ea, quæ pro eis deducuntur, non concludant; nam primo loco Catastum Hospitalis de anno 1524. in quo habetur ser
1 † ser Bonioannem donasse bona Hospitali pro Capella, non concludit Ius patronatus quæsitum fuisse Bonianni, etiam quòd admittatur Bonioannem fuisse de Bisdominis, & Capellam, de qua in Catasto fit mentio, esse eam, de qua agitur; nam illa verba potius suadent Ius patronatus competere Hospitali, cui donata fuerunt bona, ex quibus dotata fuit Capella; sed neque etiam constat donata fuisse bona pro dote: Vnde potius potest dici benefactor quàm patronus, & ditator q̃ dotator, *Abb. in c. quoniam. n. 10. de iure patr. Roch. in verbo, & dotauit, nu. 9. cum alijs, de quibus per bon. mem. Lauretanum in causa Imolensi iuris patr. 7. Iunij 1577.* Nec obstant illa verba, (& questo dotò la Capella, &c.) quia apparet illam esse additionem postea factam diuerso tempore, & diuerso idiomate, & cuius
2 author ignoratur; Ideo † ista probatio est dubia, & non concludens: & ideo irreleuans, *c. in præsentia, de probat. on.* & præsentatio facta ab illo, potuit fieri tamquam ab Hospitalario, nomine Hospitalis, *ad notata per Bart. in l. procurator qui pro euictione, de procurat.* Secundò, deducitur visitatio facta anno 1468. in qua Capellanus interrogatus dicit, præsentationem spectare ad Hospitalarium, & Bisdominos, & quòd ita illam obtinuit, sed est simplex assertio Capellani sine iuramento, & est directè contra intentionem Domini Cyri prætendentis Ius patronatus in solidũ spectare ad Bisdominos. Nec refert productio d. visitationis facta per Aeneam, quia fuit generalis omnium librorum, & non particularis huius visitationis. Tertiò, deducuntur præsentationes Præsentini de anno 1497. & 1498.
3 sed similiter sunt æquiuocæ: † cum Præsentinus esset Hospitalarius: & talem se nominat in præsentationibus, adeo quòd potius censetur vti talis illas fecisse, *vt notat Bart. in d. l. procurator. Alciat. de præsump. reg. 2. præsumpt. 24.* Quartò, adducuntur testes, qui loquuntur tantum de auditu, &
4 de publica voce, & fama, per verba præsentis tẽporis, † & sic non probant de tempore ante motam litem; *Abb. in c. licet ex quadam, n. 3. de testib. Corn. cons. 198. nu. 12. lib. 2. Roman. singul. 753.* Et in contrarium adsunt alij testes probantes de publica voce, & fama pro Hospitali, quibus magis creditur, quia habent pro Hospitali concurrentem quasi
5 possessionem præsentandi, † & vltimum statum, qui solet attendi ad iudicandum qualitatem beneficij, *Bald. in l. si mater, C. ne de statu defunct. Dec. cons. 126. num. 1. Put. decis. 189. et 192. lib. 1.* Quare isti testes pro Bisdominis nihil fa-
6 ciunt, † cum ad probandum Ius patronatus fama non releuet, nisi concurrente quasi possessione, *Castad. 3. de probat. Put. 60. lib. 1.* Et in contrarium adest præsumptio: tum ex eo quòd Cappella est in Hospitali, *Felin. in c. cum Venerabilis, n. 37. in 4. fallent. de exception.* tum quòd in alia visitatione dicitur Capellam esse Ius patronatus Hospitalis: & postremo, quia hic consonat vltimus status. Ex quibus conclusum non constare de Iure patronatus Dominorum de Bisdominis.

Burgens. de Castro Xeriz.
Die Lunæ 19. Decembris 1594.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdictione in tota diœcesi; donec constet de alterius iurisdictione, & in ea manuteneri debet.*

DECISIO MCIIII.

1 DOmini censuerunt † Reuerendiss. Archiepiscopum esse manutenendum in possessione iurisdictionis cõtra Capitulum Castri Xeriz, interim dum non constat de iurisdictione dicti Capituli: ipse enim habet fundatam intentionem super iurisdictione in tota diœcesi, *iuxta notata in c. cum personæ, de priuil. in 6. Concilium Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hæc. Caputaq. decis. 201. p. tr. 2. in impress. & fuit latè deductum in causa Valentina iurisdictionis. 9. Aprilis, 1590. coram bon. mem. Bubalo. & idem censuit Sacra Congregatio Concilij.* Non obstat *cap. 3. sess. 24.* vbi Capitulis habentibus ius visitandi præscribitur certa forma: quia donec de hoc iure Capituli constet interim Archiepiscopus est manutenendus.

Brixiens. Feudi.
Die Veneris 13. Ianuarij 1595.

SUMMARIUM.

1 *Feudum ex quibus dici debeat francum, & nu. 3.*
2 *Non præsumitur quis velle, quod de iure non potest.*
3 *Natura feudi recti est, vt non transeat ad feminas, secùs in feudo franco.*
4 *Per pacta apposita in inuestitura, potest alterari natura feudi, vt iudicandum sit improprium.*
5 *Rescriptum faciens mentionem de feudo nobili, intelligitur de perpetuo, & non reuocabili, non autem de feudo vero, & habente propriam naturam feudi.*
6 *Feudum quod datur ex causa permutationis, non est proprium feudum.*
Idem est in feudo quod datur pro certo, & competendi canone, vt num. seq.
8 *Feudum nobile non limitatur ad certum seruitium.*
9 *In feudo, in quo non fit mentio seruitij personalis, illud censetur remissum.*
10 *Feudum, quod conceditur cum facultate concedendi hæredib. & successorib. suis in perpetuũ, trãsit ẽt in feminas.*

DECISIO MCV.

DVbitatum fuit, an Episcopus potuerit, & voluerit terram Montironi concedere in feudum francum, Ansam disputandi hoc dubium dedit decisio facta co-
* ram R.P.D. meo Pamphilio, * in qua fuit dictum,

inter

3 inter cetera fundamenta, feudum de quo agitur, † ex quo
fuit coocessum cum translatione omnium iurium, &
actionom, tam vtiliom, quàm directarum: & cnm faculta
te, quòd Vassallus de eo facere possit, quidquid velit abs-
que aliqua Episcopi & successorum contradictione, posse
dici francum, & consequenter esse transitotium ad femi-
nas. Hincq; Informantes pro Illustr. Domino Comite, cę-
perunt oegare talem facultatem competijsse Episcopo,
qui se restrinxit ad facultatem sibi datam à Papa, in qua
2 nihil tale legitur; & ideo † non esse dicendum eum id fe-
cisse, aut facere voluisse, quod de iure facere non poterat;
Ideo dedi supradictum dubium, in quo Domini attēden-
do magis effectum, vt par est, quàm verborum corticem,
censuerunt Episcopum potuisse & voluisse concedere hoc
feudum vti francum, hoc est liberum, & cum facultatib.
3 & conditionibus in eo contentis, † quæ faciunt, vt in ple-
risque recessum sit à propria natura feudi recti, ita ut po-
tius accedat ad naturam feudi franchi; qnamuis nec Pa-
pa, nec Episcopus vsi fuerint hac appellatione, quod qui-
dem sufficit ad effectum, de quo agitur, qui est tantum, vt
in hoc feudo feminæ admittantur: Negari enim non po-
test, quod & in dicta decisione consideratum fuit, † per
pacta in inuestitura apposita, fuisse alteratam naturam
feudi, vt sit iudicandum improprium, *c. 1. & ibi Doctor. de
feud. non habente propr. nat. feudi, cum lits i:t d. decisione al-
legatis.* Quantum igitur ad potestatem, fuit dictum Papæ
5 † rescriptum, dum facit mentionem de feudo nobili, intel
ligi de perpetuo, & non reuocabili, per textum in *c. 1. §. itē
si Vassallus, de contronerf. innest.* non autem de uero feu-
do, & habente propriam naturam feudi, quod ex eo pa
6 tet, † quòd mandat illud dari ex causa permutationis, &
sic non ex causa gratuita, ut in proptio feudo; *ut per Bald.
7 & alios, in præludiis feudorum.* † Item mandat illud dari
pro certo & competenti canone, quod repugnat feudo
8 nobili, † quod non limitatur ad certum seruitium, *Bald.
9 ibidem, num. 27.* † Neqoe aliqua fit mentio seruitij perso-
nalis, ideoq; censetur remissum, *Io. And. in Addit. ad Spe-
cul. tit. de præscr. col. fin. Oldr. ad. cons. 234. Afflict. cap. 2. post
Isern. ex quib. caus feud. amitt. Paris. cons. 23. num. 30. lib. 1.*
10 † Item, datur facultas concedendi pro se, & hæredibus
& successotibus suis in perpetuum, quæ uerba faciunt, ut
transeat ad feminas, *Corn. cons. 16. lib. 1. Socin. cons. 283. lib.
2.* Quę omnia faciunt, ut censeantur concessa facultas con
cedendi feudum alteratum, & tale quòd in eo feminæ
succedere possint, qui est vnicus effectus huius dubij. Qd.
etiam ex eo confirmatur, quòd Papa non tam uoluit præ-
cisam formam feudi concedendi tradere, quàm Ecclesiæ
utilitati prospicere: Ideoq; mandat Episcopo, ut se dili-
genter informet, & si comperetit vtile esse Ecclesiæ talē
permutationem facere, tunc concedat in feudum, &c. Vn
de sufficit, quod concessio fuerit in utilitatem Ecclesiæ ceteris
formalitatibus posthabitis, vt pluries tenuit *Rota per cons.
Socini 15. lib. 1.* quare aut prætenditur inuestituram sic
concessam fuisse damnosam, & non potest ea se iuuare
Dominus Comes; Aot si conceditur fuisse utilem, non po-
test impugnari ex eo capite, quòd forma inuestiturę serua
ta non fuerit concedendo facultates, quæ sapiunt naturā
feudi franchi. Quantum verò ad uoluntatem, ea satis col-
ligitur ex contextu inuestituræ & Clausulis prægnantib.
ex quibus claré constituitur feudum transitorium ad fe-
minas, vt latissimè & optimè deductum fuit in præfata
decisione, cui nihil ferè addi potest. Quare conclusum,
Episcopum potuisse & uoluisse tale feudum concedere.

* *Sub die Mercurij 1. Iulij 1592.*

Calliens. Bonorum.
Die Veneris 13. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Possidens tempore mota litis, est manutenendus.*
2 *Possessio posterior pro clandestina habetur.*
3 *Possessio capta lite, & appellatione pendente, dicitur impro
ba, nulla, & attentata.*
4 *Inuestituræ renouatio est actus extraiudicialis, à quo etiā
extraindicialiter appellari potest.*

DECISIO MCVI.

1 FVit resolutum † D. Camillum esse manutenendum,
quia ex testibus constat de eius possessione tempore
moræ litis, *§. retinendæ, ubi Faber, num. 16. Instit. de interd.
l. 1. §. huius autem, ubi Bart. in princ. & in §. prætor ait, num.
2 14. uti possid.* & † hoc non obstante possessione Iustinia
ni, quæ est posterior: Ideoq; pro clandestina habetur, vt
*per Doct. in c. licet causam, de probation. Bart. in l. si duo, n. 4.
Vti possid. Conar. pract. quæst. c. 17. circa fin.* maximè cum ca
3 pta sit lite & appellatione pendente, † quod facit, ut di-
catur improba possessio, cum sit nulla, & attentata, &
nullum parit iuris effectum, *l. improba, C. de acq. poss. c. non
solum, de appellat. in 6. Rota 10. Vt lite pend. in nou.* Et non
obstat decretum Episcopi, quia debebat expectare fi-
nem litis per tres sententias conformes, quæ hic non ad-
4 sunt, † cum inuestituræ renouatio sit actus extraiudicialis,
à quo etiam fuit extraiudicialiter appellatum; ideo non
computatur pro una sententia.

Romana de Grandis.
Die Lunæ 16. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Solutio est probanda.*
2 *Possessio tradita ex primo decreto rei seruandæ causa, non
operatur satisfactionem, nec priuat possessorem; nisi se-
quatur secundum, uel bona dentur in solutum.*
3 *Creditor, qui habet plures obligatos in forma Cameræ, o-
missa exequutione facta contra unum, potest uariare, et
conuenire alios obligatos.*
4 *Per exceptionem turbidam, & irreleuantem, non retarda
tur exequutio obligationis Cameralis.*

DECISIO MCVII.

FVit resolutum non constare de satisfactione, & conse-
quenter esse relaxandum mandatum ad fauorem R.
1 P. D. Dandini: † Cum enim solutio sit quid facti, & eam
alleganti incumbat onus probandi, *l. 1. C. de probation. Do-
ctor. in l. 2. C. de iur. emphyt.* ex allegata adeptione posses-
sionis celsorum Petri Valentini vnius ex obligatis, quia,
2 † illa possessio fuit tradita ex primo decreto rei seruandæ
causa, quæ non operatur satisfactionem, nec priuat posses
sorem, nisi sequatur secundum decretum, uel bona dētur
in solutum, *Bart. in l. cum proponas, C. de bon. auctor. iud.
* possid. c. in aliis allegatis.* * † & potest D. Dandinus, qui
3 habet Dominos de Grandis obligatos in forma Camerę,
omissa exequutione facta contra Petrum, variare, & con-
uenire alios obligatos, ut legitur in formula obligationis
Cameralis, & est in Curia notissimum; maximè cum pos-
sessio illa creditorum non sit extinctiua crediti, sed cumu
latiua iurium, ad *Ias. in l. 1. num. 14. vers. secundo debes sci-
re. C. de iud.* Præterea, possessio ista fuit capta per Iacobil-
lum, qui licet esset unus ex deputatis à creditoribus, non
tamen poterat solus illis præiudicare, nec facere, ut tene-
rentur de reddenda administratione, cum præsumantur
introitus istius administrationis peruenisse ad Petrū, qui nō
fuerat priuatus sua possessione, *l. 3. §. fi. de acq. poss.* nec pote
rat fieri vigore protestationū, vt creditores obligarent ad
4 id, quod de iure non tenebant. Vnde fuit conclusum † non
esse retardandam exequutionem obligationis in forma
Cameræ ob exceptionem turbidam & irreleuantem.

* *Adde Marant. in Specul. tit. de contum. num. 12. per totum.*

Terra-

Tarraconenf. Penfionis.
Die Lunæ 16. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Quando non poteſt haberi directa probatio, ſufficiunt præſumptiones & coniecturæ.*
2 *Liber Datariæ an probet.*
3 *Intuitu alicuius quando quid factum dicatur.*
4 *Datum alicui contemplatione alterius, quandò acquiratur perſonæ contemplatæ.*
5 *Ambaſciator an domino acquirat bona ſibi donata ab eo Principe, ad quem eſt miſſus.*
6 *Donatum ſponſæ à conſanguineis ſponſi, an acquiratur ſponſo, uel ſponſæ.*
7 *In re clara non eſt quærendum de obſeruantia.*

DECISIO MCVIII.

* DOmini perſtiterunt in reſolutis * pro reſeruatione
1 penſionis ad fauorem R.P.D. Abbatis; † nam quantum ad probationem, quæ deducitur ex libro, voluerunt eam eſſe concludentem; cum in iſtis penſionibus, in quibus non poteſt haberi directa probatio, ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, *Bart. in l. poſt contractum, de donation. Bald. in l. ei qui, in fine, C. de diſtract. pign. Alex. conſilio*
2 *197. num. 7. lib. 7.* & ſufficiens probatio dicitur † illa, quæ colligitur ex libro Datarij, qui probat qualitatem gratiæ, *Caput aq. d. conſ. 77. lib. 1.* nam quæ deducuntur contra librũ, alias fuerunt reiecta vti friuola, & minus vera, cum fuerit recognita manus ſcribentis, & in Dataria habeatur pro bono & fideli, & vltra deciſiones alias allegatas, fuit ita per Rotam reſolutum in una *Conchen. pecuniaria, ſub die 25. Maij 1587. coram R.P.D. meo Pamphilio.* Non obſtat ratio nouiter per informantes conſiderata, quòd in dicto
3 libro ſcriptum reperiatur † intuitu Cardinalis, quia illa verba potius oſtendunt contrarium, cum non poſſet dici intuitu Cardinalis reſeruata, ſi ad ipſiuſmet commodum
a ſpectaret, *Bart. in l. ſi mandatum, C. de neg. geſt. & Bald. in l.*
a *cũ aliquis, in 2. notab. C. de iur. delib. cum aliis allegatis,* a & fruſtratoria fuiſſet mentio nepotis, mentio verò Cardinalis erat neceſſaria, vt appareret fuiſſe ei datam recompenſam penſionis, quam ipſe Papa rogante remiſerat ſuper Epiſcopatu Zacinthino, in qua habebat facultatem transferendi; & ideo hanc voluit collocare in caput nepotis iu niotis, & cui etiam alia ſua beneficia renunciauerat. Pon-
4 deratio verò, quæ fit in eo, quòd † datum alicui contemplatione alterius, acquiritur perſonæ contemplatæ, vt *in l. ſi ſtiuſta m. la 2. & ibi Bart. de donat. cauſ. mort. & Bald. in l. cum oportet, num. 3. C. de bon. quæ liber. Menoch. qui alios*
b *citat. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. cum aliis,* b quia hæc procedunt, quando agitur de perſona in aliena poteſtate conſtituta vti filio, & quando agitur, an ſint computanda inter profectitia, vel aduentitia, vt per *Bart. in l. ſed ſi plu-*
c *res, § in arrogato, de vulgar. cum aliis;* c Et ideo *Bald. in d. l. cum oportet, num. 4.* dicit hanc contemplationem ceſſare in filio emancipato, & idem tradit *Alciat. de præſumpt. regula 1. præſumpt. 18. & alias Rota in una Hiſpalen. penſionis coram R.P.D. Robuſterio 11. Ianuarij 1574.* dixit vtilitatem ſpectare ad illum, cuius cõtemplatione aliquid fit, vbi expreſsè cauetur, vt ad illum ſpectet vtilitas, prout in caſu *l. ſi leg. cum, quib. mod. uſufr. amitt. & l. ſi quis uſumfructum, de uſufr. legat.* ibi enim legatarius erat purè grauatus alteri reſtituere; ſecùs vbi de hac vtilitate non eſt facta mentio, vel quando diſpoſitio confertur in patrem, vel dominum, vel maritum, uel talem perſonam, per quam ex iuris diſpoſitione alteri acquiratur; ſecùs in illis, per quos de iure alteri non quæritur, *toto tit. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* neque enim poteſt quis nuda uoluntate facere, vt leges in ſua ordinatione non habeant locum: Et
5 ita tollitur exemplum allegatum † de Ambaſciatore, qui ſibi donata ab eo Principe, ad quem eſt miſſus, acquirit domino, *vt tradit Bart. in d. l. ſed ſi plures, § in arrogato. quia idem Bart. contrarium tradit in l. ſi verò, § item quidquid, ſolut. matrim. & in l. qui procuratorio, § procurator, de procurat. Abb. in c. Paſtoralis, de conceſſ. præbend. Lapus in repet. Rubr. de donat. inter vir. & uxor. § 45. num. 6. Alciat. in allegata præſumpt. 18. reg. 1. ubi teſtatur de communi.* Tolli-
6 tur eodem pacto exemplum † de eo, quod datur à conſanguineo ſponſi, ſponſæ, in qua quæſtione licet multi ſecuti ſint opinionem Bartoli, quòd acquiratur marito; tamen multi contrarium cenſuerunt, quæ opinio eſt probabilior, ex rationibus ſupra deductis; & maximè, cum alteri per alterum non acquiratur, niſi in caſibus particularibus; & licet *Biſignet. deciſ. unica, de donat. inter vir. & uxor.* videatur hanc ſententiam ſumere in argumentum, & *Iaſ. in l. ut liberis, num. 17. C. de collation.* dicat eſſe communem; tamen contrarium tenuit *Bald. in l. cum ante, C. de donation. & conſ. 42. num. 3. ubi dicit hanc eſſe veriorem opinionem, lib. 1. Roman. conſ. 17. num. 4. latè Alciat. de præſumpt. præſumpt. 18. qui plures allegat. & Addit. ad Dec. in d. l. ut liberis, dicit hanc veriorem, & hanc ſequuta uidetur Rota in d. deciſ. Hiſpalen.* limitando dictam concluſionem contemplationis ad eas perſonas, per quas de iure alteri acquiri-
7 tur. † Quantum ad obſeruantiam, Domini amplexi ſunt reſponſiones datas in priori reſolutione, & vlterius dixerunt, quòd ſtante clara probatione deſumpta ex libro, fruſtra agitur de obſeruantia, quam perſonarum Cardinalis & nepotis qualitas reddunt dubiam & æquiuocam. Et
d ita concluſum ſtandum eſſe in reſolutis. d

* *Sub die Lunæ 10. Octob. anni præteriti.*
a *Et facit Bart. in l. ſi pupilli, § item quæ, ff. de neg. geſt.*
b *Bart. & Dec. in l. ſi plures, § in arrogato, ff. de vulg. Io. Crot. in l. frater à fratre, num. 3. de condict. indeb. Menoch. conſ. 81. num. 4. lib. 1. & conſ. 161. num. 12. lib. 2.*
c *Addo Corn. & alios, in l. ut liberi, C. de collation.*
d *Sub d. die 10. Octobris anni præteriti.*

Gadicenf. Cenfuum.
Die Lunæ 23. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ab Eccleſia conſtitutus pro altero cenſu extinguendo, pro quo maiorem ſoluebat fructuum quantitatem, dicitur vtilis Eccleſiæ.*
2 *Pro decreto præſumitur.*

DECISIO MCIX.

FVit reſolutum ſententiam Auditoris Cameræ eſſe reuocandam; nam in cenſu de quo agitur per Capitulum facto, apertè concurrunt requiſita, nempè, vtilitas, & ſollemnitas. Quantum ad utilitatem, ea clarè demonſtra-
1 tur: nam † cum ratione priorum cenſuum Eccleſia ſolueret maiorem quantitatem, vtique fuit vtile conſtituere nouum cẽſum ad minorem rationem, & extinguere priores, per quos magis grauabatur Eccleſia. Nec obſtat, quòd dicitur priores cenſus quoque fuiſſe nullos, quia hoc in facto non eſt verum, cum in eis non requirerentur ea, quæ in hoc poſteriori requirebantur: nam fuerunt creati illi cenſus à perſonis particularibus, in quibus non erat opus aliqua ſollemnitate, & quoniam per plures annos Capitulum recognoſcendo bonam fidem, quòd pro ipſius Capituli neceſſitatibus dicti particulares ſe obligauerant, ſoluerat fructus dictorum cenſuum, vtile fuit pro illis extinguendis nouum iſtum creare, de quo agitur. Nec obſtat, quòd non conſtet de veritate cauſæ, nempè, quòd fuerint creati pro neceſſitatibus Capituli, quia cum hoc facti fuerint Capitulares, & negotium fuerit confectum cum auctoritate Ordinarij Gadicenſis habentis ad hoc aucto-
2 ritatem à Sede Apoſtolica; † vtique præſumitur pro ipſius Decreto, & hoc pacto recognitio bonæ fidei facta per

Capitulum

Capitulum, fuit approbata per Ordinarium in conſtitu-
tione huius noui cenſus:eaq; viſa fuit Dominis veriſſima,
cum notæ ſint lites, quas ſuſtinuit per multos annos Capi
tulum in curia, tam in tribunali Rotæ, quàm in alijs tri-
bunalibus, & ſic apparet de cauſa primæua neceſſitatis,
& de conſequenti cauſa vtilitatis; & iudex notorie gra-
uauit Capitulum, non admittendo ipſum ad probandum
cauſas priorum cenſuum fuiſſe veras pro neceſſitatibus
Capituli. Quare concluſum, ſententiam eſſe reuocãdam.

Theleſina Beneficij.
Die Lunæ 23. Ianuarij 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia, Perinde valere, non ſanat defectus non expreſ-*
ſos.
2 *Gratia, Perinde valere, non facta mentione litis, eſt nul-*
la, quia Papa non intendit præiudicare collitiganti;
maximè ubi adeſt Clauſula, Dummodo non ſit alteri
ius quæſitum.

DECISIO MCX.

1 FVit reſolutum, gratiam, Perinde valere, non ſuffragari
D. Ouidio; tum ex eo quòd non ſanat defectus nõ ex-
preſſi valoris obtentorum, & diſpenſationis ſub eodem te
cto, *l. 1. §. ſi plura, ad Turpil. c. ex tuarum, de aNt. & vſu pal.*
Gemin. conſ. 15. in 4. dub. Rebuff. de reſcript. perinde valere, nu
2 *mero 37.* tum etiam † quia fuit obtenta lite pendente, nul
la de ea facta mentione, *c. fin. vbi not. Ut lite pend. Mill. in*
verb. gratia ſi eſt impetrata: In terminis ſimilis gratiæ fuit
reſolutum in cauſa Aquilana Iurispatronatus. 17. Iunij
1588. *coram D. Comitulo*: & ratio eſt: quia non eſt inten-
tionis Papæ velle collitigãti præiudicare; maximè in hoc
caſu, ubi adeſt Clauſula, Dummodo alteri non ſit ius quæ
ſitum, cum reo & poſſeſſori debeatur abſolutoria, *l. doci cor*
pus, §. competit, ſi ſeruit. vendic. l. qui accuſare, C. de edendo,
Rot. deciſ. 3. de re iudic. & deciſ. 17. de præbend. in nou. & fuit
dictum in Piſana, coram R. P. D. Blanchetto, 20. Maij 1594.
Et ita concluſum omiſſo capite non iuris Alexij, quod
Dominis non placebat.

Mediolanenſ. Diſtributionum.
Die Lunæ 23. Ianuarij 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Regula iuſtitiæ diſtributiuæ eſt, vt æqualibus æqualia*
dentur.

DECISIO MCXI.

* DOmini ſteterunt in deciſis, * quia modernus Archie-
piſcopus fuit ſubrogatus ad perficiendum ea, quæ per
Cardinalem perfecta non fuerunt; & licet applicatio fa-
cta per Cardinalem, eſſet cum Clauſula iuxta ordinatio-
nem per eum faciendam, ita ut non fuerit omninò perfe-
cta, niſi ſequuta ordinatione, iuxta notata *in l. ſi quis cum*
teſtamentum, de teſtam. tamen non conſtat de intentione
ipſius, quòd vellet inæqualiter inter iſtos diuidere reddi-
tus, de quibus agitur, immò, potius de contrario apparet;
1 tum ex eo, quòd indiſtinctè applicauit Collegio, & † regu
la iuſtitiæ diſtributiuæ ſit, vt æqualibus æqualia dentur;
tum ex quo in diſtributionibus licet exiguis aliquando fa-
ctis, fuit facta æqualis diuiſio. Quare non potuit moder-
nus Archiepiſcopus introducere hanc inæqualitatẽ, cum
non eſſet de re cępta per prædeceſſorem ſuum, immo po-
tius contra eius mentem & prouiſionem; & maximè, quia
illa verba iuxta ordinationem, poſſunt intelligi de alia or
dinatione, de qua loquitur indultum circa inſtitutionem
Collegij & officiorum, & onerum impoſitionem. Nec fa-
cit inſtrumentum de quo num. 3. quia potius facit in con-
trarium, cum ibi enumerentur certæ partitæ applicatę
omnibus in communi, & licet adſint quædam ſolutio-
nes factæ certis officialibus, tamen habent cauſam ſepa-
ratam pro damnis paſſis & alijs; vt in dictis partitis. Et
ita concluſum.

* *Sub die Lunę 12. Decembris anni præteriti.*

Toletana Matrimonij.
Die Veneris 27. Ianuarij 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Contrahens ſponſalia de futuro, monendus eſt, & vſque*
ad cenſuras cogendus, vt per verba de præſenti contra-
hat, ſiue ſponſalia ſint iurata, ſiue non, ſi non adeſt ali-
qua cauſa recuſationis, vt num. 4. debet tamen iudex à
coactione deſiſtere, ſi pertinaciter perſiſtat in recuſatio
ne, ut num. 3. & 6.
2 *In ſponſalibus iuratis, Eccleſia magis ſtudioſe compellit*
eum, qui iurauit, ad contrahendum, compulſione tamen
moderata, non autem præciſa id facit.
5 *Legitima cauſa non contrahendi matrimonium eſt ma-*
gnum odium, quo ſponſus ſponſam proſequitur, vel è
contra.
Item morbi Gallici ſuſpicio, ut num. 8.
7 *Coacta ſponſalia infelices ſolent ſortiri exitus.*
9 *Exceptiones, quas mulier ante contracta ſponſalia notas*
non habebat, ex ſuperuenienti notitia præbent iuſtam
cauſam mulieri recedendi ab eis.

DECISIO MCXII.

1 QVamuis regula ſit pro Gaſpare, † quòd contrahens
ſponſalia de futuro monendus ſit, & vſque ad cen-
ſuras cogendus ad contrahendum per verba de præſenti,
ſiue ſponſalia ſint iurata, ſiue non, *c. ex litteris, il 2. & c. ſi-*
cut. & c. requiſiuit, de ſponſal. c. de illis, il 1. vbi Abb. & alij,
de deſponſ. impub. & in d. c. ex litteris, in 3. notab. Felin. in c.
1. num. 12. de pact. Couar. ſuper 4. decret. parte 1. c. 4. in princ.
2 *num. 2.* † quamuis in ſponſalibus iuratis Eccleſia magis
ſtudioſè compellat eum, qui iurauit quamuis compulſio-
ne moderata non autem præciſa, *Abb. in cap. requiſiuit, in*
fine, Felin. in d. c. 1. num. 12. de pact. Siluester, in uerbo, ſponſa-
lia, num. 4. cum allegatis per Gabr. conſ. 186. num. 10. libro 2.
3 † & parte perſiſtente in recuſatione pertinaciter, iudex
teneatur à coactione deſiſtere, *d. c. requiſiuit, ubi Doctor.*
4 *ſupra allegati.* † Hæc tamen regula limitatur, ut non proce
dat, vbi adeſt aliqua cauſa recuſationis, propter quam de-
beat iudex arbitrari non eſſe procedendum ad coactio-
nem, *vt per Io. Andr. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Abb. Præpoſ.*
& alios, in d. c. requiſiuit, Silueſt. in Sum. in verbo, ſponſalia,
num. 10. Lup. in c. per veſtras, §. 8. num. 15. Couar. ubi ſupra
num. 4. & fuit deciſum in cauſa Valentina matrimonij corã
S. D. N. Clemente Octauo, anno 1579. & in Hiſpalenſi ſpon
ſalium coram bon. mem. Domino de Rubeis, 1580. & aliâ
ſæpius. In caſu autem propoſito uiſum eſt Dominis ſuffi
cienter conſtare de cauſa, quia ex teſtibus examinatis pro
5 parte mulieris, † conſtat eam abhorrere ab huiuſmodi nu
ptijs, & odio proſequi Gaſparem, ita ut potius electura ſit
ſeſe in flumen proijcere, quàm ſecum contrahere, & hæc
eſt legitima cauſa deſiſtẽdi à coactione, vt per *Abb. ſupra*
citatum, in d. c. requiſiuit, n. 3. & in d. c. ex litteris, nu. 8. cum
aliis, quę res comprobatur ex litis ſuſtentatione per plu-
6 res inſtantias, ex quo apparet † fruſtratoriam fore excom
municationem propter obſtinatum ipſius propoſitum,
7 *Collect. in c. 2. col. 2. de ſponſal.* † ſolent enim coacta ſpon-
ſalia infelices ſortiri exitus, *Gabr. d. conſ. 186. num. 9.* & hoc
9 præſertim, † quia uidetur ſatis iuſta cauſa ſubeſſe recuſa-
tionis propter morbi Gallici ſuſpicionem, per ea, quæ tra
dit *Maiol. de irregular. lib. 2. c. 19. & facit text. in c. quem-*
admodum, §. quid ſi poſt, de iureiur. & licet morbus iſte non
plene

plenè probetur, cum de eo vnus tantum testis deponat, tamen est medicus, qui illum curauit, & satis videtur ad hūc effectum, quod mulier vehementi suspicione affecta honc
5 abhorreat; † Accedunt aliæ exceptiones, quas non apparet notas fuisse mulieri ante contracta sponsalia, & ex superuenienti notitia potest recedere, *Sot. lib. 4. Sent. dist. 27. q. 1. artic. 5. vers. nono quando alter.* Et ita conclusum vnanimiter per Dominos.

Cordubens. Decimarum.
Die Veneris 27. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *In manutentione Rota contentatur semiplena probatione.*
2 *Solutio decimarum sufficit, quòd sit facta ab arrendatoribus de consensu domini, ad hoc vt dicatur facta à domino.*
3 *De contrauentione eius cui fuit mandatum intimatum, satis constare dicitur ex quo non ostendit se soluisse.*
4 *Redecima solui debet in loco, vbi colliguntur fructus; secùs est in redecima consistente in pecunia ratione affictus, vel quando agitur de redecima annorum iam præteritorum, quæ amplius non est in aceruo.*
5 *Ante liquidationem non est danda declaratoria.*

DECISIO MCXIII.

QVæ deducuntur ad impediendam declaratoriam, non placuerunt Dominis; nam quod Primò dicitur, mandatum non esse iustificatum, ex quo testes pro maiori parte sunt nulliter examinati, non obstat; ex quo adsunt alij testes validè examinati insufficienti numero, præsertim ad effectum manutentionis, † in qua Rota contenta-
1 tur semiplena probatione, iuxta vulgaras decisiones.* Neque obstat, quòd testes non deponant de solutione decimarum facta a Marchione; quia † sufficit, quòd sit facta à suis
2 arrendatarijs de eius consensu, cum Casalia sint locata libera à decima & redecima, vt aliàs visum fuit. Secundò opponitur quòd mandatum non est directum Marchioni, vt soluat, sed exequutorib. vt manuteneant, quia tollitur difficultas ex lectura mandati, & sufficit intimatio facta principali. Tertiò, opponitur non constare de contrauentione, sed non placuit hæc oppositio; quia cum Marchio tenea-
3 tur ad soluendum, † & ei fuerit mandatum intimatum, satis dicitur constare de contrauentione; nisi ostendat se soluisse, *Bart. & alij, in l. in illa, de verb. obl.* Nec placet, quod dicitur, † redecimam soluendam in loco vbi colliguntur
4 fructus, quia hic agitur de redecima cōsistente in pecunia ratione affictus, vltra quod agitur de redecima annorum præteritorum, & sic de illa, quę non est amplius in aceruo. Vltimò, opponitur quantitatem huius redecimæ esse illi-
5 quidam, & hæc oppositio placuit Dominis, † & conclusum fuit suspendendam esse sententiam declaratoriam in præsentia, & ad eam non deueniendum esse, donec fuerit liquidata summa, ad quam ascendit, *vt fuit resolutum in causa Toletana iuris decimandi coram R. P. D. meo Orano*, vel donec constet Marchionem præstare impedimentum, quominus in futurum ista redecima exigatur.

* *Et dictum fuit sup. in Hispalens. Iuris nominandi. 3. Iunij 1583.*

Senogalliens. Prædij.
Die Veneris 27. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Interesse est liquidatum iuxta requisita Castr. in l. 3. §. cum de officio, de eo quod cer. loco quem semper Rota sequitur, & num. 5.*
2 *In euictione habetur ratio eius, quod emptor habiturus fuisset, si res non fuisset euicta.*
3 *Euicta re in solutum data, non potest quis redire ad primam actionem, nisi eam expresè reseruauerit.*
4 *Electa vna via cessat altera in incompatibilibus.*

DECISIO MCXIV.

DVbitatum, an probetur D. Todinum passum fuisse aliquod interesse, quod ei veniret reficiēdum, & vsque ad quam summam, ita vt sit standum vel recedendum à re
* solutione aliàs facta in Rota.* Et fuit pro maiori parte inclinatum pro reuocatione decisionis respectu temporis decursi post annullationem census. Considerabant. n. Domini tria tempora; Primom est, ante dationem in solutum census Carboni, scut. 1200. de quo tempore nulla fa-
1 cta est † liquidatio damnorum & interesse, iuxta requisita *per Paul. de Cast. in l. 3. §. nunc de officio, de eo quod certo lo-*
2 *co, quem semper Rota sequuta est, vt in decis. 237. lib. 1.* a Secundum tempus est à die habiti census vsque ad diem annullationis eiusdem census, quo tempore Domini censuerunt standum esse in decisis, quòd interesse debeatur ad rationem census annullati; iuxta promissionem factam in ipso instrumento assignationis census, quod est rationi cōsonum, *l. euicta re, de euict. l. 1. vbi Doct. C. de action. empt.*
† habetur. n. ratio eius, quod habiturus fuisset, si res eui-
2 cta non fuisset, *l. si sterilis, §. per venditionem, ff. de action. empt. l. si traditio, vbi Bald. q. 4. C. eod. tit.* Tertium tempus est à die annullationis census, de quo tempore Todinus habebat duas vias agendi contra debitorem; Alteram vigore primi instrumenti venditionis bonorum, quam sibi præseruauerat in acceptatione census, & sic per eam redibat ad priora iura, agendo vigore primeuæ obligationis ad damna & interesse; Alteram verò vigore instrumenti dationis census in solutum, agendo de euictione: Verum cum priorem viam elegerit, vtique tenebatur verificare damna & interesse iuxta requisita Castrens. nec poterat pro verificatione deducere interesse census annullati, cum non se compatiantur istæ viæ ad inuicem, nam reditus ad primæuam actionem præsupponit recessum à datione in solutum, & quidem voluntarium: Vnde non potuit Todinos vno & eodem tempore agere primæua actione ad consequendū prędium alteri medio tempore obligatum in præiudiciū tertij, nisi resoluta in totum datione in solutum; qua resoluta non poterat ex ea prætendere liquidationem damnorum & interesse, quę competebat tantum ratione euictionis, quam in iudicio prosequi noluit, sed elegit † reditum
3 ad priorem actionem, ad quam redire non poterat, nisi eam expresè sibi reseruasset, *iuxta notata per Bart. in l. si quis aliam, de solut. n. 1. & in l. libera, vbi Bald. n. 1. & Salic. in l. oppos. C. de sent. & interl. omn. iudic.* Et hinc tollitur id, quod dicitur in decisione, Todinum deduxisse omne ius sibi competens tam vigore prioris, quam posterioris in-
4 strumenti, † quia stante incompatibilitate, per electionem vnius viæ cessat altera: Vnde sibi imputet, quòd maluit eligere viam, per quam consequebatur possessionem prædij, quàm alteram, per quam potuisset consequi damna & interesse ratione euictionis, non autem prædium, stante hypotheca Triumphi, quæ præcedebat posterius instrumentum dationis in solutum. Neque obstat, quòd saltem videatur ex annullatione census probari damna & interes-
5 se passa culpa debitoris, quia † cum non fuerit actum ratione euictionis, hęc damna erant probanda cum requisitis Castrensis, nempè, quod habebat paratum alium censum, quem loco illius sibi comparasset, si ei pecunia debita soluta fuisset, quod cum factum non reperiatur, fuit inclinatum pro maiori parte Dominorum pro recessu a decisione & nullitate tltius liquidationis.

* *Sub die Veneris 24. Octob. 1586 coram R. P. D. Marcello Bubalo.*
a *Mohedan. decis. 208. aliàs 3. de vsur. & fuit tentum coram Veralle in Roman. vsurarum 13. Aprilis 1568. & supra coram Illustrissimo Seraphino in eadem Roma. vsurarum. Veneris 16. Decemb. 1569.*

Roma-

Romana Domus.
Die Lunæ 13. Februarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio præsumitur superuenisse post actum pro eius validitate.*

2 *Citatio facta ad hodie, per totam, non arguit sententiam ferri non posse; nisi in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora audientiæ.*

3 *Hora campanellarum de mane in Referendarijs intelligitur pro hora audientiæ, qui possunt in quacumque hora diei proferre sententiam.*

4 *Cessante protestatione, potest mandatũ procuratoris quandocumque produci.*

5 *Negligentia Notarij parti nocere non debet.*

DECISIO MCXV.

FVit resolutum pro validitate sententiæ latæ per D. Odescalcum; nam nullitates, quæ opponuntur, tolluntur ex deductis pro parte Iuliæ; nam quod dicitur primo loco, sentẽtiam fuisse latam post inhibitionem Rotalem, in facto non verificatur, cum tam sententia, quàm inhibi-
1 tio sint sub eadem die † & pro sustinendo actu præsumitur inhibitio subsequuta, vt per *Achill. decis. 263. aliàs 57.*
2 *de appell.* maximè † cum citatio facta ad hodie, per totã, non arguit sententiam ferri non posse nisi in extrema ho-
3 ra diei, sed intelligitur pro hora audientiæ, † quæ in Referendarijs solet esse hora Campanellarum de mane, & liberum est iudici ferre sententiam in quacumque hora illius diei, & hoc est, quod important verba citationis. Quantum ad defectum mandati, is tollitur ex facto, cum fuerit productum; licet in extractu non fuerit registratũ,
4 & per partem fuit processum cum illo procuratore † sine aliqua protestatione contraria; adeo, quòd etiam hodie produci potest, prout productum extitit, *Mohed. 2. de iudi.* Quantum ad defectum iurisdictionis, qui deducitur, ex quo non reperitur commissio directa Odescalco, is quoque cessat, cum in manualibus appareat obtentã fuisse, & præsentatam commissionem, & emanasse citationẽ ad dicendum contra: Vnde licet ea non reperiatur, tamen ex commissionibus præcedentibus apparet fuisse simplicẽ subrogationem iudicis in locum Illustrissimi Iustiniani.
5 † Neque Notarij negligentia officere debet parti, & hoc etiam verificatur ex actis ab vtraque parte, coram Odescalco factis tamquam iudice subrogato. Quare conclusum pro validitate sententiæ, & ordinatum, vt videatur super iustitia.

Syracusana Præeminentiarum.
Die Lunæ 13. Februarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio exequutorialium contra Capitulum, debet ipsi Capitulo non particularibus Canonicis intimari.*

2 *Exequutio exequutorialium est attentata, quando earum intimatio non est reproducta in Rota.*

Paritio metu censurarum facta, non est spontanea.

DECISIO MCXVI.

1 FVit resolutum † constare de attentatis, cum processus, de quo agitur, fuerit factus à iudice laico vigore exequutorialium non intimatarum Capitulo, sed tantum quibusdam Canonicis non Capitulariter congregatis, *Rota 1. de dolo & contum. in antiq. & decis. 1. de sent. excom*
1 *mun. in antiq.* † neque fuerunt in Rota, vt oportuit reproductæ, *Cassiad. decis. 6. de caus. poss. & propr. Mohedan. decis. 182. Sarnens. sup annal. q. 44.* Nec obstat limitatio, quod hic adfuerit consensus condemnati, qui dixit se parere, q[uia]
3 procedit in spontanea paritione, † non vt hic, quando fuit metu censurarum & excommunicationis, quam inde laicus comminabatur, *Achill. decis. 11. de pension. Rot. deci. 10. de sent. excom. in nou.* & tanto magis cum fuerit in exequutione excessum per declarationem annatarum, quæ adhuc pendebat coram Illustriss. Plato, & postmodum fuit per eum facta: Vnde cum laicus ita improuidè processerit comminando censuras, quod facere non poterat, *c. decernimus, vbi Doctor. de iudic.* fuit conclusum totum istum processum esse reuocandum.

Mediolanens. Bonorum.
Die Lunæ 20. Februarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Soluens Ecclesiæ affictum, liuellum, aut canonem, tenetur indicare, & designare bona, pro quibus soluit, si bona Ecclesiæ possideat, aliàs omnia per ipsum possessa præsumuntur esse Ecclesiæ.*

DECISIO MCXVII.

1 FVit resolutum, † Dominum Carcanum teneri ad designanda bona Ecclesiæ, pro quibus soluit pensionem, quia cum ex pluribus solutionibus factis pro fictu liuellario, vel pro simplici, constet ipsum possidere bona Ecclesiæ iuxta notata per *Bart. in l. qui vniuersas, §. qui per colo. ff. de acquir. poss. Roman. cons. 70. num. 10.* vtique tenetur iudicare, siue sit emphyteuta, *vt per Ias. in l. 2. num. 173. C. de iure emphyt. Ruin. cons. 50. nu. 14. lib. 1. & fuit sæpius in Rota resolutum,* siue sit fictuarius, vel conductor, *vt per Alberic. in l. Titius, la vltima, num. 2. de act. empt. Bald. cons. 26. num. 2. lib. 2. Roland. cons. 66. nu. 6. lib. 3. Bellon. cons.* [illegible] Non obstant in contrarium adducta, quia loquuntur, qui non constat aliquem bona Ecclesiæ possidere; quia tunc agenti incumbit onus id probandi, sed in casu isto ex multiplicatis solutionibus constat de possessione bonorũ Ecclesiæ, ideo fieri debet indicatio, quia aliàs omnia possessa per conductorem præsumerentur esse Ecclesiæ, vt dicunt supracitati Doctores: Neque istæ solutiones possunt intelligi factæ ex obligatione personali non relata ad aliquam rem certam; quia repugnant verba pro fictu liuellario, vel simplici, q̃ non possunt verificari, nisi respectu bonorum conductorum: Accedit, quòd præsupponitur D. Carcanum possidere bona in loco Turati & Mancræ, vbi constat Capellam habuisse multa bona pro tempore diuersis personis locata, vt in facto bene deducitur.

Papiens. Tenutæ de Magdalena.
Die Veneris 3. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta parte præsente, supplet defectum citationis.*

2 *Debet quis præcisè & expressè citari ad sententiam, ut citatio sit ualida.*

3 *Accusatio contumaciæ semper de stylo solet apponi, etiam parte comparente.*

DECISIO MCXVIII.

1 NVllitas allegata non placuit Dñis, quia † sufficit quòd monitio fuerit facta pro parte præsente, tunc. n. supplet defectum citationis, *Felin. in c. 4. n. 18. de iudic.* Neque
2 obstat, q † nõ fuerit facta præcise ad sententiam, *c. cũ quis de dol. & cõtum. & ibi glos. Gemin. & Franc. & gl. in Clem. Sæpè, in verb. ad id, de uerb. sign. Rot. 17. de re iudic. in nou.* quia satis vr facta ad sententiam, stante illius petitione facta per procuratorem Cardinalis, & satis constat de præsentia ex ipsa monitione, quæ est facta comparentibus in actis præ-
3 sentibus. Neque † obstat accusatio contumaciæ, quia semper ex stylo solet apponi etiam parte comparente. Ideo ordinatum, vt uideatur de iustitia sententiæ.

Gadicens.

Gadicens. Concordiæ.
Die Veneris 3. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Quæ concernunt statum Ecclesiæ, & cultum diuinum spe-ctant ad curam Episcopi.*

DECISIO MCXIX.

CApitula concordiæ, quæ data fuerunt Dominis in pręsenti propositione non placuerunt; nam licet in præ-
* terita propositione * circa officiales administrationis redituum decimalium, quorum deputatio erat communis Episcopi & Capituli, Dominum ad tollendum materiam dissensionis in eorum deputatione approbauerint cōcordiam; tamen hæc ratio cessat in deputatione administratorum fabricæ & chori, quæ ex decretis Rotæ alternatim tribuitur Episcopo & Capitulo; ita ut in hoc nulla possit oriri controuersia, cum vnusquisque in suo turno eligat, absque eo quòd alius se intromittat; quare nulla subest causa recedendi à decretis Rotæ, & eo magis, quia consona sunt cum iure communi, & decretis Concilij Tridentini *sess. 22. num. 9.* Illa quoque diuisio prouisionis officiorum, quæ concedit Capitulo data Episcopo facultate eligendi Magistrum ceremoniarum, & perticarum, visa est nimis inæqualis, & prægrauans dignitatem Episcopa-
1 lem; nam † cum ista officialium deputatio concernat statum Ecclesiæ & cultum diuinum, videtur locum habere id, quod tradunt *gloss. & Doctor. in c. 2. in verbo, statutum, de verb. sign. lib. 6. & Concilium Trident. sess. 21. c. 8. & sess. 22. c. 8.* imponente hoc onus Episcopo ad cuius præcipuè curàm spectare dicitur.

* *Sub die Veneris 17. Februarij proximè præteriti.*

Aretina Capellaniæ.
Die Veneris 10. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus debet probari plenè & concludenter, quando vltimus status repugnat.*
2 *Vltimus status beneficij maximè attenditur in iudicanda illius qualitate.*
3 *Capella sita in Hospitali, verisimile est, quòd sit ius patronatus potius hospitalarij, quàm aliorum.*
4 *Probatio per testes de publica uoce & fama, iuncta cum quasi possessione iuris præsentandi, in antiquis probat ad quem ius patronatus pertineat.*

DECISIO MCXX.

DOmini steterunt in decisis, * quod non constet ius patronatus Capellæ, de qua agitur, spectare ad domi-
1 nos de Bisdominis; † debent enim probare plenè & concludenter eorum intentionem, cum contra eos pugnet vl-
2 timus status beneficij, † qui maximè solet attendi in iudicanda qualitate beneficij, *Bald. in l. si mater, C. ne de statu*
3 *defunct. Dec. cons. 126. num. 1.* maximè † cum Capella sita sit in Hospitali, & sic uerisimile est ius patronatus potius esse Hospitalarij, *Felin. in c. cum Venerabilis, num. 37. in 4.*
4 *fallent. de except.* † & adsunt testes, qui bene probant de publica voce & fama, quæ cum concurrat cum quasi possessione Hospitalarij, sufficit in re antiqua ad probandum ius patronatus pertinere ad Hospitalarium, *Bald. in l. cum super, C. de rei uend. Cassad. decis. 2. de probation. Put. decis. 61. & 142. lib. 1.* Probatio verò contraria est multum debilis: nam quod deducitur de Catasto, in quo dicitur Bonioannem donasse bona Hospitali pro Capella; placuerunt Dominis responsiones datæ in alia decisione, & pręcipuè quòd hoc potius suadet ius patronatus spectare ad Hospitale, cui facta est donatio: Instrumentum verò, de quo in summario num. 6. videtur maximè facere contra Bisdominos, & excludere reseruationem iuris patronatus, cum in eo dicatur, quòd Bonioannes donauit quasdi possessiones Hospitali, vt haberet & teneret perpetuo in dicto Hospitali vnum bonum & sufficientem Capellanū, qui habeat pro sua sustentatione fructus dictorum bonorum donatorum: Vnde cum Hospitale debeat tenere istū Capellanum, ad ipsum quoque videtur spectare eius electio, prout obseruantia docuit, vt patet ex præsentationib. annorum 1497. & 1498. & anni 1547. vbi ille de Bisdominis nominat se Hospitalarium. Non obstat visitatio de anno 1468. quia fuit simplex assertio Capellani, quę non præiudicat Hospitali, cum sit dictum unius sine citatione, & sine iuramento; & in contrarium adest alia visitatio anni 1583. cum assertione moderni Capellani, qui erat de Bisdominis, qui tam in ipsa visitatione, quàm in inuentario asserit Capellam esse de iure patronatus Hospitalis, & ad illud spectare ius præsentandi. His accedat, quòd neque etiam hodie probatum est istos de Bisdominis descendere ab illo, quem pretendunt fuisse Capellæ fundatorem.

* *Sub die Veneris 16 Decembris anni præteriti.*

Messanens. Legitimitatis.
Die Lunæ 13. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio obtenta radicem matrimonij conualidat, & illud vsque ab initio, approbat, quæ approbatio ad effectum legitimitatis prolis potest fieri etiam uno ex coniugibus mortuo, quando obstat tantum impedimentum legis Canonicæ ob consanguinitatem, vt num. 2.*
3 *Distinctio Couar. super 4. decret. par. 2. c. 8. num. 13. inter dispensationem ualidantem matrimonium à principio, & eam, quæ dat licentiam remanendi in iam contracto, fuit à Rota reprobata.*
4 *Gratia continens duo principaliter, si in uno non potest habere effectum, in alio sustinetur, ut est in gratia obtenta super beneficiis, ut num. 6.*
5 *Legitimatio, quę non potest respectu successionis operari, respectu aliorum effectuum prodest.*
7 *Voluntas paterna principaliter consideratur in legitimatione filij.*

DECISIO MCXXI.

FVit aliàs pro parte quorumdam Iosephi Buttuni & Catharinæ Buttuni expositum Maiori tunc temporis Pœnitentiario, cum scirent se in quarto consanguinitatis gradu esse coniunctos, matrimonium contraxisse, & illud carnali copula consummasse, & ab eo impetrarunt, ut committeretur Ordinario Messanensi, quod se de causis scandalorum narratis informaret; & iis separatis pœnitētiam salutarem iniungeret, & deinde ab excommunicationis sententia iniuncta salutari pœnitentia absolueret, & demum cum eis dispensaret, ut in contracto matrimonio remanere, seu illud de nouo contrahere, & in eo permanere liberè, & licitè possent, prolemq; susceptam & suscipiendam legitimam discerneret. Obtinuerunt postea reformationem, in qua narrarunt fuisse in gradu erratum, cum vnus in tertio alter in quarto consanguinitatis gradu constituti essent. Antequam huiusmodi litteræ executioni demandarentur, obijt Iosephus relicta uxore cum filijs, obijt etiam Catharina, filij supplicarunt S.D.N. pro declaratoria legitimitatis, qui in signatura gratiæ commisit mihi, vt super hoc negotio Rotam consulerem. Proposita itaque causa, Domini vnanimi consensu censuerunt, supplicationem signandam esse: nam quamuis principalis gratia non potuerit sortiri effectum propter viri obitum; tamen in reliquis respectu legitimitatis filiorum potest

fortiri

sortiti effectum, vt fuit resolutum coram S.D.N. Clemen
te VIII. in causa Syracusana legitimitatis. 19. Octobris
1 1573.† legitimatio enim concessa fuit per dispensatio-
nem, quæ radicem matrimonij conualidat, & sic appro-
bat contractum vsque ab initio, *Abb. in c. cum per Venera
bilem, qui fil. sint legitimi, Anchar. consil. 409. num. 4.* vbi
2 tradit † matrimonium dispensatione Papæ posse approba
ri ad effectum legitimationis prolis, etiam mortuo vno
ex coniugibus, vbi filij sunt nati in figura matrimonij,
cum obstet tantum impedimentum legis Canonicæ ob
consanguinitatem, quod per dispensationem tollitur, *Put.
decis. 483. Matthæus Gribal. num. 2. lib. 2. Iannens. decis. 71.*
3 † *Couarr. super 4. Decret. part. 2. c. 8. nu. 13.* qui licet videa-
tur distinguere inter dispensationem validantem matri-
monium à principio, & eam, quæ dat licentiam remanen-
di in matrimonio contracto, eius tamen distinctio fuit re
probata in causa Pampilonensi matrimonij, coram R.P.
4 D. meo Orano, 5. *Aprilis* 1585. Accedit, quòd ista † dispen
satio continet duo principaliter, nempè, validitatem ma-
trimonij, & legitimationem prolis; ideoq; licet principa-
lis gratia ob mortem viri effectum sortiri non potuerit;
potest tamen alia sustineri, *vt ex notat. per Butr. in c. consti
tutus, num. 21. de rescript. Felin. in c. sedes, num. 2. eodem tit.*
5 & facit simile de legitimatione, quæ etsi forte ex causa
non possit operari effectum successionis; sustinetur tamen
respectu aliorum effectuum, *Tiraq. in l. si vnquam, in uerb.
6 donatione largitus, num. 317. C. de renoc. donat.* † facit etiã
simile de gratia obtenta super pluribus beneficijs, *cap. si eo
tempore, de rescript. in 6. ubi Franc. & alij.* Et ex his conclu-
sum, gratiam esse concedendam, præsertim cum etiam si
peteretur simplex legitimatio, veniret concedenda, cum
7 habeant voluntatem paternam, † quæ principaliter in his
considerari solet, vt deductum fuit in allegata decisione
Syracusana.

Vicent. Pensionis.
Die Lunæ 13. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est iustificanda, quando agitur contra eum, qui ei non consensit.*

2 *Pensio reseruata cum Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, dicitur conditionalis, & debet plenè iustificari conditio.*

DECISIO MCXXII.

DVbitaui, an litteræ pensionis reseruatæ ad fauorem
Domini Ludouici sint iustificatæ, in quibus adest
Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore: Et
hanc causam proposui altera parte tantum informante,
quia pro parte Ludouici fuit impetrata commissio, per
quam moderata fuit inhibitio Rotalis, & in partibus vr-
get pro habenda exequutione dictæ pensionis, & obtinen
do, vt ei soluatur coram exequutore, & hic in Rota in iudi
cio nullitatis pluries & pluries citatus semper recusauit
comparere, & disputare dubium supradictum, licet sæpius
interpellatus dederit articulos super iustificatione pensio
nis, super quibus non curauit hactenus vllos testes exami-
nare. Quare pro parte Domini Ioannis fuit assumptum
onus contrarium probandi datis articulis, & examinatis
testibus, per quos probatur deducta pensione nihil residui
esse pro Rectore. Proposita itaque causa, Domini censue-
1 runt sine difficultate † onus iustificandi pensionem specta
re ad Ludouicum; tum ex eo quod agit contra eum, qui
est successor in beneficio, neque ipse consensit pensioni;
2 tum etiam quia pensio † est conditionalis propter Clausu-
lam, Dummodo remaneant centum pro Rectore, prout
fuit sæpius resolutum in pluribus causis, veluti in vna Pa-
* duana, *coram bon. mem. Domino de Rubeis*, * *& in una Ver*
a *cellensi coram R. P. D. meo Gypsio*, a & hoc casu non
sufficit semiplena probatio, sed requiritur plena, vt per
*Mohedan decis. 148. & fuit aliàs resolutum coram Illu-
strissimo Lancellotto in causa Clusinæ pensionis. 9. Decembr.
1573. & in alia oppiden. 3. Iunij* 1585. Non obstat, quod
commissio causæ ittet cum retardatione, vel sine arbitrio
Rotæ, quia neque constat de quasi possessione exigendi
pensionem, neque pro parte Ludouici fuerint productæ
litteræ, sed tantum articulata pensio, & nihil aliud actum.
Quare fuit conclusum, deberi absolutoriam Ioannis, cum
pro parte Ludouici nihil fuerit probatum, ex quo pensio
iustificetur.

* *In Paduana pensionis sub die 16. Decemb. 1579.*

a *Sub die 26. Ian. 1592. & in eadem 26. Iunij eiusdem anni coram Card. Mantica.*

Perusina Exequutionis.
Die Lunæ 10. Aprilis 1595.

SVMMARIVM.

1 *Citatio domi dimissa copia est ualida, quando præcesserunt diligentia de reperiendo.*

2 *Clem. Causam, de election. procedit in beneficialibus tantum.*

3 *Cursori siue Nuncio de diligentijs attestanti creditur.*

4 *Procurator præsumitur certiorasse principalem, etiam si desierit esse procurator, si adhuc comparuit in iudicio.*

5 *Sententia lata contra sententiam, quæ transiuit in iudicatum, est nulla; fallit, si sententia erat iniusta.*

6 *Sententia iniusta numquam transit in iudicatum.*

7 *Rota numquam attendit sententias extra eam latas, nisi sint iustæ.*

DECISIO MCXXIII.

COntra sententiam in Rota latam oppositum fuit de
nullitate & iniustitia: Nullitas deducebatur, Primò
ex eo, quòd defuncto Baptista patre, cum quo lis fuerat
legitimè introducta, non poterat procedi contra eius fi-
1 lios, nisi ipsis legitimè citatis: Vnus autem ipsorum tan-
tum fuit personaliter citatus, alij verò domi dimissa co-
pia: sed fuit per Dominos dictum hanc citationem fuisse
validam, cum præcesserint diligentiæ de illos reperiendo,
quod sufficit tam de iure communi, *vt per Abb. in c. Cau-
sam, num. 5. de dol. & contum. Roman. consilio 451. num. 7.*
quàm etiam inspecta forma decreti politi in citatione,
Achill. decis. 17. de dol. & contum. vbi hoc procedit etiam
2 nõ facta affixione in Ecclesia, † *cum Clem. Causam, de ele-
ction.* procedat in beneficialibus tantum, *Bart. in l. 4. §. Præ
tor ait, de damno infecto.* nam affixio de qua fit mentio in
citatione, est necessaria, si ad habitationem citandi tutus
non pateat accessus, *vt dictum fuit in causa Tuden. de Ro-
* sal. coram R. P. D. meo Penia,* * qui non est casus noster; †
3 Cursori verò siue Nuncio de diligentijs & alijs attestanti
creditur, *vt per Put. decis. 187. in una Romana sequestri. lib.
4 3. Verall. 266. lib. 2.* Accedit, † quòd semper fuit citatus
Odoardus, qui sæpius comparuit, & licet eius mãdatum
exspirasset per obitum constituentis; tamen ex quo com-
parebat, verisimile est eum certiorasse Martinellos, *ad
5 cons. Roman. 481. num. 8. in fine.* Secundò, † deducebatur
alia nullitas, ex eo quòd lata est sententia contra senten-
tiam, quæ transiuerat in iudicatum, *l. 1. & ibi Doctor. C.
quand. prouoc. non est necess. Aret. in cons. 73. num. 4. Felin.
in c. cum contingat, num. 7. de off. deleg.* sed fuit responsum
per Dominos, hanc nullitatem non adesse, si sententia la-
a ta erat iniusta, prout ex decisione Rotæ a detectum fuit;
6 ea enim † numquam transit in iudicatum, vt per *Doctor.
in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. Felin. in c. super litteris, nu
7 mer. 15. de rescript.* & † Rota numquam attendit sen-
tentias extra eam latas, nisi sint iustæ, *Put. decis. 204. &
318. lib. 1. & fuit dictum coram me in una Auximana do-
tis.*

tis.14.Martij 1575. Tertiò deducebatur, quòd sententia fuit lata ad fauorem solius Crescij, qui tamen habebat cohæredes, qui participare debebant de medietate prædij petiti; sed responsum fuit non constare, quòd de illo tempore exstarent cohæredes, & ex petitione Martinelli contra solum Crescium videtur contrarium apparere. Quantum ad iniustitiam, quæ opponitur, licet Domini ex decisione aliàs in hac causa facta, eam sublatam esse censerent; tamen quia facta fuit una tantum parte informante, ordinarunt, ut super ea Martinelli audiantur.

* *Sub die Mercurij 5.Iun.1594.*
a *Sub die 1.Decemb.1589.coram Illustr.Card Pamphilio.*

Romana Quinquaginta millium.
Die Veneris 21. Aprilis 1595.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum datum ad recipiendum quascumque pecunias, an restringatur ad pecunias in futurum recipiendas, uel comprehendat etiam receptas ante mandatum, & num.5.& 6.*
2 *Mandatum datum ad obligandum intelligi debet pro debito mandantis, non autem pro debito procuratoris.*
3 *Ex prægnantia Clausularum mandati non resultat mandatum cum libera, secundum veriorem & receptiorem opinionem, contra Bart.*
4 *Clausulæ omnes mandati procuratoris intelligi debent respectu præmissorum, nec immutant principalem dispositionem.*
7 *Verborum superfluitas est uitanda, ubi commodè potest summi alia interpretatio.*
8 *In rem propriam non cadit mandatum.*
9 *Quando censeatur concessa procuratori facultas saluendi debita domini, & an requiratur mandatum cum libera, vt num.10.*
11 *Minus est obligare ad solutionem debiti iam contracti, quàm ad illud soluendum.*
12 *Quis potest in extinctionem sui debiti, creditum suum creditori cedere.*
13 *Procurator non præsumitur abuti mandato.*

DECISIO MCXXIV.

CVm Illustr. Domina Lucretia, & Domini Petrus & Alexander del Bene, essent creditores Illustriss. Domini Marij de Bandinis in summa quinquagintamillium scutorum auri in auro solarium, dictamq. summam ab eo repeterent, ipse cui non erat facultas pecuniæ præsentis, cum penes se haberet cedulam quamdam dominorum Petri Antonij & Horatij de Bandinis & sociorum, in qua fatebantur se mutuo accepisse à Mario summam sexagintaquinque millium scutorum auri in auro solarium sub die 22. mensis Maij 1586. ex qua poterat satisfacere prædictis Dominis creditoribus; sub die 13. Iunij 1588. per publicum instrumentum cessit & transtulit dictam cedulam pro concurrenti quantitate summæ debitæ in prędictos Dominos creditores; necnon in eodem instrumento tamquam procurator constitutus à Domino Petro Antonio vigore cuiusdam mandati rogati Firmi sub die 16. Aprilis eiusdem Anni 1588. promisit nomine dicti Domini Petri Antunij soluere dictam summam sub obligatione omnium & singulorum bonorum ipsius constituentis; Verum cum numquam eis satisfactum fuerit, & res in iudicium deducta sit, coram me in Rota dubitari contigit, An vigore dicti mandati bona Domini Petri Antonij valide fuerint obligata & hypothecata prædictis Domi-

nis matri, & fratribus del Bene: Et post exactam causæ discussionem, Rota censuit præsupposita validitate cedulę, de qua particulariter agetur, bona Domini Petri Antonij fuisse validè obligata & hypothecata in præiudiciũ Domini Petri Antonij, & hæredum, vigore prædicti mandati iunctis alijs sequutis, & in facto latè pro Domino Alexandro deductis: Dubitandi ansam præbuit mandatum conceptum sub quadam formula, quæ videri poterat hunc casum complecti non posse, cum nominatim in eo de hoc negotio nulla habeatur mentio: sed tantummodo in eo adsint Clausulæ quędam generaliter conceptæ ad accipiendum quascumque summas iure, ac nomine constituentis, pariterq; ad ipsum vnà cum prædicto procuratore respectiuè obligandum, hypothecandum, & promittendum pro quibusuis summis, sub obligatione omnium bonorum suorum, &c. & generaliter ad faciendum, tractandum, & gerendum ipsius nomine in omnibus & singulis negotijs & rebus, tamquam eius persona propria cũ supradictis obligationibus, &c. & generaliter ad omnia, quæ ipse constituens faceret, & facere posset, si pręmissis omnibus interesset, etiam si talia forent, quę mandatum magis speciale exigerent, &c. Prętendebant enim Domi-
1 ni hęredes id, † quod dicitur de quibuscumque summis referendum esse ad summas in futurum recipiendas, non autem ad iam receptas ab ipso procuratore ante mãdatum, ut declarat *Dec. cons.493. num.* 10. Pręterea cum hoc debitum quinquaginta milliũ scutorum nõ esset proprium Domini Petri Antunij sed Domini Marij, † videri
2 datum mandatum ad obligandum eum pro suo debito, non autem pro debito procuratoris, *Bald. in l.creditor. §. Lucius, mandati. Dec.d.cons.493. num.11. Verall.decis.24. lib.3.in manuscript.* † Neque ex dictarum Clausularum
3 pręgnantia resultare mandatum cum libera, quidquid dixerit *Bart.in l.procurator, cui pro euictione, n.3. de procur.* cum opinio cõtraria sit verior & receptior, *ut tradit Bero. q.25.n.5.& fuit resolutum in una Valentina beneficij sub die 17. Decembris 1582. coram S.D.N.* maximè verò, † cum
4 omnes clausulę intelligantur respectu pręmissorum, neque immutent principalem dispositionem, ut per *Bart. in l.qui Romæ. §. Callimachus, & ibi Alex. num.6. de verbor. oblig. Bart. Fulgos. Castr. & alij, in d.l.procurator cui, Alex. cons.22.num.10.lib.1. Ruin.cons.59.num.3.& cons.67. n.7. lib.5.* Contrariam tamen sententiam amplexa est Rota, vt diximus, idq; pluribus rationib. hoc suadentibus; etenim, cum creditores vrgerent Marium, isq; non posse alia uia satisfacere quàm repetendo à Dominis Petro Antonio, & Horatio pecunias mutuatas, quas ipsi tunc temporis fortasse commodè soluere non poterant, mandatum illud licet ita indefinitè, & sub Clausulis generalibus conceptum non alia ratione transmissum videtur nisi vt posset Marius rebus suis honorificè consulere, quod ex litteris ipsius Petri Antonij liquet datis die 27. Iunij eiusdem anni, & profectione Horatij in Galliam tunc temporis suscepta pro confirmandis rebus & negotijs Marij tumultuantib. & periclitantibus, vt in simili tradit *Ruin. eo. c.93. num.6. lib.5.* neque ita concepta sunt verba mandati, vt hanc in-
5 terpretationem excludant: nam quod † dicitur respicere summas in futurum recipiendas *ex cons. Dec.493.* id non bene colligitur: tradit enim verba illa, ad negotiandum, emendum, mercandum, alienandum, respicere cõtractus futuros, nec posse referri ad confessionem debiti contracti ante mandatum, quod & uerum est, sed etiam uerba mandati, de quibus agitur, ad obligandum, promittendũ, & hypothecandum, respiciunt futuram obligationem
6 contrahendam, sed † cum adhæreant illis verbis pro quibusuis summis, quę indefinitè omne tempus capere possunt, *l. si ita, & ibi Bart. de legat.3.* non est magis dicendum pro summis accipiendis quàm pro iam acceptis, cũ vtroque casu eadem uigeat ratio: Nõ enim minus urgebatur Marius pro acceptis, quàm indigeret accipiendis, immo accipiendi necessitas ex necessitate dissoluendi acceptas
oriebatur,

oriebatur, quare non potest illa auctoritas huic casui deseruire; maximè cum etiam Addition. ibidem tradat, consilium Decij non iustificari, nisi ex circumstantijs facti, quæ in specie proposita omnes pro mandati sufficientia faciunt. Præterea hanc fuisse constituentis mentem, suadent verba illa, paritérq; ad ipsum vnà cum prædicto procuratore respectiuè obligandum, quæ innuunt voluisse constituentem obligare se, non solum pro negotijs proprijs, sed etiam pro negotijs ipsius procuratoris, nisi enim ita acciperentur verba illa, ad ipsum cum procuratore respectiuè obligandum nulla potest cadere correspectiuitas: nam dicere, hoc intelligendum esse pro negotijs proprijs constituentis, nullam parit correspectiuitatem, non enim tunc vnus pro alio se obligaret vicissim, sed vterque pro vno tantum, & sic otiosa esset illa dictio,
7 respectiuè; † cum tamen huiusmodi superfluitas vitanda sit, vbi commodè potest alia sumi interpretatio. Neque illud, correspectiuè, referri possit ad obligationem contrahendam ab eodem procuratore pro sui ipsius ne-
8 gotijs, † cum in re sua alteri mandatum non detur, *l. 2.*
9 *§. quod si tu, mandati*. Confirmantur prædicta † ex Clausula sequenti, in qua datur facultas generalis ad faciendum, tractandum, gerendum, ipsius constituentis nomine in omnibus & singulis negotijs, tamquam eius persona propria, cum supradictis obligationibus, ex qua facultate censetur concessa potestas soluendi debita constituentis, *d. l. procurator cui, & ibi gloss. & Doctor. de procurator. l. si procurator, in princip. vers. Celsus, & ibi gloss. & Bartol. de condict. indebit. vbi Fulgos. num. 2.* ait
10 enim † ad id non requiri mandatum cum libera, *l. quodlibet. & ibi Angel. de solution.* neque esse expectandam ratificationem, attento quod mandatum est sufficiens, *vt ibidem tradunt Doctores*; ergo potuit obligare pro soluendo debito iam per cessionem cedulæ effecto proprio
11 ipsius Petri Antonij, † cum minus sit obligare ad solutionem debiti iam contracti, quàm ad illud solutione extinguendum: Verum omnem prorsus difficultatem tollere videtur præsuppositum veritatis cedulæ: ex eo namque elicitur negotium hoc non tam ipsius Marij, quàm Petri Antonij constituentis fuisse, & ad ipsum verè spectasse, cum ageretur de dissoluenda obligatione per cedu-
12 lam contractam cum Mario, † qui potuit in extinctionem sui debiti creditum suum ei cedere, *l. 1. C. de nouation. & de leg. l. 2. C. de action. & obligat. Curt. iun. consil. 1. num. 3. & 4.* Ideoq; cessat tota illa difficultas, quæ ea nititur ratione, mandatum hoc fuisse datum ad negotia propria Petri Antonij, non autem pro negotijs Marij, quod & videtur fateri Petrus Antonius in litteris sub die 22. Augusti, & 19. Septembris 1588. Facit præterea interpretatio data ab ipso Mario filio Petri Antonij, qui
13 hoc mandato in hac causam vsus est: † neque præsumendus est abusus, ne delictum præsumatur; maximè cum hoc mandatum non receperit sine litteris & instructione ipsius constituentis, quæ si continerent contrarium, vtique per earum exhibitionem facilè possent omnes difficultates tolli. Postremo visum est Dominis cessare omnem difficultatem, tam ex litteris Caualcantis, quàm D. Petri Antonij, necnon acceptatione D. Horatij, quæ interpretari possunt ambiguitatem mandati, si qua in eo adesset, & hoc fundamento Domini vsi sunt pro interpretatione mandati, non autem pro ratificatione gestorum sub die 13. Iunij 1588. vno tantum excepto, qui ratificationem quidem admittebat in præiudicium posteriorum à die ratificationis, non autem ad interpretationem mandati, sed contra sententia præualuit, *ex l. si Iulianus, §. proinde, ad Macedon. Aymo, consil. 77. num. 10. & consil. 231. num. 12. Alexand. consil. 69. num. 3. in 6.* Et ita conclusum.

Papiens. Bonorum.
Die Lunæ 28. Aprilis 1595.

SVMMARIVM.

1 *Sententia pro euidenti vtilitate vigore Rescripti, Si in euidentem, data, facit vt alienatio præsumatur vtilis Ecclesiæ; donec contrarium probetur.*
2 *Pro exequutore præsumitur.*
3 *Obseruantia contractus alienationis factæ in vim Rescripti, Si in euidentem, facit, vt præsumantur omnia legitimè gesta.*
4 *Locatio perpetua regulariter solet fieri cum diminutione sextæ partis, eius quod soluitur pro locatione ad tempus.*
5 *Ad probandum vtilitatem vel læsionem attenditur tempus locationis.*
6 *Alienatio rei Ecclesiæ nõ rescinditur ex eo tantum, quòd sit facta consanguineo.*
7 *Papa in Rescripto, Si in euidentem, restringit se tantum ad vtilitatem euidentem.*

DECISIO MCXXV.

FVit resolutum pro validitate alienationis, ex pluri-
1 bus; † Primo, ex sententia lata per iudices Commissarios super euidenti vtilitate vigore Rescripti, Si in euidentem, quę facit, vt alienatio præsumatur vtilis Ecclesiæ, donec contrariũ probetur, *Bald. in c. 1. de his qui feud. dar. poss. Abb. cons. 41. n. 2. lib. 1. Alex. cons. 79. n. 6. circa fin. lib. 1. Ias. cons. 54. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 142. n. 6. Paris. cons. 24.*
2 *n. 5. lib. 1.* † præsumitur enim pro exequutoribus, *vt inquit Abb. d. cons. 41. sequitur Capic. dec. 16. nu. 4. Dec. cons. 341. n. 12. & sæpissimè fuit in Rota resolutum, & signan-*
* *ter in vna Senogalliensi siluæ, coram bon. mem. Cotta.* * † Se-
3 cundò confirmatur ex obseruantia longissima vltra triginta annos, quæ facit, vt omnia pręsumantur legitimè gesta, *gl. in c. peruenit, ubi Imol. n. 10. de empt. et uend. Fel. in c. illud, n. 6. de testib. Alex. cons. 17. n. 8. lib. 4. Put. decis. 365. n. 2. li. 2.* Tertiò, quia apparet de euidenti vtilitate Ecclesiæ, ex quo pro locatione perpetua auctus fuit canon 26. scutorum, quæ soluebantur prius pro locatione temporali vsque ad
4 summam scutorum trigintaquattuor: & tamen † regulariter solet fieri in locatione perpetua diminutio sextæ partis respectu temporalis locationis *iuxta Auth. Præterea, C. de sacros. Eccl. & fuit dictum in causa Romana domus, 30. Martij, 1590. coram R. P. D. meo Mantica.* Neque releuant, quæ in contrarium deducuntur: nam quòd admittatur probatio in contrarium, *vt tradit Bald. in c. sicut.*
a *in fin. de re iudic. cum alijs per informantes deductis*; *a* verum quidem est, sed hic non deducuntur probationes sufficientes; nam quod dicitur vtilitatem non posse deduci ex eo, quòd Ecclesia esset obligata ad refectionem melioramentorum, ei qui prius conduxerat ad nouennium: quæ ascendebant ad ducatos 554. cum Ecclesia non teneretur præcisè ea soluere, sed continuando locationem posset se à restitutione eximere, quia præter quam quòd hoc non est docere de non vtilitate, cum ex solo pensionis augmento contrarium probetur: apparet etiam necessitatem licet non præcisam, tamen causatiuam adfuisse, cum non posset interim conductor à locatione expelli, licet minorẽ solueret pensionem. Nec facit, quòd ista melioramenta potuissent refici ex fructibus Prioratus, *ut fuit dictum in Placentina bonorum. coram me, de anno 1581.* *b* quia hoc non probatur, & in illa coram me fuerat probatum exsti-
5 tisse pecunias, ex quibus redemptio fieri poterat. † Neque obstat, quod allegatur bona locari solita ad rationem decem librarum pro pertica, quia non probatur de tempore locationis, vt requiritur, *l. si voluntate, C. de rescind. vend.* Neque instrumenta allegata loquuntur de istis terris, sed loquuntur in locatione temporali modici temporis. Non
6 obstat, quòd † locatio fuerit facta consanguineo,

quia hoc fuit expressum in Rescripto, Si in euidentem,
neque ex hac sola suspitione rescinduntur alienationes, vt
c pluries fuit in Rota decisum, c & † in istis sola attendi
7 solet vtilitas euidens, ad quam Papa sese restringere solet
in rescriptis similibus, *ut tenuit Rota, in d. causa Placenti-
na, ex cons. Socin. 15. lib. 1.* Quare cum nihil releuans dedu-
catur, conclusum fuit pro validitate alienationis.

* *Sub die 24. Maij 1577.*

a *Abb. in c. cum causa, sub num 6. vers. sed non puto, de empt. & vend. Alex in l pretia rerum sub num. 9. vers. quia licet decretum. ad leg. Falc. Alciat. de præsump reg 13. præsumpt. 9. vers. quarto limitatur. Dec. cons. 142. sub num. 5. vers. & dato quod esset. Gab. de fens concl. 5. num 35. & idem dicitur de præsumptione longi temporis, quæ etiam per contrariam præsumptionem tollitur, Castr. cons. 81. sub num. 3. vers. & si dicatur propter antiquitatem. lib. 3. Dec. cons. 13 sub num. 2. Ruin. cons. 22. num. 28. lib. 4. Afflict. decis. 107. num. 5. Aym. cons. 134. num. 4.*

b *Sub die 7 Aprilis.*

c *Et in specie coram R. P. D. Cæsare de Graff in Bononien. de Pipinis 9. Decemb. 1577. quæ in impress. est 145. sub num. 22.*

Salamantina Desalcationis subsidij, & Excusati.
Die Veneris 12. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum appositum appellatione pendente, venit reuocandum; nisi in casu metus dilapidationis.*

DECISIO MCXXVI.

DOmini dixerunt, sententiam Auditoris Cameræ videri iniustam, cum coram eo non fuerit doctum de vero valore beneficij, & de ea rata, quam ratione excusati, & subsidij titularis soluere tenetur, quæ duo necessario requiruntur ad constituendam ratam, quam pensionarius contribuere tenetur: Præterea, debuit Rocchus docere de solutione; nam si non soluit, non datur retentio; quæ ideo conceditur, ne titularis sit in damno; Verum etiam visa est summa taxata excedere omnem verisimilitudinem, cum ascendat ad scuta 17. & 18. pro centenario; neque enim probabile est adeo grauata fuisse beneficia ex huiusmodi concessionibus Apostolicis, vt ferè quintam partem absorbeant: Neque fidem faciunt computa exhibita, quæ dicuntur facta ab assertis computatoribus Capituli Salamantini; quia de eorum facultate non constat, & videntur facta hæc computa secundum taxam antiquā; & tamen ordinatum fuit per iudices subsidij & excusati, vt non habeatur ratio huius taxę antiquæ, sed veri valoris beneficij, quod & rationi consentaneum est, aliàs onus excusati & subsidij persolueretur in totum ferè per pensio
1 narios. Quare conclusum, † vt reuocarem sequestrum appositum per Auditorem Cameræ, quod laborat etiam alio defectu, quòd fuit appellatione pendente appositum, quod fieri non poterat, nisi ingruente metu dilapidationis, *l. Imperatores, §. fin. de appellation. Doctor. in c. fin. d. sequestr. poss. & fruct.*

Albens. Plebis de Doliano.
Die Mercurij 17. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Contra immissum in possessionem auctoritate iudicis seruatis seruandis non datur manutentio.*

2 *Possessio mortuo Rectore per Ecclesiam retinetur; nisi constet, quod alter eam occupauerit uacante Ecclesia, ut num. 4.*

3 *Vnio probatur per visitationes Ordinariorum.*

5 *Manutentio non datur ei, qui habuit se pro spoliato.*

DECISIO MCXXVII.

1 ECclesiam de Doliano non posse hoc casu agere remedio retinendæ, cum constet de possessione Butij capta in vim Breuis Apostolici seruatis seruandis, *l. iustè possidet, de acq. ir. poss.* Nec obstat, quod dicitur constare de pos
2 sessione † Præpositur æ respectu huius Ecclesiæ tamquam
* vnitę, quæ retinetur per Ecclesiam etiā mortuo Rectore,*
3 † de qua unione dicitur constare per visitationes Ordinariorum, *Abb. c. cum super, num. 18. post Innoc. & alios, de caus. poss. & propr. Rota 1. de restit. spol. in nou. Anch. in reg. beneficium, num. 11. & reg. sine possessione, nu. 10. de reg. iur.*
4 quia procedit, † nisi constet, quòd alter possessionem occupauerit etiam vacante Ecclesia, *vt fuit dictum in Senensi pontis Arighi coram bon. mem. Rubeo, quæ est in impress. 632. part. 1. & in Bergomensi prioratus, 28. Ianuarij 1594.*
5 *coram R. P. D. Blanchetto.* † Ideo cum Butius ceperit possessionem istius Ecclesiæ, antequam Scaranipus caperet possessionem Præposituræ, cessat manutentio; maximè, cum habuerit se pro spoliato, vt ex mandato constare dicitur.

* *Vt tradit Felin. in c. constitutus, num. 19. vers. dominium iursum de rescript. Cassad. decis. 7. n. 13. de caus. poss. & propr.*

Toletana Professionis.
Die Lunæ 22. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Testi, qui est Confessionarius, multum est deferendum.*

2 *Puellæ de facili metus incutitur, etiam quòd sit metus reuerentialis, accedentibus minis; & in ea sufficiunt leuiores probationes, ut num. 4.*

3 *Metus facilius probatur, quando non agitur ad annullandam professionem, sed ad effectum tantum successionis.*

DECISIO MCXXVIII.

FVit resolutum constare de metu ante ingressum monasterij, idq; ex tota serie facti satis apparet colligi: Nā existente Maria cum fratre, qui eam volebat matrimonio copulare cum quodam nobili viro, quem tamen ipsa auersabatur, is cepit eam male tractare, & procurare, ut fieret monialis, in monasterio de Scalona, seu alio sui status, idq; cum magna indignatione, & asperitate, vt deponit tertius testis super tertio articulo, & decimusquartus super secundo, & alij. Constat etiam, quòd ipsa habito recursu ad Consilium Regium mediante suo procuratore, fuit abducta à fratris potestate ad monasterium sancti Dominici in Oppido de Madrid, a quo monasterio fuit propria auctoritate educta à Comite de Cincion, & Comitissa eius uxore Marię sorore, & in eorum domo retenta cum magna clausura & custodia; ita ut non posset alios præter ab ipsis deputatos alloqui, ut deponunt testes super quinto articulo: Constat enim ex testibus omnibus ferè, quòd ea intendebat nubere, & iam promiserat cuidā, quòd cum deuenisset ad notitiam Comitis, eam cœperūt sub arctiori clausura custodire, & eiecta fuit famula quędam huius matrimonij conciliatrix. Demum procurauerunt, vt fieret monialis, & ut bona sua donaret Comitissæ & filijs, vt per testes super quinto, quod & fuit executioni mandatum, vt per testes super septimo articulo: Vnde orta est publica fama, quòd uolebant, ut efficeretur monialis: Potentia verò Comitis per testes clarè probatur super decimo articulo, quódq; illi ualde erat subiecta, ipsumq; timebat, testis super septimo articulo, & quòd per plures dies ante ingressum monasterij uiuebat ualde mœsta & afflicta, & cum planctu, & per duos dies ante dixit testi, qui est 65. quòd ibat ad monasterium contra suam uoluntatem, quod etiam deponunt testes super octauo articulo, qui deponunt de visu & publica voce &
1 fama; prout etiam idem dicit secundus testis, † qui erat

eius

eius Confessionarius, cui multum est deferendum: Ac-
2 cedit, † quòd ipsa erat puella, cui de facili metus incuti-
tur, & in ea sufficit metus reuerentialis accedentibus mi-
nis, uel probata læsione, ut pluries fuit in Rota resolutũ;
3 maximè † cum non agatur ad annullandam professionẽ,
sed ad effectum tantum successionis, & ad annullandum
instrumentum donationis factæ monasterio, *ut per Socin. cons. 263. lib. 2. & fuit resolutum in una Sauonen. matrimonij anno 1571. coram Domino Gropperio, & in alia Romana matrimonij. 9. Decembris 1579. coram R. P. Domino meo Blanchetto.* ita cessant allegata in contrarium,
quæ locum forsan haberent, si ageretur de dissoluenda
4 professione; sed † hic leuiores sufficiunt probationes, præ-
sertim in puella, ut per *Tiraq. de leg. connubial. l. 9. num. 21. & R. P. D. meus Mantica, de coniectur. vlt. volunt. lib. 2. cap. 7. num. 7.* Et ita conclusum probari metum ante, & usque
ad ingressum monasterij.

Fauentina Bonorum.
Die Lunæ 22. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Testibus nimis animosè deponentibus fides non est adhibenda.*
2 *Testis, qui dicit se melius scire totam rem, licet antiquissimam, quàm sciuerint antiquiores, & qui de eo tempore fuerunt, dicitur deponere inuerisimilia.*

DECISIO MCXXIX.

DVbitatum fuit, an totum territorium comprehensum
in undecimo articulo Communitatis probetur esse
in fundo Fossulæ, & Domini concorditer censuerunt non
probari; nam quamuis testes Communitatis desuper exa-
minati in dicto probare uideantur, ut aliàs fuit resolutũ: *
tamen Domini ijs fidem adhibendam non existimarunt:
nam etiam omissa exceptione interesse & cõmodi, quod
1 habent ex cessatione impositionum, ut ipsi fatentur † visi
2 sunt nimis animosè deponere, † dum affirmant se melius
scire articulata, & totam hanc rem licet antiquissimam,
quàm sciuerint antiquiores, & qui de eo tempore fuerũt,
quod est omninò inuerisimile; propterea quòd fuit ma-
ximè habitum in consideratione, quòd sunt inter se cõtra-
rii, & inuicem in plurimis contradicunt, ueluti in eo, ꝙ
Fossulum habet flumen pro confine, tum quòd domus Ho
spitalis sit in Fossulo, alii in Madraria, alii in Pomposia, &
aliàs larius, prout habetur in tabella contrarietatum data
pro parte Canonicorum. His accedit uerisimilitudo, quia
si totum territorium contentum in articulo esset in Fossu
lo, non daretur ullus locus, in quo possent collocari duæ
tertiæ partes Madrariæ, cum certum sit tertiam partẽ con
cessam hominibus Cotignolæ peruenire ad domum Ho-
spitalis. Repugnat etiam planta, ex cuius inspectione pa-
tet Fossulum alibi collocatum; nam denominatio uiæ
Fossuli non concludit, quòd ea sit in Fossulo, sed bene, ꝙ
ducat ad Fossulum. Probatio verò, quæ deducitur ex in-
strumentis, minus concludit, cum quantum ad instrumen
tum anni 1295. iam fuerit resolutum terras in eo descri-
ptas, & præsertim decem primas petias non esse in loco
differentiæ, sed in Prata extra locum exequutionis, exce-
ptis octo petiis quinquaginta tornaturarum, quæ dicun-
tur esse in Fossulo, & ibi collocari possunt, neque referunt
ad locum exequutionis. Quantum ad alia instrumenta,
quæ loquunt de terris signatis in planta litteris DD. ÆÆ.
Domini reseruarunt, ut de iis particulariter agat: quam-
uis aliqui putarent probationem Communitatis non esse
concludentem propter diuersitatem instrumentorum; &
tamen in hoc articulo Communitas est actrix, ut sæpius
fuit resolutum; & ideo debet afferre concludentem proba
tionem excessus; tamen super istis positionibus particu-
lariter dubitabitur.

* *Et in specie sub die Lunæ 5. Decemb. 1580.*

Romana Pecuniaria de Vellis.
Die Mercurij 24. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Depositum restitui debet secundum formam conuentam.*
2 *Restitutio cedulæ facta depositario quando non obstet deponenti.*
3 *Solutio, quæ dicit pro residuo, an possit acceptari, & impugnari qualitas pro residuo.*

DECISIO MCXXX.

DOmini censuerunt, non probari Dominũ Tiberium
Ceulum bene soluisse illas quinque partitas, de qui-
bus hodie controuertitur: nisi probet illas cessisse in exstin
1 ctionem debitorum communium fratrum de Vellis; † cũ
enim non fuerit seruata forma præscripta a Vellis, ut non
fieret solutio, nisi cum mandatis subscriptis ab ambobus
fratribus, & uno ex dominis de Coronatis, locum habet
dispositio *l. 1. §. sed si duo, ubi Castr. depo. it. & l. qui hominẽ, §. si nullo, de solution. l. inuito & l. actori, C. eod. tit.* & licet
pro excusatione allegetur Dominum Tiberium soluisse
iussu, & de mandato Auditoris Cameræ; tamen id non re
leuat; tum, quia in eu non fuit citatus Vellius; tum, quia
mandatum habet relationem ad instrumentum, cũ man-
dauerit solui iuxta formã instrumenti, quod habet eam-
dem conditionem, ne pecuniæ amouerentur, nisi in ex-
stinctionem societatum contractarum, & cum manda-
tis subscriptis, ut supra. Vnde per relationem uidetur
inesse mandato eadem conditio. Adducitur etiam pro
2 excusatione, † quòd cedulæ fuerunt restitutæ Domino
Tiberio; sed hæc restitutio non præiudicat Vellio contra-
dicenti: maximè cum fuerit dimissa copia collationata
in actis, quarum uigore procedi potuit, ac si adhuc ipsæ
3 met cedulæ extarent apud acta. Non obstat, † quòd
solutio 190. scutorum pro residuo, fuerit acceptata per
Vellium, quia quantum ad solutionem, ea non impugna
tur: quantum autem ad illam qualitatem, pro residuo,
ipse non consensit, immò reclamauit, nec uoluit subscri-
bere mandatum Auditoris Cameræ. Neque incumbit
onus Vellio probandi negatiuam, partitas illas non ces-
sisse in exstinctionem debitorum communium, sed Do-
mino Tiberio, ex quo non soluit iuxta formam conten-
tam in apocha.

Carthaginen. Fructuum.
Die Lunæ 29. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non residenti non debentur; & multo minus distributiones quotidianæ; nisi allegetur infirmitas, aut corporis necessitas, vel euidens Ecclesiæ utilitas, ut numero seq.*
3 *Corporis necessitas, ut excuset à non residentia & interessentia, debet esse rationabilis, & talis quòd per alias personas non possit tractari.*
4 *Absens à residentia pro tractando negotio, quod per alias personas, puta per procuratores tractari potest, non excusatur, nec ei fructus uel distributiones debentur.*
5 *Impedimentum infirmitatis non excusat appellantem, qui non rediit pro apostolis; quia potuit facere per procuratorem.*
6 *Non sufficit causa non residendi, nisi etiam concurrat licentia superioris.*
7 *Lis quando sit legitima causa absentiæ, & lucrandi fructus ea durante.*

DECISIO MCXXXI.

1 FVit resolutum † fructus non deberi Decano, cum ei
obstet exceptio non residentiæ, *vt per Abb. at. & Arvan. in c. conquerente, num. 4. de cleric. non resident. cum alijs*
* *allegatis in causa Caurienſi, coram R. P. D. meo Orano,* *
quibus accedit Concilium Trident. sess. 24. cap. 12. §. præterea:
2 † quod maximè procedit in distributionibus quotidianis,
quæ non dantur nisi interessentibus diuinis officijs, *c. 1. de cleric. non resident. lib. 6. Abb. in c. licet, notab. 4. de præbend. Gemin. cons. 85. num. 18.* Neque obstat excusatio, cum non
allegetur infirmitas, neque corporis necessitas, uel euidēs
Ecclesiæ vtilitas, *iuxta text. in cap. vnico, de cler. non resident.*
3 † Vltra enim quòd corporis necessitas debet esse rationa-
bilis, & talis, vt dici possit iustum impedimentum, vt per
4 *Archid. in d. c. 1. & Prob. ibid. num. 25* † quod cessare vi-
detur, vbi negotium est tale, ut possit tractari per alias per
sonas, puta procuratores, *ut per Bart. in l. sed & si, §. 1. quib. ex caus. maior. Bald. in l. eos, §. Apostolos, in prin. C. de appellation. Bocr. decis. 43. num. 9. Aymo. cons. 179. num. 9. in fine, & fuit aliàs dictum in una Foroliuiensi fideicommissi, 21.*
a *Aprilis 1581.* a in qua † noluerunt Domini infirmitatis
5 impedimentum excusare appellantem, qui non redierat
6 pro apostolis, cum hoc posset fieri per procuratorem: † re-
quiritur etiam, ut concurrat licentia superioris, ut fuit de
cisum *coram Illustrissimo Plato in una Burgensi residentiæ.*
7 *4. Iulij 1586.* † Non obstat, quòd *in Salamantina censura-*
b *rum coram me,* b lis habita fuerit pro legitima causa ab-
sentiæ & lucrandi fructus, ea durante; quia hoc procedit
ex eo, quòd litigabatur contra idemmet Capitulum, quod
denegabat dare fructus Canonico seu Portionario; &
ideo non debebat ex propria contumacia sentire commo
dum. Quod verò dicitur de causa criminali, posset forsan
haberi pro iusta causa: sed hæc non probatur, cum testes,
qui deducuntur, fuerint examinati nulliter in partibus, li
te in Curia pendente, & non probant etiam talem crimi-
nalitatem, propter quam prohiberetur residere: Et ideo
conclusum, fructus, de quibus agitur, non deberi.

* *In Caurien. fructuum de anno 1592.*
a *Coram bon. mem. Cantuccio. qua in impr. diuers. nouis. est 144 p. 2.*
b *Sub die 28. Nouemb. anni præteriti.*

Senogalienſ. Prędij.
Die Lunæ 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Materia liquidationis fructuum dicitur difficilit proba tionis, & ob id plurimum statur iudicis arbitrio, & sufficiunt leniores probationes etiam per coniecturas, & etiam per solitum, & adhibetur etiam fides unico testi de ea deponenti.*

DECISIO MCXXXII.

FVit resolutum, quantitatem fructuum perceptorum
ex prædio, de quo agitur, per D. Todinum, deductis
expensis ascendere ad summam scutorum 6249. bol. 18. nā
tam ex pactis, quam ex dictis testium optimè probantur
1 redditus dicti prędij; pręcipuè † cum in hac materia liqui
dationis fructuum, quæ est difficilis probationis, stetur
plurimū iudicis arbitrio, *Natta cons. 510. num. 7. lib. 3.* &
sufficiunt leuiores probationes etiam per cōiecturas, *Bal. in l. 2. num. 2. C. de fruct. & lit. expens. Corn. cons. 301. in fine, lib. 1.* & etiam per solitum, *Achill. 5. de fruct.* Ideoq. adhi-
benda est etiam fides vnico testi deponenti de anno 1592.
tum, quia deponit de facto proprio: tum, quia non excedit
summam aliorum annorum pręcedentium. Ideo ordina-
tum, ut deputatis calculatoribus fiat liquidatio.

Romana Domus, seu Nullitatis concordię.
Die Lunę 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *A contractu nominato recedere non licet ob non implementum, sed datur actio ad illud; nisi interueniat actus retro similis.*
2 *Mulier quietans ex causa necessaria sollemnitatibus statuti non indiget.*
3 *Statutum Vrbis, quod requirit sollemnitates in contractu mulieris, locum habet in cessione.*
4 *Quis non potest excipere de contractu, nisi docto de implemento ex parte sua.*

DECISIO MCXXXIII.

FVit dubitatum, an contractus initus de anno 1565.
obstet D. Liuiæ redire uolenti ad pristina iura ob in-
obseruantiam & impugnationem transactionis initæ inter
partes anno 1584. Et pro parte hęredū Michaelis diceba-
tur, dictum contractum obstare, cum sit contractus em-
1 ptionis & uenditionis nominatus, † à quo recedere non
licet, sed datur actio ad implementum; nisi interueniat a-
ctus retro similis, *l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. l. ab emptione. de pact. Ias. in l. si pecuniā. n. 12 de cod. caus. dat. Curt. iun. cons. 337. n. 20.* & ideo frustra obijci, non fuisse seruatas sollemnitates statuti, * nam † quando mulier quietat
*
2 ex causa necessaria, non est opus adhibere sollemnitates,
Roman. cons. 280. & 294. Ias. in l. si vnus. §. pactus. nu. 29. de pact. Put. 9. de Constitut. Contrarium tamen resolutum
fuit, ex eo, quòd iste contractus non est emptionis & ven-
3 ditionis, sed potius cessionis iurium, † in quo habet locū
statutum Vrbis, vt fuit resolutum in causa Romana de
a Scapuccijs, *coram R. P. D. meo Blanchetto* a *iuxta decis.*
4 *Put. 7. & 53. lib. 3.* † Præterea, de eo contractu hęredes Mi
chaelis excipere non possunt, nisi docto de implemento
ex eorum parte, *l. Iulianus. §. offerri. de action. empt. l. cum proponas. la 2. C. de transact. Corn. cons. 40. n. 9. lib. 4.* Et ideo
non obest exceptio restitutionis acceptorum, per *l. si diuersa. C. de transaction. Corn. cons. 179. num. 1. & 2. lib. 2. & cons. 4. num. 9. lib. 4.* Non obstat cessio facta per Liuiam Lu
cretię, quia non constat habuisse effectum, & dicitur adesse recognitionem bonę fidei ad fauorem Liuiæ.

* *Lib. 5. c. 29. in antiq.*
a *Sub die Veneris 18. Apr. 1578. qua in impress. diuers. nouiss. est 558. parte 1.*

Romana Nullitatis contractus.
Die Lunę 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non seruatis terminis substantialibus est nulla.*
2 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
3 *Confessio mulieri præiudicat sine sollemnitatibus Statuti, quando est adminiculata.*
4 *Lit impedit alienationem, quando est super actione reali, non quando est super obligatione personali.*

DECISIO MCXXXIV.

1 FVit resolutum pro informante, † sententiam esse reuo
candam tam ex capite nullitatis, ob non seruatos ter-
minos substantiales, *Rota 2. de Rescript. in nou. Aegid. 27. Cassad. 8. eod. tit.* quàm ex capite iniustitię, cum non constet
de aliquo credito Baccij, & in contrarium constet de cre-
2 dito Thomę † per instrumentum publicum, quę dicitur
probatio probata, *Tiraq. de retract. lign. §. 2 gloss. 1. nu. 20.*
non obstante, quòd fuerit celebratum per mulierem,
quia adhibitę fuerunt sollemnitates statuti, & licet
sit confessatum, tamen cessat difficultas stante deposito
per

per Thomam facto penes Antonium, cuius ipsa erat hæres,& consequenter obligata ad restitutionem, *l.pro hæreditarijs,C.de hæred.action.l.in hæredem,de reg.iur.* † & con-
3 fessio adminiculata præiudicat, *vt per Achill. decis.1. de confess.* Non obstat,quòd instrumentum fuerit factum li-
4 te pendente, † cum non fuerit de re,super qua penderet lis actione reali, sed super obligatione personali, quę non impedit alienationem. *Rota decis.3.Vt lite pend.in nou.Bero,consil.177.n.18.lib.2.* & cessat omnis difficultas, si,vt dicitur,Baccius erat socius. Et ita conclusum.

Hispalen.Iuris sepeliendi.
Die Veneris 9. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Forenses sunt sepeliendi in parochiali Ecclesia eorum habitationis, & dictæ Ecclesiæ debentur iura sepulturæ.*
2 *In viatoribus transeuntibus iura sepulturæ ad quam Ecclesiam spectent.*
3 *Ius sepulturæ pendet ab administratione sacramẽtorum; & eo ipso quòd quis in vna Ecclesia percipit sacramenta,in ea videtur sibi sepulturam elegisse.*
4 *Magis creditur testibus habentibus assistentiam iuris communis.*

DECISIO MCXXXV.

1 IN proposito dubio Domini censuerunt potiora esse iura beneficiatorum; nam † aut agitur de exteris & forensibus habentibus hospitium in ciuitate, & iste est casus clarus, nempe eos sepeliendos esse in Ecclesia parochiali habitationis,cum in ea sumantur sacramenta, & eis debeantur iura sepulturæ, *Archid.post antiquiores,in c.t.n.3. de sepult.in 6.Ant.de Butr.in c.1.num.9.& Abb.n.4.eod.tit. Sum.Siluestr.in verbo,sepultura,n.8. cum alijs;* * & ideo cum beneficiati sint in possessione percipiendi iura funeralia ab incolis parochianis in districtu suæ parochiæ, eadem ratione debentur eis iura sepulturę exterorum ibi de-
2 gentium, & percipientium ab ipsis sacramenta; † Aut loquimur de viatoribus transeuntibus,nec habentibus hospitium in Ciuitate,& in hoc casu sunt duę opiniones;vna quod ius sepulturæ spectet ad Cathedralem, *gloss. in c. in nostra,de sepultur.Ioa.Hostiens.& Io.Andr.in c.1.de sepultur.* Alia quòd ad parochialem,intra cuius fines quis obiit,& hanc tenent, *Archid.Butr.Abb.& Sum.Siluestr.loco supra citato,* & hæc opinio verior est, maximè concurrente vno,nempe quòd per parochialem fuerint morienti ad-
3 ministrata sacramenta:nam† ius sepulturæ multum pendet ab administratione sacramentorum, *vt tradunt communiter Doctor. in d. c. 1.* eo enim ipso, quòd percipiunt sacramenta, videntur elegisse sepulturam, *vt per Butr.in d.c.1.n.9.Abb.n.4.& Syluestr.n.8.Franc.& Gemin.in c.1.de sepultur.in 6.Lupus in c.fin.eod.tit. & est magis communis.* Non obstat consuetudo in contrarium allegata; nam ex testibus hinc inde datis potius colligitur variè fuisse obseruatum: Vltra quòd testes Rectorum indefinitè loquuntur de exteris,& non exprimunt de illis,quibus fuerunt administrata sacramenta; prout loquuntur testes beneficiato-
4 rum;† quib. magis est credendum propter assistentiam iuris communis.Et ita conclusum vnanimiter per Dominos.

* *Vitalin.in Clem.1.de priuileg.num 19.Ioan.Vanquel.in c.15.qui, circ.med.de sepultur.in 6. Armill.in verb.sepultura.n.12.in fin. Feder.de Sen.consil.253.Gig.consil.97.num.3.*

Tiburtina Compromissi.
Die Veneris 16. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Qualibet causa etiam iniusta excusat ab incursu pęnæ l. si quis maior, C.de transaction.*
2 *Purgatio morę etiam infra breue tempus non facit aliquem incidere in pœnam.*
3 *Mora numquam in fauorem actoris purgari potest ad acquirendam actionem.*
4 *Promissio facta,quòd in euentum non ratificationis,promittens teneatur ad obseruantiam omnium promissorum, necnon ad damna & interesse, non facit quòd ob id intelligatur recessum à priori obligatione faciendi ratificare.*
5 *L.si quis maior, C.de transaction. est odiosa & exorbitans & rarò practicari solet.*

DECISIO MCXXXVI.

1 FVit resolutum,†cum hic non agatur de contrauentione Antonij ad effectum , vt ipse incurrat pœnam aliquam,sed tantum ad effectum excusandi Iacobum à pęna *l.si quis maior,C.de transaction.* à qua quælibet causa excusat,etiam iniusta, cum requiratur dolus, vt in resolutione
* facta in hac causa, * Antonium posse dici primum contrauentorem, ex eo, quòd non fecit ratificare transactionem infra quindecim dies, prout ipse promiserat. Neque
2 obstat, † quod propter celerem ratificationem Horatij infra 24. dies, videatur purgata mora, quia hoc non procedit ad effectum , vt alius dicatur incidisse in pœnam,
a *Imol.in l.si insulam,de verb.oblig.* a & † vulgare est mo-
3 ram numquam posse purgari in fauorem actoris ad acquirendam actionem,sed ad euitandam tantum pœnam, *Bart.in d.l.si Insulam, Dec.consil.405.col.pen. Crot.consil.352. n.8.lib.3.Sylua.consil.85.n.12.* Non obstat, † quod dicitur
4 in euentum non ratificationis fuisse promissum,quòd Antonius nomine proprio teneretur ad obseruantiam omnium promissorum, necnon ad damna & interesse, quia ista promissio facta ad fauorem Iacobi, non facit vt intelligatur recessum à prima obligatione faciendi ratificare Horatium, *l.quod fauore,C.de legib.* & saltem hoc potuit præstare Iacobo iustam credulitatem ad excusandum
5 eum à pœna: † Verum si ageretur de contrauentione Antonij,ad effectum,vt diceretur incidisse in pœnas, *l. si quis maior,* ista non sufficerent, stante celeri satisfactione, & quòd dicta lex est valdè odiosa & exorbitans, & rarò practicari solet,vt dicunt Doctores. Et ita conclusum.

* *Sub die Mercurij 19.Ianuar.anni præteriti.*
a *Ad hoc allegatum fuit etiam consil. Dec. 151.num.19.sed quia illud inueni prohibitum,nolui quòd in textu imprimeretur.*

Ciuitatis Castelli Bonorum.
Die Veneris 16.Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum est probanda.*
2 *Demonstrationes generales, quæ possunt alijs bonis conuenire non probant eorum identitatem.*
3 *Ex diuersitate nominum arguitur diuersitas rerum.*
4 *Quando ob temporis diuturnitatem prætenditur mutatio nominum,& confinium,ac cohærentiarum,tunc identitas probatur per testes etiam per famam.*

DECISIO MCXXXVII.

1 FVit resolutum † non probari instrumenta, de quibus agitur,loqui de bonis,super quibus litigatur; nam cũ Abbas,qui nititur illis instrumentis,teneatur probare idẽtitatem bonorum, *vt per Corn.consil.144.col.3.lib.4. Aymo,*
2 *consil.198.n.4.* †demonstrationes,quæ per eum deducũtur, non videntur sufficientes,cum sint nimis generales & aptæ comprehẽdere alia bona in curia,parochia,& locis nominatis consistentia;ideo necessarium est,vt adsint aliqua particularia confinia, quæ conueniant, aliàs probatio ista tãquã æquiuoca non releuat, *l.non hoc,C.vnde legitimi.c. in præsentia,de probat.* Qd ẽt est maximè hoc casu dicendũ, cum non conueniant nonnulla particularia, q̃ nõ solet im

mutari rpe, veluti Ecclesia S. Romani, & Aqua viola, & denominationes locorum, veluti Chiusura, & Villa Cricignani, districtus Burghi Sancti Sepulchri. Item parochia S. Stephani, cum alijs vocabulis hodie incognitis, ad *Castrens. in l. testamento, de cond. & demonstr. Alexan. consil.*
6 *37. num. 7. lib. 3. & consil. 38. num. 5. lib. 5.* Et † ex hac diuersitate arguitur diuersitas rerum & agrorum, *l. si idem, C. de*
4 *codicil. Paris. consil. 58. num. 7. lib. 3.* & † quando ob temporis diuturnitatem prætenditur mutatio nominum, & confinium, & coherentiarum, tunc solet probari per testes per famam, *vt per Bald. consil. 265. lib. 2. Aym. consil. 57. numer. 7. & fuit dictum coram bon. mem. Lauretano, in causa Bononiensi terrarum, 29. Maij 1579.* Sed hic nihil tale reperitur: fuerunt tamen exceptæ ab hac decisione terræ comprehensæ in mensuratione, sed quia contra eam multa opponuntur, de ea particulariter erit agendum.

Bellunens. Canonicatus.
Die Lunæ 19. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Aetas ad Canonicatum obtinendum absque dispensatione, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, requiritur non minor 22. annorum, quia ad Subdiaconatum tot requiruntur.*
2 *Liber baptismi probat ætatem.*

DECISIO MCXXVIII.

FVit dubitatum, an constet de legitima ætate Sertorij Casoni, ad effectum, de quo agitur, qui est, vt ei suffragetur dispensatio obtenta ad Canonicatum super ætate, quæ fuit restricta per Papam; dummodo non vltra septe vel octo menses desint, & intra annum ad ordinem Sub-
1 diaconatus se promoueri faciat; cum † ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, *c. 12. de reformat. sess. 24.* requiratur ætas non minor 22. annorum. Et fuit resolutum vna parte informante propter alterius nimiam contumaciā, dispensationem non suffragari: quia neutra ex conditionibus appositis est verificata; nam quantum ad ætatem, apparet ex libro baptismi Sertorium fuisse baptizatum die 21. Decembris 1572. & collatus fuit ei Canonicatus die 23. Nouemb. 1592. quo tempore nondum compleuerat vigesimum annum, & sic deerant plures menses, quàm octo ad perficiendam ætatem requisitam, etiam si computentur illi octo menses à die obtenræ dispensationis, qui
2 fuit die 29. Martij 1593. † liber autem Baptismi probat ætatem, *ut per Io. Mar. irit. de restit. in integr. c. 321. Sebast. Sapia. in l. de ætate. num. 33. de minor. Mandos. super Reg. 18. q. 10. cum alijs, per Odd. Sfort. de restit. in integr. q. 37. nu. 83. & tenuit Rota 1. Iunij 1587. in vna Bononien. donat. corā bon. mem. Bubalo.* De altera verò conditione, scilicet, promotionis ad Subdiaconatum intra annum, non constat; Et ideo conclusum dispensationē Sertorio non suffragari.

Romana Quinquaginta millium.
Die Lunæ 19. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto facta à procuratore non obligat principalem, nisi iustificetur.*
2 *Institor non potest dominum obligare extra causam, cui repertitur præpositus, nisi cum certis circumstantijs, de quibus in l. fin. de exercitor.*
3 *Cessio ex causa crediti, de quo non constat nisi per confessionem, non ualet.*
4 *Factum à socio complementario obligat alios socios.*
5 *Cedula inter mercatores habet uim publici instrumenti.*
6 *Inter mercatores non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ.*
7 *Præsumptio est contra mercatorem recusantem libros suos ostendere.*
8 *Scriptura plenè probat contra scribentem.*

DECISIO MCXXXIX.

CVm in propositione huius causæ sub die 21. Aprilis proximè præteriti præsupposita fuerit sine veri præiudicio validitas cedulæ confectę Parisijs die 22. Maij 1586. per D. Horatium Bandinum, fuit in præsentia actū de hoc præsupposito, & dubitatum, an dicta cedula suffragetur Domino Alexandro in casu, & ad effectum, de quo agitur. Effectus est, vt stante cessione dictę cedulæ, factæ per D. Marium Dominis del Bene, D. Alexander possit vigore dictæ cessionis agitare contra hæredes D. Petri Antonij pro satisfactione sui crediti, & pro parte dictorum hæredum opponebatur contra cedulam, eam non suffragari Domino Alexandro: Primò, ex eo, quòd non constet de facultate D. Horatij conficiendi dictam cedulam, maximè extra Vrbem, in qua instituta erat societas; & ideo nō
1 habebat complementum extra Vrbem. Secundò, † quia cedula continet confessionem de recepto, quæ facta à procuratore non obligat Dominum, nisi iustificetur, *Bart. in l. si debitorem, de nouation. Dec. consil. 493. num. 3. cum aliis.*
2 Tertiò, quia † institor non potuit obligare extra causam, cui reperitur præpositus, nisi cum circumstantijs, de quibus in *l. fin. de exercitor. Alex. consil. 44. num. 6. lib. 2. Konchegal. in l. eamdem, num. 162. de duob. reis.* Quartò, quia non constat de veritate debiti confessionati, quinimmo, constat de contrario, cum in libris rationis bancharię de Vrbe, nulla fiat mentio huius debiti, quę tamen ex stilio negotiatorum solet fieri in libris rationum, & potius videtur facta, vt augeretur creditum & reputatio ipsius Ma-
5 rij. † Postremò esse factam cessionem huius cedulę in causam crediti pariter confessionati; ideoq, obstare, *l. per diuersas, & ibi Bart. & Doctor. C. mandati. Anchar. consilio 138. num. 1. Put. decis. 22. lib. 3.* His tamen nō obstantibus, Domini vnanimiter cēsuerunt, cedulam suffragari D. Alexandro contra Dominos Bandinos, circumscripto iure & interesse dominorum creditorum, qui ad causam veniūr.
4 Et Primò consideratum fuit, † hic adesse cedulam confectam à Domino Horatio socio & complimentario rationis bancharię, cantantis sub nomine Petri Antonij, & Horatij, quo fit, ut factum ab altero eorum, noceat socio,
5 vt habetur in *decis. Ianuen. in princip.* † & habet vim publici instrumenti inter mercatores, vt in *decis. Ianuen. 26. num. 8.* inter quos reijciuntur subtilitates iuris, *l. Quintus, & ibi Bart. & in l. si fideiussor, §. quædam, mandati, Paris. consil. 96. num. 5. lib. 3.* & aliter dicere est tollere prorsus commercium mercatorum in graue publicę vtilitatis, & necessitatis detrimentum. Secundo, hæc eadem cedula fuit per eumdem Horatium recognita, & acceptata, cum assertione, quòd continet ueritatem, die 30. Iulij 1588. vt in summario, num. 5. & die 7. Septembris promisit eam soluere cum dilatione vnius Anni, vt in summario, num. 12. Tertiò, ex serie facti apparet manifestè, fuisse quoque acceptata, & agnitum huiusmodi debitum per ipsummet Dominum Petrum Antonium: nam dato sub die 16. Aprilis 1588. mandato in personam Marij ad obligandum ipsum Petrum Antonium sub quibusvis summis, cum clausulis amplissimis in alia positione consideratis, & sequuta obligatione, & cessione facta per Dominum Marium in vim huius mandati sub die 14. Iunij eiusdem anni, & constituto per Dominum Alexandrum procuratore D. Ioanne Caualcante, sub die 21. Iunij 1588. ad intimandum instrumentum cessionis D. Petro Antonio, & Horatio, Ioannes procurator rescripsit tam Alexandro quàm D. Lucretię matri Alexādri, 23. Augusti eiusdē anni in hæc verba, (Che si era preso l'espediete, che vederete per questa, il che è, che il signor Pier Antonio hà fatto procuratore il Sig. Horatio, cō darli facoltà, che possa cōsentire ad ogni notificatione, che vi piacesse di farli, per conto di quel

vostro contratto fatto con il Signor Mario: & questa è parsa di quà la più sicura strada, che si potesse tenere si per loro,come per voi.) Et sub eadem die adsunt litteræ Domini Petri Antonij, ex quibus apparet ipsum fuisse informatum de gestis inter ipsos Marium & Alexadrum, & petit ab Alexandro, & eius matre, & fratre, vt velint ipsi facere commoditatem aliquam, promisitq; illis bonam satisfactionem cum gratiarum actione,commoditatis iam per eos factæ,necnon sub eadem die constituitur Dominus Horatius procurator ad audiendum,& auscultandum, & intelligendum quamcumque intimationem, notificationem, & significationem faciendam cuiusc cumque prætensi instrumenti facti per Dominum Mariũ Bandinum cum D.Lucretia de Caualcantibus, & Domino Alexadro & Petro del Bene in actis D.Iacobi de Moyne Notarij Regij, 13.Iunij præteriti, & ad faciẽdas quascumque responsiones & replicationes dictæ intimationis,& notificationis,& significationis,& quascumque protestationes & declarationes, tam in iudicio quàm extra, prout dicto procuratori placebit sub quibuscumque terminis, modis, & formis eidem procuratori bene visis, &c. Quæ quidem verba cum expresse faciant mentionem dicti instrumenti cessionis, & verba litterarum non possint referri ad aliud negotium quod spectaret ad matrem & filios del Bene insimul, nisi ad negotium huius partitæ quinquaginta millium, vti claræ, apparet agnitum fuisse debitum illud,pro quo requirebatur commoditas aliqua, quam etiam Horatius obtinuit, vnius scilicet anni ad soluendum dictam summam, & licet mandatum in personam Horatij non sit adeo claris verbis conceptum, vt pat erat in tam arduo negotio: tamen apparet id de industria factum à Domino Petro Antonio, ne status rerum suarũ detegeretur, quem tunc mutare ceperant, quæ fuit causa,cur Romæ noluerit fieri notificationem à procuratore Domini Alexandri, & eadem ratione vtrumque mandatum tam Marij, quàm Horatij,fuit conceptum sub verbis generalibus, & subobscuris, prout in similibus occasionibus à cautis viris fieri solet, & tota hæc negotij series magnam lucem affert interpretationi mandati prioris,de quo in alia positione causæ actum est. Subsequutus est deinde effectus huius mandati,in cuius executionem Horatius audiuit notificationem, & acceptauit instrumentum, & promisit soluere Alexandro dictam summam sub die — Septembris sequentis, habita dilatione vnius anni: subsequenter sub die 19. eiusdem mensis Septembris D.Petrus Antonius scripsit D. Alexandro sub his verbis, (Che resta assicurato, che con la tua lettera de 22. d'Agosto, & con il potere che haueua mandato, restatà content o,di quanto dimandaua.) Ex quibus clarissimè apparet,hæc omnia gesta fuisse de mandato & voluntate ipsius D. Petri Antonij,& spectare ad negotium quinquaginta millium debitorum Alexandro, & eorum ratione cedulæ eidem per Marium cessæ. Quibus ita in facto veris existentibus: Non obstant, quæ in contrarium opposita fuerunt;& Primò,quòd dicitur,Horatium non habuisse facultatem conficiendi Parisijs dictam cedulam, quia cum Horatius esset socius & complementarius rationis bancharia,quæ licet haberet consistentiam in Vrbe,tamẽ exercitium non erat coarctatum in Vrbe, sed sese extendebat ad omnes prouincias extra Vrbem, vt ex capitulis & facultatibus societatis apparet: certè est valde absurdũ dicere,non licuisse Horatio præsenti in Vrbe Parisiorum, id negorium tractare, & conficere, quod licuisset ei per litteras Romæ existenti;in his enim magis attenditur persona,quàm locus, vt per *Ang.in l.institor,de institorib. & decis. Ianuens. 10. numero 16.* Secundò non obstat, quod dicebatur cedulam continere confessionem de recepto, quæ non præiudicat, quia præterquam quòd negotium
6 huiusmodi erat contractum inter mercatores,† inter quos non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ,maximè post nouennium, cum ex æquo & bono procedatur, *d.l. Quintus,cum ibi notat. mandati. Bald. in c.1.num.8.de pact.Crot.cons.189.num. 26.* & ideo ex stylo huiusmodi cedulę passim fiant,& pro bonis & validis sine exceptione inter eosdem exigantur: Adsunt multa vrgentissima adminicula, quæ veritatem cedulę arguunt: nam verificantur ex partitis extractis ex libris Marij, & recognitis per tres testes, quorum etiam manus postea fuit recognita,& coadiuuantur ex processu facto Florentiæ, ubi Domini de Strotijs socij rationis bancharia Bandinorum, Lugduni requisiti ad tradendas huiusmodi partitas in eorum libris existentes,denegarunt id facere,nisi prius con-
7 sulto ipso Mario,† quæ denegatio veritatem rei arguit; nisi enim hę partitæ adessent, non recusassent ostendere libros suos,cum inde nullum potuisset fieri Bandinis prçiudicium; Accedit acceptatio huius debiti, tam per Horatium,quam per Petrum Antonium facta, vt supra dedu-
8 ctum fuit: Vnde satis constat de veritate cedulæ, † quæ plenè probat contra ipsum, ad *Bart. & alios, in l.scripturas,C.qui pot.in pign.hab.Tib.Decian.cons.15.num.15.lib.1. Curt.iun.in l.admonendi,num.41.de iureiur.* Tertiò non obstat, quòd dicitur Institorem non potuisse obligare, nisi concurrentibus requisitis,de quibus per *Alex. cons.44.n. 6.lib.2.* nam præterquam quòd sumus in socio,non autem in Institore,satis concurrunt omnes qualitates requisitæ, cum hoc esset negotium ipsius rationis,quę has pecunias à Mario receperat,& hinc etiam tollitur,quod controuertitur de veritate cedulæ,ex eo quòd non reperiantur partitæ in libris banchi, quia neque dicti libri tam publici, quàm secreti,hactenus visi sunt, & etiam quòd res ita se haberet,non debet negligentia unius alteri nocere,maximè cum ex partitis exhibitis, & ex libris Strotiorum de contrario constare videatur. Vltimò,non obstat,quod deducitur *ex l.per diuersas,C.mandati.* nam de vero & legitimo credito Dominorum del Bene, constat per plura publica instrumenta in actis exhibita; ita ut de eo dubitari nō possit,maximè post tot confessiones & acceptationes. Quòd uerò deducitur ex littera quadam Alexandri nuper exhibita,id non uidetur obstare,quòd sibi in negotio tanti momenti prospicere voluerit omni meliori modo: Imò in contrarium multum vrgere videtur, ex quo scripta fuit,antequam haberetur notitia mandati, ex quo rigore facta fuit acceptatio. Et ex his conclusum,cedulam suffragari D.Alexandro contra Bandinos.

* *Et per eumdem Bart in l.1.§.fin.sub num.6.vers. ergo talis procurator,ff.si cert.pet. Alb.in c.si cautio,n.5.de fide instr. Barbat.cons. 19.n.9.lib.4.& Cephal.cons.101.num.19.*

Barens. Emolumentorum.
Die Lunæ 19. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo in perceptione distributionum quotidianarum in absentia, non est concedendum, & in hoc non iuuat consuetudo.*

2 *Distributiones quotidianæ dicuntur, licet dietim non distribuantur,sed solum in fine anni,quando dantur propter interessentiam in choro.*

DECISIO MCXL.

Fuit dubitatum, An Archipresbytero Barensi dandum sit mandatum de manutenendo respectu quorũdam emolumentorum,& iurium,quæ ipse prætendit, & sub die 9.præsentis mensis Iunij,fuit ipso tantum informante resolutum pro eo: Verum causa iterum proposita die 19. eiusdem mensis,Domini recesserunt ab hac decisione, distinxerunt enim prætensiones in duo capita: Primum caput versatur circa distributiones,quas ipse percipit duplicatas in horis canonicis,tum ipse Vicarius,& duo presbyteri ei interuenientes: circa hoc caput dictum fuit,
1 quòd † cum sint distributiones quotidianæ, non esse dan-

dum mandatum de manutenendo, ut lucrentur eas in absentia, propter iuris resistentiam, & Concilij Tridentini decretum, *sess. 24. c. 12.* ubi abrogantur omnes consuetu-
2 dines: Neque obstare, quòd † non videantur esse distributiones quotidianæ, ex quo non distribuuntur dietim, sed in fine anni; quia quando distributio fit habito respectu puncturarum, & considerato seruitio interessentiæ in choro, dicuntur distributiones quotidianæ, *Achill. decis. unica de distribut. Capit. aq. decis. 19. parte 2. in impress.* Circa alia capita in vniuersum Domini dixerunt, non esse dandum mandatum: tum, quia testes pro parte ipsius inducti sunt nulliter examinati, cum adesset procurator constitutus coram Auditore Cameræ: tum, quia prætendebatur fuisse latam sententiam in petitorio, quæ transijt in iudicatum, per Episcopum Bituntinum contra Archipresbyterum: Verum hoc negotium fuit postea retractatum, & sub die 15. Martij 1595. fuit dubitatum, an Archipresbyter esset manutenendus in quasi possessione iuris admittendi presbyteros ad participationem emolumentorum, & eligendi & deputandi sacristas, & in possessione Viridarij: Et vtraque parte informante fuit resolutum pro Archipresbytero, non obstante allegatione defectus examinis, & sententiarum supradictarum; & cum pars contraria adhuc non acquiesceret huic resolutioni: Dubitatum strictè, an decreta & sententiæ allegatæ obstarent, quo minus esset concedenda manutentio, & sub die 10. Maij 1595. fuit resolutum non obstare. Postremò dubitatum, an examen testium esset validum, & sub die 24. Maij 1595. fuit resolutum pro validitate; & sic fuit relaxatum mandatum super istis capitibus, excluso tantum eo de percipiendo distributiones in absentia.

Vercellens. Beneficiorum.
Die Veneris 23. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Præsentationes multiplicatæ vltra spatium centum annorum, probant ius patronatus.*
2 *Præsentationes probantur effectuatæ ob successiuam vacationem per obitum præsentatorum.*
3 *Probatis extremis media præsumuntur.*
4 *Vltimus status attenditur.*
5 *Enunciatiuæ antiquæ plures, habent vim famæ.*
6 *Fama iuris patronatus iuncta cum longissima quasi possessione præsentandi, in antiquis probat ius patronatus.*
7 *Insignia familiæ & inscriptiones in Ecclesia, probant iuris patronatus fundationem, concurrentibus alijs adminiculis, in antiquis.*
8 *Sententijs latis per Ordinarium ad fauorem iuris patronatus & præsentatorum, valde tribuendum est.*
9 *Ad excludendam præsumptionem vsurpationis iuris patronatus in nobilibus, sacrum Concilium Tridentinum contentatur probatione immemorabili, cum continuatis præsentationibus quinquaginta annorum.*
10 *Probatio centum annorum, & maioris temporis, an æquipolleat immemorabili.*
11 *Existentes in quasi possessione præsentandi, non tenentur probare descendentiam.*

DECISIO MCXLI.

FVit dubitatum, an constet de iure patronatus Dominorum de Bulgaris, in beneficijs, de quibus agitur. Et Domini materia plenè discussa, concorditer censuerunt,
1 cõstare, † nam in vnoquoque istorum beneficiorum adsunt moltiplicatæ præsentationes vltra spatium centum annorum, quæ ius patronatus, *iuxta decis. Cassador. 2. num.* * *7. de probation. Tanis decis. 84. cum alijs.* * Et istæ præsentationes pro maiori parte probantur effectuatæ ob successiuam vacationem per obitum præsentatorum, iuxta *a cons. Oldrad. 229. num. 2. cum alijs deductis in causa Reatina benefici S. Angeli coram me, 17. Iunij 1577.* Etenim in Capella S. Petri præsentationes incipiùt ab anno 1295. in Clericatu ab anno 1283. in administratione Hospitalis ab anno 1456. & licet aliquando reperiantur interpellatę, vt in Capellania ab anno 1391. per quadraginta annos vsque ad annum 1434. & ab anno 1499. per sexdecim annos vsque ad annum 1516. & in Clericatu ab anno 1399. vsque ad annum 1524. & in Hospitali ab anno 1467. vsque ad annum 1550. non tamen dicitur constare de statu libertatis, neque talem statum per Ecclesias præscriptum fuisse, cum nullæ ostendantur collationes dicto tempore factæ vti de beneficijs liberis: Vnde potius videtur temporum incuria euenisse, vt documenta præsentationum perierint ob diuturna bella, quæ in illis partibus
3 fuisse compertum est. Et † probatis his extremis, faciè media
a præsumuntur, *a* cum nihil in contrarium ostendatur, maximè attento vltimo statu, qui in Capella continuatur ab anno 1516. in Clericatu ab anno 1524. & in Hospitali ab anno 1550. vsque in præsentem diem, quo euenit
4 vacatio ex persona Fabritij præsentati, † qui status vltimus maximè est considerationis, *c. cu. a. be. s. fi. io. de prob. in 6. Bald. in l. si mater, C. ne de statu defunct. Dec. co. sil. 126.*
5 *num. 1.* † Adsunt præterea plures enunciatiuæ antiquissimæ emanatæ ab Ordinarijs, quæ habent vim famæ, vt
b *b post Aretin.* *b tradit Felin. in c. cum causam, num. 4. de probation. Aymo. de ant. q. temp. part. 1. §. ampliatur, numer. 19.*
6 *Achill. d. cis. 5. de iure patr.* † quæ fama concurrente longissima quasi possessione præsentandi, probat ius patronatus in antiquis, *Bald. in l. cum super, de rei uend. Cassad. 2. de probation. Dec. cons. 157. in fin. Put. decis. 60. & 242. libro 1.* Confirmatur etiam ex eo, quòd bona istorum beneficioru sita sunt inter alia bona Dominorum de Bulgaris, & quòd
7 † in Ecclesijs adsunt insignia, & inscriptiones huius familiæ, quę cum regulariter non soleant apponi super re aliena, *l. 1. C. ut nemini lic.* satis probant fundationem tot simul concurrentibus in materia antiquissima, *Bald. cons. 310. lib. 5. Io. de Anan. cons. 86. n. 2. Dec. cons. 135. num. 1. Rip. in c. cum Ecclesi. Sutrina. n. 97. de caus. poss. & propr. Veronēs. de seruitut. urban. pr. d. tit. de picturis, num. 9. Lambertin. de iure patr. lib. 2. par. 2. q. 10. artic. 9. & lib. 3. q. 5. art. 4. numer. 2. Aymo. de antiq. temp. p. r. 4. §. vltana d. tur limitatio. n. 14. & fuit dictū in una Hispalensi, de las cuuas, de anno 1590.*
c *coram R. P. D. meo Pamphilio.* *c* His postremò accedunt
8 † sententiæ latę per Ordinarios ad fauorem iuris patronatus, & præsentatorum, quibus multum tribuendum est, cũ non soleant multum faouere istis præsentationibus. *Rot. decis. 11. de iure patr. in no. Palaot. decis. 23. Put. 172. lib. 1. &*
d *242. lib. 2.* *d* † Neque facit quòd prætenditur nos esse in
9 iure patronatus nobilium Dominorum Castri, in quibus
e iuxta decreta Concilij præsumitur vsurpatio, *e* quia præterquam quòd id non probatur concludenter, hic adsunt tot & tanta, iuncta antiquissima possessione, vt præualeat aduersus talem præsumptionem, & si expendamus vim probationum, cum Concilium contentetur probatione immemorabilis cum continuatis præsentationibus quinquaginta annorum, satis apparebit hanc probationē præ-
10 ualere, † cum adsit probatio nera excedens metam centum, & ducentorum, & ferè trecẽtum annorum respectiuè, quæ licet non faciat immemorabilem, iuxta opinionem Rotæ, tamen uidetur esse, aut maioris, aut certè non minoris efficaciæ, cum probatio immemorabilis longè sit debilior, iuxta terminos *glos. in c. 1. de præscript. in 6.* Neque
11 controuertendum est de descendentia in casu isto, † cum isti, qui nunc præsentarunt, sint in quasi possessione præsentandi, ex quo releuantur ab isto onere ad effectum validitatis præsentationis, *c. consultationibus de iure patron. & c. querelam, de election.* Et ita conclusum.

* Oldrad.

* *Oldrad.cons.288.num.2. Achill.de iur.patr.decis.6.& 7.Put.decis. 59.60.& 61.& 141.lib.1.*

a *Cassad.decis.4.n.7.Cotta,decis.192. Tiraq de prefer.§.1.gloss.2.per tot.& fuit resolutum in vna Cesaraugustan.Capellania,4.Maij, 1573.coram Illustriss.Cardin. Blanchetto,& in Bonon.parochialis,28.Aprilis 1578. coram bon.mem.Brano, & in Firmann Capellania coram Card. Lancell.*

b *Aretin.in cons.42.col.1.*

c *Addo Aret.cons.1.fol 22.in impress.Veneta.& fuit resolutum in vna Taurinensi beneficij 5.Martij,1584. coram Orano, & in vna Comensi Capellania 17.Iun.1591.coram Penia.*

d *Addo Cass.decis.2.de iur.patr. Put.36.lib.3.& 189.lib.1. & decis. 14 de iure patr.*

e *Iuxta decis.Illustr.Cardin.Mantica, in Foro Sempronien. seu Nullius parochialis,die 4.Iunij,& 15.Decembris 1593.*

Clusina Terrarum.
Die Lunæ 26. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Coloni perpetui an teneantur respectu Cameræ Apostolicæ ad ea omnia, ad quæ tenentur alij coloni, & laboratores.*

2 *Coloni habentes ius perpetuæ coloniæ, propter malam versationem possunt expelli, seruatis tamen seruandis, & ostensa coram iudice mala versatione.*

DECISIO MCXLII.

1 FVit resolutum ad fauorem Rectoris, † colonos terrarum Ecclesiæ existentium in Clusio, qui prætendunt
se habere ius perpetuæ coloniæ, teneri ad ea omnia, ad
quæ tenentur alij coloni, & laboratores Clusij respectu
Cameræ Apostolicæ, seu Marchionis, cum idem territorium diuerso iure censeri non debeat, & omnia bona in
eo comprehensa sint eiusdem qualitatis; nisi coloni ostenderent se ius coloniæ præscripsisse sub diuersa lege, quod
hactenus non fuit ostensum; quare tenentur Rectorem in
Dominum recognoscere, & respondisse ei de tertia parte
fructuum: prout faciunt de alijs terris, iuxta sententiam
bon.mem.Bubali, à Colonis acceptatam; tenentur etiam
bene ac diligenter colere terras ad vsum boni, & legalis
coloni, ne aliàs ob eorum negligentiam Ecclesia damnũ
patiatur, & ob desertam culturam terræ sterilescant. Quan-
2 tum verò ad posteriorem partem dubij; † An propter malam versationem possint coloni expelli, Domini censuerunt posse *ex l.æde.C.de locat.* maximè stante statuto Perusino, & Breue Clementis, in quibus expressè cauetur, vt
coloni negligentes possint expelli, quod tamen intellexerunt seruatis seruandis, & coram iudice ostensa mala versatione, ne detur occasio fraudandi Ecclesiam.

Reatina Molendini.
Die Lunæ 26. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Ex possessione, & locatione probatur fructuum perceptio, præsertim stantibus verbis sententiæ, immittimus, & immitti mandamus, vt nu.3.*

2 *Sententia lata in Saluiano, non recipit appellationem, & illius vigore potest relaxari mandatum absque alio decreto, quando exequutio est facienda super eadem re.*

4 *Contra tertium non potest procedi exequutiuè.*

5 *Saluianum datur contra tertium possessorem.*

DECISIO MCXLIII.

FVit resolutum mandatum Auditoris Cameræ ad fauorem Fabij relaxatum esse exequendum, cum enim
egisset contra Capitaneum Io. Baptistam de Nobilibus,
Possessorem Molendini sibi hypothecati a quodam Leandro de Clauellonibus, in vim Saluiani Interdicti, ipseq;
Ioannes Baptista obtinuisset pronunciari sibi dictum molendinum retinere licere, donec de credito suo anteriori
scutorum quingentorum esset satisfactum; & hodie ex
computo dato satis liqueat fructus Molendini pro tempore, quo fuit possessum à Nobilibus, excedere summam dicti crediti 500. pro quo detinebatur, constat eos fuisse sa-
1 tisfactos, † stante enim possessione, & locatione, probatur
fructuum perceptio, *iuxta decis. Aegid.701.* Non obstant
in contrarium deducta, nempè, quod non constet de decreto mandati relaxati per Auditorem Cameræ, quia ver-
2 samur in sententia lata in Saluiano, † quæ non recipit appellationem, & cuius vigore potuit relaxari mandatum
absque alio decreto, cum exequutio esset facienda super
3 eadem re, † præsertim stantibus verbis sententiæ, (Immittimus, & immitti mandamus) *ad notata in l.à Diuo Pio.§.*
* *in venditione, de re iudic.* * Non obstat, quod dicitur in
actis non constare de credito Fabij, neque de instrumento census, neque de possessione Leandri tempore obligationis, vel postea; quia omnia ista fuerunt producta in actis ante sententiam, licet per incuriam Notarij non fuerint registrata, vt in fide quæ datur. Non obstat sententia
4 lata contra Fabium, quia fuit ex diuerso capite, † cum ipse processisset nulliter via exequutiua contra tertios possessores, sed non impedit, quominus relicta illa vta, po-
5 tuerit intentare † Saluianum, quod datur contra tertium
a possessorem, *Socin.consil.80.lib.3.* a Non obstat allegatus
titulus emptionis, quia cum sit posterior, euictus fuit per
Saluianum. Non obstat, quòd productio fuerit in alio iudicio, quia generalis productio vltimo loco facta suffragabatur Fabio. Et ita conclusum.

* *Afflic.in Constit.Neap.lib.2.Rubr.17.Dnen.in reg.94.in 2.limitat.*

a *L.pignoris.ff.de pig.act.l.si debitor, C.de distract.pign l.distractis, C. de pignor.Roland.cons.14.num.18.lib.1. & exceptio rei iudicata super vno articulo, non obstat super alio diuerso. l.cum quaritur, & l.& an eadem, de except.rei iudic.*

Toletana Canonicatus.
Die Lunæ 26. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest præuenire Ordinarium in conferendo, & collatio preualet.*

2 *Per expressionem mensis vacationis factam in prouisione Papæ arguitur, quod Papa potuerit intelligere non esse locum deuolutioni ob negligentiam Ordinarij.*

3 *Cardinales non comprehenduntur sub reseruatione beneficiorum vacantium ob non adeptam possessionem Episcopatus ex Extrauaganti Iniunctæ; nec sub regula 2. reseruatoria; necnon Extrauaganti Iulij III.*

DECISIO MCXLIV.

IN concursu prouisionum Canonicatus, de quo agitur,
quarum altera est facta à S. D. N. 13. Martij præsentis
anni, antequam Sereniss. Cardinalis ab Austria, Coadiutor, cum futura successione in Archiepiscopatu Toletano
possessionem Archiepiscopatus cepisset post obitum sui
prædecessoris: Altera verò facta est eodem Cardinali de
mense Aprilis sequentis, post adeptam possessionem: Fuit
dubitatum de ordine S. D. N. quæ harum prouisionum
1 præualeret, & causa proposita, † fuit vnanimiter per Dominos conclusum, prouisionem Sanctissimi præualere in
vim præuentionis, *c.dudum, de præbend. in 6. Rota 17. de
præbendis nou.* nec potest dici intentionem Papæ non fuisse, præuenire velle, hoc enim satis conuincitur ex expres-
2 sione mensis vacationis, † ex qua Papa potuit intelligere
non esse locum deuolutioni ob negligentiam Ordinarij,
vt fuit deductum in vna Hispalen. portionis, coram R.P.D.
* *Blanchetto.* * Aliæ verò rationes, quibus informantes

pro

pro promiso Apostolico nitebantur deducere reseruatio-
nem, nempe, ratione non adeptæ possessionis ex Extraua-
ganti, Iniunctæ, & ratione regulæ reseruatoriæ secundæ,
necnon Extrauagantis Iulij III. non placebant Dominis,
3 † quia existimabant ijs non comprehendi Cardinales, ex
eo quòd ratio finalis dictarum Constitutionum non satis
videbatur conuenire Cardinalibus: Verum quia prior ra-
tio præuentionis erat clara, & sufficiens ad decisionem
præsentis negotij, omissa fuit discussio capitis reseruatio-
nis, tamquam minus necessaria, & in qua plures sese offe-
rebant difficultates.

* *Sub die 14. Aprilis, & iterum 17. Maij 1595.*

Romana Vineæ.
Die Mercurij 28. Iunij 1595.

DECISIO MCXLV.

FVit resolutum, sententiam aliàs latam in iudicio spo-
lij pro Hieronyma Caballina, contra Catharinam
de Meltoribus, esse exequendam contra Reu. Patres Col-
legij Anglicani pro ea parte, quæ est hodie per eos pos-
sessa iuxta terminos designatos per testes, qui fuerunt in
faciem loci examinati; Nam quòd Patres prædicti lite
pendente ingressi fuerint possessionem dictæ partis, non
est ambigendum, cum lis cœperit de anno 1543. quo tem-
pore nondum aderat Collegium in Vrbe; quòd verò co-
nantur euitare exequutionem, sub prætextu, quòd non
constet de identitate Vineæ, non subsistit; nam pars infe-
rior per diuersas manus tandem peruenit ad D. Comitem
Æmilium, qui prosequutus est dictam litem, & ex actis
constat hanc esse illam eandem Vineam, ad quam egit
Hieronyma contra Catharinam, quam defendebat Ric-
cobonus ipsius procurator, & maritus, prout in actis, quē
testes cognouerunt, & vident possidere dictam Vineam
cum confinibus designatis per eos, iuxta & intra Vineam
hodie per dictos Patres possessam; Reliqui verò fines di-
ctæ Vineæ bene verificantur in facto, prout per testes re-
cogniti fuerũt, & quos ego oculari inspectione vidi; nem-
pe, viarum publicarum, vtrinsque cancelli, domus, & arbo
ris domui proximæ, fontis, & aliarum pertinẽtiarum, quæ
testes recognouerunt fuisse possessa per Riccobonum.
Huc accedit tacita confessio Collegij, pro cuius parte fuit
commissa causa euictionis, & liberationis a molestijs con-
tra hæredes Riccoboni coram Auditore Cameræ, & ideo
non relevat, quòd testes dicant se non cognouisse Hiero-
nymam neque Catharinam, quia satis est eos cognouisse
Riccobonum ad hunc effectum, & ridiculum est dicere,
quòd lis, quæ tanto tempore fuit agitata, fuerit super alia
Vinea, præsertim cum iam super parte inferiori fuerit fa-
cta exequutio, & nunc agatur tantum de particula occu-
pata per eos, qui possederunt Vineam superiorem, quæ
hodie est Collegij. Ideo conclusum dandam exequutio-
nem iuxta confinia designata per testes.

Romana Depositi.
Die Lunæ 3. Iulij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, quæ vigore mandati venit facienda duobus, dici-
tur malè facta, & contra formam mandati, si sit facta
uni tantum.*

2 *Socius etiam complementarius non obligat alium socium
finita societate.*

3 *Triennium cum dimidio intelligi debet de dimidio anno
non autem de dimidio triennio, quia esset contra com-
munem vsum loquendi.*

4 *Solutio facta procuratori, non seruata forma mandati, non
valet.*

5 *Ratificatio non operatur, quando res non est integra.*

6 *Ordo solutionis faciendæ non potest à procuratore reuoca-
ri sine speciali mandato, nisi ex iusta causa, puta per
causam superuenientis inopiæ.*

7 *Fideiussor potest protestari, ne principali soluatur debitori
ob superuenientem eius inopiam; & idem facere potest
quilibet alius habens interesse.*

8 *Protestatio interesse habentis, est per Iudicem admit-
tenda.*

9 *Paria sunt, quem esse decoctum, vel esse in limine deco-
ctionis.*

DECISIO MCXLVI.

FVit resolutum, sententiam Auditoris Cameræ esse re-
1 uocandam; † nam solutio facta per Dominos de Al-
touitis non fuit facta secundum formam mandati, quod
cantabat de solutione facienda Antonio, & Claudio, non
autem soli Claudio, prout facta fuit, *l. si debitorem, de no-
uation. Castr. in l. qui vsumfructum, in fine, de verb. oblig. &*
* *in l. singularia, nu. 21. vbi Cagnol. n. 161. ff. si cert. pet.* * *cum
a allegatis in causa Romana de Palellis coram S. D. N.* a præ-
sertim, quòd multum intereat D. Alexandri solutionem
fieri etiam Antonio, vt ipsum qui erat pater Claudij, &
2 dominus bonorum, haberet obligatum. † Neque obstat,
quòd Claudius esset socius Antonij, & haberet comple-
mentum, quia per duos menses ante constitutionem cen-
sus, ratio exspirauerat; & sic nec census pertinebat ad ra-
tionem, nec Claudius poterat Antonium obligare, *l. omne
æs alienum, pro soc.* Nec placuit responsio, quòd societas in-
telligeretur ad triennium cum dimidio, in alterius trien-
3 nij, & sic per quattuor annos cum dimidio, † quia illa in-
terpretatio est contra communem vsum loquendi, &
illud dimidium intelligi debet de dimidio anno, non au-
tem de dimidio triennio. Neque per secundum mandatũ
sibi præiudicauit D. Alexander respectu prioris solutionis,
cum de ea nulla fiat in eo mentio, neque hoc important
illa verba li 1500. restanti, quia intelliguntur respectu or-
dinis prioris dati, & quantum ad ista 1500. restantia, ces-
4 sat prorsus omnis difficultas; † quia vigore mandati non
erant soluenda, nisi habita accessione Antonij ad instru-
mentum census, & eo obligato ad fauorem Alexandri;
Ideo cum Altouiti antea soluerint, non bene soluerunt,
*Salic. in l. pro debito. C. de bon. auth. iud. poss. Socin. in l. singu-
b laria, num. 20. in 2. limitat. ff. si cert. pet.* b † Neque obstat,
5 quòd postea sequuta fuerit ratificatio Antonij, quia tunc
res non erat amplius integra, & superuenerat ob vergen-
tiam ad inopiam Claudij iusta causa reuocandi manda-
tum, quod potuit fieri, non obstante, quòd pecuniæ spe-
ctarent ad Claudium, qui recognouerat bonam fidem,
quia ita demum erant ei soluendæ, cum & postquam ad-
impleuisset contenta in recognitione de faciendo accede-
6 re Antonium. Neque obstat, † quòd iste ordo non potue-
rit reuocari à procuratore sine mandato speciali, quia stã-
te iusta causa superuenientis inopiæ Claudij, potuit fieri
sine mandato, *ad notata in l. eius qui in prouinciam, ff. si cert.
c pet. Felin. in c. ex parte Decani, de rescript. cum alijs;* c &
cessat difficultas ex denunciatione Maluicini obligati in
instrumento census, qui & ipse denunciauit Altouitis, nè
soluerent Claudio, & protestatus fuit de damnis, & inter-
7 esse, † quod vti obligatus vt principalis in instrumento,
facere potuit, cum & hoc liceat etiam tertio interesse ha-
benti, *vt tradunt Doctor. in l. non solum. §. morte, de no. oper.
nunc. Bald. Alex. & alii, in l. hæredes, ad Trebell. Felin. in c.
cum M. Ferrariensis, n. 40. de Constit.* quod eo magis pro-
cedit, cum dicta protestatio Maluicini fuerit per iudicem
8 admissa, si, & in quantum, † & de iure stante interesse ip-
sius erat admittenda. Non obstat, quòd Claudius tunc nõ
9 esset declaratus decoctus, † quia sufficit ipsum tunc tem-
poris fuisse in ipso limine decoctionis, sed & redditur su-
specta ista solutio; ex quo pecuniæ per Altouitos sibi ipsis
solutæ

solutæ fuerint, quod fortasse, si alijs soluendæ fuissent, ipsi non fecissent. Et ita conclusum pro reuocatione sententiæ.

* *Adde Socin. cons. 67. col. 2. lib. 2.*

a *In Roman. de Palellis sub die 20. Ian. 1578.*

b *Et facit Barbat. cons. 37. in 4. nu. 1. per l. quoties, ff. de nouat.*

c *Bart. in l. si cum Cornelius, & ibi Castrens. num. 2. de solution. nam tunc mandatum potest pinguius adimpleri ad vtilitatem domini, Paris. cons. 15. nu. 15. & seq. lib. 4.*

Turritana Tertiariæ.
Die Lunæ 3. Iulij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Per exactionem à prædecessore, dicitur quæsita quasi possessio exigendi contra successorem.*

2 *Decima soluta, & exacta à possidente duas Ecclesias simul, præsumitur soluta, & exacta pro ambabus.*

3 *Scientia præsumitur eius, quod à multis annis obseruatur.*

4 *Testes absuturi possunt informiter examinari, ne probatio pereat, & postea formiter examinari.*

5 *Licet testes instruere ad veritatem dicendam.*

6 *Irregularitas non inducitur ex omni incisione cuiuslibet digiti.*

7 *Clericus, qui habet digitum incisum, effectus presbyter, præsumitur absolutus, & dispensatus.*

8 *Testis amicus non repellitur à testimonio; nisi sit amicitia immoderata; nec ob id ei de fide diminuitur.*

9 *Testis potest se ad aliud examen referre.*

10 *Testis, qui dicit se sperare ab Episcopo consequi beneficium, & fieri sacerdos, an admittatur ad testificandum pro ipso Episcopo.*

11 *Testis examinatus tamquam absuturus, si postea non discessit, an probet.*

12 *Non omnis ... us repellit testem à testificando.*

13 *Famulus vtriusque partis admittitur ad testificandum pro vna parte.*

14 *Testis examinatus pro reuelatione bonorum sub pœna excommunicationis, si deponat se credere, quòd talis haberet quædã bona, & sic deponens de credulitate, non facit, quod ille talis arctetur ad reuelandum.*

15 *In iudicio manutentionis admittitur leuior probatio, nec in eo anxiè attenduntur exceptiones.*

DECISIO MCXLVII.

FVit dubitatum, an ex testibus nuperrimè examinatis
pro Domino Archiepiscopo probetur Dominum
Abbatem Capita percipere decimas totius territorij villæ
de Codrognano, etiam existentis circa Ecclesiam S. Pro-
copij, ita vt sit standum vel recedendum à resolutionib. in
* hac causa factis; * & tota controuersia in hac causa ver-
satur circa iustitiam mandati de manutenendo, relaxati
per Auditorem Cameræ contra Abbatem super quasi
possessione percipiendi Tertiariam decimarum parochia-
1 lis villæ de Codrognano, † quas Archiepiscopus probaue-
rat mensam Archiepiscopalem exegisse à duobus ante-
cessoribus Abbatis, nempe Scacado, & Vlbo, per quam
exactionem prætendebat sibi fuisse quæsitam quasi pos-
sessionem, *ad notata in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss.
& propr.* quæ sufficit contra successorem, *iuxta decis. Guid.
2 Pap. 576. & 629. & Boer. decis. 66. num. 2.* † Ad excluden-
dam autem hanc probationem pro parte Abbatis fuerat
allegatum Scacadum, & Vlbum possedisse vtramque Ec-
clesiam, tam S. Pauli, quæ est parochialis, quàm S. Proco-
pij, & ideo hanc probationem esse æquiuocam, cum non
cõstet solutionem factam potius ratione Ecclesiæ S. Pauli
quàm S. Procopij, quam Abbas negat se possidere; Igitur
ad tollendum hoc æquiuocum, pro parte Archiepiscopi
fuerunt nuper examinati testes ad probandum, quòd Ab-
bas possedit vtramque Ecclesiam, & percepit omnes de-
cimas territorij villæ de Codrognano, etiam existentis cir-
ca Ecclesiam S. Procopij; Vnde cessat æquiuocum; nam
siue debeatur Tertiaria ratione Ecclesiæ S. Pauli, siue S.
Procopij; vtroque casu Archiepiscopus habet fundatam
intentionem, cum Abbas vtramque possideat, & omnes
decimas percipiat; Nam Domini censuerunt vtrumque
probari optimè per istos testes, qui reddunt bonam ratio-
nem scientiæ de visu, & de publica voce, & fama, & etiam
de facto proprio, cum aliqui dicant se requisitos à sorore
Abbatis, quæ eo absente exigebat decimas, scripsisse sæ-
pius decimas, quæ soluebantur à colentibus territorium
Codrognani, & circumcirca Sanctum Procopium, & ali-
qui dicunt se soluisse, vt patet ex lectura testium in locis
per informantes pro Archiepiscopo ponderatis, & de hac
re etiam fuit in alijs instantijs dubitatum, licet tunc pro-
batio Archiepiscopi visa fuerit ex alijs testibus minus suf-
ficiens, & indigere adminiculo, quæ difficultas nunc satis
est sublata, cum non solum adminiculum, sed & plenam
probationem ex istis testibus habeamus. Superest tantum
respondere ad ea, quæ ex aduerso contra hanc probatio-
nem deducuntur, quæ visa fuerunt facilè tolli; Nam quòd
primo loco opponitur testes nihil probare de exactione
facta per Abbatem, sed tantum per sororem Abbatis; non
fuit habitum pro releuanti, cum ipse Abbas esset absens,
& soror esset solita exigere, & per multos annos exegerat,
3 & ei soluebatur vti sorori Abbatis, † quæ res cum à multis
annis obseruata hoc pacto fuerit, facit, vt præsumatur Ab-
batis scientia, & permissio, *vt per Guid. Pap. dec. 173. nu. 3.*
Vltra quod sufficit, quòd testes dicant istas Ecclesias si-
mul possideri, & fuisse possessas per Scacadum, & Vlbum,
& nunc per Abbatem. Secundò non obstat, quòd testes
videantur mendaces, dum dicunt Ecclesiam S. Procopij
esse annexam Ecclesiæ S. Pauli, quia etsi non probetur ta-
lis annexio, tamen neque etiam contrarium est probatũ;
& licet aliàs Ecclesia S. Procopij diceretur esse titulus Ca-
nonicalis, tamen dicitur post vnionem Episcopatuum So-
rens. & Plonatens. Archiepiscopatui Turritano, Canonica-
tum huiusmodi fuisse suppressum, & erectum in parochia-
lem, & tandem remansisse vnitum Sancto Paulo; sed ho-
die super hac re non est cõtrouersia, & satis est, quòd pro-
betur fuisse per Rectores possessas istas Ecclesias, quod
bene probatur. Tertiò non obstat, quòd isti testes sint su-
specti, & pluries examinati, & post latas tres sententias,
& post examen plurium testiũ, tam in curia, quam in par-
4 tibus, *ad c. fraternitatis, de testib.* † quia cum essent absu-
turi, Archiepiscopus coactus fuit eos prius informiter exa-
minare; cum Abbas sese opponeret, ne probatio periret,
quod non est prohibitum, & potuerunt postea formiter
examinari, prout factum est. Quartò, non obstat, quòd ipsi
viderint articulos, cum super eis iam fuissent examinati,
5 quia hoc non est prohibitum; † Aliud est enim testes sub-
ornare, quod non licet, aliud est instruere ad veritatem di-
cendam, quod licet, *l. 1. §. in causa, de quæstion. Nell. in tract.
de testib. nu.* 102. Quintò non obstat, quòd contra Franci-
scum Biergos opponitur de irregularitate ob incisionem
6 digiti, quia neque incisio probatur, † neque omnis incisio
cuiuslibet digiti inducit irregularitatem, *vt per Maiol. de
7 irregular. lib. 1. c. 14. nu.* 10. Vltra quòd † cum postea fuerit
effectus presbyter, præsumitur absolutus, & dispensatus.
Nec facit, quòd dicat se esse amicum, & subditum Archie-
8 piscopi, quia hoc est ratione superioritatis; † & nisi ami-
citia sit immoderata, non repellit testem, neque eius fidẽ
diminuit, *Bald. in l. eos, C. de testib.* Quòd autem habuerit
dimissoriam ab Archiepõ, non facit, cũ ad hoc teneretur
9 Archiepiscopus ex officio, † Quòdq; se referat ad aliud
examen, non facit, cum hoc lege permittente fiat, *Bart. in*
l. le-

*l.legata inutiliter,de legat.*1. & passim obseruatur in Rota. Nec facit,quòd dicat se numquam vidisse Abbatem percepisse decimas,quia hoc dicit de persona ipsius Abbatis, sed non exclusiuè ad perceptionem factam per ipsius sororem,de qua prius deposuerat. Sextò non obstant ea,quę contra Leonardum Pennam objciuntur,nempè,quòd est Clericus,& subditus Archiepiscopo; quia nihil facit hæc obiectio,cum ipse nullū in hoc negotio interesse habeat, neque ex hac re aliquod cōmodum sentiat. Quòd aūt comederit in domo Archiepiscopi, & ab eo habuerit nouē testones nihil facit; quia hoc ideo factū est,quia cum esset discessurus,& ob istam causam retineretur ab Archiepiscopo, licitè potuit aliquid pro expensis recipere, & de
10 hoc,vt ipse asserit,protestatus fuerat. † Quòd verò speret se fieri sacerdotem, & consequi beneficium ab Archiepiscopo,non reddit eum suspectum,cum dicat, (se Dio vorrà,)& ista spes est rei & bonę & debitæ.Quòd fuerit inquisitus super quadam iactatione caraffæ non probatur;Præterea, dicit se fuisse absolutum , habita pace vigore bullæ Cruciatæ.Quòd dicitur,quòd venerit ad curiam pro obtinenda gratia ab Archiepiscopo, & attulerit litteras commendatitias Canonici Seguæ; non est verum, quia ipsemet dicit venisse, per accomodarsi con qualched'vno per potere studiare, vt in summario n.17.& 19. Septimò,non obstant quæ contra Antonium de Coira opponuntur; nē-
11 pè, † quòd fuerit examinatus tamquam absfuturus,& tamen dicit se non posse discedere ab Vrbe ex consilio medicorum ; tum quia negatur fuisse inductum tamquam absfuturum;tum,quia potuit ex superuenienti infirmitate hoc ei accidisse. Non obstat, quod aliàs litigauerit cum
12 Abbate,& dicat se fuisse offensum ab Abbate, quia † neque omnis lis repellit, & insuper dicit etiam se fuisse offensum ab Archiepiscopo,& quòd Abbatem odio non habet; sed non admodum curarunt Domini de isto teste, cū loquatur tātum de auditu in negotio Tertiariæ. Octauò, quæ dicuntur contra Augustinum Seguæ,visa fuerunt satis releuantia ob inimicitias,& malum animum erga Abbatem ; ideo nulla fuit de eo habita ratio. Nono contra
13 Lucam Vegiam opponitur, † quod ipse profitetur se esse seruitorem Archiepiscopi ; sed leuis est obiectio,cum pariter dicat se esse seruitorem Abbatis.Nec facit,quòd fuerit examinatus tamquam absfuturus, quia ipsemet dicit , quod explens suis negotijs volebat discedere. Neque etiā obstat,quòd opponitur eius dicto, quod loquatur de parochianis S.Procopij; quia res ita non se habet,sed loquitur de parochianis S. Pauli colentibus territorium S.Procopij : Vltra quòd parochiani S. Procopij ob aëris intemperiem transtulerunt se ad habitandū in parochia S. Pauli. Decimò,quæ opponuntur cōtra Petrum Paulum Leddam; nempè, quod 21. Februarij fuerit examinatus tamquam absfuturus, & tamen non discessit, nisi de mense Aprilis,non fuit habitum in consideratione,cum iter maritimum non sit semper opportunum ad libitum discedere volentis . Quod autem fuerit excommunicatus ob non reuelationem bonorum Abbatiæ Vallis Vmbrosæ, non facit : quia non constat eum quidquam tunc temporis sciuisse: Vltra quod testis primus, qui hoc deponit nu. 100. dicit se nescire,an remanserit excommunicatus, & an reuelauerit; & secundus nu. 108. dicit Petrum Paulum di-
14 xisse ei, † se credere, quod Abbatia haberet quædam bona, & sic deponit de credulitate quadam, non autem de certa scientia,quæ ipsum arctaret ad reuelandum. Præterea, habuit licentiam faciendi se absoluere, quod & præsumendum est factum fuisse propter dispositionem,*c.omnis vtriusque sexus,de pœnitent. & remiss.* Vltimò non obstant testes reprobatorij,quia nihil dicūt quod vrgeat,immo potius dicunt se habere istos testes pro viris probis ,
15 † quod maximè admittendum est in isto iudicio manutentionis,in quo admittitur leuior probatio, nec anxiè attenduntur exceptiones, *vt tradit Couar. practicar. quæst. c.17. num.4.* Et ita conclusum,esse recedendum à resolutionibus aliàs in hac causa contra Archiepiscopum factis.

* *Coram Illustrissimis DD. Cardd. Mantica, & Arigonio, de annis 1592. & 1594.*

Toletana Parochialis.
Die Lunæ 3. Iulij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales non ligantur dispositione Extrauagant. Iniunctæ,& possunt etiam ante adeptam possessionem Episcopatus beneficia conferre.*
2 *Coadiutoria cum futura successione, cum Clausula , Ex nunc,prout ex tunc facit,quòd non detur vacatio.*
3 *Cardinales quando sint comprehensi in regulis Cancellariæ.*
4 *Vt examen valeat iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini, debet constare de die propositi edicti.*
5 *Examinatio,& approbatio vnius tantum,quando sunt plures examinandi , est suspecta.*
6 *Tempus præfixum ad comparendū expectari debet,quando sunt alij, qui concurrere volunt in examine ; debet tamen impugnans ex hoc capite probare,quòd adessent alij concurrentes.*

DECISIO MCXLVIII.

FVit de ordine Sanctissimi D. N. dubitatum in Rota , præsupposito concursu, & collatione facta per Sereniss.Cardinalem ab Austria,de parochiali,de qua agitur, Michaeli de Ayala de mense Augusti 1595.An ei sit concedenda prouisio simplex,vel saltem noua prouisio, & difficultatem faciebat prouisio facta à Papa,de mense Februarij Hieronymo de Leyua , tamquam de vacante per obitum cuiusdam Christophori de Bustamante, vsque de anno 1593.cum Clausula,Seu alio quouis modo,& ex alterius cuiuscumque persona ; quare in concursu prouisionum orta est difficultas super expeditione supplicationis à Dataria Sanctissimi: Et causa per me vtraque parte informante proposita, pro parte Hieronymi duo opponebantur contra huiusmodi concursum,& prouisionem Michaelis; Et primò fuit oppositum de reseruatione ex 2.regula reseruatoria, in qua reseruantur beneficia vacantia Sede Episcopali vacante , vsque ad promotionem successoris, & adeptam possessionem: Verum hæc oppositio non
1 placuit , quia † cum Cardinales non ligentur dispositione Extrauagant. Iniunctæ, *vt fuit aliàs in Rota resolutum coram Illustrissimo Lancellotto,* * & possint etiam ante adeptam possessionem conferre, *vt post Bellenzin.de charitat. subsid.q.66.qui dicit ita fuisse resolutum in Rota, tradit Sarnens.in proœm.regul.q.4.n.9.* vtique non applicatur regula ;
2 maximè cum requirat vacationem, † quæ hic non datur, propter gratiam Coadiutoriæ cum futura successione , &
3 cum Clausula , Ex nunc, prout ex tunc. † Neque facit,quod dicitur, quòd quando in regulis Papa voluit excipere Cardinales,hoc expressit,vt etiam habetur in vltima regula de edend. à qua excluduntur Cardinales, quia hoc est intelligendum de ijs regulis, quæ possunt applicari Cardinalibus, non autem in illis, quarum rationes non applicantur, vt est ista , in qua neque ratione expeditionis litterarum, neque ratione fructuum debitorum Cameræ,qui ad prouisos spectant,statim post præconizationem in Consistorio, maximè in Regno Hispaniarū , pōt verificari ratio finalis regulæ,& hoc idem sensit Rota non
a per in causa Toletana Canonicatus à me proposita. *a* Secunda oppositio fuit facta contra huiusmodi concursum præsentatū in Dataria S.D.N. & Dñi cēsuerunt ex plurib. concursum hunc esse defectiuum, nec in eo seruatā formā
4 Concilij Trid.& suspectū ; Primò, † quia non fuit apposi-

tus

rus dies propositi edicti, adeo vt sciri non possit, An intra terminum vel post terminum fuerit Michael examinatus, quod tamen videtur necessarium ad examinis validitatem, cum terminus ille, qui præfigitur *iuxta dispositionem Conc. Trid. sess. 24. c. 18.* sit ad conuocandum eos, qui cōcurrere voluerint, & eo transacto nō prius debeant examinari, cum quo concordat Conc. Prouinciale Toletanum, & ista nō est forma ad effectū sed præcisa, *vt fuit dictum coram R. P. D. Gypsio, in vna Volater. parochialis, 20. Maii 1591.* & ratio esse potest, ne per præuentionem vnius, alij supplantentur. Secundò, quia ex testibus apparet fuisse examinatum, & approbatum Michaelem intra tempus pendentis termini, qui licet sint examinati ad perpetuam rei memoriam; tamen reddunt negotium suspectum ex quo in concursu non fuit apposita dies edicti, prout ex stylo solet in alijs, qui præsentantur, apponi, & quorum nonnulli
5 fuerunt Dominis meis ostensi. Tertiò, quia† cum adessent plures examinandi, vnicus Michael fuit examinatus, & statim approbatus, eiq; facta collatio, quæ etiam ex eo redditur suspecta, quia erat familiaris Archiepiscopi;
6 † neque fuit expectatum tempus præfixum ad comparendum, intra quod potuissent alij concurrentes sese examini subijcere, & quamuis per vnum ex Reuerendissimis Dominis meis fuerit allegata *decisio facta coram R. P. D. meo Orano, in vna Carthaginen. parochialis, 9. Decembris 1588.* in qua dictum fuerat, quod examen poterat fieri pendente termino, & quòd parti impugnanti concursum, incumbit onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerunt admissi; tamen hoc casu non fuit habita ratio huius decisionis, quia hic constabat de existentia aliorum concurrentium, & de pendentia termini, quo non lapso præproperè facta fuerat collatio; quæ non concurrebant in illa Carthaginensi; Et ideo conclusum nihil esse concedendum Michaeli, quia cum parochialis non sit reseruata & ipse sit approbatus in concursu, & habeat prouisionem ab Ordinario, si ista fuerunt ritè facta, non indiget aliqua prouisione Papæ, & erit et parochialis adiudicanda. Relaxanda est igitur supplicatio signata ad fauorē Hieronymi, quia nullum sit Michaeli præiudicium, si sua prouisio est bona. Et ita conclusum.

* *In Burgen. Cannonicatus, de anno 1593. & sup. fuit dictum in alia Burg. Canonicatus Lunæ 26 Iunij proximè præterit.*
a *Sub die Lunæ 26. Iunij proximè præterit.*

Bergomens. Legati.
Die Lunæ 9. Octobris 1595.

SVMMARIVM.

1 **Dubietas iuris excusat a caducitate.**
2 ***Quando dispositio testatoris est certa respectu loci, & potest impleri, sicut ipse disposuit, non potest alterari etiā cum auctoritate Episcopi, vt in alio loco transferatur; sed declaratur hoc procedere in loco principaliter à testatore contemplato; & vbi id commodè fieri potest, & num. 17.***
3 ***Verbum (ipsa) est personalissimum, & exclusiuum alterius rei, sed determinat sequentia verba, & numero 18.***
4 ***Testator volens celebrari missas in vna Ecclesia, quæ tempore conditi testamenti erat sibi nota, non censetur in alia ipsi incognita exequi voluisse, & num. 20.***
5 ***Legatum factum Ecclesiæ, cuius testator, quando legauit erat parochianus, illi debetur, etiam si postea effectus fuerit parochianus alterius Ecclesiæ.***
6 ***Locus quando censeatur positus taxatiuè, & non demonstratiuè.***
7 ***Legatum pro missis dicendis, an censeatur factum intuitu Ecclesiæ, vel potius personæ particularis, quæ missam dicat, vel dicere faciat, & num. 10. 11. & 19.***
8 ***Legatum pium sine expressione loci, debet impleri in loco, vbi testator habitabat, vel solitus erat plerumque accedere.***
9 ***Legatum solitum præstari certo generi pauperum, non potest ad alios pauperes extendi.***
12 ***Si testator mandet vt Ecclesia ædificetur in domibus suis, si eas postea cum alijs permutauerit, hæres ædificando in ædibus ex permutatione acquisitis voluntati testatoris satisfacit.***
13 ***Omne mandatum testatoris recipit interpretationem possibilitatis, & eius quod commodè fieri potest.***
14 ***In legatis difficile, & impossibile, æquiparantur.***
15 ***Ea est facienda interpretatio, vt minus censeatur grauatus legatarius; maximè quoties impedimentum facto onerati non prouenit.***
16 ***Per translationem Ecclesiæ de vna ad aliam ab habente potestatem fi. illam, omnia iura pertinentia ad Ecclesiam, quæ transfertur, ea translata pertinent ad eam, in quam facta fuit translatio.***

DECISIO MCXLIX.

De mandato Sanctissimi D. N. propositi dubium in Rota huius tenoris, Præsupposito legato relicto monialibus del Fine, à Iacobo, cum substitutione in eo contenta, & translatione earumdem monialium à dicto loco del Fine, ad locum del Clusone, An ipsæ moniales teneantur facere celebrare missam, de qua in legato, in loco del Fine: Verba, quæ occasionem dederunt liti post legatum ducētum ducatorum, & perticarum terræ decem, relictū Monialibus Sanctæ Claræ sunt ista; Quod prædictæ sorores siue moniales, obligatæ sint perpetuis futuris temporibus omni die facere celebrare vnam missam in ipsa Ecclesia prædictarum monialium in remedium animæ suæ, & casu quo supradictæ moniales Ordinis sancti Francisci ipsius Ecclesiæ vicinæ non vellent facere celebrare dictam missam omni die perpetuis temporibus; eo casu dimisit, & relaxauit dictos ducatos ducentum & dictam petiam terræ, prout supra, Misericordiæ, del Fine, cum præfato onere & obligatione, vt supra. Translatæ fuerunt postea moniales ad locum del Clusone à bon. mem. Cardinali Borromeo, ibiq. in earum Ecclesia volebant celebrari facere missam prædictam. Ex aduerso Misericordia de Fine prætendens factum locum deuolutioni legati, egit coram Ordinarijs Bergomensibus, à quibus conformes sententias reportauit contra moniales; & nunc dum peteretur pro earum parte, vt causa committeretur in Rota, placuit Sanctissimo D. N. exquirere opinionem Rotæ. Causa itaque proposita, & maturè discussa, Domini dixerunt duplicem posse considerari effectum dubij: Priori est ratione caducitatis, seu deuolutionis legati, in quo fuerunt
1 concordes † attenta iuris dubietate, & moniales excusandas à caducitate, *l. 1. §. fin. & ibi glos. & Doctor. si quis ius dic. non obtem. glo. in l. ex consens. §. fin. de Appella. Ias. cons. 46. num. 4. lib. 3. Aymon. consil. 28. num. 9. cum similibus.* & hoc respectu sententias videri iniustas. Alter effectus dubij in eo versatur; An missa sit celebranda in loco del Fine, vel in loco del Clusone. Et quamuis difficile sit aliquid affirmare certi, cum in facto nihil deducatur ex quo firmi possint coniecturæ voluntatis testatoris; tamen inspectis verbis nudis testatoris, fuerunt multa pro vtraque parte consideranda: Et Primò, pro parte Misericordiæ affirmantis missam celebrandam esse in loco del
2 Fine, videbatur facere regula, quòd † quando dispositio testatoris est certa respectu loci, & potest impleri, sicut ipse disposuit, non potest alterari, etiam cum auctoritate Episcopi, vt in alium locum transferatur, *Bald. in l. si quis. num. 9. vers. iuxta hoc, C. de Episc. & cler. & in l. vlt. num. 57 in fine, C. de his quæ pœn. nom. Imol. in c. nos quidem, num. 25 vers.*

verf. si verò potest, de testam. & in terminis ferè Nauar. cons. 8. num. 10. de testam. secundum nouiss. impress. Secun-
3 dò, testator voluit missam celebrari in ipsa Ecclesia, † ver
bum autem (ipsa) est personalissimum, & exclusiuum al-
terius Ecclesiæ, *Doctor. in l. filiusfamilias, §. Diui, & ibi Ri-
pa, num. 111. de leg. 1. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 6.
num. 25. Paul. de Montepicco, cons. 99. nu. 103.* Tertiò, vi-
4 detur dicendum, † testatorem voluisse celebrari missas in
Ecclesia, quæ tempore conditi testamenti erat monialiũ
ex vulg. regula, l. si ita, de auro, & arg. legato; quare non po-
test verificari in Ecclesia del Clusune ipsi incognita, *ad no-
tata per Ias. in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 151. & Rip. ibid.
num. supracitato. Alex. in l. qui filiabus, num. 2. de legat. 1.*
5 *Ceph. cons. 773. num. 2.* Hinc est, quòd † si quis existens pa-
rochianus S. Petri, legauerit suæ Ecclesiæ, deinde efficia-
tur parochianus S. Mariæ, legatum debetur Ecclesiæ S. Pe
tri, *vt tradit Cyn. in l. 1. numero 12. C. de sacrosanct. Eccles.*
6 Quartò facit, † quòd cum locus celebrationis sit positus
in eadem oratione, intelligitur taxatiuè, non demonstra-
tiuè positus, *Dec. cons. 183. num. 1. & consil. 324. num. 1. &
R. P. D. meus Mantica, de coniectur. vlt. volunt. tit. 3. n. 20.*
7 Quintò, videntur facere ea, quæ à Doctoribus dicuntur †
de legato facto pro missis dicendis, quod in dubio vide-
tur factum intuitu Ecclesiæ, non personæ particularis,
quæ missam dicat, vel dicere faciat, *vt per Imol. in c. offi-
cij, nu. 26. de testam. Petr. de Vbald. in tractat. de canon. port.
c. 7. num. 57.* præsertim cum factum sit monialibus Eccle-
siam habentibus, *iuxta distinct. Doctorum, in c. requisiuisti,
de testam. per illum text.* quòd aut legatum pro missis di-
cendis est factum alicui presbytero nullam habenti Ec-
clesiam, vel titulum, siue administrationem, & tunc cen-
setur contemplatione personæ illius presbyteri; aut factũ
est Rectori habenti Ecclesiam, vel administrationem in
aliqua Ecclesia, & tunc censetur contemplatione Eccle-
siæ, potius quàm personæ, *Anchar. in d. c. officij, num. 16.
Imol. num. 26. Barb. num. 38. de testib. Abb. in c. fin. nu. 2. de
testam. Lup. de quart. canon. num. 12. & Petr. de Vbald. d. c. 7.
num. 55. & faciunt notata per Socin. in l. cum in, de reb. dub.*
8 quinimmo † si sine expressione loci fiat aliquod legatum
pium, debet impleri in loco, vbi testator habitabat, vel so-
litus erat plerumque accedere, *vt tradit Specul. tit. de instr.
edit. §. nunc verè, num. 54. & ibi Io. Andr. Guid. Pap. tract.
de præsumpt. iur. & de iure, nu. 69.* Sextò cum post obitum
testatoris per longum temporis spatium missa celebrata
fuerit in loco del Fine, videtur quæsitum quoddam ius
9 hominibus dicti loci, quod ab ipsis auferri non debet, † ar
gumento legati soliti præstari certo generi pauperum,
c. ad Apostolicam, de simon. Et hæc pro hac parte deducta
10 fuerunt. In contrarium fuit primo loco consideratum, †
verba legati principaliter directa fuisse ad Moniales, qui-
bus deinde onus fuit adiunctum celebrandi missas in ea-
rum Ecclesia: Vnde succedit regula, præsumi legatum fa-
ctum intuitu legatarij, *l. pater filium, §. Tusculanos, de leg.
3. vbi Bart. & ceteri. Rom. cons. 75. num. 8. lib. 2. Couarr. in d.
c. requisiuisti, de testib. n. 10. Socin. l. 2. nu. 12. de reb. dub. R. D.
meus Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 18.
& lib. 8. tit. 6. n. 23.* Secundò, facit doctrina *Petr. de Vbald.
in loco supra allegato, num. 57.* qui tradit legatum pro di-
cendis missis factum sacerdoti, censeri contemplatione
11 personæ, non Ecclesię, & idem si sit factum hæredi. † Ne-
que obstat mentio facta loci, in quo celebranda est missa,
quia fuit appositus non sub nomine proprio Ecclesiæ, ve-
luti si dixisset in Ecclesia Sanctæ Claræ, sed sub demon-
stratione ipsius Ecclesiæ præfatarum monialium, ex qua
adiectione potius videntur contemplatæ moniales, quam
locus, & potius earum fauore locus adiectus, quàm fauo-
re ipsius loci, *argum. l. cum ita, §. in fideicommisso, & ibi gl.
de leg. 2. & l. fin. C. de verb. sign.* Quòd comprobatur ex eo,
quòd in onere principaliter habitus fuit respectus ad re-
medium animæ suæ, quod remedium non magis ex vna,
quàm ex alia Ecclesia prouenit, non enim locus sanctifi-
cat hominem, sed homo locum, *c. multi, 4. distin.* & hæc cen
seri debet causa finalis, quæ totam dispositionem mode-
ratur, *Aymon cons. 43. num. 2.* & missa eundem effectum
vbilibet celebretur, operatur, *Sot. in 4. distin. c. 3. q. 1. art. 4.*
& eo magis, quia hic considerari potest duplex fauor; tũ
ex parte testatoris; cuius anima cum assistentia, & preci-
bus monialium subleuabatur; tum ex parte monialium,
cum illa missa posset etiam eis deseruire pro solita missa
conuentuali. Tertiò facit, quòd cum testator, vt supra di-
ctum est, non expresserit locum per nomen proprium Ec-
clesiæ, sed dixerit in Ecclesia monialium, vtique verifica-
tur talis dispositio in Ecclesia del Clusone, ad quam fue-
12 runt translatę moniales, prout in simili, † si testator man-
dauerit in genere, vt Ecclesia ædificetur in domibus suis,
quas postea cum alijs permutauit, hæres ædificando in ę-
dibus permutatione acquisitis, fauet testatoris dispositio-
ni, qui cum dixerit in domibus suis, intellexit tam de tunc
habitis, quàm de ijs, quas habiturus erat, *Bartol. consil. 26.
nu. 3. lib. 1. Socin. iun. cons. 162. nu. 22. & 26. lib. 2.* Idem er-
go dicendum est de Ecclesia monialium, vt non solum
designetur Ecclesia, quæ tunc erat monialium, sed etiam
quæuis alia, quæ futura esset dictarum monialium; cum
ratio diuersitatis probabilis non detur; immo si secus di-
xerimus, eueniet, vt in futurum missa amplius in Ecclesia
13 monialium non celebretur. Quartò, † omne præceptum
testatoris recipit interpretationem possibilitatis, & eius
quòd commodè fieri potest, *c. nos quidem, de testam.* Vnde
si moniales, quibus iniunctum fuit hoc onus commodè,
& in loco del Fine satisfacere non possunt, æquum est, vt
eo modo, quo melius fieri potest, satisfaciant, *vt ibi notant
Abb. num. 13. Couar. nu. 9. Specul. de instr. edit. tit. de vlt. vol.
num. 64. & ibi Add. & Roch. de iure patr. in verb. constru-
xit. num. 12. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 86. vers.*
14 *confirmari potest. de const.* & † hoc casu difficile, & im-
15 possibile æquiparantur; maximè † vt minus censeatur
grauatus legatarius, *argum. l. si ita relictum, in fine, princ. de
legat. 2.* quòd procedit, maximè quoties impedimentum
facto onerati non prouenit, vt in casu isto, in quo auctori-
tate superioris, non autem propria voluntate moniales
translatæ fuerunt, *& bene facit text. in l. legatum, de vsufr.
legat. quem allegat Bart. in d. cons. 26.* Quintò, ponderata
fuerunt verba translationis legati, quæ sunt concepta in
euẽtum, quòd moniales nollent facere celebrare missam,
neque additum est in dicta Ecclesia, & ne censeatur repe-
titum hoc vigore dictionis (dicta) dictum fuit, onus idem
dicendæ missæ impositum Misericordiæ sine alicuius lo-
16 ci expressione. Vltimò facit, quòd † facta translatione ab
habente potestatem, omnia iura pertinentia ad Ecclesiā,
& translata, pertinent ad eam, in quam fit translatio, *c. &
hoc diximus, 16. q. 7. & ibi glos. c. Abbatiam in fine, & ibi glos.
de verb. signif. glos. vnica, in c. si quis vult, 16. q. 7. Io. Andr.
in c. cum personæ, col. 1. de priuileg. in 6. & ibi Anchar. no-
tab. 13. Rebuff. in prax. benef. tit. de translat. Episc. nu. 19. Lap.
allegat. 68.* & hanc opinionem maior pars Dominorum
17 amplexa est non obstantib. in contrarium deductis. † Et
ad primum argumentum responsum fuit, procedere in lo
co principaliter à testatore contemplato, quod cessat hic
ex deductis in secundo, & tertio fundamento, procedere
denique vbi id commodè fieri potest; vt in quarto fun-
18 damento. Ad secundum dictum fuit † dictionem (ipsa) li-
cet personalissimam, determinare sequentia verba, nem-
pe, Ecclesia monialium, & cum hac qualitate accipienda
est, quæ qualitas inest Ecclesiæ del Clusone, & desijt fuis-
se del Fine. Ad tertium dictum est, tolli argumentum ex
19 deductis in secundo fundamento, in † quo probatum est,
habitam fuisse contemplationem personarum ipsarum
monialium, necnon fauoris animę testatoris, quę vti prę-
ponderantia magis attendi debent, quam locus, qui per se
non fuit habitus in consideratione, sed monialium intui-
tu; & ideo non censetur appositus gratia taxationis, sed
fuit expressus gratia facilioris exequutionis, & quando

locus

locus non exprimitur cum mysterio, etiam si ponatur in eadem oratione, non restringit dispositionem, *Auth. Cassatum gloss. C. de sacrosanct. Ecc. Dec. cons. 7. colum. 2. & 3.*
10 Non obstat, † quòd Ecclesia del Clusone non fuerit per testatorem cognita, quia immo in genere satis censetur cognita sub illa expressione Ecclesiæ monialium, cum ista hodie sit dictarum monialium Ecclesia, vt dictum fuit in tertio fundamento. Et quòd dicitur attendendum tempus testamenti, *l. si ita, de au. ro. & arg. leg.* procedit ad effectum determinandi, quid, & quãtum legatum sit: aliud est, si quæratur de exequutione legati, quę habet tractum temporis, *vt declarat Bartol. in d. l. si ita, & habetur per D. meum Mantic. lib. 7. tit. 11. nu. 12. & lib. 3. tit. 11. num. 22.* Et ita tollitur quartum fundamentum. Ad quintum responderut ex deductis in primo fundamento, cum simus in claris, legatum fuisse factum contemplatione monialium, & distinctio Doctorum magis fauet huic parti, & loquuntur de legato facto pro missis dicendis, qui non est casus noster. Ad sextum dicitur procedere, vbi ex legato quæritur ius certis personis, vel incertis eligendis; nam semel facta electione variatio non admittitur, sed ad rem nostram non faciunt.

Romana Pecuniaria, seu Domus.
Die 23. Octobris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Tactum resolutiuum operatur, quatenus ille, pro quo fuit appositum, vti velit, & videtur nolle vti, quando agit pro implemento.*
2 *Propter mandatum exequutiuum, à quo fuit appellatum, non impeditur purgatio moræ.*
3 *Moræ purgatio impeditur, vbi exequutio est facta à lege, vel ab homine; secus est mediante appellatione, quæ omnia suspendit.*
4 *Moræ purgatio semper admittitur, vbi non est factum deterius ius alterius.*
5 *Morosus tenetur ad refectionem expensarum propter moram factarum.*

DECISIO MCL.

1 ADmittendum Calandrinum ad † moræ purgationẽ, cum Gibertus vsus non fuerit pacto resolutiuo pro se apposito, & ipso volente, *ad l. 2. de leg. commissor.* neque egerit pro restitutione arrhæ, sed pro implemento contentorum in instrumento venditionis; Vnde Iosephus offerendo domum, non tam agit de mora purganda, quàm de
2 debito soluendo; & † licet decretum fuerit mandatum exequutiuum contra eum ob non implementum; tamen cum ab eo fuerit appellatum, dicitur suspensum, & potest hodie Iosephus implere, prout potuisset in priore instan-
3 tia; & sic cessat, quod dicitur, † impediri purgationẽ moræ, vbi exequutio est facta à lege, vel ab homine, *iuxta notata in l. si insulã, de verbor. obligat.* nam appellatio suspen-
4 dit omnia, & maximè † cum non sit factum deterius ius Giberti; quo casu semper admittitur purgatio, *vt fuit dictum in causa Roman. mutui. 1567. coram bon. mem. Ioanne*
* *Aldobrandino.* * † Quantum ad expensas dictum fuit
5 Iosephum teneri, cum sint factæ propter ipsius moram in consignando domum, *Bald. in l. non ignorat, C. de fruct. &*
a *lit. expens. cum alijs.* a

* *Et dictum fuit sup. in Romana de Manilijs 19. Nouemb. 1581. nu. 7. & in Roman. Casalis Marcelliani 16. May 1588. nu. 7.*
a *Corn. in d. l. non ignorat. nu. 8. Alex. in l. Aristo. nu. 5. de acq. hered. Afin. in sua praxi, §. 32. ampliat. 10.*

Toletana Professionis.
Die Veneris 27. Octobris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Cum procuratore domino litis effecto lis continuari potest, vbi non constat ab aliquo fuisse nec aditam nec repudiatam hæreditatem.*
2 *Lite adhuc pendente super eo, An aliqua sit monialis nec ne, monasterium non potest dici successisse ab intestato.*
3 *Bona non possunt dici vacantia, quousque reperiatur facta prius diligentia, an quis velit esse hæres, sed dicitur hæreditas iacens.*

DECISIO MCLI.

1 POsse † procedi in causa cum procuratore litis domino effecto, cum adhuc non constet aliquem adiuisse hęreditatem, neque repudiasse; Ideo interim potest procurator continuare, *Ang. & Imol. in l. non solum. §. morte, in princ. de nous oper. nunc. Dec in c. relatum, de off. deleg.* maximè cum nulla facta appareat diligentia, an aliquis velit
2 hęres esse. Non obstat, quod dicitur † monasterium ab intestato successisse, quia adhuc non liquet, An ista esset monialis, & super hoc pendet lis. Non obstat, quòd Comitissa, & Marchio, qui dicuntur metum intulisse, sint proximiores, quia non fuit facta diligentia, an velint esse hæredes, vel potius velint hęreditatem deferri ad vlteriores in
3 gradu; Vnde † interim non possunt dici bona vacantia sed hęreditas iacens, quousque facta diligentia reperiatur, qui velit esse hæres, *Capic. decis. 87. nu. 6. & 9.* Ideo potest procurator dominus litis eam prosequi hoc medio tempore. Et ita fuit dictum in Romana status de Colum-
* na 1573. *

* *Sub die 6. Martij 1573. & fuit dictum in Salamantina pensionis 29 Nou. 1593. coram R. P. D. Penia.*

Calaguritana Pretensi panis cocti.
Die Veneris 3. Nouembris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra patrem quando filium non afficiat, & contra eum exequi non possit.*
2 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse, impedit exequutionem rei iudicatæ.*

DECISIO MCLII.

1 NOn esse procedendum ad vlteriorem exequutionem contra † modernum Comitem de Onnate, ex eo, quod venit ad causam ex propria persona, cum particulari commissione, & ipse non est hæres patris, immo repudiauit hęreditatem, nec fuit eius ius discussum, quod prætendit sibi competere in istis decimis ratione Maioricatus, quem à patre non habet, neque fuit ipse spoliator, ita vt sententia in spolio ipsum afficere possit, *& in istis terminis fuit resolutum coram R. P. D. meo Pamphilio, in vna Toletana de*
2 *Cupilla, 19. Februarij 1593.* † Tertius enim veniens ad causam pro suo interesse, impedit exequutionem rei iudicatæ, *Innoc. in c. veniens, el 2. de testib. Rota 2. de re iudic. in an-*
* *tiq. & fuit pluries in Rota resolutum.* *

* *Fuit dictum sup. in Placentin. bonorum, 19. Iun. & 2. Decemb. 1587. & in Corduben. statutorum 24. Ian. 1590.*

Hostunens. Beneficij, seu Capellæ.
Die Lunæ 6. Nouembris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Prouisio beneficij & possessio capta pendente lite sunt attentata.*

Vbi

2 *Vbi concurrunt duæ subrogationes gratiosæ in idem ius, non proceditur exequutiuè, sed via ordinaria.*
3 *Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, facit gratiam conditionalem.*

DECISIO MCLIII.

DOmini censuerunt sequestrandam esse possessionem;
1 quia quantum ad Triarium, † Aut nititur possessione capta de anno 1588. vigore prouisionis Ordinarij, & illa vnà cum prouisione sunt attentatæ, cum tunc lis penderet. Præterea, numquam habuit effectum, cum Radicchius possederit vsque ad obitum; Aut nititur possessione capta post obitum Radicchij in vim gratiosæ subrogationis in ius & possessionem Scaleni, & Radicchij, & minus, quia Petratolus semper possedit, qui & ipse habebat gratiosam subrogationem in ius, & possessionē Ra-
2 dicchij, † & vbi concurrunt duo subrogati in idem ius, non proceditur exequutiuè, sed via ordinaria, *Put. 131. lib. 2. & fuit dictum in Lucana Mausculatus, de anno*
* *1585. coram R. P. D. Orano.* * Non obstat, quòd subro-
3 gatio Petratoli † esset conditionalis: quia pariter gratia Triarij propter Clausulam, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, & tunc aderant præsentati; sed hæc sunt in petitorio examinanda; Indello verò non potest dari manutentio, quia eius possessio capta est lite pendente, & proinde attentata. Ideo apposito sequestro videndum, quænam partium melius ius foueat.

* *Sub die 27. Apr. 1587. & facit Put. decis. 294. lib. 1. Franciscus de Miranda. N. hed 208 & 330. præsertim cum vterque veniat ex subrogatione eiusdem personæ, Put. 308. per obitum Ioannis lib. 1.*

Ianuens. Viridarij.
Die Lunæ 6. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Arbitrio Rotæ, in Rescripto, relaxat aliquid de rigore iuris, suadente æquitate.*
2 *Testibus nulliter examinatis ob impedimenta, & tergiuersationes partis aduersæ, non solum ex æquitate, sed etiam iure ordinario fides adhibetur.*
3 *In summarissimo possessorio sufficit qualisqualis probatio etiam minor semiplena.*
4 *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus turbationis, & molestiarum.*
5 *Simulatio qualiter probetur.*

DECISIO MCLIIII.

DOmini distinxerūt causam in duas difficultates; prior est, an sit locus arbitrio Rotæ, ad effectum, vt in hoc articulo manutentionis adhibeatur fides testibus nulliter examinatis, & iuribus informiter extractis: Altera est, an ex his, & alijs pro clericis deductis oriatur sufficiens probatio possessionis, ita vt sit eis dandum mandatum de manutenendo. Quantum ad priorem, Domini censuerunt
1 vnanimiter † esse locum arbitrio; nam licet arbitrium sit regulandum à iure; tamen vt pluries fuit resolutum per hanc formulam rescripti relaxatur aliquid de rigore iuris, id suadente æquitate, *Crescent. decis. 187. aliàs 4. de te-*
2 *stib. num. 3.* In casu autem, de quo agitur, † stantibus impedimentis, & tergiuersationibus partis aduersæ per spatiū octo mensium circiter, non solum ex æquitate, sed etiam iure ordinario fides est adhibenda testibus etiam nulliter examinatis, *vt per Doctores in c. peruenit, il 1. de testib. cogend. cum alijs per Ferret. cons. 160. lib. 1. & dictum fuit in hac eadem causa, 27. Februarij.* Neque obstat fides illorum quinque nobilium dicentium se post productionem non fuisse interpellatos, vt subijcerent se examini, & quòd se examinassent, quia licet illis non fuerit præstitum impedimentum, fuit tamen præstitum Notario, & Iudici remissoriæ, qui hac de causa sese ab eo munere exonerauit. Quantum verò ad alteram quæstionem, Domini dixerūt,
3 satis constare de possessione clericorum; nam † cum versemur in causa summarissimi possessorij, in quo non requiritur iam exacta probatio, sed qualisqualis, sufficiat etiam minor semiplena, *vt per Castr. cons. 3. lib. 2. Couarr. pract. qq. c. 17. latè Modern. in vlt. remed. retinend. num. 34.* vltra testes nulliter examinatos, qui de possessione clericorum bene deponunt, & dicunt de anno 1591. citra vidisse Patres possidere, & reddunt causam scientiæ, quia Patres clauserunt alias portas Viridarij, partim muro, partim lignis, & aperuerunt in loco antiquo contiguo eorū Viridario portam, per quam solum aditus erat ad Viridarium, de quo agitur, & loquuntur non solum de parte
4 emphyteutica, sed etiam de allodiali, & toto Viridario, † & ita possessio præsumitur continuata vsque ad tempus turbationis, & molestiarum ipsis per partem aduersam illatarum, *glos. & Doctor. in l. sicut possidetis, C. de probation. Couar. in reg. possessor. parte 2. §. 1. in princ.* maxime cum ostium fuerit, vt minus diuerteretur, vt posset pars cōtraria ingredi Viridarium, quæ res concludenter ostendit solos clericos tunc possedisse Viridarium, cum nullus aliundè pateret aditus, nisi per ostium à parte ipsorum: Neque iste actus ipsis præiudicat, cum non habuerint se pro spoliatis, immo recursum habuerunt ad Episcopum, a quo obtinuerunt manuteneri, & in pristinum omnia reponi. Non obstant ea, quæ facta fuerunt per Syndicatores, & cessio litis facta per Bargonum, quia præterquam quòd agebatur de re Ecclesiæ; vnde nulla competebat iurisdictio, & ad hoc iudicium numquam fuerunt citati clerici, qui erant in possessione; Bargonus ille nullum ius nec possessionem habebat in hoc Viridario; nam emptio per eum facta fuit pro clericis, & ad eorum vtilitatem, & sic aliud actum, aliud simulatum, & hoc propter statutum Ianuense, quo
5 ipsis non licebat emere: † De hac simulatione constat nō solum ex testibus, sed etiam ex solutione pretij, & interesse, facta a Patribus venditrici, habita ratione ad totum Viridarium, vt liquet ex computo, necnon ex solutione Gabellæ facta quidem per Bargonum, sed ex pecunijs clericorum, vt probatur ex partitis, *Bald. cons. 151. lib. 5.* Non obstat, quòd testis quintus dicat, quòd Patres possidebāt sub nomine Bargoni; quia sub simulato emptoris nomine, non Bargonus, sed ipsi possidebant, immoneque ipse Bargonus potuisset in Viridarium ingredi, nisi per ostium Patrum. Non obstat, quòd Patres mouerint iudicium contra Bargonum super retractu partis emphyteuticæ, quia illud factum fuit, vt facilius possent obtinere licentiam à Senatu pro parte allodiali ratione communionis, & contiguitatis: Et hæc omnia ex composito inter eos actitata fuerunt, ad euitandam pœnam statuti. Et ita conclusum clericos regulares Sancti Syri esse manutenendos.

Parmens. Status.
Die Veneris 10. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Commissio oretenus data iudici, se informandi extraiudicialiter, nō impedit processum coram suo iudice, & n. 4.*
2 *Causa numquam censetur auocata, nisi expressè dicatur.*
3 *In dubio non præsumitur Papam causam auocare velle.*
5 *Gesta per minorem sine sollemnitatibus requisitis an valeant ad eius fauorem, præsertim parte non opponente.*
6 *Oppositio debet in singulis actis iudicij repeti.*
7 *Minor ætas probatur ex curatoris datione tantum in præiudicium illius, ad cuius instantiam datus fuit curator.*
8 *Probatio minoritatis de vno tempore non concludit de alio tempore.*
9 *Fundans se in minori ætate ad subuertendum examen, illam probare debet.*

Mi-

10 *Minor ætas an probetur per testes.*
11 *Nullitates post præfixum terminum ad docendum de nullitate vigore commissionis opponi non possunt.*

DECISIO MCLV.

DVæ nullitates deductæ fuerunt pro parte Dominorum de Rangonibus contra examen testium Dominorum de Pallauicinis; Altera de defectu iurisdictionis; Altera de defectu personæ Sigismundi comparentis ratione minoris ætatis: Prior nullitas deducebatur ex eo, quod testes isti de mense Octobris anni 1536. fuerunt examinati coram bon. mem. Dario, à quo tunc temporis causa fuerat auocata, & commissa Cardinali Simonetæ ad referendum Sanctissimo: Verum hæc nullitas reiecta fuit per Dominos, quia examen testium fuit factum ante motum proprium auocatorium causæ, de quo tempore licet Simoneta posset se informare extraiudicialiter ratione
1 commissionis sibi oretenus datæ à Papa; † tamen hæc non impediebat processum coram suo iudice, vt quotidie practicatur; maximè cum ante motum proprium Cardinalis numquam inhibuerit, & in processu causæ istis testibus vsus fuerit; & idem sensisse apparet Rangones, qui post dictam verbalem commissionem examinarunt testes eo-
2 dem modo, † & receptissimum est causam numquam censeri auocatam, nisi id expresse dicatur, *Cassad. 1. de rescrip.*
3 nam † in dubio non est præsumendum Papam causam auocare velle, *Paris. cons. 49. nu. 12. lib. 4.* neque hic agitur de sustinenda sententia interim lata, quod posset pati maiorem difficultatem, sed de examine sustinendo, quod Papa non censetur voluisse impedire. Neque obstat, quod
4 in motu proprio subsequuto, † Papa testetur se viuæ vocis oraculo commisisse causam Cardinali ad referendum; quia non dicit se id fecisse cum causæ auocatione, prout postea eam in dicto motu proprio auocat; & ita respondetur ad actum transportationis actorum, factum de partium consensu penes Cardinalem, quia hoc erat necessarium, vt ipse posset capere saltem extraiudicialiter informationem, non autem ad effectum vt causa censeretur tunc temporis auocata, quod patet, quia non obstante trasportatione vtraque pars testes induxit, & examinauit coram Dario. Altera nullitas ob minoritatem Sigismundi fuit similiter per Dominos reiecta; nam omissa disputa-
5 tione, † an valeant gesta per minorem ad eius fauorem, de qua *per Doctor. in l. non eo minus, C. de procurator. Bald. in l. si curatorem, C. de in integr. restit. min.* cum videatur ob-
* stare partis oppositio *ex deductis in decis. Quiroga.* * quamuis responderi possit oppositionem non suffragari, ex quo
6 non fuit † in singulis actis, neque in isto examine repetita, quod tamen erat necessarium, *iuxta decis. Mohed. 44.* hoc inquam omisso dictum fuit non probari minorem
7 ætatem Sigismundi de anno 1536. quia † aut deducitur ex datione curatoris, & illa probat tantum in præiudiciũ illius, ad cuius instantiam fuit datus curator, *Salic. in l. si minorem in penult. quæst. C. de in integr. rest. min. Alex. cons. 21. cum seq. lib. 1. Dec. cons. 149. nu. 4. Iacobin. de S. Georg. in l. de ætate. num. 12. de minor. & fuit dictum in causa Sarsinatensi 28. Ianuarij 1583. coram S. D. N.* Præterea, cum
8 fuerit datus de anno 1534. † non concludit fuisse minorem anno 1536. cum simus in ijs, quæ tractu temporis mutantur, *l. spadonem, §. si quis absolutus, de excusat. tutor.* &
9 † probatio minoris ætatis incumbit ei, qui se in ea fundat ad subuertendum examen. Aut Rangoni nituntur ex di-
10 ctis testium; † & illi minus probant, *iuxta Bar. doctrinam, quam communiter sequuntur Doctor. in l. de ætate, de minorib. Caputaq. decis. 167. & 285. lib. 1.* Aut deducitur minoritas ex eo, quod non fuerit nominatus in testamento de anno 1511. & non concludit, cum vsque ad annum 36. intercedant anni 25. Obiter quoque dixerunt Domini nullitatem ex recusatione interpretis non probari; & ideo
11 conclusum examen sustineri, maximè † cum istæ nullitates opponantur post lapsum tanti temporis, & post commissionem præfixionis termini ad docendum de nullitate
a *Cassad. 4. nu. 5. de dilation.* a *cum alijs.*

* *In Spoletan. bonorum 1. Iunij 1558.*

a *Nam præsumitur calumnia in eo, qui longo tempore differt exceptionem proponere, Bald. cons. 37. quidam tabellio. in fin. lib. 1. Anch. cons. 254 num. 3. vers. & cum tempore Boer. q. 42. num. 20. Aym. cons. 75. nu. 9. & ex longo silentio oritur suspicio contra partem l. si quis forte, §. 1. ff. de pœn. Aym. cons. 65 nu. 8.*

Valentina Matrimonij.
Die Veneris 10. Nouembris 1595.

SUMMARIUM.

1 *Conditio tacitè non intelligitur.*
2 *Confessio extraiudicialis parte absente facta per testes singulares non probatur.*
3 *Promissio de ducendo in vxorem eam, quæ sibi est coniuncta in gradu prohibito, facta simpliciter, non valet.*
4 *Promissio de ducendo eam, quæ sibi est coniuncta, facta sub conditione, si Papa dispensauerit, sequuta dispensatione non habet vim matrimonij, nec minus vim sponsalium; nisi sequatur nouus consensus.*
5 *Intentio Papæ, quando dispensat in gradu prohibito, est solum dandi facultatem contrahendi, non autem approbandi, & ratum habendi, quod illicitè gestum est.*
6 *Copula nihil operatur quo ad effectum matrimonij, non data validitate sponsalium post Sacrum Concil. Trid.*
7 *Solutio expensarum facta pro obtenta dispensatione matrimoniali non habet vim noui consensus.*

DECISIO MCLVI.

PLures excitatæ fuerunt difficultates; Prima est, an probetur promissio Ioannis ducendi Annam in vxorem; & Domini censuerunt probari ex pluribus confessionibus, neque circa hoc fuit aliqua controuersia: Secunda est, an probetur dictam promissionem fuisse factam sub
1 conditione, si Papa dispensasset, & maior pars Dominorũ tenuit non probari; quamuis enim in confessione subdat,
1 quòd miserat pro dispensatione ad Curiam; † tamen hoc non facit, quòd tacitè subintelligatur conditio, sed est necesse, vt expressè apponatur, *l. conditiones extrinsecus, de cond. & demonst. glos. in c. 1. § ille verò. in verbo, conditionẽ. de sponsal. in 6.* neque hanc conditionem fuisse expressè appositam probãt duo testes dati in memoriali, quia sunt singulares, & loquuntur de confessione extraiudiciali par
2 te absente facta, † quæ non probatur per testes singulares, *Put. decis. 476. lib. 2. & pluries fuit tentum in Rota*: Vnde
3 consequens est, † vt dicta promissio non valeat, vtpotè facta inter eos, qui erant coniuncti in tertio, & quarto gradu consanguinitatis. Tertia difficultas fuit, dato quòd pro
4 baretur promissio sub illa conditione, † an sequuta dispensatione teneat matrimonium saltem in vim sponsalium, vel requiratur nouus consensus, & Rota in alijs causis, nẽpe Abulensi, & Taurinensi amplexa est illam opinionem,
5 quod requiratur nouus consensus, † cum intentio Papæ, quando dispensat in gradu prohibito, sit solum dandi facultatem contrahendi, non autem approbandi, & ratum habendi, quod illicitè gestum est, *Card. in c. super eo, & ibi Abb. nu. 8. & Præpos. n. 5. de cond. appos. Aret. cons. 142. Siluest. in verb. matrimonium il 3. q. 9. Sotus super 4. dist. 29. q. 2. art. 1.* Non obstant allegata *per Couar. lib. 4. decretal. par. 1. c. 3. num. 7.*
* *cum reliquis,* * quia ipsemet fatetur contrariã opinionem esse communem, & illa opinio posset procedere in conditione apposita in promissione aliàs valida, non aũt in inualida. Non obstat, quod cõditio beneplaciti, facit, vt promissio sit valida, quia immo Doctores per eum citati habẽt pro impossibili, eamq. reijciunt. Nõ obstat, quod dicitur de copu-
6 la, † quia data nullitate sponsalium, ea nihil operatur post

Concilium Tridentinum, quod disponit, ne copula faciat transire sponsalia nulla in matrimonium. Vltimò
7 non obstat, † quod deducitur de nouo consensu ex solutione facta mercatori ratione obtētæ dispensationis, quia siue vellet, siue nollet, Ioannes tenebatur actione mandati ad reficiendas expensas factas pro consequenda dispensatione. Et ex his conclusum sententias Dertusensis & Nuncij esse confirmandas.

* *Reliqui, qui allegantur in informationibus, sunt Innoc. in c. super eo. de sponsal & ibi Card. num. 2. versic. quare quid si dicit. Abb. num. 8. Aretin. cons. 142. num. 3. Idem in l. apud Iulianum, §. constat, colum. 3. de leg. 1. ubi refert communem, Henric. in cap. fi. de condit. appos. num. 2. versi. aut est talis conditio, Loazes in trac. matrimonij in 12. dubio, Sum. Syluest. in verb. matrimonium, il 3. q. 9. & dictum fuit in Taurisien. sponsaliorum 2. Decemb. 1594.*

Romana Bonorum de Columna.
Die Lunæ 13. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio transactionis impedit litis ingressum, & regressum ad eam.*
2 *Heres tenetur stare facto defuncti etiam super re propria ipsius hæredis.*
3 *Transactio conditionalis pendente conditione suspendit litem.*
4 *Contractus conditionalis, quantum ad effectum, vt non liceat ab eo recedere pēdente cōditione, dicitur perfectus.*

DECISIO MCLVII.

1 FVit resolutum † exceptionem transactionis obstare Illustrissimo D. Francisco, cùm impediat litis ingressum, *l. fra. res, C. de transact. on. c. 1. de lit. contest. in 6. l. post quam lit. C. d. pact.* non enim datur regressus ad litem, ne-
2 que etiam hæredi transigentis, † cum teneatur stare fa-
* cto defuncti, * etiam si super re hæredis transegisset, *a* vel
a etiam super fideicommisso antiquissimo, *glos. & Doctores in l. cum à matre, C. de rei vendic. Gabr. cons. 125. num. 2.*
b *lib. 2. cum alijs allegatis.* *b* Non obstat, † quod transactio
3 fuerit facta sub conditione, si, & quatenus recuperaretur Castrum Nouum, & non alias, quia licet hęc conditio respiciat plenarium effectum transactionis, scilicet vt demum sequuta recuperatione fiant ea, quæ inter partes fuerunt conuenta, nihilominus parit effectum suspensiuum litis, donec terminetur iudicium, quod pendet in Camera Apostolica super recuperatione Castri Noui, & interim non licet recedere ab ea, sed tantisper exspectandum, donec appareat ex euentu prosequutionis litis, quam simul agitare debēt partes in Camera, an possit recuperari, nec-
4 ne dictum Castrum Nouum; † Contractus enim conditionalis, quantum ad effectum, vt non liceat ab eo discedere pendente conditione, dicitur perfectus nec resoluitur, nisi purificato euentu conditionis, *glos. & Doctores, in l. necessario, §. quod si pendente, in versic. ita res. de peric. & comm. rei vend. Castr. in l. 2. circa fin. C. quand. lic. ab empt. disc. Salic. in l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. Afflic. decis. 280. num. 3. Paris. consil. 59. num. 9. lib. 1. Gabr. consil 64. num. 6. lib. 1.* quod & clare ex verbis transactionis elicitur. Non obstat, quod dicitur constare dictum Castrum non posse recuperari, & ita factum esse locum pacto resolutiuo, quia cum lis adhuc in Camera pendeat indecisa, non potest dici constare, quòd recuperari non possit, nisi desuper fuerit lata sententia: nec verum est, iudicandum hoc impossibile, cum pendeat a voluntate Principis, quia immo Princeps committendo causam in Camera, ostendit sibi cordi esse, vt negotium mediante iustitia terminetur, & licet noluerit ad partium instantiam causam à Camera auocare, hoc tamen non arguit, quòd velit impedire, quo minus ius partium ibi deducatur, & fiat iustitia; sed hoc fecit, quia ex natura sua hæc causa est Cameralis, & ibi tractanda.

* *Bald. in c. 1. §. item hæredes, de nat. feud. Bart. in l. Lucius, num. 4. ff. solut. matr.*
a *Glos. in l. fin. §. in computatione. & ibi Bald. Castr. & omnes. C. de iur. delib.*
b *Roman. cons. 28. n. 3. & 4. Soc. iun. cons. 115. n. 52. & seq. li. 1. Alban. cons. 29. n. 17. lib. 1. Rimin. iun. cons. 23. n. 34. lib. 1. Rol. cons. 30. n. 29. & seq. lib. 4. Men. cons. 89. n. 60. lib. 1.*

Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 13. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ numeratæ mercatori an præsumantur numeratæ ex causa depositi, vel alia, & num. 3.*
2 *Inter deponentem & depositarium debet esse differentia.*
4 *Effectus tribuitur primæ causæ.*
5 *Posterior euentus formatur, & regulatur à primordio tituli.*

DECISIO MCLVIII.

ANno 1594. vigente adhuc ratione Banchatia de Altouitis, Illustriss. D. Ioannes Baptista de Monte, constituit procuratores suos Dominos Pierotium Altouitum & Fabium Borgianum mercatores Romanam curiam sequentes, in solidum ad resignandum diuersa officia, quæ erant super vita quondam D. Tancredi Marchionis Sorbellæ, quorum dispositio ipsi D. Ioanni Baptistæ erat reseruata, & ad exigendum pretium, & de eo quietandum in forma. Dominus Pierotius vigore mandati resignauit dicta officia, & dedit creditum in libris dictæ rationis hæredibus prædicti domini Marchionis Tancredi, vt in partitis: deinde euenit, vt dicta ratio bancharia defecerit: Vnde pro repetitione dictarum pecuniarum dicti Domini hæredes prætendentes se inter depositarios esse connumerandos, egerunt actione depositi, Verum D. Pierotius & alij creditores exceperunt pro istis pecunijs competere tū actionem mandati, non autē depositi & super hac controuersia dedi dubiū in Rota, An competeret actio depositi, vel mandati, & causa bis proposita, Domini resolue-
1 runt competere actionem mandati tantum; nam † licet regulariter pecuniæ positæ penes mercatorem præsumantur depositæ, *glos. in l. spoliatorum, depositi. Bald. in l. incendium. num. 2. & Salic. num. 3. C. si cert. pet. cum alijs deductis*
* *per informantes*, * *& fuit resolutum in causa Romana*
a *census coram bon. mem. Rubeo 21. Februarij 1578. a & in causa Romana de Baldassinis coram R. P. D. Gypsio de an-*
b *no 1584. b* & hoc procedat, etiam quòd pecuniæ non afferantur ad banchum ab ipsomet principali, sed ab alio eius nomine, *l. Lucius la prima, depositi. Fulg. in l. 1. §. si te rogauero eod. tit.* tamen nō applicatur casui, de quo agitur, in quo pecuniæ non fuerunt allatæ à Dominis de Sorbello, neque ab emptoribus officiorum, sed fuerunt exactæ per Bāchum, vt patet in 1. 2. 3. & 4. partita, & licet sint positæ in creditum Dominorum de Sorbellis, ex stylo mercatorum, cum ipsis essent debitæ, nō tamen possunt dici depositatæ, cum fuerint ibi positæ ab ipsomet mercatore, qui illas exe-
2 gerat; † nam debet esse differentia inter deponentem &
3 depositarium, † & videtur iste casus decidi *per textum in d. l. 1. §. quod si rem, depositi. & in d. §. si rogauero*, vbi si quis dat mandatum ad exigendum pecunias, & procurator exigit, & custodit penes se, datur domino actio mandati tantum, non autem depositi; nam contractus mandati, vt principalis attendi debet, & custodia venit vti accessorium, quod non habetur in consideratione, *prout notant ibi Doctores.* Neque obstat, quòd prædicta non procedant, vbi interueniunt plures personæ, puta, quia vnus exegit, & alij dedit in custodiam, quia hoc casu competit actio mandati contra eum, qui exegit, & depositi contra eum, qui recepit in custodiam, *d. §. si te rogauero*, & ita videtur competere vtraque actio, prior contra Pierotium, posterior cōtra Banchum; nam fuit responsum personā Pierotij, quando con-

do constitutus fuit procurator contemplatam fuisse vti mercatoris, & Domini banchi, *Aymo, consil. 284. num. 4.* quod apparet ex eo, quòd etiam constitutus fuit cum eo Borgianus, qui erat institor eiusdem banchi, & rationis, & fuit datum in mandatis, vt darent cedulam superuiuentiæ, quæ solet dari à solis mercatoribus; Et cum his concurrit obseruantia, cum totum hoc negotium fuerit expeditum per homines banchi, & in adnotatione partitarum enunciatur Pierotius maior rationis; adeo, quòd eius persona non potest considerari separatim à qualitate mercatoris, & domini rationis bancharię. Nec obstat, quòd ratio cantet sub nomine hæredum Ioannis Baptistæ de Altouitis, quia re vera ipse est vnicus hæres, & licet nominatus fuerit in mandato nomine proprio; tamen id fuit ratione facilioris exequutionis, ne in hoc negotio esset ei necessarium legitimare personam, & qualitatem hæredis. Neque obstat, quòd pecuniæ fuerint positæ in bancho per emptores officiorum, & sic videantur depositatæ nomine venditoris, *per d. l. Lucius, & Fulgos. in d. §. si te rogauero,* quia in facto non verificatur; nam fuerunt per banchum exactæ, nempè mediantibus banchi officialibus, &
4 ita † id omne, quod gestum est, debet tribui primæ causæ præcedenti, *l. quædam mulier, de rei vend. l. 2. C. de acq. poss.*
5 quia † à primordio tituli formatur, & regulatur posterior euentus, *l. 1. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. Aymo cons. 106, nu. 10.* Et ita conclusum.

* *Alex. in l. cum quid n. 11. ff. si cert. pet. & ibi Curt. nu. 17. Alc. n. 38. Bologn. nu. 63. Alex cons. 184. nu. 4. lib. 7.*
a *In impr. diuers. nouiss. est decisio 375. n. 14. par. 1.*
b *In Roman. depositi, 5. Nouemb. 1584. coram Gipsio.*

Oriolens. Fructuum.
Die Lunæ 20. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Allegans consuetudinem, illam probare tenetur, & concludenter.*
2 *Testis verisimiliter informatus, & peritus, ac sciens quid requiratur ad inducendam consuetudinem, eam probat, licet non exprimat actus particulares, & nu. 5.*
3 *Consuetudo, quæ non est contra ius, probatur per tempus decem annorum, & sufficit, quòd testis dicat à tali tempore citra, per dictionem, semper.*
4 *Testes, vt probent consuetudinem, debent conuenire in actibus particularibus.*
6 *Consuetudo, cum sit stricti iuris, probari debet in specie in loco, de quo agitur, cum non extendatur.*

DECISIO MCLIX.

Domini censuerunt, non probari consuetudinem, de
1 qua agitur, in diœcesi Oriolensi, † cum enim allegans teneatur illam probare, *vt per Doctor. in c. fin. de consuet. Bart. in l. de quibus, nu. 6. de legib.* & id quidem concludenter, *Guid. Pap. cons. 231.* ista probatio, quæ affertur, licet inducat animum Dominorum ad credendum rem ita se habere; nempe, quòd beneficiati non percipiant fructus primi anni, sed earum solutio differatur post obitum beneficiati; tamen excepto quinto teste, alij in pluribus deficiunt; prædictus enim quintus testis, qui fuit Vicarius in loco, licet simpliciter dicat adesse istam consuetudinem
2 absque eo, quòd exprimat actus particulares, † quia tamē verisimiliter est informatus, & peritus, sciens quid requiratur ad inducendam consuetudinem, satis probat, *ex Bar. in d. l. de quibus, num. 23. cum alijs per Tib. Decian. cons. 51. num. 80. lib. 2.* maximè cum subdat duabus vicibus illam
3 fecisse in iudicio seruare de anno 1582. & † concludit ab anno 1580. citta, per dictionem, (semper) & sic per decem annos ante vacationem istam, quod sufficit in consuetudine, quæ non est contra ius, immò quæ habet assistentiam iuris communis, *vt fuit decisum coram me, 26. Nouembris 1593. Ias. in d. l. de quibus, num. 50. Tiber. Decian. vbi supra num. 32.* Verum alij testes non concludunt; nam secundus testis, quantum ad tempus, dicit de tempore sui recordatus, neque specificat, à quanto certo tempore recordetur.
4 † neque in actibus particularibus per eum adductis habet aliquem contestem, Et sextus, qui testatur de actibus particularibus, loquitur de diuersis ab illis; vnde non cōueniunt in hac probatione, *l. 2. C. quæ sit long. consuet. Dec. cons. 215. nu. 3. cum alijs per Gabr. concl. 5. de testib. num. 25.*
5 † Tertius quoque testis non concludit de aliquo certo tempore, & non specificat actus particulares, nec constat, quòd sit peritus, vel verisimiliter informatus, *Alex. cons. 4. num. 1. lib. 2. Dec. cons. 483. num. 24. Paris. cons. 27. nu. 37. lib. 1. Aymo, cons. 134. num. 6.* Sextus testis, qui est Doctor, & fuit Visitator Episcopatus, & deponit de actibus particularibus, non habet contestem, vt supra dictum est; Septimus non specificat aliquos actus, neque de aliquo certo tempore, sed tantum à sua memoria, vltra quòd loquitur de Ecclesia Carthaginensi, & interrogatus de Eccle-
6 sia Oriolensi, dicit se nescire, & tamen † consuetudo cum sit stricti iuris, probanda est in specie in loco, de quo agitur, cum non extendatur, *Alex. cons. 68. num. 19. lib. 2. Dec. 483. nu. 22. Gozzad. cons. 88. nu. 16. in fine.* Conclusum itaque, vt ista probatio coadiuuetur.

Calaguritana Beneficij de Vrarte.
Die Lunæ 20. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia receptiua & non numerata non recipiuntur alij beneficiati, nisi fructus excrescant, & si vacat aliqua porcio, sunt prius reintegrandi, qui cœpti sunt beneficiari; & contradictio vnius beneficiati sufficit ad impediendam admissionem & receptionem aliorum beneficiatorum, vt num. 2.*

DECISIO MCLX.

Pro informatore, receptionem Ioannis Martinez esse nullam, & redintegrandum Ioannem de Sancta Maria, cum hic non adsit certus numerus beneficiatorum: Ec-
1 clesia enim est receptiua, & non numerata, † quo casu nō sunt recipiendi alij beneficiati, nisi fructus excrescant: & si vacat aliqua portio, sunt prius redintegrandi qui cœpti sunt beneficiari, *& fuit resolutum in vna Calagurritana de Aranguiz, 5. Aprilis 1591. coram R. P. D. meo Pamphilio,*
2 † & ideo sola contradictio vnius est sufficiens ad impediendam admissionem, & receptionem, *gloss. fin. in c. ex parte, ubi Innoc. Io. Andr. Butr. in fine, Abb. nu. 4. & alii, de concess. prabend.*

Tiburtina Incendij.
Die Lunæ 20. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Vrbs Tiburtina est in districtu Romæ.*
2 *Quando Ciuitas subiecta non habet particulare statutum, recurrendum est ad statutum Ciuitatis dominantis.*

DECISIO MCLXI.

Nisi pro parte Sabbatonij probaretur particularis consuetudo; Domini inclinabant locum esse statuto Vr-
1 bis, † cum Vrbs Tiburtina sit in districtu, & ibi non adsit particulare statutum circa hanc rem, quod videtur re-
2 quiri *in c. 42. de seruand. statut.* † & ideo recurrendum ad statutum Ciuitatis dominantis, & hoc de iure ciuili esse tradit *Roman. cons. 218. & Socin. cons. 81. lib. 1.* vel ad ius commune, *ut voluit Socin. cons. 271. lib. 2. Dec. consil. 429. cum aliis per Addit. ad Roman. d. cons. 218.* tamen Dominis placet, vt videatur de iustitia sententiarum.

Fauentina Bonorum.
Die Veneris 24. Nouembris 1595.

DECISIO MCLXII.

FVit conclusum per Dominos nihil releuans deduci contra decisionem factam 22. Maij præteriti, ita vt ab ea sit recedendum; nam quantum ad probationes deductas ex testibus, eis non videtur fides adhibenda ex aliàs deductis; & nihil deducitur, ex quo tollantur manifestè exceptiones contra eos deductæ. Quantum verò ad id, quod deductum fuit in decisione ex abundãti, tertiam partem Madratiæ concessam hominibus de Cottignola peruenire ad domum Hospitalis, dato quòd hoc non sit verum, sed perueniat tantum ad domum Horatij Guidonis; tamen non ideo infringitur decisio, quæ alijs fundamentis nititur: Verum neque hoc, quod deducitur, est releuans, cum siue dicta tertia perueniat ad Hospitale; siue ad domum Horatij, idem sequitur effectus, cum ex planta concorditer facta appareat dictam tertiam partem terminari eo in loco, in quo describitur (Viola che termina Madrara,) & ita considerata tota illa terrarum quantitate, adhuc viget argumentum Canonicorum, quod fit ratione proportionis tertiæ partis ad duas reliquas: Neque potest restringi Madriaria intra tam arctos fines, prout prætendunt Fauentini, cum appellatione Massæ veniat Vniuersitas prædiorum apud medij temporis, & Gottorum tempore scriptores. Quare fuit ordinatum, vt deueniatur ad disputationẽ dubij reseruati super possessionib. DD. Æ. Æ.

Bononiens. Officij.
Die Lunæ 27. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Dummodo expressus accedat consensus, importat conditionem, & requirit plenam probationem.*
2 *Consensus satis probatur ex litteris scribentis.*
3 *Litteræ sufficienter dicuntur recognitæ, licet testes non viderint eas scribere.*
4 *Scripturæ, in quibus adhibentur testes, requirunt ad earum recognitionem, quòd testes viderint scribere.*
5 *Litteræ non continent consensum, sed solam explicationem desiderij scribentis; secus in ijs, in quib. non potest in eas dari ordo, sine consensus interuentu.*
6 *Testi, licet sit vnicus, deponenti de à se gestis, fides est adhibenda; maximè concurrentibus adminiculis.*
7 *Ex mandato non probatur consensus, vbi requiritur formalis; secus est in casibus, vbi sufficit, vndecumque colligatur.*
8 *Probationes coniungi non possunt, sed hoc intelligitur procedere, vbi singulæ sunt in suo genere imperfectæ; secus vbi in sua specie sunt perfectæ.*
9 *Mandatum ad expediendum datum cum Clausula, Iuxta formam supplicationis signatæ vel signandæ, importat voluntatem, & consensum mandantis.*

DECISIO MCLXIII.

QVamuis Domini admittant in casu proposito requiri consensum D. Francisci Mariæ, & hunc consen-
1 sum plenè esse probandum † propter Clausulam, Dummodo expressus accedat consensus, quæ cum importet conditionem, requirit plenam probationem, *vt per Dec. consilio 327. Pur. decis. 36. de priuileg. Felin. in Rubr. de probation.*
2 *n. 3. Ruin. cons. 68. lib. 1.* † Nihilominus censuerunt dictum consensum ex deductis sufficienter probari, & præcipuè ex littera Fracisci Mariæ sub die 24. Ianuarij 1586. in qua scribit Antonio Ponto, vt transmittat ad se Breue Coadiu-
3 toriæ, † & hæc littera est sufficienter recognita, cum in his
4 non requiratur, quòd testes viderint scribere, † quidquid in alijs scripturis, in quibus adhibentur testes, obseruetur, *Ruin. cons. 7. nu. 4. lib. 4. & distinxit Rota in vna Auenionensi anno 1560. coram bon. mem. Orsaino. & in alia Barchinonensi matrimonij. 31. Ianuarij 1565. coram Domino Otolensi, & coram me in vna Auconitana terrarum.* * Nec placuit responsio, quòd non constet actum fuisse in eo de Coadiutoria ista, sed de alia, sine Clausula futuræ successionis, cuius datur minuta, qui illa non fuerat per eum acceptata, neque expedita: Vnde satis constat Franciscum Mariam intellexisse de ea, quæ petebatur cum futura successione, quod manifestum fit ex euentu subsequuto; maximè cum non indigeret simplici Coadiutoria, cum posset inseruire per substitutum. Neque obstat, quòd littera loquatur de suo Breue, & tamen gratia Coadiutoriæ cum futura successione, fuit expedita sub plumbo post illud tempus, quia verisimiliter poterat Franciscus Maria credere, quòd tunc iam esset expedita per Breue, licet ob negligentiam sollicitatoris, vel alia de causa, tunc non esset adhuc expedita, sed quòd fuerit postea mandante Datario expedita sub plumbo, propter interesse officialium.
5 Neque mouit Dominos sisbetis illa consideratio, quòd † littera non contineat consensum, sed solam explicationẽ desiderij scribentis; quia si ipse mandat Breue expediri, & ad se transmitti, non potest hoc fieri sine consensus interuentu, & cum littera concordat dictum Antonij Ponti, qui dicit se porrexisse supplicationem Sanctissimo, quã curabit expediri, quod intelligitur factum in exequutionem dictarum litterarum, *vt per Capuaq. 226. nu. 2. par. 2.*
6 † Et licet Antonius sit vnicus testis, tamen cum deponat de gestis à se, & habeat adminiculum litterarum, & mandati ad consentiendum supplicationi signatæ, vel signan-
7 dæ, ei fides est adhibenda: Neque † verum est ex mandato non probari consensum, quia verum quidem est, vbi requiritur formalis præstandus in Camera vel in Cancellaria; sed hoc casu sufficit, vndecumque colligatur: colligitur autem ex littera, quæ cum velit consequens, nempe expeditionem Breuis, vult quoque antecedens necessa-
8 rium, sine quo illud haberi non poterat. † Nec verum est has probationes coniungi non posse, quia id procedit, vbi singulæ sunt in suo genere imperfectæ, sed hic omnia in sua specie sunt perfecta, & vt dictum est, effectuatio subsequuta tollit omnem ambiguitatem, *l. uxor. §. si de legat. 3.*
9 *Castrens. consil. 343. nu. 2. lib. 1.* & in specie † quòd mandatum cum illa Clausula, iuxta formam supplicationis signatæ vel signandæ, importet voluntatem, & consensum mandantis; *extat decisio Illustriss. Paleotti 586. inter decisiones diuersor. tom. 3.* Et ita conclusum standum esse in
a decisis. a

* *Die 19. Octob. 1571. in fine.*
a *Sub die 26. Iunij proximè præteriti coram bon. mem. Litta.*

Salamantina Censurarum.
Die Lunæ 11. Decembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Allegans censuras esse nullas, probare debet.*
2 *Capitulum habet iustam causam denegandi distributiones quotidianas excommunicato.*
3 *Sententia sine actis regulariter non probat; secus est in materia censurarum; maximè in latis in curia.*
4 *A censuris latis in curia non datur absolutio, nisi causa cognita.*

DECISIO MCLXIIII.

1 DOmini censuerunt, † onus docendi de nullitate censurarum allegatarum contra Dominum Franciscũ incumbere ei, & consequenter teneri ad exhibitionem processus, quatenus ex eo velit docere de earum inualiditate; nam cum per dictas censuras fuerit publicè denun-
2 ciatus excommunicatus, † Capitulum habuit iustam causam

causam ratiooe dictarum censurarum denegandi distributiones Francisco, *ad decis. Verall. 66. lib. 1.* & † licet sen-
3 tentia sine actis in alijs materijs non probet, sed necesse sit allegantem producere integra acta; tamen in hac materia censurarum secus visum est Rotæ, *vt per Put. decis. 65. lib. 1.* quod maximè locum habet in censuris latis in
4 curia, quæ habent præsumptionem pro se, † & ab illis non
* solet dati absolutio, nisi causa cognita, * & propter facilitatem habendi registrum, ex quo reddi potest clara iustitia vel iniustitia sententiæ, quod videtur consonum dispositioni iuris communis, iuxta quam sufficit fama, cum tractetur de aoimarum præiudicio, *ad notata per Abb. in c. cum desideres, num. 6. de sentent. excomm. Gemin. in c. pia, §. si quis. n. 13. vers. item videmus, de except. in 6.*

* *Et fuit dictum sup. in Roman. Mercedis, 15. Febr. 1566. nu. 2.*

Collens. Parochialis.
Die Lunæ 11. Decembris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio gratiosa dari debet collitiganti in ius defuncti, ceteris exclusis, ne detur nouus collitigans.*

2 *Subrogatio peti debet infra mensem, & etiam post mensem, quando alteri non fuit concessa gratia.*

3 *Subrogatio gratiosa intruso non est concedenda.*

4 *Possessio capta post litem dicitur intrusa, & attentata; secùs si possessio non fuerit actualiter capta, licet sit instrumentaliter.*

5 *Possessio capta à fratre non habente mandatum, est nulla, & non parit intrusionem, nec attentata, nec ratificatio superueniens suffragatur; licet expulsus non habuerit se pro spoliato, vt num. seq.*

7 *Subrogatio gratiosa improbo litigatori dari non debet, qui calumniosam litem introduxit.*

8 *Gratia non restricta ad vnum tantum modum vacandi, sed alternatiuè concepta, satis est, quòd in vno verificetur.*

9 *Quis non dicitur improbus litigator, ex quo gratia sua non sit iustificata, quamdiu potest iustificari.*

10 *Ad effectum vt quis non dicatur improbus litigator, sufficit, quòd lis sit colorata.*

11 *Consensus patronorum ad præsentationem siue præcedat, siue sequatur, non attenditur; cum sufficiat, quod dederint mandatum ad præsentandum.*

12 *Regularia beneficia regularibus, & sæcularia sæcularib. sunt conferenda.*

13 *Regularis sine dispensatione est incapax beneficij sæcularis; sicut sæcularis est incapax beneficij regularis.*

DECISIO MCLXV.

De mandato S. D. N. proposui dubium in Rota, An Nereo danda esset subrogatio io ius collitigantis defuncti reiecta supplicatione D. Sebastiani petentis sibi de parochiali ista prouideri; & post trinam causæ propositionem Domini venerunt in sententiam affirmatiuam,
1 † dandam esse Domino Nereo subrogationem, quia habet fundatam iotentionem super regula, ne detur nouus collitigans, *c. 2. Vt lite pend. Modern. super regul. 29. q. 2. per tot. præsertim num. 5.* vbi grauatur conscientia denegantis subrogationem collitiganti superstiti. In contrarium tria opponuntur D. Nereo, ex quibus prætenditur eum non es-
2 se subrogandum. Primum est, † quòd non petijt subrogationem tempore debito infra mensem, iuxta tenorem regulæ. Verum hæc oppositio non placuit; nam mensis, de quo fit mentio in regula, respicit nullitatem gratiæ infra mensem obtentæ in præiudicium subrogandi, non autem arctat ad petendum subrogationem infra mensem, quia potest etiam post mensem petere, dummodo non fuerit post mensem alteri concessa gratia. Secundum, quod op-
3 ponitur est, † non esse dandam subrogationem intruso, *Rebuff. super eadem regul. glos. 4. nu. 4. Modern. q. 4. Gigas de intrus. nu. 68.* Quod autem Nereus fuerit intrusus, dedu-
* citur *ex decisione facta coram* R. P. D. *meo Pamphilio.* * in
4 qua dictum fuit, † possessionem Nerei fuisse attentatam, nempè, captam post litem ab eo in Rota introductam, *Gemin. in c. propter, in fine, 19. distin. Fel. in c. in nostra, de rescript. & in c. veniens, de accusation. cum alijs per Gigant. d. tit. de intrus. nu. 2. & facit decisio Cantuccij in Romana Capella. 14. Martij 1576.* Verum huic obiectioni bene responsum fuit pro parte Nerei, quòd non constat de intrusione, cum non constet de aliqua actuali possessione, sed tantū
5 de instrumentali, † & ea capta ab eius fratre, qui nullum ad hoc habebat mandatum, *l. 1. §. per procuratorem, de acquir. poss.* maximè ad attētandum, *Caputaq. 184. p. 2.* Neque obstare, quòd Nereus producendo instrumentum possessionis, & petendo se in ea manuteneri, videtur illam rati-
6 ficasse, † quia cum ante ratificationem eius frater fuerit expulsus, & possessio occupata per ministros Magni Ducis, & deputatus Oeconomus, qui fructus percepit, ista ratihabitio superueniēs nihil operanir, *Alex. in l. quod meo, nu. 5. de acq. poss. Rota decis. 9. de restit. spol. in nou.* Non obstat, quòd non ideo Nereus se habuerit pro spoliato, & petierit manutentionem, quia tempore decisionis fuit præsuppositum quæsitam esse possessionem Nereo, quod non fuisset admissus, si habita fuisset notitia facti, prout nunc deducitur, ex quo facto liquet, veram possessionem numquam quæsitam fuisse Nereo. Et tollit omnem difficultatem, quòd ad effectum regulæ satis est, quòd de tempore petitionis subrogationis cesset intrusio, *vt per Stan. d. re-*
7 *gul. q. 18.* Tertium, quod opponitur, est, quòd † non debet dari subrogatio improbo litigatori, qui calumniosam litem introduxerit. *Bisign. 2. de rer. permut. Cassad. 7. de dol. & contum. & decis. 5. nu. 3. Ut lite pend.* Calumniam verò deducunt ex duobus; Primò, quòd impetrauerit ob non seruatam formam Constitutionis Pij V. ante lapsum tempo-
8 ris in ea appositi, sed nō placuit hoc obiectum, quia † gratia non est restricta ad hunc modum vacandi, sed alternatiuè concepta, quo casu satis est, quòd in vno verificetur. *& pluries fuit resolutum, & in specie in una Bononien-*
a *si Canonicatus de Leonoris.* a Neque obstat, quod gratia
9 non sit iustificata, quia ad hunc effectum, † quis non dicitur improbus, quamdiu potest iustificari, *Aegid. dec. 103.* maximè cum bene deducatur assequutio, & resignatio
10 Leandri, super quibus fundata est impetratio, † & ad hūc effectum sufficit, quòd lis sit colorata, *vt per Bisign. & Cassad. ubi supra, & Modern. q. 6. & 11. super regul.* Secundò deducitur calumnia ex assertione, quòd fuerit præsentatus à medietate patronorum, quod non erat verum de tempore impetrationis, fuit enim præsentatus post duos dies sequentes, & sub conditione incapacitatis Philippi monachi. Verum neque hæc obiectio placuit; quia licet verè
11 tunc non fuisset facta præsentatio: † tamen iam patroni dederant mandatum ad præsentandum, & sic constabat de consensu eorum, qui præcipuè attenditur, siue præcedat, siue sequatur de stylo Datariæ, & Cancellariæ, quæ solet apponere Clausulam, Accedente consensu, *Rota 10. de iure patr. nu. 5. in nou.* & locorum distantia etiam præbet probabilem excusationem, cum posset verisimiliter credere Nereus factam fuisse tunc temporis præsentationem iuxta formam maodati. Non obstat, quòd præsentatio fuerit conditionalis: quia illa satis purificata erat ex iuris
12 dispositione, quæ vult † vt regularia regularibus, sæcularia sæcularibus conferantur, *c. cum de beneficio, de præbend.*
13 *in 6.* † Ideoq. sine dispensatione Monachus ille erat verè incapax. Et ex his conclusum fuit debitam esse Nereo subrogationem.

* *Sub die Veneris 2. Iunij proximè præteriti.*
a *Sub die 19. Febr. 1590. coram Card. Pamphilio.*

Toletana Professionis.
Die Veneris 15. Decembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Initium metus in actu influit in omnes actus sequentes, & tempora, durante eadem causa, & actus medio tempore facti non attenduntur, nisi sint facti in plena libertate.*

2 *Exploratio voluntatis mulieris debet fieri in loco non suspecto, ad effectum vt constituta in plena libertate possit absque metu suam propalare voluntatem.*

3 *Ratificatio facta durante causa metus, non releuat.*

DECISIO MCLXVI.

FVit dubitatum an metus D. Mariæ durauerit in anno
nouitiatus vsque ad actum professionis, & fuit con-
clusum per Dominos pro affirmatiua, quòd durauerit:
constitutum enim iam fuit, constare de ipsius metu ante
1 tempus ingressus monasterij, vsque ad ingressum, † quod
quidem initium malum influit in omnes sequentes actus,
& tempora, durante eadem causa metus, *vt per Bart. in l.
2. quod met. caus. & in l. pen. de cond. ob turp. caus. Alex. cons.
98. nu. 7. lib. 3. cum alijs deductis in diuersis causis in Rota,
nempè, in Cremonen. raptus, coram bon. mem. D. de Rubeis,
& pluries in causa Toletana matrimonij, & in Nicien. 6.*
• *Martij* 1587. * Actus enim facti medio tempore, si qui
adsunt, ex quibus colligi possit voluntas Mariæ emitten
di professionem, non sunt attendendi, cum non sint facti
in plena libertate, quod sanè mirum in modum compro-
batur per testes, nempè, Didacum de Bataia super de-
cimonono, Fratrem Hilarium Suarez Mariæ confessiona
rium, cui multum Domini deferunt super sexto, & duo-
decimo, Catharinam Fernandez super vndecimo, quar-
tus testis super octauo, & duodecimo, & vigesimotertio,
& octauus super duodecimo, & plures alij de publica vo-
ce, & fama; Et ex ipso facto verificatur per eosdem testes
Mariam sæpius tentasse exire de monasterio, neque id
consequi potuisse propter impedimentum datum à Co-
mitissa, quę neque etiam tempore infirmitatis voluit per-
mittere, vt exiret, dicendo quòd timebat, ne dimitteret
habitum, & nollet redire, vt deponunt testes super deci-
motertio; Ideoq. Maria erat valde tristis, & afflicta, vt ip-
si deponunt, dicebatq. se ibi contra suam voluntatem de-
tineri, & quòd uolebat esse monialis, sed non reperiebat
modum dimittendi habitum, cum haberet aduersarios
Comitem, & Comitissam. Accedit, quod eadem die, qua
emisit professionem, paulò ante fecit protestationem co-
ram Imagine Crucifixi, quod contra suam voluntatem
faciebat quidquid faceret, & quòd non poterat reclama-
re ob potentiam Comitis; & sanè ad hunc effectum vt ip-
sa non auderet, verecundia ducta, reclamare, Comes inui-
tauerat Reginam, & infantes, vt interessent professioni.
Nec obstant in contrarium deducta; nam quatum ad de-
positionem quarumdam monialium deponentium de
quibusdam actib. hilaribus, & qui videntur facti ex libe-
ra voluntate, quia vt supra dictum est, non sunt habēdi in
consideratione, stante quòd durabat eadem causa metus,
& existebat in eodem monasterio, quod inuita, & coacta
fuerat ingressa. Præterea, iste actus, & alia pro monaste-
rio deducta, probantur per moniales eiusdem monasterij,
de quarum interesse agitur, vt penes eas remanerent pin-
gues redditus, si professio esset valida, quod ipsęmet faten
tur, & patet eas fecisse omnem diligentiam, vt Maria ibi
remaneret, & duo testes deponūt de apocha Priorissæ ad
Mariam, in qua pollicebatur, si ipsa contentabatur relin-
quere hunc redditum monasterio, se curaturam, vt Mo-
niales deponerent ad sui fauorem. Neque etiam desunt
testes deponentes, quòd ientacula, & Comediæ, & alia
fuerunt per ipsos Comites parata, qui etiam dicebant
Mariæ, se curaturos obtinere Breue suæ Sanctitatis pro
2 emittenda professione ante annum, † Non obstat explo-
ratio voluntatis facta per Vicarium, quia de ea non con-
stat, nisi ex dicto Monialium, & non reperitur adnotata
in libro monasterij, in quo solent istæ explorationes adno-
tari; & maximè cum exploratio fuerit facta in eodem mo
nasterio; cum tamen Rota soleat in similibus mandare,
vt deducantur in locum minimè suspectum, ad effectum,
vt constitutæ in plena libertate, possint absque metu suam
propalare voluntatem. Præterea, dicitur Comitem fuisse
fassum se tractasse cum Vicario, vt animaduerteret, ne Ma
ria aliquid declararet, quod posset reddere professionem
inualidam. Vnde non videtur ratio vlla habenda huius
3 explorationis. † Non obstat ratificatio donationis factæ
monasterio, cum assertione, quod suæ intentionis erat fa-
cere professionem, quia vt testes deponunt, fuit coacta, &
procurata per Comitem ad effectum, vt non posset exire
è monasterio, vltra quod sufficit, factam fuisse durante ea-
dem causa metus, & in eodem monasterio per octo dies
ante professionem. Non obstat, quòd Maria commiserit
causam in Rota, & non curauerit de Comite, quia hoc
fuit factum post decennium, cum esset ætatis iam viginti-
octo annorum, & manebat extra monasterium S. Domi-
nici, & sic non percutit tempus nouitiatus, de quo agitur.
Et ex his conclusum constare de metu vsque ad emissio-
nem professionis inclusiuè. De reliquo autem tempore
particulariter erit agendum.

• *Sub die 5. Martij 1585. coram bon. mem. Gipsio.*

Bergomens. Pecuniaria.
Die Lunæ 18. Decembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad delegationem debiti.*

2 *Debitor mandans suo debitori, vt soluat creditori mandantis, non liberatur, si promittat solum, & non soluat.*

3 *Delegatio fit per nouationem, licet non exprimatur.*

4 *Verbum, promitto, in scriptura importat stipulationem*

DECISIO MCLXVII.

PRoposui dubium in Rota, An sententia Domini Ca-
pitanei sit confirmanda vel infirmanda; Et fuit vna-
nimiter per Dominos conclusum, sententiam esse confir-
1 mandam; Stante enim apocha trino teste subscripta, † in
qua creditores Gulielmi Rotæ acceptāt in debitores Lu-
catellos emptores prædiorum Rotæ, quibus per Rotam
iniunctum fuerat, vt ex pretio prædiorum illis creditorib.
satisfacerent, vt in eadem apocha, & quietant dictam Ro
tam debitorem principalem; vtique concurrunt ea om-
nia, quæ requiruntur ad veram delegationem constituen
dam, de qua *per gloss. & Doctor. in l. 3. C. de nouation. Ias. in
l. singularia, nu. 36. si cert. pet. Alex. in l. qui vsumfructum,
n. 5. & ibi Socin. nu. 10. de verb. oblig. Dec. in d. l. singularia,
num. 27. Purpur. st. nu. 28. Bolog. et. num. 92. Socin. cons. 267.
col. 2. cum alijs per Gabr. de nouationib. conclus. 1. nu. 19. cum
sequentib.* Neque hic cadit illa difficultas, de qua *per Bart.
2 & alios, in d. l. singular. a.* † quòd si mandetur debitori, vt
soluat alicui, non liberatur mandans, si debitor nō soluat,
sed promittat; quia hoc casu nostro expressa continetur
3 liberatio Gulielmi in apocha. † Neque obstat, quod obij-
citur, delegationem nō fieri sine expressa nouatione, quia
contrarium communiter tenent Doctores, vbi actus in se
necessariò continet nouationem, *vt post Bart. Ang. Imol.
Raphael. & Ca.r. in l. delegare, de nouat. refert Iasan d. l. sin-
gularia, nu. 37.* Neque etiam obstat, non fuisse interposi-
4 tam stipulationem, quia contrarium verum est, † cum in
corpore apochę, & in subscriptione vsi fuerint verbo, pro-
mitto, quod importat stipulationem, *Doctor. in l. sciendum, de verb. obligat.* Quare conclusum sententiam esse
confirmandam.

Turri-

Turritana Tertiariæ.
Die Lunæ 18. Decembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interloquutoria non causat attentata, nisi sequuta inhibitione.*
2 *Excessus in exequutione causat attentata.*
3 *Fructus percepti ante motam litem non veniunt in mandato de manutenendo, quid autem in iudicio retinendæ ordinario, vide num. seq.*
5 *Exequutio fieri non potest non præcedente liquidatione.*
6 *Fructus post triennium præsumuntur consumpti, & pro eis in specie non datur actio, sed ad pretium.*
7 *Consensus partis excludit attentata.*
8 *Consensus, qui elicitur ex facto, non egreditur limites facti.*
9 *Protestationes declarant animum.*
10 *Per dationem fideiussorum de soluendo, iuxta formam sententiæ non dicitur renunciatum appellationi.*
11 *Exequutio est retractanda, quando minus legitimè est facta, licet constet de bono iure.*

DECISIO MCLXVIII.

FVit resolutum, constare de attentatis respectu exe-
quutionis lite pendente factæ, non quidem ex eo capi
te, quòd fuerit appellatum à mandato de consignando,
1 quia † appellatio ab interloquutoria non causat attenta-
ta, nisi sequuta inhibitione de qua non constat Archiepi-
2 scopum habuisse notitiam ante factam exequutionẽ, † sed
ex eo quòd fuit excessum in exequutione respectu fru-
3 ctuum decursorum ante motam litem, † qui nunc veniũt
in mandato de manutenendo, *vt fuit resolutum in plurib.*
causis, & in specie in vna Bononiensi de Pepulis, coram bon.
* *mem. Domino de Rubeis,* * *& coram me, in vna Licien.*
Redecimæ, 14. *Octobr.* 1588. Decisiones verò in contrarium
a allegatæ, a non loquuntur in istis terminis, sed quan-
do aliquid petitur non vti fructus rei principaliter in iu-
dicium deductæ, sed vti sors principalis, veluti in pen-
sione, & annua præstatione, quod non applicatur casui no-
stro, in quo lis fuit introducta super iure percipiendi ter-
tiam partem decimarum, & petita interim manutentio,
4 † licet in iudicio ordinario retinendæ aliud sit, vbi con-
currit dolus, prout distinguit præfata *decisio in causa Licien-*
5 *si.* Præterea, † ista exequutio fuit facta non præcedente
liquidatione; quæ tamen in primis erat facienda, *Bart.*
et alij, in l. 1. *de edend. Couar. var. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. non
6 enim debebantur Archiepiscopo fructus sequestrati, † quia
post triennium, quo fructus præsumuntur consumpti, non
datur amplius actio ad speciem, sed ad pretium ad ratio-
nem valoris annorũ decursorum, qui valor erat liquidan-
dus, maximè stante oppositione Abbatis. Non obstat
Stylus Notariorũ Auditoris Cameræ: quia procedit re-
spectu relaxationis mandatorum, non autem actualis exe
quutionis. Non obstat consensus prætensus Abbatis;
7 † ex quo prætenditur excludi attentata, *ad decis. Paleot-*
ti 18. *Crescent.* 2. *Vt lite pendente.* quia iste consensus non
probatur; non ex testibus, quia sunt nulliter, & sine iu-
risdictione examinati; neque etiam probatur ex instru-
mento facto cum sequestratore, quia per recuperationem
residui penes sequestratorem remanentis, non censetur
8 approbata exequutio; † nam consensus, qui elicitur ex
facto, non egreditur limites facti, maximè stante prote-
statione prius per Abbatem facta, quòd non intendebat
recedere ab appellationibus interpositis, & alia facta
9 sub die 13. Martij, † quæ inseruiunt pro declaratione
10 animi, & est simile † de datione fideiussorum de soluen-
do iuxta formam sententiæ, per quam non dicitur renun-
ciatum appellationi, *ut tradit Iacob. de Sancto Georg. in*
l. sedes si susceperit, num. 4. *de re iudic. et facit decisio Pu-*
tei 281. *lib.* 2. *et quæ notant Moderni ad decis. Afflict.* 78.
num. 8. *Rota in causa Anconitana computorum.* 13. *Iunij*
11 1567. *coram bon. mem. Oradino.* † Non obstat, quod di-
citur constare de bono iure Archiepiscopi: quia nihilo-
minus cum deuentum fuerit ad exequutionem, ea est re-
tractanda, *iuxta decis. Chisarens.* 172. & etiam respectu
fructuum ante motam litem non potest dici constare de
bono iure.

* *Sub die* 27. *Ian.* 1578. *& in Calaguritana Prioratus de Nauarrete sub die* 10. *Octobr.* 1580. *coram Illustr. Card. Blanchetto.*

a *Prout est decisio Paleotti,* 336 *& Cæsaraugustan. pensionis,* 15. *Maij* 1589. *coram Gipsio, & Mediolanens. fructuum,* 26. *Maij* 1589. *coram Card. Plato.*

Parmens. Status.
Die Lunæ 12. Februarij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Causa commissa ad referendum, si sit commissa iudicialiter, tribuit iurisdictionem; secus si sit commissa extraiudicialiter.*
2 *Fundans se in minori ætate, eam probare debet.*
3 *Testes in alia causa, & inter alias personas examinati, non probant.*
4 *Datio curatoris probat tantum minoritatem de tempore dationis, & in præiudicium illius tantum, ad cuius instantiam fuit datus.*
5 *Nullitas opponi non potest post lapsum termini ad docendum de ea.*
6 *Minoritas obijci non potest in actu, qui respicit fauorem minoris.*
7 *Protestatio in iudicialibus in singulis actibus repeti dẽt.*
8 *Maior quattuordecim annis quo casu habeat legitimam personam standi in iudicio.*

DECISIO MCLXIX.

* DOmini steterunt in decisis, * & circa nullitatem ex
defectu iurisdictionis nihil fuit deductum de nouo,
a oiti *decisio coram me facta in causa Imolens. Castrorum.* a
1 quam dixerunt non applicari, † quia in illo casu causa
fuerat commissa iudicialiter ad referendum, non autem
extraiudicialiter, vt à principio factum fuit in casu no-
stro. Quantum ad nullitatem ex defectu ætatis Sigis-
2 mundi, plures datæ fuerunt responsiones. Primò, † quod
Domini Rangoni non probant minoritatem concluden-
ter, quod tamen facere deberent, cum in ea se fundent, *l. si*
minorem. ubi Bal. C. de in integr. restit. min. Dec. cons. 682. *nu.*
16. nam licet per testes probetur ordo filiorum Bernar-
dini; tamen non probatur certum initium natiuitatis præ-
cedentium Sigismundum, & licet deponant de natiuitate
Pallauicini de anno 1511. in mense Iulij; tamen Marcus
3 de Oppicis, & Baptista de Ferrarijs † testes ad hoc al-
legati fuerũt examinati in alia causa inter alias personas,
cap. inter dilectos, vers. nec attestationes, de fide instrum. l. 2.
C. de edend. Vltra quòd alter ipsorum tantum concludit
in dicto, alter verò non se firmat: Alij verò testes non
concludunt *iuxta doctrinam Bartoli in l. de ætate, de mi-*
nor. quam passim Rota sequitur, Caputaq. decis. 167. *&* 185.
4 *lib.* 1. † Datio curatoris de anno 1534. vt alias dictum
fuit, non concludit minoritatem de anno 1536. Vltra
quòd ex ea probatur tantum minor ætas in præiudicium
illius, ad cuius instantiam fuit datus curator, *Salicet. in l.*
si minorem, in penult. q. C. de in integr. rest. min. Testa-
mentum Bernardini, licet faciat aliquam præsumptio-
nem; tamen non concludit per necesse, maximè ad effe-
ctum annullandi examen post 50. annos; & præcipuè cum
fuerit præfixus terminus ad docendum de nullitatibus,
5 † quo elapso non possunt amplius opponi. *Cassad. decis.* 4.

6 *num. 5. de dilation.* Præterea, † versamur in vilitier gestis ad fauorem minoris, *l. non eo minus, C. de proc.-rator.* quæ licet non procedat stante partis oppositione; tamen hic non fuit in singulis actibus repetita, neque etiam in hoc
7 examine, de quo agitur, & † tamen in iudicialibus repeti
b debet in vnoquoque actu, *Mohed. decis. 44. cum alijs.* b & adsunt etiam aliqui actus positiui dominorum de Rangonibus, vt in memoriali deducitur: sed hęc dicta fuerūt ex abundanti, & conclusum cessare difficultatem, ex quo
8 versamur in causa spirituali, † nempe matrimonij inciden ter deducti in causa successionis, *c. tuam, vbi Doctores, de ordin. cognit.* quo casu maior quattuordecim annis habet legitimam personam standi in iudicio, *c. si annum, de iudic. in 6. et ibi Franc. Bozr. decis. 350. in princ.* Et ita conclusum, standum esse in decisis.

* *Sub die Veneris 20. Nouembris proximè præteriti.*
a *Sub die Veneris 16. Ian. 1573.*
b *Per decis. 184. lib. 1. & 218. lib. 3. Rota in Roman. nullitatis de Fabys, 15. Nouembris 1577. nu. 2. coram Brauo quæ in impress. diuer. nouiss. est 599 par. 1. & supra fuit dictum in Toletan. primiciarum 27. Febr. 1531.*

Romana Donationis.
Die Lunæ 12. Februarij 1596.
SVMMARIVM.

1 *Forensis tenetur seruare sollemnitates statuti loci, in quo contrahit.*
2 *Domicilium qualiter contrahatur.*
3 *Statuta a Papa confirmata, & Papalia ligant clericos.*
4 *In donatione remuneratoria non requiruntur sollemnitates statutorum, quod verum pro qualitate meritorum, & quando merita probantur, vt nu. 5.*

DECISIO MCLXX.

Fuit resolutum, in donatione, de qua agitur, requiri sollemnitates, siue sit inter viuos, siue causa mortis, de quibus *in statuto, c. 149. lib. 1.* quæ cum hic non adsint, sustineri non potest. Nec facit ad rem, q̃ donans esset fo-
1 rensis, quia † etiam forenses tenentur seruare statuta loci, in quo contractus celebratur, *vt per Bart. Bald. et alios, in l. 1. C. de Sum. Trin. et fi. Cath. Goz. ad. cons. 49. num. 14. Ca-*
2 *putaq. decis. 283. 1. parte,* maxime † cum hic habitauerit vltra decennium, & emerit multa bona stabilia, ex quibus domicilium contraxisse dicitur, *Bald. cons. 393. lib. 1. Paris. cons. 12. nu. 14. et 20. lib. 2.* Non obstat, quod esset clericus,
3 quia vltra quod erat coniugatus, † ista statuta fuerunt cōfirmata a Papa, & sunt Papalia, & ligant clericos, *vt dictū fuit in causa Romana dotis coram Domino Robusterio, et in Romana de Comitibus, de mense Iunij 1577. coram Sanctis-*
* *simo D. N. Clemente VIII.* * Non obstat, quod prætendi-
4 tur, † hanc esse donationem remuneratoriam, in qua nō requiruntur sollemnitates, *Tiraq. in l. si unquam, in verbo donatione largitus, n. 11. C. de reuoc. donat. et dictum in causa Romana Viridary, 19. Septembris 1593. coram* R. P. D. meo Orano. Verum hoc procedit pro qualitate meritorum,
5 † quæ aliter probari debent, quam per assertionem donantis ipsius, *vt per Tiraq. d. uerbo donatione largitus. n. 97.* Et non releuat, quod dicitur, nos non esse inter personas prohibitas, quia immo prohibitum est donare non seruata forma statuti, cui renunciari non potest: Merita verò neque etiam probantur, cum seruitus præstita satis videatur recompensata ex salario Matthæo prestito. Et ita conclusum.

* *Sub die 21 Iunij 1577. quæ in impr. diuer. nouiss. est 452. parte 1. & in Balneo Regien. bonorum 30. Octob. 1589. coram Card. Camphil.*

Perusina Exequutionis.
Die Lunę 19. Februarij 1596.
SVMMARIVM.

1 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
2 *Vbi quis fundat se in vita, illam probare debet, nec sufficit præsumptio vitæ vsque ad centum annos.*
3 *Non probata modicitate pretij, non datur simulatio contractus.*
4 *Testes de modicitate pretij deponentes ad effectum simulationis contractus, si non percutiunt tempus celebrationis contractus, & non reddant sufficientem rationem, non probant.*

DECISIO MCLXXI.

Licet partes diuersimode informent; nam pro Crescimbenio iuxta ordinem Dominorum informatur super iustitia sententiæ; Pro Martinellis verò super nullitate toties reiecta: Tamen amplectendo vtramque difficultatem, Domini concluserunt pro validitate, & iustitia sententiæ; Nam quantum ad validitatem attinet, potissima obiectio, quæ fit, est, non potuisse totam medietatem prędij adiudicari Crescimbenio, cum haberet Franciscū fratrem, & cohęredem, cui debebatur medietatis medietas, & sic quarta pars prędij. Verum aliàs causa proposita, Domini respondebant, non esse concludentem probationem existentię Francisci de tempore sententię, & iudicij in Rota agitati, quę enim deducuntur; vel percutiunt tēpus testamenti Petri Gentilis patris istorum, vel tempus iudicij super simulatione de anno 1533. vt in processu nouiter producto: vnde fieri potest, vt de tēpore iudicij Rotalis desierit esse in rerum natura; vel quòd diuisione inter partes facta, tota ista pars prędij data fuerit Crescimbenio in portione sua: Vnde applicari potest, quod dici so
1 let, † non probari hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. neque natales, C. de probation.* quod eo magis suadetur, quia in hoc iudicio numquam quidquam fuit cōtra personam Crescimbenij oppositum, licet in principio causę Crescimbenius asseruerit se hęredem pro medietate, & talem in actis postea factis, & quod plus est, in sententijs per Martinellos obtentis fit mentio de solo Crescimbenio, cum tamen iudicium contra vtrumque esset institue-
2 dum, cum essent cohęredes, & † vbi quis fundat se in vita, non sufficit pręsumptio illa vitę vsque ad centum annos, *vt fuit dictum in una Tirasonen. Decimarum, 6. Octobris 1576. coram bon. mem. De Rubeis, diuersor. 102. n. 6. par. 1.* Non obstat transactio facta inter Martinellum, & Bernardinum vti filium Francisci, quia est res inter alios acta, neque est legitimata persona Bernardini, quòd esset talis, qualem se gerebat: maximè cum hoc instrumento laboret aliqua suspicione, cum loquatur de lite mota, inter Martinellum, & Petrum Gentilem super simulatione contractus, quod non est verum, cum hęc lis mota fuerit longè post obitum Petri Gentilis, neque ab anno 1575. citra, vnquam fuit oppositum de ista cessione Bernardini, vti filij Francisci, quod est inuerisimile omissum iri, si vera esset huiusmodi transactio. Quantum ad iustitiam res ha-
3 bum modicam difficultatem: nam † cūm non probetur modicitas pretij, sine qua non datur simulatio, non potuit
4 iste contractus vti simulatus rescindi; † nam testes non percutiunt tempus celebrati contractus, *ad l. 2. & ibi Doctor. C. de rescind. vend.* neque reddunt sufficientem rationem, cum deponant solum de eorum iudicio, *Bart. in d. l. 2. nu. 17.* & tanto magis cum Martinellus in libello & articulis ponat pretium totius prędij esse florenorum mille, adeo quòd si medietas fuit vendita pro trecentum non potest dici intra dimidium iusti pretij, quòd erat florenorum 500. Et ita conclusum.

Romana Exequutionis instrumenti.
Die Lunę 19. Februarij 1596.
SVMMARIVM.

1 *Nouatio non præsumitur.*
2 *Tempus, quando est de substantia, præcisè probari debet.*
3 *Tempus, quando est de substantia, dictum unius testis non declaratur ex alio.*

Tem-

4 *Tempus, quando est de substantia probationis, testis, qui non deponit de tempore, non potest esse contestis.*
5 *Confessio extraiudicialis per testes singulares etiam singularitate adminiculatiua non probatur.*

DECISIO MCLXXII.

FVit conclusum sententiam Auditoris Cameræ esse reuocandam, in qua condemnantur hæredes Panserij, tamquam obligatio contenta in instrumento solidationis
1 fuerit per aliam conuentionem nouata, † cum nouatio non præsumatur, *l. fin. C. de nouation.* & ideo probanda sit
2 noua conuentio post dictum instrumentum, ita vt, † cum tempus sit de substantia, illud est præcisè probandum, *Bart. in l. non solum, §. sed & probari, de oper. noui nunc. ubi etiam Alex. & Ias. Dec. in c. in præsentia, num. 13. de probat.*
3 *Alex. cons. 72. numer. 12. lib. 5.* & † quando tempus est de substantia, dictum vnius testis non declaratur ex alio, *Ruin. cons. 35. num. 16. lib. 4. Crot. in tract. de test. p. 7. n. 136. Alex. cons. 236. num. 4. lib. 6.* Primus autem testis, quatenus deponit de confessione Horatij, cum esset infirmus,
4 est singularis, & nullum habet contestem; nam † tertius, qui non deponit de tempore, non potest esse contestis, vbi tempus est de substantia probationis, *Ruin. d. cons. 35.*
5 *num. 16.* & notissimum est † confessionem extraiudicialẽ non probari per testes singulares, etiam singularitate adminiculatiua, *Put. decis. 476. lib. 2.* quatenus verò deponit de confessione Horatij, dum sollicitabat fabricam, non probat, quia tertius, qui pro conteste datur, non concludit ad conuentionem, sed tantum quòd Horatius dicebat, (Che la fabrica si faceua per lui, & che la voleua lui) non autem dicunt, quod ita fuisset conuentum. In reliquis verò apparet eum loqui de tempore ante instrumentũ, cum loquatur de saldò faciendo, quod postea factum fuit in dicto instrumento. Secundus testis apertè dicit se nihil audiuisse post instrumentum: Et ideo conclusum sententiam esse reuocandam, cum non probetur nouatio.

Firmana Altaris Sancti Ludouici.
Die Lunæ 4. Martij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Patronus potest alium præsentare cumulatiuè.*
2 *Præsentans inhabilem cum conditione, quòd debeat obtinere dispensationem, non priuatur facultate præsentandi, & tempus deuolutionis incipit à die obtentæ nulliter dispensationis, quando is, ad quem fit deuolutio, habet notitiam nullitatis dictæ dispensationis.*
3 *Scientia ad effectum deuolutionis debet esse certa.*
4 *Deuolutio non fit ad alium, nisi completo toto tempore, quod competit primo.*

DECISIO MCLXXIII.

* IN resolutis * non constare de deuolutione, † nam præ-
1 sentatio Coriolani fuit de mense Septembris 1591. cũ decreto, quòd deberet obtinere dispensationem super requisitis à testatore, & poterant patroni durante quadrimestri, dispensatione per Coriolanum non obtenta, de nouo saltem cumulando præsentare, neque priuati erãt hac facultate tamquam præsentauissent indignum, ex quo fa-
2 cta sub conditione obtinendi dispensationem. † Vnde tẽpus deuolutionis incepit à die obtentæ nulliter dispensationis, 23. Octobris 1592. Vnde tempore impetrationis Riccardi non erat deuolutum beneficium, neque constat sufficienter, quòd is ad quem primo fiebat deuolutio, haberet notitiam nullitatis dispensationis, quod tamen erat necessarium, *Rot. 5. de rer. permutan. nou. & 13. de iure patron. in antiq. Bisignet. 5. eod. tit. Lap. alleg. 78. num. 12. Roch. in verbo honorificentia, num. 58. de iure patron.* Nec sufficit quòd iste sciret conditiones iuris patronatus, & quòd Coriolanus non erat qualificatus; nisi sciuerit etiam nullita-
3 tem dispensationis, quia † non sufficit scientia interpretatiua, sed requiritur certa, vt per *Lap. d. alleg. 78. num. 12. &*
4 *Roch. vbi supra q. 27. in fine.* † Deuolutio verò non fiebat ad alios, nisi completo toto tempore, quod competebat Plebano, *Rot. 6. de iure patr. in nou. Abb. in c. quia diuersitatem, num. 8. de concess. præbend.*

* *Sub die Veneris 12. Maij anni præteriti, coram Illustrissimo Card. Blanchetto.*

Papiens. Tenutæ.
Die Veneris 8. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem alienationis rei Ecclesiæ requiritur sollemnitas, & vtilitas.*
2 *Pro sententia confirmationis alienationis bonorum Ecclesiæ præsumitur, donec contrarium probetur.*
3 *Per lapsum triginta annorum præsumitur sollemnitas in alienatione rei Ecclesiæ.*
4 *Bona Ecclesiæ dicuntur solita locari ex una locatione sollemni præcedente.*
5 *In re solita locari non requiritur sollemnitas.*
6 *Subreptio rescripti, quod non erat necessarium, non nocet.*
7 *In alienatione bonorum Ecclesiæ, dummodo adsit euidens vtilitas, aliæ præsumptiones non attenduntur, quoad vtilitatis.*

DECISIO MCLXXIV.

* PRoposui causam * vna tantum parte informante, ob
1 nimiam alterius partis contumaciam, & † Domini sine difficultate conuenerunt in sententiam pro validitate alienationis factæ anno 1535. Duo enim, quæ requiruntur pro validitate concurrunt, sollemnitas nempè, & vtilitas, *c. sine exceptione, 12. q. 2. c. 1. & c. nullis, de reb. Eccl. non alien. Couar. var. resol. c. 17. n. 2. & fuit dictum in una Auersana tenimenti, coram bon. mem. Cantuccio, 24. Nouembris* 1581. Sollemnitas adest ex rescripto Papæ, vigore cuius
2 iudices deputati alienationem confirmarunt, & † pro ea præsumitur, donec probetur contrarium, *Bald. in c. 1. de*
a *his qui feud. dare poss.* a *& fuit pluries decisum,* † maximè
3 concurrente spatio triginta annorum, *gloss. in cap. peruenit. & ibi Imol. num. 10. de empt. & vendit. & fuit dictum corã*
b *me in causa Romana Casalis Longhezzæ.* b † Vltra quòd
4 stante locatione sollemni de anno 1506. bona dicuntur solita locari. *Ias. in cons. 155. col. pen. lib. 2. Bald. de præscript. 1.*
5 *parte, 5. part. princ. q. 20.* Ideo † non requirerentur sollemnitates, *c. 2. de feud. vbi Doctor. Mohedan. decis. 249. Gabr. de loc. c. Concl. 1. numero 3. & 4.* Quantum ad vtilitatem eã vltra præsumptionem supra deductam bene probatur
6 per testes. † Quod obijcitur de subreptione rescripti, non releuat ex duobus: tum, quòd non erat necessarium, vt di-
7 ctum est: tum, quòd in hac materia, dummodo adsit euidens vtilitas, aliæ præsumptiones non attenduntur, vt per. *Socin. sæpius à Rota approbatum, ibi consilio 15. numero 51 lib. 1. & dictum fuit in Placentina de Puteobonellis, coram*
c *me de anno 1580.* c Et ita conclusum.

* *Ab hac decisione recessum fuit sub die 17. Iunij præteriti.*
a *Dec. cons. 152. col. 2. ibi, & de confirmatione Papæ, Rip. in lib. 2. Respons. tit. de diuer. rescript. c. 6. nu. 13. Capic. decis. 4. num. 29. Mohedan. decis. 52.*
b *Sub die Lunæ 28. Iunij 1593. & Veneris 27. Maij 1594.*
c *Sub die Lunæ 7. Nouemb. 1580.*

Calaguri-

Calaguritana Indulti de Vilbao.
Die Lunæ 11. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Cessante ratione cessat dispositio l. adigere, §. quamuis, de iure patron.*
2 *Lex disponens cum aliquo præsupposito, eo deficiente non operatur.*

DECISIO MCLXXV.

Fvit resolutum pro informãte, quòd Indultum fel. rec. Sixti V. nõ habet locum in Ecclesijs de Vilbao; cum enim emanauerit ad tollendos abusus, qui aderant in Ecclesijs diœcesis Calaguritanæ circa receptionem beneficiandorum, vt patet ex eius lectura; ideo non comprehendit beneficia Ecclesiæ de Vilbao, in quibus ex antiquissima consuetudine in scriptis redacta, & per testes probata, non admittuntur ad beneficia, nisi prius per quattuor annos dederint operam studijs, & per annum musicæ, & fuerint subdiaconi, & præuio diligenti examine super moribus & scientia, descripti fuerint in libro secundum gradum habilitatis & scientiæ cum approbatione Ordinarij
1 ex forma Concilij. His enim stantibus, † cessat ratio abusus considerata in indulto; & ideo cessat dispositio *l. adigere, §. quamuis, de iure patr. l. quod dictum, et ibi Bartol. et Ang. de pact. Tiraq. Cessante causa, parte 1. num. 125. et facit*
2 *glos. in l. mancipia, C. de seru. fugit.* † voi lex disponens cum aliquo præsupposito, non habet locum eo deficiente, *Roman. singul. 495. et latè Felin. in c. nonnulli, num. 34. de rescript. et in similibus terminis, et super eodem indulto fuit re-*
* *solutum in causa Calaguritana de Victoria, coram me,* * & confirmata fuit sententia per R. P. D. meum Pamphilium. Et hæc quantum ad beneficia non habentia curam animarum. Quantum verò ad curata, si sint iuris patronatus laicorum; pariter non intrat indultum, vt fuit tunc resolutum in præfata causa Calaguritana de Victoria. Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 20. Martij 1591.*

Alerienſ. Beneficij.
Die Veneris 15. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *In causa beneficiali, & in secunda instantia, non datur remissoria, nec ubi non datur fumus.*
2 *Attentata in primis & ante omnia purgari debent respectu fructuum, & etiam quòd non sint liquidi; nec sufficit oblatio cum depositione vnius Iulij; quidquid dixerit Mohedan. prout nec etiam in spolio, ut num. 3.*
4 *Iudicium attentatorum suspendit omnia alia quantumuis priuilegiata, & etiam spolij.*
5 *Clausula, Conscientiam tuam oneramus, & Clausula, Appellatione postposita, non operantur nisi respectu contrauentionum de facto, & ubi non adest possessor.*
6 *Qui numquam habuit se pro spoliato, potest pro reuocatione attentatorum uti mandato de manutenendo; nec sibi præiudicat, quin fructus per uiam attentatorum recuperare possit.*
7 *De non Iure alterius non dicitur constare, nisi per confessionem, uel per rem iudicatam.*

DECISIO MCLXXVI.

1 Fvit resolutum † non esse dandam remissoriam; tum quia sumus in causa beneficiali, & in secunda instantia, neque datur aliquis fumus excessus valoris, iuxta requisita ad effectum regulæ; tum, quia obstat purgatio at-
2 tentatorum, † quæ in primis & ante omnia debet fieri et respectu fructuum, etiam quòd nõ sint liquidi, quia quidquid dixerit *Mohedan. decis. 311.* non sufficit oblatio cum depositione unius Iulij pro non liquidis, sed fieri debet realis & actualis restitutio, iuxta *doctr. Bald. in c. conquerenti, de restit. spol. & apntaq. decis. 170. num. 7. parte 1. et decis. 170. num. 4. parte 2. in impress. et 224. lib. 1. in manuscrip. Pal. tott. decis. 369 in fine, Peregrin. 246. lib. 2. Put. 138. in una Oneten. lib. 1. et fuit resolutum 16. Octobris 1592. in causa Panormitana Archidiaconatus, coram R. P. D. Penia, et antea in Regien. Bonorum de Gonzaga, 27. Maij 1579. corã*
3 S. D. N. quæ † licet loquatur in spolio, multo magis pro-
4 cedit in attentatis, † quæ omnia alia iudicia suspendunt quantumuis priuilegiata, & etiam spolij, *c. non solum, in fine, de appellat. in 6. Rota decis. 1. de Ordin. cogn. in antiq. Capu*
5 *taq. 231. lib. 1. in manuscript.* † Non obstant Clausulæ One rationis conscientiæ, & Appellatione postposita; quia sæpius fuit decisum eas operari respectu contrauentionum de facto, non autem ubi adest possessor. Non obstat, quòd Alexander omnissa via attentatorum, obtinuerit manda
6 tum de manutenendo; † quia etiam hoc remedio vti poterat pro reuocatione attentatorum respectu possessionis, cũ numquam se habuerit pro spoliato, neque hoc præiudicat, quin per uiam attentatorum possint recuperari fructus. Non obstat, quòd Iacobus non fuerit condemnatus in fructibus, quia ad impediendum processum in negotio principali, satis est quòd constet de attentatis, quæ in
7 hoc casu resolutum fuit adesse. † Non obstat allegata intrusio, & non ius Alexandri: quia de hoc non constat neque per confessionem, neque per rem iudicatam, *Aegid. decis. 103.* Vltra quòd in attentatis non requiritur titulus. Et ita conclusum.

Toletana Professionis.
Die Lunæ 18. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Metus durat, quamdiu durat causa ipsius, & ille cui incutitur, non fuit in plena libertate constitutus.*
2 *Potentia superioris dicitur causa metus.*
Testi confessori magna fides adhibetur.

DECISIO MCLXXVII.

1 Fvit dubitatum, † An metus illatus Dominæ Mariæ durauerit in actu professionis, & post, in casu & ad effectum, de quo agitur, & Domini censuerunt hoc dubium uirtualiter esse resolutum ex decisionibus in hac
* causa factis, * cum enim numquam præsumatur purgatus metus, durante eadem causa metus, ut per *Bartol. et alios, in l. pen. de cond. ob turp. caus. Calderin. cons. 1. tit. quod met. caus. Marsil. Singul. 325. cum alijs pluries in hac causa*
a *citatis,* a † & tunc temporis duraret eadem causa, nem-
2 pe Comitis potentia, neque umquam Maria fuerit in plena libertate, ita ut potuerit dici purgatus metus, *Bald. in l. 1. q. 1. C. quod met. caus.* & plures fuit dictum coram me latissimè in Toletana matrimonii, allegata per informantes: & ad confirmationem præsumptionis iuris: Adsunt præterea testes clarè de metu & contradictione Mariæ deponẽtes, & de eius protestationibus ad Deum, & querimonijs,
3 & fletu; & inter ceteros † adest & testimonium eius confessionarij, cui magna adhibetur fides, *ut per Specul. tit. de. test. sub §. de numero testium, n. 9. gl. et Innoc. in c. testimoniũ de testib.* & benè ponderantur testes per Informantes, & inter ceteros adest confessio Abbatiũ S. Dominici probata per Catharinam Hernandez & Antoniam Villamas. Quæ in contrarium deducuntur ex testibus non fuerũt habita in consideratione; tum ex eo quòd quidquid per moniales probatur, est ualde suspectum tum propter interesseum, quia non releuat ex dicta metus duratione, quæ facit, ut omnes actus contrarii censeantur simulatè facti,

ex

ex causa dicti metus: Et in summa omnia ex decisionibus iam factis optimè euacuari. Et ita conclusum.

Sub die 12. Maij, & 15. Decemb. anni præteriti.
In decisione facta sub die 15. Decembr. in prima.

Romana Census.
Die Veneris 22. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *In remedio Saluiani non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes.*

DECISIO MCLXXVIII.

Domini censuerunt censum sustineri etiam in præiudicium Dominorum de Cesis, qui prætendunt illum annuallari ex eo, quòd non potuerit imponi per Gaddios super Castro Riani, stante pacto in venditione facta per Monachos Spinolæ apposito, quòd in euentum venditionis illius teneretur eam intimare Monachis, & illos præferre pro minori pretio in scutis 500. Verum tollitur difficultas, quia constat de intimatione facta Monachis anno 1537. & sic ante venditionem Castri factam Aloysio de Gaddis, & ista intimatio est valdè verisimilis ex subsequutis, quia Monachi anno 1539. & sic per duos annos post venditionem egerunt contra Aloysium vti possessorẽ Castri pro recuperatione censuum & responsionum per ipsos solutarum Canonicis S. Eustachij ratione tenutæ Ripaltæ, quod erat principale membrum dicti Castri, quod quidem iudicium non se compatitur cum dominio dicti Castri, immo necessariò concludit ratificationem venditionis factæ Aloysio. Præterea, anno 1549. Monachi comparuerunt in iudicio discussionis dominorum de Gaddis, & obtinuerunt se declarari priores & potiores super dicto Castro pro quibusdam eorum creditis, & denium se concordarunt pro summa scutorum decem & octo millium, & cum DD. de Cesis pro annullando censu viantur cessione habita à Monachis, non possunt impedire creditores dominorum de Gaddis, & præsertim Siluerium, qui inter illos locum obtinet, quo minus eis satisfiat in residuo preti j deductis decem & octo millibus, pro quo Monachi concordiam inierunt; & eo magis, cum venditio Castri facta Cardinali, & derogatio vitij litigiosi, fuerit facta cum expressa conditione, ut ex pretio soluerentur Monachis scuta decem & octo millia, & residuum creditoribus, & ita sese obligauit Cardinalis in forma Cameræ. Neque obstat, quod hęc obligatio intelligatur de creditoribus Tadęi Cardinalis, non autem Aloysij; quia licet hoc debitum fuerit originaliter contractum ab Aloysio, fuit tamen postea agnitum à Tadæo eius filio & hærede, qui dum vixit, soluit census, vt patet ex quietantijs, & cessat difficultas, quia vti talis, fuit assignatus pro creditore bon. mem. Cardinali Cesio, & hæc procedunt de plano in hoc 1 remedio Saluiani, † in quo non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, *ad decis. Paleotti 321. & fuit dictum in Romana quinquaginta millium, corã S. D. N.* Ideo conclusum pro validitate census, & immissione ex Saluiano.

Capuana Rectoriæ.
Die Veneris 22. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Ad probationem immemorabilis, testis debet deponere de visu per quadraginta annos ab ætate saltem quatuordecim annorum.*

2 *Testis deponens super immemorabili, debet concludere per publicam vocem & famam, & debet dicere, quòd nihil vidit, nec audiuit in contrarium, nec sufficit dicere, quòd sui maiores dicebant se nihil vidisse; aliàs non probat.*

DECISIO MCLXXIX.

Quæsitum fuit, an conditiones appositæ in decreto sacrę Congregationis Concilij, essent iustificatę ad effectum confirmationis sententię Auditoris Cameræ; & discussa diligenter materia, Domini censuerunt quantum ad primam conditionem, quòd cum a tempore immemorabili cura animarum resederit penes Capellanum, & 1 non penes Rectorem, eam non esse iustificatam; nam † primus testis Marcus, cum sit ætatis annorum 52. tantũ, non potest probare immemorabilem; nam ad hunc effectum Rota requirit, quòd deponat de visu per quadraginta annos, & saltem sit ætatis quattuordecim annorum respectu eorum, de quibus deponit, iuxta doctrinam *Gemin. Franc. & aliorum, in c. 1. de præscript. in 6. Couar. in reg. possessor, in 2. p. §. 3. numer. 7. vers. testis verò, Caputaq. decis. 71. parte 2. & 390. par. 3.* Vltra quòd iste testis fatetur post Synodum factam anno 1567. Rectorias collatas fuisse vti curatas; quare tempus quadraginta annorum deberet esse ante dictam Synodum, de quo nullus testis deponit, respectu aliarum parochialium: nam respectu S. Secundini, cessat difficultas, cum non constet vmquam vacasse post 2 Synodum. † Secundus testis satis bene concluderet, si probaret publicam vocem & famam, sed eam non probat, cum tantum dicat, (ut saepius publicamente in Capua.) neque dicit se nihil vidisse, vel audiuisse in contrarium; sed solum, quòd sui maiores dicebant se nihil vidisse. Tertius testis Octauianus, loquitur à quadraginta annis & amplius, vsque quo fuit facta Synodus, quę cum facta fuerit anno 1567. videtur deponere ante eius natiuitatem. & fatetur post Synodum collatas fuisse Rectorias vti parochiales, & non deponit de publica voce & fama, nisi quòd sui maiores id dicebant. Quartus testis Ioannes Berardinus, loquitur de tempore sui recordatus, & ubi dicit de quinquaginta annis, loquitur de auditu, & ipse quoque fatetur post Synodum contrarium fuisse obseruatũ. Quintus testis non deponit se nihil in contrarium vidisse, vel audiuisse: & in summa Synodus illa turbat totam hanc probationem. Quantum ad alteram conditionem, quòd Capellania haberet sufficiẽtes reditus, fuit dictum, quòd licet testes fint satis debiles, tamen ista probatio coadiuuatur ex assertione Episcopi, qui in vnione asserit eam esse pinguem; & ideo posset ista probatio suppleri iuramento: maximè stante præsumptione, quòd beneficia præsumuntur habere sufficientes reditus. Et ita conclusum, reliquis, quæ prolixè deducuntur extra dubium pretermissis.

Toletana Nullitatis Professionis.
Die Mercurij 27. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Procurator dominus litis effectus, quando possit causam prosequi in secunda instantia, & quando dicatur dominus totius instantiæ, uel etiam totius causæ.*

2 *Clausula, Releuans, &c. in mandato procuratoris operatur satisdationem iudicio sisti, & iudicatum solui.*

DECISIO MCLXXX.

1 Fuit resolutum † Ioannem Telez procuratorem, litis Dominum effectum, posse prosequi litem in secunda instantia post obitum D. Mariæ: nam mandatum comprehendit etiam causam appellationis in omnibus instantijs, vt clarè in eo habetur; & ideo potest prosequi hoc iudicium non obstante morte mandantis, vt fuit resolutũ: cũ nullus hæres comparet, nec etiam constet aliquem adesse ex allegatis sub die 27. Octobris 1595. & hoc habet locum in omnibus instantijs: quia licet dominus litis in prima instantia dicatur potius dominus instantiæ quã causæ, ideo non potest prosequi causam appellationis, vt per *Achil. de procurat. decis. 13.* Hoc tamen non procedit, ubi

adest

2 adest Clausula, Releuans, &c. † quæ cum operetur satisda tionem iudicio sisti, & iudicatum solui, facit, vt censeatur effectus dominus totius litis, non solius instantiæ, cum teneatur ad soluendum iudicatum, ex deductis in causa
* *Reatina Castri Postæ, coram R. P. D. meo Orano,* ° & maximè cum mandatum loquatur de omnibus instantijs. Et ita conclusum.

* *Sub die 5. Decembris 1586.*

Romana Bonorum de Columna.
Die Mercurij 27. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta, donec lis pendet, quid operetur.*
2 *Conditio suspensiua qualiter possit dici resolutiua.*

DECISIO MCLXXXI.

* 1 DOmini concorditer perstiterunt in resolutis, * exceptionem transactionis obstare Illustr. D. Francisco, † non quidem ad effectum, vt transactio suum plenum non consequatur effectum, & lis maneat finita, quia huic effectui obstant ea omnia, quæ bene per informantes pro Domino Francisco deducuntur: sed ad effectum vt tantisper in lite sit supersedendum, donec iudicium recuperationis Castri Noui, quod pendet in Camera Apostolica, terminetur, hæc enim fuit mens & intentio contrahentiū, dum dixerunt se vnitos, &c. concordes sperare dictum Castrū, siue medio iure, siue ex gratia recuperare, & ne post recuperationem oriantur controuersiæ, cupere ante dictā recuperationem recedere à litibus, quæ verba nihil aliud important quàm suspensionem litis, donec conditio purificetur, vel deficiat; ideoq. non potest recedi ab hac suspēsione, sed eius euentus exspectari, *glos. & Doctor. in l. necessario. §. quod si pendente, de peric. & com. rei vend. cum alijs in decisione allegatis*; aliàs si diceremus partes statim à transactione recedere potuisse, & litem prosequi in Rota, frustratoria & nugatoria fuisset ista transactio, & hoc clarè confirmatur ex Clausula resolutiua transactionis apposita in euentum non recuperationis tantum; ergo antequam appareat, an iste euentus sit certus, stare debet concordia, ex quo de voluntate contrahentium ita actū fuit, *l. si seruus plurium, §. fin. l. qui filiabus, delegat. 1. & facit regula l. 1. §. hæc verba, quod quisque iur.* Verba esse intelligenda cum effectu. Neque obstat, quòd hæc conuentio possit recipere aliquam temporis dilationem iudicis arbitrio declarandam, vt per *Iaf. in l. si pœnam, num. 7. de verbor. oblig.*
a *Menoch. casu 22. cum alijs allegatis*; a cum in casu, de quo agitur, post transactionem in Camera, actum fuerit tantum de auocatione causæ, non autem circa merita negotij principalis, neque aliquod dubium fuerit disputatū &c. resolutum; adeo, quòd neque etiam potest esse locus
2 arbitrio. † Non obstant ea, quę dicuntur de conditione su spensiua & resolutiua, quia licet quantum ad plenarium effectum conditio sit suspensiua, vt tandem non sequuta recuperatione nihil actum censeatur; tamen quantum ad effectum supersedendi in lite, donec litigatur in Camera, ista dicitur potius resolutiua, cum interim sit in lite Rotali quiescendum, donec certum sit Castrum non posse recuperari, *l. 2. ubi glos. de in diem adiect. Castr. cons. 451. lib. 1. Tiraq. in l. si unquam, n. in uerbo, reuertatur, nu. 283. C. de reuoc. donat.* Vnde cessant deducta ex *Ceph. cons. 52. n. 5. lib. 1.* Quare conclusum standum esse in decisis.

* *Sub die Lunæ 13. Nouemb. 1595.*
a *Idem in simili dicitur de eo, qui mutuat, quamdiu sibi placuerit, qui si sequenti die repetere vellet, mutuum esset inutile, & contra mentem contrahentium, & ob id volunt Doctores, non posse tunc mutuum repeti, sed tempus relinquendum arbitrio iudicis, ad Bald. Imol. Cum. Alex. & Iaf. allegatū in d. l. si pœnā, de uerb. obl. Capie decis. 116. n. 1. Tiraq. in l. si unquā, in uerb. amnino, uel partē, nu. 31. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. iud. casu 22. per totū.*

Bellunens. Canonicatus.
Die Lunę 1. Aprilis 1596.

SVMMARIVM.

1 *Liber baptismi regulariter probat ætatem, dummodo de eo legitimè constet.*

DECISIO MCLXXXII.

DOmini censuerunt gratiam Francisci non esse iustificatam; nam quòd attinet ad probationem ætatis
1 Sertorij, licet † enim ex libro Baptismi regulariter probe
* tur ætas, *ut in decisione aliàs facta*; * hoc tamē procedit, dummodo de tali libro legitimè constet, quod non adest in casu isto, cum producatur fides quædam, quæ continet adnotationem, vti dicitur, factam in quodam libro inuen to penes hæredes cuiusdam Viceplebani, & sic in libro neque recognito neque custodito penes successorem in Plebania, prout requiritur, &c. fuit dictum in vna *Coloniens. Status. 20. Februarij 1581. coram Reuerendiss. Oriolen.* Quare non potest ex huiusmodi fide dici probatus defectus ætatis; & ideo non est releuans obiectio, quæ fit, non fuisse super hoc defectu dispensatum, quia ex dispensationis litteris constat de contrario pro eo defectu, qui narratus fuit. Non obstat Clausula, Dummodo infra annum ad ordinem Diaconatus se faciat promoueri, quia non constat de negatiua, quæ venit probanda à Francisco, cū Sertorius possideat Canonicatum. Reliqua verò, quæ in gratia Francisci narrantur, non sunt iustificata; nempè, ꝙ inseruierit Ecclesiæ Bellunensi spatio decem & octo annorum, & quòd fructus non excedant 24. & quòd Canonicatus vacauerit de mense Nouembris 1591. per obitum Cæsaris Æmiliani, quæ tamen omnia essent probanda, *ad notata per Io. And. in c. 1. de lite contest.*

* *Sub die Lunæ 19. Iunij anni præteriti.*

Valentina Iurisdictionis.
Die Lunę 1. Aprilis 1596.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest causas ad se per appellationem aut aliàs delatas ab Episcopo Suffraganeo per se, uel per Vicarium generalem, uel per delegatum cognoscere, & terminare in totum, uel in partem, etiam in Diœcesi Suffraganei; Necnon totam causam uel partem delegare potest. Item, & Notarium & Nuncium deputare pro exercenda iurisdictione.*
2 *Concesso uno, omnia censentur concessa sine quibus id expli cari non potest.*

DECISIO MCLXXXIII.

1 DOmini sine difficultate dixerunt, † posse Archiepiscopum causas ad se per appellationem, aut aliàs delatas ab Episcopo Suffraganeo per se, vel per Vicarium generalem, uel per delegatum cognoscere, & terminare in totum, uel in partem, etiam in Diœcesi Oriolensi, *per text. in c. 1. de off. ordin. in 6. ubi traditur differentia inter causas deuolutas & deuoluendas, & ibi Anchar. Gemin. & Franc.* idem probatur *in c. ut litigantes, eod. tit.* & potest totam causam uel partem tantum delegare, *c. super quæstione, in princ. de off. delegat. ubi glos. & Abb. n. 9. Imol. n. 15. Barbat. in fin. Iaf. in Auth. ad hoc. n. 5. C. de iudic.* Potest etiam Notarium & Nuncium deputare pro exercenda iurisdictio-
2 ne, quia † vno concesso, censentur omnia concessa sine qui bus id explicari non potest, *l. 2. de iurisd. omn. iud.* & hæc omnia procedunt de iure communi, circumscripta consuetudine.

Rauenna.

Rauenaten. Donationis.
Die Lunæ 29. Aprilis 1596.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quando dicatur remuneratoria, & non pura.*
2 *Clausula illa, Pura, libera, &c. posita in donatione solita apponi de stylo Notariorum, non repugnat donationi remuneratoriæ.*
3 *Clausula, Omni meliori modo, sine copula non ampliat dispositionem.*
4 *Donatio ob benemerita regulariter non valet, si de ijs non constat, maximè in illis donationibus, quæ aliàs sunt nullæ, vel prohibitæ; an autem merita probentur iuramento donantis, vide num. seq.*
6 *Iuramentum semper est seruandum, vbi sine dispendio salutis æternæ seruari potest.*
7 *Iuramentum firmat donationem factam inter patrem, & filium, secundum magis communem Doctorum sententiam.*
8 *Donatio facta inter patrem & filium sub assertione meritorum cum iuramento, non recipit robur à meritis, sed à iuramento.*
9 *Merita probantur assertione donantis, concurrentibus adminiculis.*
10 *Donatario absenti ius acquiritur ex stipulatione Notarij.*
11 *Stante iuramento acquiritur ius absenti, & licet sit necessaria ratificatio, sufficit tamen scientia & patientia, vt num. sequenti.*
13 *Sufficit ratificatio donatarij post mortem donantis.*
14 *Defectus insinuationis per iuramentum suppletur.*
15 *Iuramentum vnicum in donatione an plures defectus supplere possit.*

DECISIO MCLXXXIV.

DOminus Hieronimus de Pasolinis habens quattuor filios, donauit inter viuos irreuocabiliter Petro Frãcisco vni ex filijs scuta 1500. auri, ei soluenda per ipsius fratres de ratis bonorum & hæreditatis ipsius donantis, prædictis fratrib. tangentib. cum Clausulis iuramento, & alijs contentis in instrumento donationis. Orta controuersia super validitate istius donationis, & cã introducta corã Gubern. Rauennæ, fuit per eum snia lata contra Petrum Franciscum, à qua appellatum fuit, & causa introducta coram me: Dubitaui, An dicta sententia esset confirmanda, vel reuocanda, quod pendet ex validitate dictæ donationis, circa quam duæ potissimum sese obtulerunt difficultates: Prima est, an hæc donatio sit pura, & simplex, ex mera liberalitate, an verò remuneratoria. Altera est, An quatenus sit remuneratoria, nihilominus sustineatur vigore iuramenti promissorij, etiam non probatis meritis. Quantum ad priorem quæstionem, Domini inclinabant
1 † donationem non fuisse puram, quia ex eius lectura constat non adesse tam generalem illam meritorum assertionem, quæ censetur posita ad colorandam donationem, *iuxta consil. Oldradi 5. cum alijs allegatis*, * sed expresse est facta ex causa meritorum, & in eorum recompensationem, vt in ea legitur, quo casu non habet locum *consil. Oldradi, vt tradit Dec. in l. si donatione, num. 24. C. de collat. latè Franc. Becius, consil. 20. num. 20.* præsertim vbi versamur inter personas prohibitas, *vt per Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 94.* & cum verba sint clara, cessant coniecturæ deductæ ex alijs Clausulis, quæ possunt dici appositæ ad maiorem donationis validitatem; nempè, promissio de non reuocando etiam ex causa ingratitudinis, cum non desint Doctores, qui tenent reuocari posse, *vt per Tiraq. ibid. num. 13. & 16. qui illos citat.* Vltra quòd ista promissio posita est in Clausulis
2 generalibus, prout † Clausula, Pura, libera, &c. quæ solent ex stylo Notariorum apponi, neque repugnant do-
3 nationi remuneratoriæ. Neque etiam obstat † Clausula, Omni meliori modo, cum non habeat copulam, (&) quæ facit, vt valeat omni meliori modo etiam præter expressũ, quare non ampliat dispositionem, *Cassador. decis. 7. num. 7. de appell. Achill. decis. vnica, de Clausul.* Quantum ad alte-
4 ram quæstionem, regula est, † donationem ob benemerita non valere, si de ijs non constet: quoniam ea recipit robur & validitatem à benemeritis, vt est in donationibus, quæ aliàs sunt nullæ vel prohibitæ, *l. donationes quas paren-*
5 *tes, C. de donat. inter vir. & vxor.* † Ideo merita sunt probãda nec sufficit assertio iurata donantis, *vt latè per Clar. in §. donatio. q. 3. & 8. Tiraq. vbi supra, num. 91. cum alijs, quos allegat Hippol. Rimin. Instit. de donation. in princip. & num. 26. cum sequent. vsque ad num. 270.* Verum hæc videntur procedere in iuramento assertorio; secus verò in iu-
6 ramento promissorio, † quod semper est seruandum, si seruari potest absque dispendio salutis æternæ, *c. debitores,*
7 *c. veniens, c. Quintauallis, de iureiur.* & † ideo ex magis communi Doctorum sententia confirmat donationem factã inter patrem & filium, *vt latè tradit Clar. d. §. donatio, q. 3. Gabr. Concl. 4. de donation.* nam sicut pater poterat cum iuramento validè simpliciter donare, ita etiam sub asser-
8 tione meritorum etiam quòd alias non iustificentur, † cũ donatio non recipiat robur à meritis hoc casu, sed à iuramento; *vt bene declarat Repa. in d. l. si vnquam, q. 15. & Respons. 1. de donat. caus. mort. num. 9. Corn. consil. 104. num. 13. lib. 2. Grat. Respon. 63. num. 24. lib. 2.* † Et hæc facilius ad-
9 mitti debent in casu isto, in quo assertio meritorum est satis adminiculata ex confessione Nicolai in suis litteris, & ex assertione Iacobi facta tempore donationis, & vbi concurrunt adminicula, statur assertioni donãtis, *vt post Salic. & alios, tradit Tiraq. vbi supra, num. 100.* Addebat etiam vnus ex Dominis videri magnam esse differentiam inter donationem nullam, ratione prohibitionis legis, qualis est ea, quæ fit inter virum, & vxorem, & ea, quæ redditur nulla, non ex probatione, sed ex sui natura, quæ reflectitur in patrem ob patriam potestatem; & ideo non potest præsumi facta in fraudem legis, cum lex eam fieri non prohibeat, quemadmodum lex non prohibet testari, licet testamentum minus sollemne sit nullum; nam in hac non mili-
10 tat ratio illa, ne fiat fraus legi. † Non obstat, quòd donatio absenti facta fuerit, quia sufficit stipulatio Notarij, quæ probatur ex illa dictione, absenti, &c. quæ solet extendi, & mihi Notario pro eo stipulanti. Adsunt ẽt alia verba, ex quib. stipulatio colligitur, *vt in simili fuit dictum coram me, in causa Vrbeuetana hæreditatis, 15. Iunij 1580.* Vltra
11 quòd † adest iuramentum, per quod etiam acquiritur ius absenti, etiam absque stipulatione, *Butr. in c. cum contingat, de iureiur. Gabr. Concl. 1. de verb. oblig. n. 69. & fuit ponderatum in d. causa Vrbeuetana.* Neque obstat, quòd
12 † necessaria sit ratificatio: quia nihilominus dicitur ius quæsitum ante ratificationem, & sufficit sola scientia & patientia, *vt per Couar. in Rubr. de testam. parte 3. n. 13. & tenuit Rota coram R. P. D. Robusterio, in causa Romana Fideiussionis 28. Ianuarij 1587.* Neque obstant testes, quia nihil deponunt de tempore post factam donationem, licet dicant, quòd ante donationem Petrus Franciscus rogabat patrem, ne illam faceret, vetitus fortasse indigna-
13 tionem fratrum. Neque obstat, quòd † ratificatio nõ fuerit facta in vita patris, quia cum bona non fuerint in alios translata titulo singulari, hæres tenetur habere ratum factum defuncti, *vt fuit dictum in eadem causa Vrbeuetana.*
14 † Non obstat alius defectus allegatus insinuationis, quia sæpius Rota censuit suppleri per iuramentum, *vt per Gabr. Concl. 1. de donat. n. 66. qui ceteros allegat, & tenuit Rota in causa Beneuentana Donationis 21. Octobris 1585. coram R. P. D. Gipsio.* Verum suborta est alia difficultas non con-
15 temnenda, † An iuramentum vnicum possit tot defectus sup-

fupplere, & tot effectus diuerfos parere, veluti confirmationem donationis, probationem meritorum, ftipulationem, & infinuationem, iuxta notata per *Bart. & alios, in Authen. Sacramenta puberum, §. Si aduerfus vendit. cũ alijs*
a *hic latè deductis per informantes.* a Verum præter quam quòd hic verè duo tantum adfunt defectus: Alter prouenniens ratione patriæ poteftatis: Alter verò infinuationis; verior, & receptior opinio eft illa, vt attendenda fit forma iuramenti, fi enim non eft reftricta, fed ampla & prægnãs, apta comprehendere omnes defectus cum præcedente promiffione habendi rata omnia & fingula in inftrumento contenta, iurando omnia & fingula attendere, & non contrafacere, fub pœna periurij, prout in cafu ifto, ceffat difficultas, & iuramentum cenfetur fupplere omnes defectus. *Dec. conf. 238. num. 1. & conf. 414. in fine. Corn. conf. 17. vol. 4. Aymo, conf. 7. num. 4. & 114. num. 9. latè Rimin. In ftit. quib. alien. lic. num. 250. & latiffimè Moderni Senenfes, de priuileg. iuram. priuil. 83. num. 49. verf. aliquando & ter-*
b *tio.* b Et hanc fententiam communem effe apparet *ex traditis per Bart. in d. Auth. Sacramenta puberum, num. 14. & ibi Caftrenf. num. 10. Iaf. num. 46. Dec. conf. 349. numero 6. et 403. numero 22. verf. quarto refpondetur. Ruin. conf. 212. numero 6. lib. 1. Bero. conf. 22. num. 50. lib. 1. vbi de communi. et conf. 144. num. 10. lib. 1. Nenizan. conf. 8. num. 15. Hier. Gabr. conf. 127. num. 34. lib. 1.* Ex quibus concluſum pro validitate donationis & fententiæ reuocatione.

* *Bald. in Auth ex teftamento, C de collat. Bellon. conf. 74. poft nu. 9. Seraphin. de priuileg. iuram priuil 40. Ruin. confilio 173. numero 13. lib. 1. Bero. confilio 65. numero 16. lib. 1. ad text. in l. Titio centum, in princ. ff. de cond. & demonftr. & l. affectionis ff. de donation.*

a *Inter quos funt Soc. in l. 1. § fi quis ita, n. 10. de verb. oblig. Iaf. conf. 318. col. 2. lib. 4. Ruin. conf. 98. num. 7. & conf. 212. num 6. libro 1. Socin iun. conf. 8. num. 18 lib. 4. Purpur. conf. 395. num. 65. Bero. conf. 22. num. 30. lib. 2. Bello conf. 4. col. 2. Parif. conf. 89. num 67. lib. 1. Curt. iun conf. 269. nu. 12. lib. 3. Barb. inter conf. Curt fen. 66. in fin. Dec. conf. 239. num. 3. & conf. 349 num. 6. & conf. 403. col. fin. Ceph conf. 409. num. 41. Laurent. a Pinu, conf. 31. num. 22. allegans Bald. in l. illud, num 9. C de fac. fanct. Eccl. Caffan. confil. 7. num. 26 Menoch. conf. 84. num. 48. Mandof. ad conf. Rom in. 26. in verb. Iuramento, ad fin. fubdens fuiffe aliàs iudicatum pro negatiua in Rota Romana de anno 1548. & Andr. Sicul. confilio 70. num. 22. lib. 3. Rimin iun. conf. 5. num. 139. in 1. & conf. 360. num. 83. lib. 4. Alciat. in c. cum contingat, num 46. de iureiuran. Rim. iun. Inftit. quib. alie. lic. num. 253. & tenentes negatiuam adducunt fimile de tortura, quæ vnicum tantum defectum fupplet, non autem plures purgare poteft, Crauet. conf 6. num. 52. Roland. conf 3. num. 49. lib 3. Burfat. conf. 201. num. 69. in 2. Rimin. iun. conf. 360. num. 82.*

b *Adde Dec. conf. 414. num. 12. cum feq. vfque ad fin. Tob. confilio 56. num. 13. verf. & fi forfan. & num. 14.*

Clufina Terrarum.
Die Veneris 10. Maij 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Colonus quando dicatur malè verfari, vt poffit expelli, non obftante iure perpetuæ coloniæ, vide per totam.*

DECISIO MCLXXXV.

Dubitatum fuit, an conftet de mala verfatione, & negligentia colonorum, ad effectum vt poffint expelli, non obftante quòd habeant ius perpetuæ coloniæ, iuxta
1 *notata in l. fi de, C. de locat.* † Mala autem verfatio prætenditur ex trib. capitibus, nempè, quòd coloni alienauerint bona Ecclefiæ fine licentia Rectoris; quòd bona ob malam cultura fuerint deteriorata; & quòd fructus fuerint recollecti, & frumentum trituratum non vocato Rectore. Quantum ad primum caput fuit dictum, quòd bona territorij Marchionatus del Chiufi vigore bannimentorum fine licentia Marchionis alienari non poffunt, quod probatur per teftes, & idem dicendum fit de bonis Ecclefiæ, quæ eodem iure cenfentur, *ut aliàs fuit decifum,* * *tamen coram R. P. D. meo Mantica 12. Februarij 1588.* quando fuit refolutum translatum fuiffe ius vtilis dominij in iftos colonos, inter alia fundamenta fuit allega longiffimi temporis obferuantia, de qua teftes deponebant, quòd coloni per longiffimum tempus foliti funt palam & publicè difponere de iftis bonis, tamquam proprijs, illa vendendo, permutando, & alia faciendo, quæ de bonis proprijs fieri confueuerunt. Quantum verò ad fecundum, res decidenda eft fecundum terminos iuris communis, quia licet in bannimentis ftatuatur, quòd coloni teneantur bene colere terras: tamen in euentum contrauentionis non apponitur pœna priuationis, fed tantum in euentum alienationis, & in cafu, in quo dominus fraudetur fua portione. De iure autem communi relinquitur arbitrio iudicis, qualis debeat effe ifta mala verfatio, & requiritur, vt ea fit in proprietate, & non fit immodica, & fit cum dolo & culpa faltem leui; nam de leuiffima ratio non habetur, ut poft *Bald. in Auth. Qui rem, C. de facrofanct. Eccl. tradit Iaf. in l. diuortio, §. fi fundum, num. 4. fol. matr. Menoch. de arb. Cafu 78. num. 6. Alex. conf. 129. lib. 2. & conf. 118. num. 10. & 18. lib. 5.* Sufficit autem, quòd coloni colant iuxta confuetudinem loci: Vnde difcurrendo dicta teftium, vifum eft Dominis in hoc cafu non probari aliquam deteriorationem in proprietate, fed tantum in recollectione maioris, aut minoris quantitatis fructuum, quod Baldus ait non effe habendum in confideratione ad effectum priuationis, præcipuè cum hoc damnum magis afficiat colonos, quàm directos dominos, quæ res omnem doli fufpicionẽ excludit. Nec obftat, quòd teftes dicant fe vidiffe aliquas petias terræ non cultas, quia hoc refpicit damnum in fructibus. Prætereа dari poteft cafus, in quo eo anno non debuerint coli, cum anno fuperiore cultæ & fatæ fuerint, vel quòd relictæ fuerint pro area, vel pro aliquo alio vfu neceffario, nõ autem quòd cultura fuerit penitus neglecta, ut loquitur *text. in l. fi lege, §. fi fundus, locat.* Similiter non obftat, quòd teftes deponunt de paucis araturis, quia non eft ftatutus certus numerus araturarum, & in hoc fpectanda eft qualitas & neceffitas terrarum, præterquam quòd iftis calamitofis temporibus, de quibus etiam deponunt teftes, hoc magis ex impotentia, quàm ex voluntate, & negligentia contingere potuit. Neque etiam obftat, quòd teftes deponunt in aliquibus petijs terræ fata fuiffe legumina nõ autem frumentum; tum quia folent feri legumina, poftquã fata fuerunt priore anno ad vfum grani; tum quia teftes loquuntur de exigua petia terræ, neque conftat id dolo factum fuiffe. Quantum ad tertium caput recollectionis fructuum fine notificatione Rectoris, & eius licentia, non ex hoc folo inducenda eft pœna priuationis, fed admonendi coloni, ut in pofterum abftineant ab hac re, & bona fide denuncient Rectori tempus recollectionis, vt poffit pro habenda fua portione adhibere cuftodes arbitrio fuo. Et ita concluſum.

* *Supra fub die Lunæ 26. Iun. anni præteriti, & prius fub die 27. Nouembr. 1589. coram bon. mem. D. Bubalo dictum fuit habere ius colonie, prout habent coloni terrarum Cameralium.*

Nucerina Tenimentorum.
Die Lunæ 13. Maij 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Ad hoc, vt emphyteuta non cadat à iure fuo ob non folutionem, profunt folutiones à tertio factæ.*

DECISIO MCLXXXVI.

Circumfcripta deuolutione ex capite alienationũ: Domini ex fcripturis nouiter productis, quatenus exhibeantur in forma probanti, tenuerunt effe locum reftitutioni, ex quo ex dictis fcripturis fufficienter conftat de fo-
lutione

lutione canonum. Neque obstat, quòd non constet de
1 mandato soluentiũ, † quia ad effectum ne emphyteuta cadat à iure suo, prosunt solutiones à tertio factæ, *Ias. in l. 2. n. 68. de iure emph. Anch. cons. 49. n. 7. Abb. cons. 67. col. 3. lib. 2.*

Romana Fideiussionis.
Die Lunæ 13. Maij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Si census imponitur cum assertione, quòd pretium sit erogandum in aliquam causam, non facit contractum conditionalem respectu emptoris.*

2 *Mulieri, quæ fideiussit pro marito, quando succurri possit.*

DECISIO MCLXXXVII.

FVit dubitatum, an fideiussio Dominæ Blanchinæ præstita cum decreto iudicis super impositione cuiusdam census super domo Bernardini eius viri, fuerit valida, ita vt ipsa teneatur ad præstationem dicti census; Et pro parte ipsius Dominæ Blanchinæ, quæ sola informauit, prætendebatur non subsistere ex generalibus regulis prohibitarum fideiussionum, & contractuum ad fauorem mariti, & contractuum feminarum à statuto Vrbis, sub certa forma & sollemnitate celebrandorum: sed & in specie vrgebant informantes hunc contractum non sustineri, ex quo initus fuerat sub expressa conditione, vt pecuniæ conuerterentur in solutionem pretij alterius domus,
1 sub qua dos ipsius fuerat per virum assecurata: † Verum Domini ex his non mouebantur, ex quo obligatio contracta fuerat cum causæ cognitione & decreto iudicis, seruatis seruandis; neque verum est, quòd contractum esset sub conditione soluendi pretium alterius domus, sed id narratur per modum causæ impositionis census; nempe, quia pecuniæ ex eo redactæ inseruiebant pro soluenda parte pretij domus emptæ; & ideo hoc non nocet emptori, *l. fin. in fin. de exercit. action. & not. Bart. in l. 1. §. non autem, nu. 2. & Castr. num. 4. eod. tit. idem Bart. in l. Ciuitas, num. 7. si cert. pet. Dec. cons. 329. num. 2. & fuit dictum in una Romana uineæ, 21. Apr. 1589. coram Domino Comitulo.* Verum
2 † duobus casibus dixerunt esse succurrendum huic mulieri: Primus est, si ex hoc contractu resultat, ut Domina Blanchina remaneret penitus indotata, *ut fuit resolutum coram R. P. D. Arigonio, in causa Romana fideiussionis.** Alter casus est, si in facto verum est, quòd adessent propinqui, qui essent in hoc contractu adhibendi, & non fuerint adhibiti, ut ex eius lectura patet, tunc enim contractus esset nullus; & his tantum casibus veris existentibus, vel altero eorum, Domini erant in sententia contractum sustineri non posse.

* *Sub die 5. Iulij 1593.*

Militens. Pretij frumenti.
Die Lunæ 27. Maij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Papa censetur semper maiorem sibi facultatem retinuisse, quàm concessisse.*

2 *Iudicium potest continuari cum procuratore domino litis effecto post mortem principalis.*

3 *Quis tenetur ex facto sui officialis.*

DECISIO MCLXXXVIII.

DVbitatum fuit, An sententia Auditoris Cameræ sit confirmanda, uel infirmanda, & contra eam pro parte Religionis plura deducebantur. Primò, nullitas ex defectu iurisdictionis, stantibus priuilegiis Magni Magistri, quòd pro rebus gestis in Insula non possit conueniri extra
1 Insulam: † Verum hoc obiectum tollitur ex Rescripto Papæ, qui maiorem semper sibi retinuisse facultatem censetur, quàm concesserit: Vnde cum habeamus eius cõmissionem, cessat obiectum. Secundò, obiicitur defectus citationis, ex eo quòd non fuerint citati procuratores ad hoc mandatum habentes, sed hic defectus ex facto tollitur, cum monitorium fuerit exequutum contra D. Petrũ della Rocca Oratorem Magni Magistri, & Religionis, ac Dominum Baldassarem Bonadies, & Franciscum Casauecchia, qui semper in negotijs Magni Magistri, & Religionis a pluribus annis citra in omnibus causis compa-
2 ruerunt in Rota, & aliis tribunalibus: Vnde † cum illis potuit incohari iudicium & finiri, cum unus eorum plures actus in causa fecerit, & effectus fuerit dominus litis, & cum eo etiam principali mortuo potuit iudicium continuari; maximè cum sententia lata sit etiam contra Iuratos & Officiales Melitens. contra quos potest sustineri, *Gabr. cons. 56. num. 15. lib. 1. & fuit in pluribus causis resolutum, uelut i in Pampilonen. 4. Aprilis 1588. coram* R. P. D. *meo Orano, & coram* R. P. D. *meo Penia 16. Decemb. 1588.* Obiicitur etiam sententiam esse iniustam: Primò ex eo quòd fuit condemnatus Magnus Magister, qui in hoc iudicio nullum habet interesse, ex quo Officialibus commisit causam retentionis grani, ad instantiam Iuratorum, prout de iure, sed huic obiecto fuit responsum, quod ex quo nauis fuit retenta de ordine Magni Magistri, licet ad instantiam Iuratorum, & quòd granum fuit exoneratum, & distributum ab Officialibus ipsius, ipso sciente & patiente, vt hæc omnia probantur per primum & secun-
3 dum testem, † non est dubium ipsum ex facto suorum Officialium teneri, cum non solum prohibere potuerit, & non prohibuerit, sed etiam mandauerit, & factum ratum habuerit, *l. 1. §. quoties, de ui, & ui armata. Afflict. decis. 82. num. 4. Boer. decis. 86. num. 1. &* 2. Ex alio capite prætenditur iniustitia ex defectu liquidationis, sed hæc minus placuit, cum testes optimè probent, quòd de eo tempore granum communiter uendebatur in Insula Melitæ pro scutis 14. & 15. iuxta quam rationem fuit facta condemnatio pro pretio salmatum 900. iuxta mensurationem factam. Et ex his conclusum sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandam.

Fauentina Bonorum.
Die Veneris 31. Maij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur concludenter intentionem suam probare.*

2 *Excessus non præsumitur in exequutione.*

3 *Ennunciatiua, quæ non sunt de antiquo, & quæ emanant à persona suspecta propter interesse, non præiudicant.*

DECISIO MCLXXXIX.

FVit dubitatum, vtrum ex instrumentis pro Communitate productis super terris signatis in Planta DD. Æ. Æ. probetur excessum fuisse per Canonicos in exequutione facta contra Communitatem, & Domini sine contradictione censuerunt non probari, cum Communitas in hoc articulo sit actrix, *ut fuit resolutum 13. Ianuarii 1570. &*
1 *14. Nouembris 1583.* † Ideo talis excessus per eam est concludenter probandus, *l. 2. de probat. Aymo. cons. 211. num.*
2 *29.* & eo magis, quia † regulariter excessus non præsumitur, *Rota decis. 45. de appellat. in nou.* Ea vero, quæ deducuntur pro Communitate, non probant concludenter aliquid, quod releuet: nam quantum ad instrumentum donationis factæ Maglorio à Dominis de Manfredis anno 1481. & aliud instrumentum de anno 1495. in quo continetur recognitio eiusdem Maglorij erga Ecclesia Pomposiæ tamquam dominam directam; ea non uidetur probari, attento instrumento anni 1295. super quo fundatur ius Manfredorum, & ex eo probatur illos non habuisse à Pomposianis in fundo Fossulæ nisi tornaturas quinquagin

ta in octo petijs, quas Rota resoluit esse extra locum exe-
quutionis: Vnde impossibile est, quòd verificentur supra-
dicta instrumenta, quæ continent octuaginta tornaturas
in vna petia: maximè cum alibi Rota collocauerit dictas
petias quinquaginta in Fossulo, & Prata; & appareat Abba
tem Pomposiæ in recognitione Maglorij non fuisse ausũ
asserrere præcisè dictas terras esse in fundo Fossulæ, sed
subdit, vel si fundus ille aliter nominaretur. Et confirma-
tur hoc ex alijs instrumentis Communitatis, in quib. col-
locantur in Madraria & in instrumentis annor. 1543. &
1545. vltra quòd super illis terris nulla est altercatio, cum
non prætendantur a Canonicis, neque super illis fuerit ali
qua lis hactenus mota Pomposianis, neque super eis facta
3 aliqua exequutio; † neque illæ enunciatiuæ nocent Cano
nicis; præsertim cum non sint de antiquo, respectu initij li
tis motæ de anno 1553. & emanent ab Abbate, qui est per
sona suspecta propter interesse quod habet, *iuxta decis.
Achill. 5. de iure patr.* Quare conclusum hanc probationẽ
esse valdè dubiam, & nihil certi ex ea haberi posse ad effe
ctum prætensi excessus.

Tarentina Viridarij.
Die Veneris 31. Maij 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutio reciproca non est, nisi sit facta vltimo dece-
denti.*
2 *Error excludit consensum.*
3 *Falsa causa irritat transactionem.*
4 *Substitutio si sit facta plurib. sub conditione si decesse-
rint sine liberis, vno sine liberis decedente, locum habet,
An autem procedat, quando substitutio est facta in to-
ta hæreditate, vide num. sequenti.*
6 *Clausula, Tali casu, & non alias, nec alio modo, licet indu
cant formam; tamen sese compatiuntur cum alia for-
ma, quæ sit de iure communi.*
7 *Quando substitutus non est admittendus nisi post mortẽ
omnium, vno decedente, eius portio non transit ad coha
redes, sed remanet penes successores ab intestato.*

DECISIO MCXC.

QVia prætendebatur pro parte D. Lucretiæ cõtra Ca-
pitulum Tarentinum transactionem quamdam a se
cum Raphaele initam esse erroneam, & nullam, ex quo 1
erat fundata in falsa cã, ad hunc effectum fuit dubitatum,
An Lucretia fuerit substituta ab Aloysio fratre post mor- 2
tem vtriusque Camilli & Raphaelis fratrum in casu, & ad
effectum de quo agitur. Effectus dubij est, quia in transa-
ctione fuerat expressum, quòd in testaměto disponebatur,
quòd alter ex dictis fratrib. Camillo & Raphaele succede
ret alteri, quæ tñ Clausula non legitur in dicto testamento,
sed tantum quòd ipsis fratrib. decedentib. sine filijs legiti
mis, et naturalib., ex corũ corpore, legitimè descendentib.,
tali casu in dicta hæreditate & bonis succedat, & succe-
dere debeat D. Lucretia soror vtrimque coniuncta, & eius
filij, &c. Vnde pro ipsius Lucretiæ parte deducebatur falsi
tas causæ & error annullans transactionem; præsertim cũ
ex mutatione verborum testamenti appareat non fuisse
visa & inspecta verba testamenti, prout requiritur *ex di-
spositione l. de his de transact.* Informãtes pro Capitulo Ta
rentino, quod successit D. Raphaeli, in eorum informatio
nib. conati sunt defendere narrata in transactione in effe-
ctu idem continere, quod continebatur in testamento, sci
licet, vt nõ possit fieri locus substitutioni Lucretiæ, nisi post
mortem vtriusque, nempe Camilli, & Raphaelis, quod vi
detur esse, perinde ac si ad exclusionem Lucretiæ fuissent
isti fratres inuicem substituti; Ideoq. hunc articulum di-
scutiendum ad effectum validitatis transactionis: propo-
suit in Rota Illustr. D. meus Arigonius; pro cuius resolu-
tione plures videntur examinandæ quæstiones; quarum
prima est, An reciproca substitutio intelligatur facta inter
Camillum & Raphaelem fratres hæredes institutos: Et
1 in hoc articulo Domini censuerunt †, non esse inductam
reciprocam inter istos fratres substitutionem, quia substi-
tutio non fuit facta vltimo decedenti, vt requiritur, *&
tradit optimè Illustr. D. meus Card. Mant. de coniect. vltim.
volunt. lib. 7. tit. 5. nu. 6. & fuit pluries resolutum in Rota, ve
a luti in vna Bononien. de Felicinis, coram me, a & nuper alia
Rauennat. fideicommissi, coram D. meo Orano, 10. Aprilis
præteriti.* Quare cum fuerit dictum in transactione fra-
tres præfatos fuisse inter se reciprocè substitos, quod non
2 est verum, videbatur constare de errore, † per quem ex-
cluditur consensus, *l. si per errorem, de iurisd. omn. iud.* Item
3 de falsa causa, † quæ irritat transactionem, *vt fuit resolu-
b tum coram me in causis Bnonesina Transactionis, b et Ari
minen. Castrorum.* Verum quia vt dictum est, si Lucretia nõ
posset succedere, nisi post mortem vtriusque, fortè dici pos
set, quantum ad effectum nullũ adfuisse errorem; ideoq;
sustineri posse transactionem; Ideo venit examinanda alte
ra quæstio, An Lucretia non potuerit succedere nisi vtro-
que fratrum defuncto, qui quidem articulus est arduus,
& difficilis, & periculosus, *vt scribit Ripa, in l. hæredes mei
4 §. cum ita, num. 136. ad Trebell.* † Verum communis vi-
detur esse Doctorum sententia *cum Bartol. in dicto §. cum
ita*, quod si simpliciter pluribus facta sit substitutio sub
conditione, si decesserint sine liberis, si conditio in
vno ex pluribus extiterit, substitutio locum habebit; quia
cum respiciat diuersas personas, resoluitur in singularita-
tes, *vt consuluit Alex. in cons. 38. n. 3. lib. 1. & communem
dicit Socin. cons. 94. n. 5. lib. 4. Ripa, in d. §. cum ita n. 129. Be-
ro. cons. 119. n. 14. lib. 2. Illustr. Mantica lib. 11. tit. 5. nu. 17.*
Neq. frater superstes potest dici talis persona, quæ ex ve-
risimili mente testatoris excludat Lucretiã sororem sub-
stitutam, cum non sit ex descendentib. testatoris, & cum
ab intestato non succederet in totum, sed vna cum sorore,
ad ea quæ *tradit id. in. Card. in. Mantica, d. lib. 11. tit. 5. n. 18.
& 19.* Atque hanc etiam confirmat, quòd sumus extra illã
difficultatem, q̃ excitat *Ripa*, † qñ substitutio fit in tota hę
5 reditate: quo casu ipse defendit, *n. 136. post Bar. in l. quidam
testamento, de vulg. & pup. & alios*, quòd non censetur pu
rificata conditio substitutionis, cum per vnius tantũ mor-
tem tota hęreditas non vacet; licet non desint multi Docto
res contrarium tenentes, *quos refert idem Illust. Mantica d.
tit. 5. n. 24. cum sequentib.* nam in hac substitutione non le-
gitur Lucretiam substitutam esse in tota hęreditate, sed
simpliciter in dicta hęreditate, & bonis: Vnde cum isti
6 fratres non sint inuicem substituti, † nihil obstat ponde-
ratio Clausularum; tali casu & non aliàs nec alio modo,
quia licet inducant formam, *vt tradit Alex. in cons. 3. n. 5.
lib. 1. cum alijs, quos citat Decian. consil. 107. n. 7. lib. 2.* ta-
men sese compatiuntur cum hac forma, ex quo nulla exi-
stente substitutione reciproca, non videtur testator sustu-
lisse facultatem succedendi de iure communi, quę compe
tebat Lucretiæ vnà cum fratre superstite, *l. 1. C. de legit. hæ-
7 red. cum simil.* † & in omnem euentum, quando esset ex-
spectanda mors omniũ, adhuc portio decedentis non tran
siret ad cohęredes, sed remaneret penes successores ab in-
testato, inter quos est Lucretia, donec purificetur conditio
in vtroque *Zanch. qui alios refert in d. §. cum ita, §. 6. n. 106.
cum sequentib.* Ex qua re sequitur longè diuersus effectus
ab eo, si adesset reciproca substitutio: Vnde fit, vt manife-
stè appareat de errore, & falsa causa, ex qua concluserunt
Domini corruere transactionem.

* *Præsens decisio facta fuit in Rota coram R. P. D. Arigonio, qui cũ sub
die 5. Iunij proximi S. R. E. Card. fuerit creatus a R. P. D. Seraphi
no Decano fuit extensa.*
a *Sub die Lunæ 18. Febr. 1591.*
b *Sub die Lunæ 21. Nou. 1575. & in Arim. Castr. Lunæ 2. Mart. 1592.*

Parmen.

Parmens. Status.
Die Mercurij 5. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quando incurratur ob subministrata indicia in causa criminali.*
2 *Testis unicus nihil probat.*
3 *Amicitia, ut repellat testem, debet esse immoderata.*
4 *Licet testes reprobatorij instrumenti debeant esse omni exceptione maiores; hoc tamen non requiritur in testibus reprobatorijs aliorum testium.*

DECISIO MCXCI.

FVit conclusum per Dominos ex istis duobus testibus, de quorum fide agitur, Iacobum esse idoneum; & ei fidem esse adhibendam; nam exceptiones contra eum propositæ non sunt tales, vt repelli debeat; præsertim ex eo quòd partim non probantur, partim non releuant:
1 †Quòd enim opponitur irregularitas ob subministrata indicia in causa criminali contra testes Rangonorum, qui tamquam falsi fuerunt condemnati, *c. sententiam, ne cleric. vel monac.* ea non fuit incursa, cum pœna non fuerit executioni mandata, immo testes fuerunt relaxati cum exilio tantum. *Abb. in d.c. sententiam, num. 3. Gemin. in c. fi. n. 9. eodem tit. in 6.* Altera exceptio, quæ deducitur contra istũ testem, est, quòd fuerit auxiliator subornationis tentatæ testium dominorum Rangonorum: Verum hoc non probatur nisi ex dicto Capitanei Io. Antonij de Padua,
2 † qui est vnicus, *l. ubi numerus, de testib. Ruin. consilio 146. numero 5. lib. 5. Natta, consilio 298. in princ.* & in contrarium adest sententia absolutoria Dominorum de Pallauicinis, & Iacobus hoc negauit in faciem ipsius Capitanei. Tertiò opponitur, quòd est amicus, & nimis ani-
3 mosè deponit. † sed non probatur talis amicitia immoderata, quę repellat, *iuxta doctr. Bart. in l. si quis testibus, C. de testib. cum alijs per Gabr. Concl. 11. de testib.* Quartò dicitur eum deponere inuerisimilia, dicendo, quòd Cæsar & alij sibi dixerant, quòd non inueniebant Sacerdotem, qui eos vellet absoluere à falsitate commissa in examine pro Rangonibus; quia hoc nihil inuerisimile continet, cum ipse esset Presbyter, qui poterat aliquod opportunum consilium super hac re eis dare. Exceptiones verò generales, quæ dantur, quòd Domini de Pallauicinis soliti sint subornare testes, non probantur, & contrarium ex sententijs satis probatur, cum testes Rangonorum fuerint condemnati, & Pallauicini absoluti, & in hoc iudicio subornationis in ipsa absolutoria continetur etiam Sigismundus, cum loquatur de accusatis, inter quos ipse erat speci-
4 ficè nominatus. Non obstat, quod dicitur, † testes reprobatorios esse debere omni exceptione maiores, quia hoc procedit ad reprobandum instrumentum, quod dici solet continere probationem probatam, & ita loquitur *Prob. ad Monach. cap. 1. numero 11. de testibus, in 6.* Vndè cum hæc qualitas in alijs non requiratur, non est articulanda, neque probanda, *Felin. in c. cum Io. numero 44. de fid. instr. Socin. iun. consilio 29. numero 26. lib. 2. Couar. in cap. relatum, il primo, numero 7. de testament. & fuit dictum in causa Roman. pecuniaria. 3. Decembris 1593. coram R.P.D. meo Pamphilio.* Quantum ad alium testem Baptistam de Ferrarijs, exceptiones datæ de mendacio dicto ratione ætatis, & valetudinis, licet ex aduerso dicatur hunc non esse eumdem, qui aliàs examinatus fuit, sed non bene probatur: induxerunt Dominos ad eum relinquendum cum aliqua fidei diminutione arbitrio Dominorum declaranda, postquam visi fuerint alij testes. Et ita conclusum.

Cremonens. Beneficij.
Die Mercurij 5. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ originales antiquæ, si ex inspectione appareant authenticæ, probant, licet sigillum perierit.*
2 *Transumptum probat cum adminiculis & obseruantia.*
3 *Copiæ extractæ ex iuribus extractis in actis, fides adhibetur.*

DECISIO MCXCII.

DOmini censuerunt iura, de quibus agitur, esse in forma probanti; nam quantum ad instrumenta præsentationum, ea fuerunt vigore compulsorialium extracta ex protocollis, & instrumentis originalibus formiter recognitis, & habentibus omnia requisita publici instrumenti. Quantum ad testamentum Marchionis Pallauicini, & concessionem Iurispatronatus, quæ sunt extracta ex quadam copia dimissa in actis curiæ Episcopalis, uisum est eis adhibendam esse fidem, cum vigore horum instrumẽtorum fuerit institutus Marassus, per cuius obitum vacauit beneficium, & sic constat de effectuatione & obseruantia dictorum instrumentorum, & Vicarius in institutione asserit se vidisse ipsum testamentum & concessionẽ
1 Iuris patronatus, cuius dictum apparet esse verum † ex exhibitione facta litterarum originalium concessionis factæ à Cardinali legato, quæ ex inspectione, vt Domini censuerunt, apparent authenticæ, & tales quę mereantur fidem, licet per antiquitatem sigillum perierit: Ideo non
2 obstat, quòd † non stetur transumpto; tum quia hoc satis videtur constare de originali; tum quia hoc fallit, vbi adsunt adminicula, & præcipuè obseruantia, *Aym. consilio 101.* & tanto magis cum illæ copiæ fuerint dimissæ in
3 actis curię, & est notissimum, quòd † copiæ extractæ ex iuribus extractis in actis fidem adhibemus, *Aegid. decis. 226. Caputaq. 221. lib. 1. in manuscript.* Nõ obstant deducta contra Archiuium, quia super eo non fit fundamentum. Et ita conclusum.

Interamnens. Legitimitatis.
Die Lunæ 10. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Citans aliquem simpliciter, & non quatenus sua putauerit interesse, dicitur illius personam approbasse.*
2 *Quando quis dicatur nomine administratorio comparuisse.*
3 *Pater potest comparere respectu vsusfructus filij, etiam quòd non dicat administratorio nomine.*
4 *Pater etiam solus potest adire hæreditatem filij, licet non adeat uti administrator.*
5 *Supplicatio pro legitimatione probat contra supplicantẽ.*
6 *Communis reputatio probat legitimitatem personæ.*
7 *Vsusfructus quæritur patri mediante persona filij.*

DECISIO MCXCIII.

FVit resolutum constare de legitimitate personarum in casu & ad effectum de quo agitur: Effectus antè est, vt constet de earum interesse ad effectum ualiditatis processus. Primò, ex eo quòd D. Iosephus Podianus commisit causam iactationis & molestationis super sua legitimatione contra D. Io. Baptistam Castellum Interamnẽs. & Domi-
1 cellum Romanum, † eumq. citari fecit simpliciter, & non quatenus sua putauerit interesse, ex quo est certũ, eum approbasse illius personã, *Butr. in c. dilecta, nu. 7. de exception. Felin. in c. cum inter. num. 12. eod. tit.* Et ex his cessat obiectum, quod fit ex aduerso, quòd D. Io. Baptista non comparuerit nomine administratorio, vt voluit *Bart. in l. pater qui Castrense, num. 2. de Castrensi pecul. & in l. si infanti, num. 2. C. de*

* *C. de iure deliber. Felin. in c. cum olim, num. 4. de testib.* * quia
1 hæc procedere possunt, † si sponte vti actor comparuis-
set, & non fuisset prouocatus: Vltra quòd contraria opi-
nio, quòd talis expressio nomine administratorio non sit
necessaria, est verior & æquior, *vt per glos. in l. 1. in verbo,*
3 *legitimam, C. de bon. mater.* † & potest pater respectu
vsusfructus comparere, *l. 1. & ibi Bart. num. 3. C. eod. tit.*
4 † & potest etiam solus adire hæreditatem, *l. cum non so-
lum, §. 1. C. de bon. quæ lib.* Secundò constat verè de legiti-
matione personarum & earum & interesse ex iurib. pro-
ductis, ex quib. colligitur solum inter alias filias legitimas
habuisse Victoriam, vt probatur in ipsa legitimatione Io-
5 sephi, † quæ probat contra supplicantem, *l. cum precum,*
6 *C. de liber. causa;* † & ex dictis testium, qui deponunt eã
pro tali tentam, & communiter reputatam, *glos. in c. trans-
missæ, in verbo, à vicinia, qui fil. sint legitimi, Dec. cons. 54.*
a *n. 3.* a Adest etiam instrumentum dotale, in quo eam col
locat nuptui vti talem Domino Ioanni Baptistæ, ex eo au-
tẽ matrimonio probatur susceptos fuisse filios, inter quos
adest D. Gabriel, qui comparuit pro suo interesse. Ex quib.
omnib. constat non solum de interesse filiorum, sed etiam
7 patris, † cui mediante persona eorum quæritur vsusfru-
ctus, *§. igitur, Instit. per quas pers. nob. acquir.* Et ita nemine
discrepante conclusum.

* *Et per glos. in l. cum dos ff. de pact. dotal. in verb. neque proderit ibi filiæ nomine agere. Bart. in l. 1. num. 2. C. de bon. matern.*

a *Addo Bart. in l. 1. C. de testam. num. 4. Butr. in d. cap. transmissæ. & Alex. in cons. 51. num. 4. in 1.*

Spoletana Legitimæ.
Die Lunæ 10. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non debentur extra domum illius, qua præstare tenetur.*

2 *Filius apud matrem, quæ ad secunda vota transiuit, educari non debet.*

3 *Mater patri præferri debet in alendo filium, quando est teneræ vel puerilis ætatis.*

4 *Arbitrarium est iudici, apud quem sit alendus nepos seu filius.*

DECISIO MCXCIV.

FVit actum de pluribus incidentibus; Primum fuit,
An Baldina sit alenda penes auum suum paternum,
vel penes matrem, quorum ille secundam vxorem duxit,
mater verò transiuit ad secundas nuptias. Secundũ, an po
tius sit collocãda in aliquo monasterio, vsquequo nubat;
Tertium, quæ dos ei sit, & arbitrio cuius constituenda;
Quantum ad primum, prætendebat auus Baldinam apud
se esse alendam, tum ratione patriæ potestatis; tum ex eo
1 quòd † non tenetur extra domum præstare alimenta, *glos.
in c. significasti. de diuort. Ang. consil. 38. n. 9. Hippol. Rimin.*
2 *cons. 132. n. 23. Palat. Ruu. in rubr. de donat. §. 64. n. 6.* † Ne-
que apud matrem ali posse, cum ad secunda vota transie-
rit, *l. 1. in princ. vbi pupil. educ. deb. Aym. cons. 18. n. 3. Menoc.*
3 *de arbitr. Casu 168. n. 10.* † & quod dicitur matrem aliquã
do patri præferri, *vt in l. deinde, §. etiam si maximè, de lib. ex-
hib.* locum habet tantum ratione puerilis & teneræ ætatis
impuberis, & pro auo paterno etiam circumscripta pa-
tria potestate extat *cons. Corn. 296. n. 14. lib. 1.* Ex altera par
te contendebat mater Auum ex secunda vxore suscepisse
liberos masculos, & eos præcipuè diligere, neptem verò à
nouerca magna malè tractari; Præterea litem esse inter
Auum & neptem, tam super legitima patris, quàm super
bonis auiæ paternæ, cuius ad se successio spectat: Vnde his
omnib. perpensis satius esse apud se educari, *ad ea quæ tra
dunt Boer. decis. 195. n. 5. Molin. de primogen. c. 15. n. 74. lib. 2.
Pinell. in l. 1. p. 1. n. 54. C. de bon. mater.* Qua controuersia stã
4 te, † cum ista sit materia arbitraria, *l. pen. vbi pupill.
educ. deb. l. 1. & 2. C. eod. Menoch. d. Casu 168. n. 1.* Domini
censuerunt Baldinã esse alendam expensis Aui in aliquo
monasterio, donec nuptui collocetur. Quantum ad quan-
titatem dotis, Domini nihil statuerunt, cum examinandæ
sint prius vires patrimonij aui & patris, & consuetudo lo
ci: Vnde mandarunt, vt iste articulus committatur Reue-
rendissimo Domino Episcopo Perusino, qui capta dili-
genti informatione quantitatem dotis, quanta esse de-
beat, declaret.

Papiens. Tenutæ de Magdalena.
Die Lunæ 17. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Contractus census perpetui differt ab emphyteutico.*

2 *Confirmatio alienationis obtenta contra formam Rescripti Apostolici est nullius roboris & momenti.*

3 *Clausula, Sub annuo canone, seu census, quando importet contractum censualem & non emphyteuticum.*

DECISIO MCXCV.

FVit iterum causa proposita, & concorditer Domini re
cesserunt a resolutis, * & censuerunt alienationem
fuisse nullam, ex eo præcipuè capite, quòd litteræ Apostolicæ concedentes licentiam alienandi, obtentæ fuerunt
sub narratiua concessionis in censum perpetuum, &
nomine ac titulo perpetui census; ita quòd de natura
1 emphyteusis nullatenus participare intelligatur, quæ res
manifestè repugnat rescripto Apostolico; † longe enim
lateq. differunt contractus censuarius ab emphyteutico;
cum in hoc transferatur tantum vtile dominium, & pos-
sessio naturalis, ciuili verò penes directum dominum re-
manente; in illo verò transfertur dominium & vtraque
possessio, *vt per glos. & Abb. n. 20. in cap. constitutus, de reli-
gios. dom. Imol. in c. ad audientiam, num. 4. de rebus eccl. non
alien. cum alijs, quos citat Aluar. Velasc. tractatu de iure*
2 *emphyt. q. 32. num. 27.* Vnde fit, † vt confirmatio contra
formam rescripti obtenta, sit nullius roboris & momenti,
*ad cons. Abb. 41. num. 3. Gozad. cons. 73. nu. 2. & fuit sæpius
in Rota resolutum*, & ex hac nullitate insurgit etiam ma-
nifestum damnum Ecclesiæ, cum eius conditio reddatur
deterior ex perpetua alienatione vtriusque dominij, &
sic apparet hanc concessionem cessisse in euidens Eccle-
siæ damnum. † Non obstat, quòd in rescripto Papæ adsit
3 Clausula, Sub annuo canone seu censu, ita quòd videatur
etiam Papa intellexisse de concessione censuali, quia ibi
præcedunt alia verba, nempè, in emphyteusim perpetuã,
quæ cum sint clara, non sunt cauillanda ex eo, quod addi-
ta fuerit illa Clausula, Seu censu, quæ ex communi vsu so
let dici, quamuis impropriè, de canone emphyteutico:
maximè quia arguendo ab vsu patrisfamilias, & à solitis,
non solent huiusmodi tractatus aliter à Sede Apostolica
confirmari, nisi sub forma concessionis in emphyteusim,
præterquã in permutationibus. Vnde etiam corruit argu-
mentum illud, quòd res ista esset solita locari, *ad decis. Mo
hedan. 249.* quia hic non fuit seruatum solitum, sed initus
contractus omnino dissimilis, & cum dissimili; immo
etiam minori pretio, ex quo posset etiam argui euidens
damnum, vltra alia per informantes in facto considerata.
Et ita conclusum.

* *Sub die 8. Martij proximè præteriti.*

Burgens. Canonicatus.
Die Veneris 21. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta à maiori parte Capituli valet.*

2 *Mandatum comprehendit omne id, sine quo actus explicari*

explicari non potest.

3 *Possessio tradita pendente appellatione, quando non fuit iudicialiter processum, non causat attentata.*

DECISIO MCXCVI.

1 Domini confirmarunt decisionem factam coram Illustriss. D. meo Arigonio * † promissionem Martini esse validam & legitimam; quia facta à maiori parte Capituli iuxta tenorem ordinationis Leonis X. volentis attendi maiorem partem votorum, prout est etiam particularis consuetudo Ecclesiæ Burgensis, vt per testes bene probatur, & est de iure, c. *Ecclesia nostra al. 2. & c. ad dum, de electon.* Non obstat accessio quattuor votorum Canonicorum infirmorum; quia præterquam quòd vota fecerit dantur, & statuto permissum est, vt infirmi possint mittere sua vota: incertum est, an illi dederint ad fauorē Martini vota, vel Hieronymi. Neque obstat Bulla Sixti, quia procedit in paritate votorum: Vltra quòd Hieronymus duo beneficia possidebat sub eodem tecto, *Paris. cons. 74. num. 40. lib. 4. Bocr. decis. 3 t. cum a'iis.* Non obstat, quòd nō constet istos quattuor Canonicos absentes præstitisse iura

2 mentum, † quia cum constituerint procuratores ad votandum, censentur dedisse mandatum ad id omne, sine quo ille actus explicari non poterat, *l. 2. de iurisd. omn. iud. Molin. de primogen. lib. 2. c. 5.* Non obstat, † quòd possessio

3 fuerat tradita Martino pendente appellatione, quia cum non fuerit iudicialiter processum, non causat attentata, *Innoc. in c. constitutus, il 2. num. 6. de appellat. & ibi Abb. num. 14. Moder. de attentat. 2. parte. c. 12. limit. 9.* Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris vltimo Maij proximè præteriti.*

Romana Exequutionis Laudi.
Die Mercurij 26. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Hæc ver ba (intra mensem) & (ad mensem) differunt.*
2 *Creditor in maiori quantitate, si minus debito petijt, & mandatum pro eo obtinuit, non potest mandatum de nullitate, seu iniustitia redargui.*

DECISIO MCXCVII.

Fuit dubitatum die Lunæ 13. Maij præteriti, An mandatum exequutiuum decretum per Auditorem Cameræ esset relaxandum ad fauorem Bonamici contra Robertum Forestum, qui vigore laudi vallati obligatione Camerali obligatus erat verificare nomina debitorum per eum in lista consignatorum Bonamico, aliàs teneretur ipse de suo satisfacere, & soluere totam quantitatem, tam pecuniarum, quàm grani in dicta lista consignatam, cuius obligationis vigore fuerat actum coram Auditore Cameræ, & obtentum mandatum pro rubris 168. grani, & pro scutis 116. ad bonum computum: Contra huiusmodi decretum plura pro parte Roberti opponebantur; Et Primò, quòd cum in laudo per arbitros dictum esset, vt Bonamicus teneretur impetrare saluum conductum pro Roberto ab Excellentissimo Marco Antonio Columna ad mensem, vt posset accedere Neptunum pro verificatione facienda: Bonamicus hoc non præstiterat, quia longè post mensem obtinuerat saluum cōductum, neque fuerat hoc intimatum ipsi: Verum hæc oppositio nō placuit Dominis, nam de contrario constat; etenim præterquàm quòd non fuerat dictum, vt intra mensem saluus condu-

1 ctus impetraretur, sed † ad mensem, quæ longè differunt, apparet intra mensem à die acceptationis laudi fuisse obtentum saluum conductum: nam die 2. Maij fuit acceptatum laudum, & die 12. eiusdem, obtentus saluus cōductus: Et quantum ad intimationem, constat ex eiusdem litteris peruenisse ad eius notitiam, & ipsum fuisse in mora accedendi ad locum, prout ex laudo tenebatur. Opponebatur secundò, Bonamicum fuisse obligatum ad subministrandum expensas, quæ in isto accessu fieri deberent, sed hoc nihil releuat, cum ipse numquam accesserit, & ita non potuit Bonamicus facere expensas. Opponebatur tertio, quod Bonamicus contrauenerat laudo petendo summam 300. sed hoc ex facto tollitur, cum hæc petitio ei ex forma laudi competeret, prout in 15. capitulo. Vltimò opponebatur defectus liquidationis, cum ex actis non verificetur summa in mandato contenta; super qua obiectione Domini ordinarunt, vt iterum melius informaretur; & ideo hac die 26. Iunij proposui causam super ista oppositione; Et Domini concorditer censuerunt Bonamicum non fuisse obligatum ad aliquid verificandum, cum summa per eū petita esset infra quantitatem debitorum per Forestum verificandorum & ipsum potuisse totam summam pete-

2 re; † ideo nullam adesse aut nullitatem, aut iniustitiam, si minus quantitate in lista contenta petijt, & pro ea mādatum obtinuit: Verum cum fuerit exhibitus quidam calculus inter ipsas partes factus, ex quo prætendit Robertus se verificasse nonnullos debitores de contentis in lista, quamuis verificatum non fuerit eos per ipsum non fuisse exactos: Domini in vltima Congregatione ordinarunt, vt mandatum exequutioni mandaretur pro illa summa tantum, quæ supererat vltra verificatam, & deinde partes pro primis Rotis melius suas prætensiones deducerent, ad effectum, vt totum negotium pro iustitia terminari possit; & interim Robertus possit non iustificata iustificare, prout se facturum obtulit.

Vlixbonensis Bonorum.
Die Mercurij 26. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium potest renunciare bonis & successioni ingredientis religionem sine eius consensu.*
2 *In quærendis monasterium sibi præiudicare potest.*
3 *Iuri de futuro non minus quam de præsenti renunciari potest.*
4 *Iuri in spe renunciari potest, quando fundatur super spe probabili.*
5 *Confirmatio Apostolica supplet omnem sollemnitatem in renunciatione bonorum per monasterium facta.*
6 *Confirmatio Apostolica in expressis dicitur ex certa scientia.*
7 *Clausula, Licita tamen, facit, quòd confirmatio sit in forma communi.*
8 *Ratificatio facit, quòd consensus censeatur à principio interuenisse.*

DECISIO MCXCVIII.

1 Conclusum fuit per Dominos † validam fuisse renunciationem factam per monasterium, etiam quod nō interuenerit consensus puellarum, quæ erant ingressuræ monasterium, *per doctr. Bart. in Auth. Si qua mulier. num. 15. C. de sacrosanct. Eccl.* cum † in quærendis possit mona-

2 sterium sibi præiudicare, *vt per Abb. in c. dudum. i. verb. aliquod. de concess. preben. Roman. cons. 184. Bero. cons. il. 28. num. 7. lib. 1. Natta cons. 441. num. 13.* Sola enim auctoritas monasterij sufficit, cum statim bona ei quærantur, si voluerit, *Auth. Ingressi, ubi Iaf. num. 1. C. eod. cum alijs per*

* *informantes allegatis,* * maxime cum fuerit iurata renunciatio, *c. quamuis, de pact. in 6. Par. Jo. cons. 69. num. 104. lib. 3.* & quod plus est confirmata per sedem Apostolicam. Nec obstat, quod istæ puellæ tunc temporis non essent adhuc professæ, quia renunciatio refertur ad hoc tempus, & sic est conditionalis, quę res non facit, quominus valeat adueniente conditione; cum † regulariter tam iuri de præsenti

3 competenti, quam de futuro competituro renūciari pos-

sit, ad text. in l. 1. ubi Bart. & Doctor. C. de pact. Afflict. decis.
4 *381. num. 5. Dec. cons. 31. num. 4.* † & iuri in spe potest re-
nunciari, quando fundatur super spe probabili, *Aegid. de-
cis. 723. Molin. de primog. c. 6. num. 37. lib. 3.* Vnde sequi-
tur, non esse habendam rationem consensus, seu ratifica-
tionis puellarum, quae praetenditur esse sine iuramento,
quia renunciationis ualiditas, ex earum consensu nõ pen-
det, potest enim monasterium omnia sine earum consen-
su, *ut per Doctor. in c. in praesentia, & ibi Bero. num. 159. de*
a *probat. Rum. cons. 200. num. 9. cum alijs,* a † & confirma-
5 tio supplet omnem sollemnitatem, *ut per Rebuff. de reb. Ec-*
6 *cles. non alien. num. 15.* † eaq. in expressis dicitur ex certa
7 scientia, quamuis in non expressis † Clausula, Licita ta-
men, faciat, vt sit in forma communi, *vt fuit dictum coram*
b *me in Legionen. Iurisdictionis.* b † Sed & ratificatio puel-
8 larum facit ut cõsensus earum, quatenus esset necessarius
censeatur à principio interuenisse, *Auerin. cons. 127. Ossas-*
c *cus decis. 58. n. 11.* c & licet non fuerit adhibitum iura-
mentum; tamen ex quo non erat necessarius iste consen-
sus, parum refert, an interuenerit necne. Et ita cõclusum.

* *C. si qua. 10. q. 3. Doct. omnes in c. in praesentia, de probat. vbi Hostien. num. 7. Imol. col. 2. vers. item de ea. & in l. Deo nobis, & ibi Bart. & Bald. C. de episc. & cler. Crot. consil. 406. num. 6. lib. 3. Bursat. cons. 63. num. 25. lib. 1.*

a *Nam sicut monasterium potest sine consensu monachi adire haereditatem. Alex. in l. 1. § per seruum. num. 12. ff. de acquir. poss. Rimin. iun. cons. 154 num. 8. lib. 1. Abb. in c. in praesentia, num. 77. de probat. Capr. cons. 40. num. 16. de commun. Ruin. in alleg. cons. 200. num. 7. lib. 2. ita quoque potest illa renunciare sine consensu, Bar. in l. legatum, de leg. 1. per text. in l. is potest. ff. de acq. haered. Bero. d. c. in praesentia, num. 159.*

b *Sub die Mercurij 11. Maij 1580.*

c *Et facit gl. in l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. hab.*

Capuana Rectoriae.
Die Veneris 28. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur per testes de visu.*
2 *In probando ualore obtentorum Rota admittit leuiores probationes.*
3 *Quòd dignitas aliqua sit principalis post Pontificalem non indiget uerificatione, cum non sit de ijs, quae reddunt Papam difficiliorem ad gratiam concedendam.*
4 *Valor beneficij impetrati probatur per testes de publica voce & fama.*
5 *Narratiua, quòd beneficium sit simplex, an sit iustificãda.*

DECISIO MCXCIX.

* FVit resolutum strictè ad gratiam D. Iulij, eam esse suf-
ficienter iustificatam, quia omnia in litteris expressa
1 sunt probata: Primò, † obitus Episcopi Calinen. sub die
23. Decembris 1592. probatur per tres testes de visu, vt in
summario num. 2. & ijdem testes dicunt per eius obitum
vacasse Ecclesiam S. Secundini super 2. artic. Quòd Iulius
obtineret tempore impetrationis alia beneficia cũ Archi-
presbyteratu Tusculano; probant testes in summario nu.
3. Valor autem Archipresbyteratus etiam per dictos te-
stes probatur per non excessum: Item valor aliorum sim-
plicium beneficiorum, qui licet deponant de maiori valo-
re, quàm expresso, tamen loquuntur de moneta Regni;
expressio verò est de ducatis de Camera, & quia hic agi-
2 tur † de obtentis, Rota contentatur leuiori probatione,
Aegid. decis. 674. & 683. & licet non probetur Archipres-
byteratum esse principalem dignitatẽ post Pontificalem;
3 † tamen hoc non est uerificandum, cum non sit de ijs, quę
reddunt Papam difficiliorem ad concedendam gratiam,
4 *Aegid. decis. 4.* † Valor Rectoriae impetratae probatur per
testes num. 5. datos de publica uoce & fama, & etiam ad-
est vnus de certa scientia, *Mohedan. 21. de renunciat. Ve-
rall. decis. 233. parte 1.* Vnum tantum fecit difficultatem,
5 nempè, iustificatio, quòd ista Rectoria sit beneficium sim-
plex; nam licet hoc praesumatur de iure; tamen cum sit ex-
pressum, & aliquid in contrarium adsit, quod fuit dedu-
a ctum in priori causae propositione, a de hac re erit matu-
rius agendum.

* *Ab ista resolutione recessum fuit sub die 2. Maij 1597.*

a *Sub die Veneris 22. Martij proximè praeteriti.*

Cesenaten. Bonorum.
Die Veneris 28. Iunij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum locationis iuncta solutione affictus probat possessionem.*
2 *Qui facto suo à possessione cadit, non dicitur spoliatus.*
3 *Ex actu etiam nullo transfertur possessio; dummodo non deficiat consensus.*
4 *Sententia inter alios lata non praeiudicat, maximè si sit suspecta de collusione.*
5 *In Saluiano non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes, prout nec etiam exceptio fideicommissi, ut num. seq.*

DECISIO MCC.

FVit resolutum Equitem Dionysium & consortes esse
immittendos in possessionẽ bonorum Equitis Tusci
ex Saluiano Interdicto, etenim extrema in hoc iudicio re
quisita plenè probantur, nempè creditum D. Equitis Dio-
nysij & consortium, ratione census scutorum 600. pro quo
se obligarunt DD. de Gonzaga intuitu Equitis Tusci, qui
recognouit bonam fidem, cum obligatione de releuando,
& hypotheca omnium bonorum suorum in forma Came
rae, fuerunt quoque exhibita instrumenta solutionum per
Equitem Dionysium factarum ex mandato illius, quibus
fuerunt factae ex cessione dicti census, ac alijs necessarijs,
quae in priori positione causae adhuc non fuerant plenè iu
stificata. Constat quoque de possessione Equitis Tusci
de tempore obligationis, nempè anno 1574. ex instrumẽ-
to retrocessionis filiorum Equitis, in quo asserunt dicta
bona & possessionem fuisse à fisco per eorum patrem re-
cuperatam. Confirmatur haec probatio ex libro Catasti,
1 in quo describitur Eques Rubertus possessor: Item † ex
instrumentis locationum, quae iuncta solutione affictus
probant possessionem, *ut per glos. in l. qui uniuersas, § quod
per colonum, & ibi Bart. de acquir. poss.* Item ex testibus se-
cundo, tertio, & quarto eamdem possessionem probanti-
bus: Coadiuuatur ex instrumento, in quo Robertus assi-
gnat uni ex eius filiis pro alimentis suae familiae aliqua ex
istis bonis, quę constituit se nomine eius possidere; & po-
stremo ex pluribus confessionibus factis in iudicio spolij
inter patrem & filios, prout in facto bene deducitur: dein
de de possessione horum filiorum, contra quos agitur, con
stat ex eorum responsione ad tertiam positionem, & ex
instrumento adeptae possessionis. Non obstat praetentio fi-
liorũ, quòd ista possessio Roberti esset spoliatiua & vitio-
sa, quia hoc non probatur, immo contrarium apparet ex
instrumento retrocessionis per eos patri facta post recupe
2 rata bona à fisco: Vnde † qui facto suo cadit, non dicitur
spoliatus, *c. saepe, de restit. spol.* maximè cum fateantur recu
perationem factam mediantibus paternis pecunijs, sed
dato q̃ cõfessio hęc & retrocessio essẽt nullae; tñ etiam ex
3 † actu nullo trãsfert possessio, *l. 3. § si uir, de acq. poss.* dũmo-
do nõ deficiat cõsensus, qui hoc casu adest expressus, & *ali-
às fuit dictum in una Camellicen. coram me, 7. Maij 1571.*
4 Non obstat snia obtenta per filios contra patrem, quia †
vna res inter alios acta nõ praeiudicat Equiti Dionysio, ma
ximè cũ laboret maxima suspicione collusionis, *Felin. in c.
fin. de re iud. n. 6. Dec. cons. 445. n. 32. Put. decis. 336. lib. 3. cum
5 alijs.* Non obstat, † quòd dicatur apparere uacanti-
penti

nenti de bono iure filiorum respectu domini, *Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 101. de acq. poss.* quod causæ retrocessionis fuerunt falsæ, & quod adsit fideicommissum, quia ista requirunt altiorem indaginem, & in retrocessione adsunt plures causæ, quarum sufficit vnam ve
6 ram esse, † & fideicommissum non impedit Saluianum, Interdictum *ad decis. Padeot. 218. & Put. decis. 215. lib. 3.* Quare conclusum pro immissione.

Romana Pecuniaria.
Die Veneris 28. Iunij 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Mandans tenetur ad expensas mandatario; nisi aliter fuerit conuentum.*

DECISIO MCCI.

Fvit resolutum sententiam Reuerendiss. D. Gubernatoris contra D. Thomam latam esse confirmandã; nam cum hæredes Rouilij transmiserint ad ipsum plures Ballas librorum consignandas librarijs in Vrbe existentibus, cum expresso ordine, vt prius faceret fibi reficere expensas vecturæ, & deinde eas daret dictis librarijs cautionem præstantibus, cum deductione decem vel duodecim pro centenario, si ad tempus, vel viginti si solutio fieret in con tanti, & ipse Thomas procurauerit hoc negotium suscipere sub conditionibus oblatis per Grassum, vt habetur in summario hæredum num. 27, 28. 29. & 30. quæ conditio Grassi, de qua in dictis litteris Thomæ, habetur num. 31. vtique debet stare huic conuentioni, & contentus esse hac deductione, cuius habita fuit ratio in sententia Gubernatoris. Nec obstat, quod prætenditur per Thomam hanc oblationem non fuisse ab hæredibus acceptatam, vt in d. summario num. 4. quia hoc ibi non probatur, cum in littera eo loco contenta, hæredes sub die 12. Maij tantummodo dicant, se non posse recedere à promissione facta Grasso, sed si ipse vellet libros pro aliquo suo amico, q̃ trãsmitterent ei cum simili deductione, & ex alijs litteris postea scriptis de mense Octobris & Nouembris, vt in summario Thomæ num. 13. & 14. apparet ordinem consignandi Ballas Grasso fuisse reuocatum, nisi datis idoneis fideiussoribus. Itaque cum ipse susceperit sponte hoc negotium, debuit cum iisdem pactis & conditionibus illud administrare, neque Magazenum aperire, & institores præficere, nisi risico & periculo suo, cum semper censeatur durare eadem oblatio iuxta formam suscepti mandati, aliàs valde absurdum est velle, quod hæredes soluant expensas Vecturæ & Magazeni, & salarij institorum, & insuper et remittant duodecim & viginti pro centenario, & lucrum factum pro se retinere: hoc enim pacto periret non solum lucrum ex tali negotiatione speratum, sed etiam multum demeretur de Capitali; & tamen Thomas facta mentione de aperiendo Magazeno obtulit se id totum facturum cum eadem prouisione, quam petebat Grassus d. num. 27.
1 28. & 29. Vnde non obstat, quod dicitur † mandantem teneri ad expensas mandatario, *l. si verò remunerandi, §. si mihi mandaueris, mandati. & ibi Doctores, Alexan. consil. 51. num. 1. lib. 6.* nam hoc procedit, ubi aliter non fuit conuentum, & deductio illa duodecim & viginti pro centenario, quam lucrari faciebat vendendo libros in Magazeno, supplebat omnes expensas, quæ fiebant circa has merces, nec aliter habuit in mandatis. Quare conclusum fuit pro sententiæ confirmatione.

Romana Diminutionis Legatorum.
Die Veneris 5. Iulij 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Legata non sunt diminuẽda, quando tãta pars hæreditatis superest penes hæredes, quę excedat quãtitatẽ Falcidię.*
2 *Diminutio hæreditatis proueniens ex causa præexistente ante obitum testatoris, quando noceat legatarijs ad legata diminuenda ratione Falcidiæ.*
3 *Falcidia non detrahitur de legatis ad fauorem piæ causæ.*

DECISIO MCCII.

De ordine S. D. N. fuit proposita causa in vltima Rota memorialium super quodam testamento bon. mem. D. Antonij Cauchi Protonotarij Apostolici, qui relictis quibusdam legatis, & institutis hęredibus uniuersalibus, Procuratoribus Sancti Marci, cum quibusdam oneribus ad fauorem piæ causæ decesserat, & Reuerendiss. Cameræ Apostolicæ Thesaurarius prętendens locum esse Constitutionibus super spolijs editis; quędam bona iti ad eã spectantia, lata desuper sententia eidem Cameræ adiudicauerat & applicauerat: Vnde orta est dubitatio, An diminuta hæreditate censerentur pro rata diminuta proportionabiliter etiam legata. Hac itaque difficultate di-
1 scussa, vna tantum parte informante, Rota censuit † legata non esse diminuenda, si tanta pars hæreditatis superest pęnes hæredes, quę excedat quantitatem Falcidię, prout tradunt *Doctores in l. in ratione, l. a 2. §. diligenter, ubi Castr. et Alex. ad leg. Falc. Dec. consil. 58 1. propè fi. vers. tertio prin-*
2 *cipaliter.* & quod dicitur † diminutione m prouenientem ex causa præexistente ante obitum testatoris nocere legatarijs, *l. penultima ubi Castr. et Alex. num. 4. ad leg. Fal. Castr. in d. l. in ratione, num. 3. et Alex. num. 4. eod. tit.* procedit ad effectum, ut hęres possit detrahere Falcidiam, quatenus illi sit locus, neque id, quod ab eo est ablatum, in eam cõputetur, *ut bene per Bart. in l. in ratione. l. a 1. §. Imperator, et ibi Alex. et Castr. in §. cum quidam, eodem tit. et ibidem ceteri Doctores, & in hanc opinionem incli tauit Rota in Ariminen. legati, coram S. D. N. Clemente VIII.* * licet contrarium in ea specie facti tenuerit: mota ex coniecturis & verisimili mente testatoris, quæ ibi erat clarissima, vt in eadem coram R. P. D. meo Orano, 14. Octobris 1585. hic uerò non solum de tali uoluntate non constat, quin potius adsunt coniecturæ in contrarium: nam de tali futura diminutione uidetur subdubitasse testator, qui respectu relictorum hæredibus implorauit subsidium & protectionem Oratoris & Sereniss. Reipublicæ Venetorum. Pręterea pręcipua ex legatis sunt ad fauorem piæ causę,
3 quæ † solent regulariter excludere omnem diminutionẽ: maximè facta ex causa onerosa sepulturę & celebrationis missarum & Anniuersariorum. Ex quibus visum Dominis non esse recedendum à regulis iuris communis, & legata esse absque diminutione legatarijs pręstanda, cum hic non sit locus Falcidiæ, ex quo maior pars hęreditatis remanet penes hęredes.

* *Sub die 17. Apr. & 16. Maij 1581. & iterum 14. Decembr. 1584.*

Conchens. Decimarum.
Die Lunę 21. Octobris 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Mutatio seminis & plantationis non immutat obligationem decimarum.*
2 *Præscriptis decimis maioribus, præscriptæ dicuntur minores, & quomodo.*
3 *In materia exactionis decimarum consuetudo plurimum valet.*
4 *Præsumptio contra solutionem decimarum, non potest nisi nori spatio quadraginta annorum induci.*

DECISIO MCCIII.

Domini censuerunt sententiam Conchensis esse confirmandam, nam stante quasi possessione pręstimoniorum percipiendi decimas maiores per quadraginta annos

annos ex terris istis, & quòd nullus alius est in possessione
1 minutarum, † mutatio seminis & plantationis non immu
2 tat obligationem decimarum; † nam præscriptis maiori-
bus veniunt minores, non ratione extensionis, sed compre
hensionis, *c. cum in tua, & ibi Butr. num. 2. Abb. num. 3. &
alij, de decim. Balb. de præscrip. 1. part. secundæ part. princip. q.
2. num. 17. Rebuff. de decim. q. 14. num. 23. & dictum fuit in
alia Conchen. decimarum. 1. Iulij 1591. coram R. P. D. meo
Pamphilio.* & ratio est: quia si prædia, ex quibus percipie
bantur fructus maiores, ita occupātur Oliuis, vel Croco,
& similibus, ita vt amplius fructus maiores ex eis percipi
non possint, tunc censentur isti fructus subrogari in locū
aliorum maiorum: Ideoq. super istis Præstimoniarij ha-
bent fundatam intentionem, *c. commissa, & c. cum in tua,
vbi omnes, de decim. Balb. vbi supra, num. 14. Rebuff. d. q. 14.
* n. 18. Palaot. decis. 70. cum alijs allegatis.* * His consonant
testes in summario num. 2. qui deponunt Præstimoniarios
3 participare de omnibus fructibus, qui colliguntur, † &
hæc consuetudo in hac materia plurimum valet; vt per
Achill. decis. 3. n. 3. de decim. Aymo. cons. 206. n. 14. Nec ob-
stāt testes contrarij, quia cum deponant, quòd à quadra-
4 ginta annis citra contigit mutatio seminis, † non potuit
hoc tempore, nisi minori spatio quadraginta annorum in
duci præscriptio ad fauorem Rectoris, *c. de quarta, & c. il-
lud, de præscript. Put. decis. 252. nu. 3. lib. 3.* Et ita cōclusum.

* *Facit cons. Abb 71. num. 3. lib. 2. & dictum fuit coram Illust. Card. Mantica in hac eadem causa, sub die 25. Iunij. 1595. qui refert idem fuisse tentum in Hispalen. decimarum de Villalua, 5. Iun. 1581. coram Domino Vicecomite.*

Turritana Tertiariæ.
Die Mercurij 13. Nouembris 1596.

SUMMARIUM.

1 *Quota decimarum, quæ debetur Episcopis de iure communi, est quarta pars, non autem tertia; licet tertiaria nuncupetur, & num. 3.*

2 *In quota decimarum, quæ debetur Episcopo, statur consuetudini.*

DECISIO MCCIV.

1 QVamuis de iure communi quota decimarum debita
Episcopis sit quarta pars, non autem tertia, iuxta di
spositionem *c. conquerente, §. nos autem, de off. ordin. cap. de
quarta, de præscr. c. de his, ubi Gemin. circa fin. q. 1.* Tamen
idem in hac quarta dicendum videtur, quod & in tota
2 massa decimarum, nempè † vt stetur consuetudini respe-
ctu quotæ, *c. possessiones, §. sed & illud, 16. q. 1. & Innoc. in
d. c. conquerente, nu. 4. Petr. de Vbald. de quarta canon. c. 2. n. j.*
Quare Domini censuerunt Archiepiscopum habere fun-
datam intentionem de iure communi super ista solutione
Tertiaria nuncupata, quatenus successit de consuetudine
in locum quartæ, quod videtur dicendum, ex quo nō per-
cipit ex istis Ecclesijs, & alijs in sua diœcesi sitis aliā quar-
3 tam, quàm prædictam Tertiariam; † Neque vis est faciē-
da in denominatione Tertiariæ, quasi importet exactio-
nem tertiæ partis decimarum, nam ex solutionibus vnifor
mibus apparet, aliud esse nomine, aliud verò re ipsa, cum
fieri non possit, si attendamus verè quotam, vt semper ea-
dem quantitas soluatur, cum fructuum redditus non sint
vniformes, sed modo maiores, modo verò minores: An ve-
rò exemplio allegata obstet Archiepiscopo, est alterius in-
spectionis, nec facit ad præsentem dubitationem.

Romana Exequutionis Laudi.
Die Veneris 15. Nouembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Qui rationem administrationis reddere tenetur, compelli potest, ut reddat in loco, in quo administrauit.*

DECISIO MCCV.

* DOmini persistunt in resolutis, * vt mandatum relaxe-
tur pro scutis 116. & rubris frumenti 59. & exequu-
1 tioni demandetur; † nam cum tam inspecto iure commu
ni, quàm ex forma laudi, Robertus teneatur reddere ra-
tionem administrationis suæ Bartholomæo; idq. facere
compellatur in loco, in quo administrauit, vt per *Bald. in
l. 1. C. ubi de Crimin.* quod etiam per arbitros fuit ordinatū,
idq. non fecerit, cum ex propria confessione in lista per eū
producta constet præfatam summam non esse verificatā,
cum inscriptio contineat hæc verba (lista de debitori, che
restano da verificare,) *ad cons. Alexan. 147. num. 8. & 10.
lib. 2.* consequens est, vt pro illis debuerit relaxari manda-
tum. Nec facit ad rem, quòd ipse non consignarit Bar-
tholomæo nonnullas scripturas, sine quibus prætendit se
non posse iustificare partitas, quia Bartholomæus se of-
fert paratum exhibere eas in actis: Verum hæc visa sunt
Dominis facta ad effectum differendi negotium, cum ip-
se numquam accesserit hic ad Vrbem, prout tenebatur,
neque excusatio eius placuit, quod vereretur ne captus
detruderetur in carcerem, cum Bartholomæus offerat ei
promissionem: & saluum conductum pro interesse suo;
dummodo accedat & verificet, sed etiam omnes Domini,
vno excepto, sentiebant, neque etiam in aliqua parte sa-
tisfactum fuisse obligationi; nam quod prætendit Rober-
tus, reliquas partitas esse verificatas, stante subscriptione
Bartholomæi, non videbatur esse concludens, cum subscri
ptio non sit simplex, sed conditionalis (se saranno debito-
ri di tal somma.) Vnde non potest dici ex eius acceptatio
ne constare de verificatione: Verum fuit per Dominos ca
ptum temperamentum, vt respectu huius residui præfige
tur Roberto terminus vnius mensis ad verificandum par-
titas, vel ostendendum eas fuisse verificatas sufficienter,
quo elapso & non adimpleto, procedatur contra eum
pro reliqua summa. Et ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 13. Maij & Mercurij 26. Iunij proximè præteriti.*

Calaguritana Iuris visitandi de Victoria.
Die Veneris 15. Nouembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus non dicitur, qui facilè impedimentum remouere potest.*

2 *Allegans impedimentum, debet probare illud esse tale, quod remoueri non possit.*

3 *Non sufficit probare impedimentum, nisi etiam probetur illud causam dedisse, quo minus impeditus non præstiterit illud, ad quod tenebatur.*

DECISIO MCCVI.

CVm sententia Cæsaraugustani cōdemnet Episcopum
Calaguritanum ad visitandum Ecclesias & personas
de Victoria per seipsum & non per alium; nisi sit absens,
vel infirmus, vel aliàs legitimè impeditus: Domini cēsue-
runt Episcopum non posse tueri se à prædicta visitatione
per seipsum fienda, prætextu quòd sit impeditus in visita-
tione Cathedralis, vel aliarum Ecclesiarum suæ diœcesis;
nam hoc impedimentum non est legitimum, cum non sit
perpetuum, potest enim successiuè visitare istas Ecclesias;
1 † neque dicitur impeditus, qui facilè impedimentum re-
mouere potest, *l. qui potest, de reg. iur. c. fin. de election. Felin.
2 in c. ex transmissa, in princ. de præscript.* † immo allegans im
pedimentum, debet probare illud esse tale, quod remoue-
ri non possit, *l. sed & si per Prætorem, §. 1. ex quib. caus. ma-
ior. & ibi Bart. Boer. decis. 43. num. 9. Aymo. cons. 179. n. 9.
3 in fine.* † Item, probari debet impedimentum illud causam
dedisse, quo minus præstiterit id, ad quod tenebatur. *l. qui
conuentus, de re milit. Doct. in l. 2. §. quod diximus, si quis cau-
tion. Aymo. cons. 151. nu. 22.* Et ita conclusum.

Spoletana

Spoletana Legitimæ.
Die Veneris 15. Nouembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Bona data in dotem, quæ fuit promissa in certa quantitate, faciunt emptionem, licet non constet de æstimatione, cum æstimatio censeatur à lege facta pro pretio, quo tunc ualebant.*

2 *Soluta per patrem pro redimendis delictis filij, si filius habet bona aduentitia, quorum pater est administrator, de bonis filij soluta censentur, & non de proprijs, & in partem filij computantur.*

DECISIO MCCVII.

DVbitatum fuit, an bona in dotem data à D. Baldina
semore D. Francisco Pariano censeantur data æsti-
mata tali æstimatione, quę faciat emptionem, & an pecu-
nię per eundem D. Franciscum solutæ pro debitis filij sui
Flauij, censeantur solutę ad computum bonorum aduen-
titiorum ipsius Flauij. & quantum ad priorem dubitatio-
1 nem, vna parte tantum informante, fuit decisum † bona
fuisse data tali ęstimatione, quæ faciat emptionem, cum
dos fuerit promissa in certa quantitate, nempè, 1800. flo-
renorum, *l. in dotem, l. quoties, l. si inter uirum, & ibi glos. C.
de iur. dot. Imol. &* Roman. *in l. si æstimatis, sol. matr. Bald.
Castr. Alex. Ias. Purpur. & Rimin. sen. in l. ex conuentione, C.
de pact. Socin. consilio 56. lib. 1. Paris. consilio 81. numero 10.
lib. 3. Arius Pinell. in l. 2. C. de rescind. uend. parte 1. c. 1. nu.
18. Coru. cons. 92. num. 8. lib. 4. Socin. iun. consilio 141. num. 4.
lib. 1. Ruin. cons. 137. num. 13. lib. 1. Tiraq. de retract. ligna. gl.
14. num. 20. Couar. pract. qq. c. 28. num. 1. vers. secundo appa-
ret. Roland. cons. 64. lib. 4. Hippol. Rimin. Instit. quib. alien.
lic. in princ. num. 71. & fuit dictum coram Illustrissimo Pla-
to in causa Interamnen. fundi dotalis. die 19. Februar. 1589.
& coram R. P. D. meo Orano, in causa Romana Recupera-
tionis dotis. 10. Maij 1595.* Non obstat, quòd in casu pro
posito non constet de ęstimatione, quia ea censetur à lege
facta pro pretio, quo tunc bona ualebant, vt per *Socin. d.
cons. 56. num. 8. lib. 1. & cons. 60. lib. 3. & Couar. loco citato,
necnon Hyppol.* Rimin. *numero 79. Afflict. decis. 270. & ibi
Add. & tenuit* Rota *in prætactis causis.* Quantum ad alte
2 ram dubitationem fuit resolutum, † soluta per patrē pro
redimendis delictis filij, si filius habeat bona aduentitia,
quorum pater est administrator, *l. 1. C. de bon. matern.* solu
ta uideri de bonis filij, & non de proprijs, & quod soluitur,
computandum in partem ipsius filij, *per d. Ærin. Bart. in l.
Stichus, de pecul. legat. numero 2. per text. in l. Nesennius, de
negot. gest. Bald. in Authent. Ex testamento. q. 5. C. de collat.
Alex. in l. in quartam, numero 23. ad leg. Falc. Ruin. consilio
149. numero 14. lib. 3. Anton. Gom. in l. 29. Tauri, numero 20.*
Hoc verò casu Flauium habuisse bona aduentitia, nem-
pè, dotem maternam, cum de tempore commissorum de-
lictorū, mater desijsset esse in humanis; & ideo quidquid
legitimè solutum probatur per patrem, ex ijs deducere
posse. Et ita conclusum.

Parmens. Status.
Die Mercurij 20. Nouembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Amicitia in teste non debet esse immoderata.*

DECISIO MCCVIII.

FVit iterum proposita causa super exceptionibus te-
stium Dominorum de Pallauicinis, & tres ex Domi-
nis stabant in decisis, duo verò dicebant esse adhibendam
fidem Iacobo cum aliqua diminutione arbitrio Domino
rum, & hoc quia uidebatur esse aliquid detrahendum de
illius fide; tum ob amicitiam, quę uidebatur satis magna,
cum Sigismundo, ex quo de illius mandato accessit ad
Capitaneum Io. Antonium, & nomine Sigismundi in-
uitauit enim, vt accederet ad Castrum Varani, ubi eum
libenter visurus esset, & bene eum tractaturus, & ituri
erant simul venatum, ex qua inuitatione oritur aliqua su-
spitio tentatæ subornationis; tum ex eo quòd Iacobus fa-
tetur se dedisse indicia contra testes Rangonorum coram
Gubernatore Placentiæ: Verum ceteri Domini dicebant
has exceptiones non esse admittendas; nam quantum ad
1 priorem, † ex ea non colligitur immoderata amicitia, cū
iste testis solitus esset ire ad locum illum, in quo erat Ca
pitaneus, & quod de subornatione dicitur à Capitaneo,
non esse illi credendum, cum multæ & vrgentiores ex-
ceptiones militent tam contra eum respectu Rangono-
rum, quàm contra Iacobum respectu Pallauicinorum,
fuit enim familiaris & domesticus Comitis Ludouici per
spatium viginti annorum, eiq. in diuersis ministerijs in-
seruiuit, & etiam uidetur periurus, cum in uno examine
deposuerit se fuisse à tribus sollicitatum & tentatum sub-
ornari; nempe Don Baptista, Don Iacobo, & Vincentio, &
in alio dicit, solum D. Baptistam eum alloquutum fuisse,
& affectat victoriam Causæ pro Comite Ludouico, &
subornationem istam omnino tollere uidetur sententia,
in qua absoluuntur Pallauicini, & Rangoni ad expensas
condemnantur: Quantum verò ad aliam exceptionem, re
spondebatur, Iacobum dedisse indicia contra testes Ran-
gonorum, quando fuit examinatus pro informatione Cu
riæ, quæ res non concludit ad voluntarium examen, sed
potius ad necessarium; maximè cum esset vassallus Com.
Ludouici, quem irritare contra se sponte ausus non fuis-
set, & ista indicia profecta sunt ex confessione multum ve
risimili testium dicentium se non potuisse obtinere à Con
fessariis absolutionem testimonij falsi per eos dicti; nam
ex sententia liquet eos falsum deposuisse, cum tamquam
falsarii condemnati fuerint; & non est mirum, quòd cum
sacerdote de huiusmodi delicto egerint, cum pro eo ex-
piando cōsulendi sint animarum medici sacerdotes. Qua-
re stante hac Dominorum diuisione, fuit ordinatum, vt
agatur de aliorum testium exceptionibus; nam articulo
isto discusso, in progressu causę poterit haberi ratio eorū,
quæ deducta sunt per Dominos.

Papiens. Bonorum.
Die Mercurij 27. Nouembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Identitas rei qualiter probetur, & num. 3.*
2 *Relatum in referente continetur.*
4 *Verba in dubio stant demonstratiuè, non autem restrictiuè; maximè ubi resultat repugnantia.*
5 *Bona seu terræ ab aliquo possessa, quæ sita sunt in loco, ubi adest multo maior quantitas eiusdem possidentis, eiusdem esse præsumuntur.*

DECISIO MCCIX.

FVit conclusum per Dominos constare de identitate bonorum, de quibus agitur, & ad effectum, de quo agitur; nam repetendo rem ab initio, constat bona ista fuisse concessa de anno 1376. cuidam Petro de Ferraris per Henricum Canonicum in emphyteusim perpetuam, pro se, & suis hæredibus, & quibus dederit, pro annuo canone vigintiquinque librarum, & quantitas terrarum ibi enunciatur esse perticarum mille sexcentum & sexaginta existentium in territorio Barbiani Ciuitatis Papię, vltra Padum districtus siue Turris de Sclafenatis, & in illis partibus & contratis, cum pacto deuolutionis, si per biennium in solutione canonis cessatum fuerit. Rursus anno 1458. & sic post annos 82. Ioannes Antonius Canonicus locat Petro de Beccariis, pro se, & fratribus, omnes & singulas terras suę prębendę, positas in territorio Barbiani, siue Turris de Sclafenatis, de vltra Padum Ciui

tatus Papiæ, quas consueuerant tenere successores Petri
de Ferrarijs, & à quibus ceciderant ob affictus non solu-
tos pro eodem affictu vigintiquinque librarum. Demum
anno 1462. Idem Ioannes Antonius Canonicus inuestiuit
ad nouem annos D. Matthæum de Beccaria filium Ioan-
nis, stipulantem pro se, & fratribus, necnon pro filijs, &
hæredibus quondam Petri de Beccaria de omnibus ter-
ris, quas sua Canonicalis præbenda habet, & possidet in
loco & territorio Barbiani, siue Turris de Sclafenatis
propè locum Turraciæ dictorum de Beccaria de vltra
Padum Comitatus Papiæ, quas consueuerant tenere in
affictum successores q. Petri de Ferrarijs, & postea de præ
senti dicti de Beccaria pro responsione annua triginta li-
1 brarum Papiens. † Ex istis instrumentis satis liquet in præ
dictis omnibus instrumentis actum semper de ijsdem bo-
nis, & eodem loco sitis, tam ex loci demonstratione, nem-
pè, territorio Barbiani, & Turris de Sclafenaris, quàm per
relationem habitam ad Petrum de Ferraris, & eius hære-
des, quos constat fuisse primo inuestitos de anno 1476.
Conuenit etiam secunda inuestitura cum prima in quan-
titate affictus vigintiquinque librarum, qui postea in ter-
2 tia augetur ad triginta, & vulgatum est, † relatum esse in
3 referente, *l. asse toto, de hæred. instit.* & † ad hunc effectum
sufficiunt duæ demonstrationes, *gloss. in l. forma. de censib. Aymo. cons. 198. num. 2.* & etiam sufficit in hac materia le
uior probatio, *glos. in c. si Papa, in verb. probata, de privileg. lib. 6. Afflict. decis. 27. num. 3.* maximè in materia antiqua,
Dec. cons. 109. num. 2. Paris. cons. 27. num. 16 lib. 1. Non ob-
stant quietantiæ ex aduerso deductæ pro demonstranda
diuersitate bonorum, quia in expressis conueniunt cum
instrumentis, nempè, vbi enunciatur territorium Barbia-
ni, Turris de Sclafenatis, Boscum de Ferrarijs vltra Pa-
dum, & licet in aliquo ex illis dicatur pertiatum boscorũ
sitorum vltra Padum in territorio Turraciæ; tamen ex
hoc non est inferendum, solum boscum fuisse concessum,
4 † cum in dubio verba stent demonstratiuè & non restri-
ctiuè, maximè vbi resultaret repugnantia, quæ vtique ad-
esset manifestè, si res deduceretur ad eam tantum parté,
quæ est boschiua, cum appareat non respondere quanti-
tati enunciatæ in prima inuestitura, & quæ tota transiuit
ab illis de Ferrarijs in Dominos de Beccaria, vt ex vnifor-
mi affictu satis concludenter euincitur; nam diuersitas,
quæ aliàs considerabatur, hodie est sublata; cum affictus
quindecim librarum enunciatus in instrumentis solutio-
num caueat de libris Imperialibus, quæ constituunt singu
læ duas libras Papienses, & sic in effectu conueniunt solu-
tiones cum quantitate affictus, de quo in inuestitura anni
1462. Neque diuersitatem inducit denominatio territo-
rij Reæ, quia tum ex Annalibus Papiens. tum ex dictis te
stium constat, territorium antiquitus appellatum Barbia-
ni, postea fuisse appellatum territorium Reæ, quod appa-
ret esse verissimum, cum in instrumentis solutionum ab
anno 1550. vsque ad annum 1580. alternatiuè fiat mentio
territorij Reæ & Turracij de Beccaria: Non obstat, quòd
non probetur istos Dominos de Beccaria possidere istas
terras contentas in prima inuestitura, quia immo de con
5 trario constat, † cum in istis locis possideant multo maio-
rem quantitatem terrarum, quæ ideo præsumuntur esse
Ecclesiæ, *Ias. in l. 2. num. 173. C. de iur. emphyt. Soc. cons. 167. num. 20. lib. 1. Roland. cons. 66. nu. 5. lib. 3. Decian. cons. 119. num. 3. lib. 3. Ceph. cons. 508. num. 4. Natta cons. 235. nu. 17. lib. 2.* Quod coadiuuatur ex solutionibus factis per istos
Dominos, tam particularibus pro eorum ratis portioni-
bus, quàm in vniuersum; & omnem tollit difficultatem
confessio Iacobi Philippi Beccaria filij primi inuestiti, qui
in Catasto publico declarauit se possidere in territorio
Reæ perticas 980. pro quibus soluit libras septem & soli-
dos decem, quæ confessio excludit restrictionem, quam
prætendunt in perticis 90. nemoris. Nec releuat instru-
mentum acquisitionis terrarum per Dominos de Becca-
ria, quia constat eos in hoc loco possidere maiorem quan-
titatem terrarum, quàm sit illa, quæ ab Ecclesia præten-
ditur. Et ideo conclusum cõstare de identitate bonorum.

Romana Societatis Officij.
Die Veneris 29. Nouembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex contractu acquiritur contrahenti, licet contra-*
hat cum pecunia aliena, & domino pecuniæ competit
tantum actio pro eius recuperatione, & num. 4.
2 *Disdicta societatis probatur per fidem Cursoris.*
3 *Disdicta societatis sufficit domi affixam fuisse absque eo,*
quòd personaliter intimetur.
5 *Cessionarius mediante cessione potest agere & prosequi*
exequutionem mandati sibi cessi, & succedit cedenti
etiam in guarentigiæ priuilegio.
6 *Quando simulatio est in personis & veritas in actu, ius*
quæritur veræ personæ, & non fictæ.
7 *Allegans aliquid pro fundamento suæ intentionis illud*
concludenter probare tenetur.

DECISIO MCCX.

CVm die 6. Maij 1589. inita fuisset societas scutorum
725. ad fauorem Cæsarei Montani super officio
Melchioris Riccij cum disdicta quindecim dierum, &
accessione Dominorum de Rusticuccijs, & Curtij Van-
ni, & recognitione bonæ fidei Illustr. D. Iacobi Rusticuc-
cij super vita Com. Andreæ de Bentiuolis pro scutis 525.
& pro alijs 200. super vita quorundam aliorum, & die
23. Martij 1590. fuisset disdicta per Cæsareum & in actis
reproducta disdicta, & tandem de mense Maij 1591. ex-
peditum mandatum contra D. Iacobum pro dicta sum-
ma 725. Die 22. Maij 1593. D. Cæsareus cessit dictam so-
cietatem vnà cum fructibus decursis & decurrendis, ac
iure mandati exequutiui Francisco Bessio, cuius cessio-
nis vigore egit contra Dominos Rusticuccios, & obtinuit
mandatum exequi mandari, aliàs contra eos decretum, &
relaxatum: Vnde ex aduerso DD. Rusticuccij prætenden-
tes se pro summa quingentorum fuisse liberatos, opposue-
runt contra hanc exequutionem, & obtinuerunt proponi
dubium in Rota. An mandatum Auditoris Cameræ con
tra Dominos Rusticuccios sit exequendum, & pro eorũ
parte dicebatur non esse exequendum respectu summæ
525. scutorum, quia Cæsareus per suam apocham sub die
26. Martij 1591. declarauerat dictam societatem fuisse
factam de pecunijs Com. Andreę de Bentiuolis, & in ea
se habere nudum nomen; & ideo cum postea Com. An-
dreas diem suum obierit dictas pecunias cessisse lucro Do
minorum de Rusticuccijs, maximè cum etiam obtinue-
rint quietantiam sub die 7. Aprilis 1591 à Com. Iulio fra-
tre Comitis Andreæ præmortui, suo & fratrum hæredũ
Andreæ nomine. Nec obstare, quòd ante obitum Andreæ
fuerit disdicta societas per Cęsareum, tum ex eo quòd ta-
lis disdicta non poterat per Cæsareum fieri, qui nudum
nomen tantum habebat; tum etiam quia huiusmodi dis-
dicta non fuit personaliter intimata, nec etiam domi di-
missa copia iuxta conuentionem, sed tantum affixa copia
in ostio domus, non autem in manibus alicuius domestici
de familia, & consequenter neque etiam cum potuisse ce-
dere hanc societatem Francisco Bessio, cum pecunię ad
ipsum non spectarent, sed ad Com. Andream. His tamen
non obstantibus, conclusum fuit mandatum esse exequen
dum; nam licet contracta fuerit societas cum pecunijs
1 Com. Andreæ; † tamen cum in hoc contractu ipse non in
terueneri, sed Cæsareus tantum, qui sibi ipsi stipulatus
est, omnis actio ipsi Cæsareo, & non Comiti Andreæ quæ
sita fuit, iuxta doctrinam *Bald. in l. si pater marito, num. 2. & 4. C. de dot. promiss. Coru. cons. 155. nu. 4. lib. 3. Afflict. decis. 335. num. 23.* Vnde omne ius continuandi, & disdicen-
di

di societatem erat penes Cæsareum tantum, & poterat so
lum Com. Andreas agere contra ipsum pro recuperatio-
ne dictarum pecuniarum, *l. 1. & l. si quis alter a. C. si quis*
alteri vel sibi. Et hinc sequitur bene per ipsum fuisse socie-
tatem disdictam, & similiter morte Comitis Andreę non
fuisse exstinctam, neque lucratam per Rusticuccios, quã-
uis erroneè contrarium crediderit Com. Iulius, qui fecit
quietantiam, cum non haberet notitiam disdictæ, quæ
res facit, vt manifestè de errore constet. Neque obstat de-
fectus allegatus disdictæ, quia in contrarium facit fides
2 Cursoris, † cui standum est, † & sufficit affixam fuisse do-
3 mi, maximè stante illius reproductione, processu, & man-
dati relaxatione contra Rusticuccios ante obitum Comi
tis, *ad l. 4. §. toties, cum ibi notat. de damn. infecto.* Non ob-
stat cessionem per ipsum factam Francisco Bessio videri
nullam, cum pecuniæ essent Bentiuoli, quia nihilominus
cum iura, & actiones inhærerent personæ Cæsarei, vt su-
pra dictum est, nec in Comitem fuerint translatæ, cum
nulla ad ipsius fauorem facta fuerit cessio, † potuit Cæsa-
4 reus validè hæc iura in Franciscum transferre; neque ex
tali translatione ius Comitis fuit factum deterius, cum
nihilominus Cæsareus remanserit eius debitor respectu
5 pecuniarum, † quare Franciscus cessionarius mediante
cessione agere potest, & prosequi exequutionem manda-
ti, *l. huiusmodi, vbi gloss. in verbo, cedat marito, de legat. 1. l.*
pen. de negot. gest. l. quæcumque gerimus, de action. & oblig.
& succedit cedenti etiam in guarentigiæ priuilegio siue
obligationis Cameralis, *ut per Bart. in l. 1. nu. 22. de action.*
& obligat. Roman. cons. 38. in princ. & cons. 142. Neque
obstat *doctrina Baldi, in l. cum precibus, C. de probation. in fi.*
6 dicentis, quòd † quando simulatio est in personis, & veri-
tas in actu, ius quæri veræ personæ non fictæ, quia in hoc
contractu nulla adest simulatio, neque simulandi causa,
cum hoc negotium tam per se, quàm per alium posset ge-
rere ipse Comes Andreas, & quotidie videmus has socie-
tates conferri in tertias personas, & per alios fieri, satis e-
nim est, vt earum commodum ad eos spectet, qui sunt
pecuniarum domini, & qui ita cum illis, quorum nomine
interposito contrahitur societas, conuenerunt. Vltimò nõ
obstat, si prætendunt DD. de Rusticuccijs mortem Comi
7 tis præcessisse disdictam; nam † cum hoc sit fundamentũ
eorum intentionis, tenentur hoc concludenter probare,
l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Alex. cons. 25. in princ. lib. 4. Soc.
iun. cons. 26. nu. 12. lib. 2. Pedem. decis. 108. num. 5. cum alijs.
Et ita conclusum.

Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 9. Decembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Partita libri mercatoris probat contra scribentem.*
2 *Error ex coniecturis, & circumstantijs probari potest.*
3 *Quod non est verisimile, imaginem habet falsitatis.*
4 *Quando testi, de cuius interesse agitur, sit fides adhi-*
benda.

DECISIO MCCXI.

FVit resolutum sententiam pro Dominis Henriquez,
& Costa latam esse confirmandam; licet enim de cre
dito 500. scutorum Dominorum de Donis constet ex par-
tita descripta in libris Dominorum Henriquez, & Herre-
1 ra, † quæ probat contra scribentem, *l. Publia, §. fin. deposit.*
Alex. cons. 84. num. 1. lib. 7. Rota Ianuens. decis. 17. num. 7.
Nihilominus ex deductis censuerunt Domini constare
de errore dictæ partitæ, quæ cum esset describenda ad fa-
2 uorem Troncij, fuit descripta ad fauorem Doni, † error
autem ex coniecturis, & circumstantijs probari potest,
Bart. in l. non fatetur, de confess. prout visum est probari in
hac facti specie: Primò, quia talis partita non reperitur
descripta in libris de Donis, & tamen certum est ex stylo
mercatorum numquam tradi aut numerari alicui pecu-
nias exportandas extra banchum, quin prius per Capse-
3 rium adnotentur in libro Capsæ, † quod ergo non est ve-
risimile, imaginem habet falsitatis, *Barto. in l. 1. C. de seru.*
fugit. Socin. iun. cons. 122. nu. 20. lib. 1. Secundò, quia partita
eodem die descripta de simili summa data iuueni Domi-
norum de Herrera à Troncio, & in eius libro descripta,
non reperitur scripta in libris Dominorum de Herrera,
cum tamen debuerit describi in creditum Troncij, vt est
notorium. Vnde insurgit alius error omissionis, qui stante
legalitate mercatorum, & eorum diligentia solita, est in-
uerisimilis: Erroris autem causa clarè manifestatur ex de-
positione Francisci, qui fuit ille, qui accepit dictas pecu-
nias à Troncio, & eas notauit in suo scartafolio, vt solent;
nam apparet in earum traditione facta Capserio errasse,
& pro Troncio nominasse Donum, quæ fuit causa, cur
partita fuerit descripta ad creditum Doni; & licet dica-
4 tur † non esse huic testi credendum, cum agatur de eius
interesse; tamen cum sit bonæ opinionis, & famæ, & de-
ponat de facto proprio, & veritas veritati consonet, bene
probat, *Dec. cons. 610. n. 9. Verall. dec. 267. n. 1. p. 3.* maximè
in re difficilis probationis per alios, *Ant. de Butr. in c. cũ*
olim, de dolo, & contum. nu. 10. & in c. cum dilectus, nu. 15.
de election. Et omnem tollit difficultatem, quòd huius te-
stis persona approbata fuit per Donos, qui eum in testem
induxerunt, *Abb. in c. præsentium, nu. 6. de testib. Socin. iun.*
cons. 69. num. 11. lib. 1. Gabr. de testib. concl. 1. num. 14. Vnde sa
tis apertè colligitur vnicam tantum summam fuisse alla-
tam ad banchum Dominorum de Herrera, eamq. acce-
ptata fuisse à Troncio non à Donis; Et ad alia abundè re-
spondetur in voto R. D. Hortensij, cuius sententiam Do-
mini dixerunt esse confirmandam.

Valentina, seu Oriolens. Iurisdictionis.
Die Mercurij 11. Decembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiscopus licet possit cogere Episcopum suum Suf-*
fraganeum ad suscipiendam delegationem causæ, non
tamen subditos sui Suffraganei cogere potest.
2 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos sui*
Suffraganei, sicut habet in Episcopum Suffraganeum,
qui est ei immediatè subiectus.
3 *Declaratur gloss. in c. 1. §. neque, in verbo, suscipere, de foro*
compet. in 6. quomodo intelligi debeat.

DECISIO MCCXII.

FVit dubitatum, An Archiepiscopus Valentinus possit
Episcopum Oriolens. in causis ad eum per appellatio
nem deuolutis, vel aliàs iure Metropolitico spectantibus,
cogere ad suscipiendam delegationem, tam pro recipien-
1 dis testibus, quàm pro alijs articulis; † & fuit per Domi-
nos vnanimiter conclusum pro affirmatiua; licet enim Ar
chiepiscopus non possit cogere subditos sui Suffraganei
ad suscipiendam delegationem, si noluerint, vt expressè
cauetur *in c. Pastoralis, de offic. Ordin. in princ. & in c. 1. §.*
2 *neque, de foro competen. in 6.* ea ratione, quia † in subditum
Suffraganei iurisdictionem non habet, quod requiritur
ad hoc, vt cogere possit, *l. eum qui, de iurisdict. omn. iud. vbi*
Bald. nu. 1. & Abb. in d. c. Pastoralis, num. 5. tamen potest
cogere ipsum Suffraganeum ad suscipiendam talem dele
gationem, quia ipse est immediatè subditus Archiepisco-
3 po: Vnde in eo cessat ratio *dictæ l. eum qui,* † & hoc expres-
sè tradit *gloss. in d. c. 1. §. neque, in verbo, suscipere, de foro com*
pet. vbi notat non eamdem iurisdictionem habere iudicẽ
in accessorio, quam habet in principali: & licet ibi dicat,
quod Archiepiscopus mandabit Suffraganeo: illud ta-
men verbum, mandabit, intelligi debet de coactione, *vt*
per Ioan. Monarch. ibid. vers. item quòd talis, in verbo, susci-
pere compellant. vbi ait, quod si Suffraganeus non acquie-
scat,

ſcat, poterit animaduertere in eum, ſicut in ſubditum immediatum, *vt tradit ibi Gemin. Franc. & alij communiter, & ita etiam concludit Abb. in d. c. Paſtoralis, num. 12.* & in hanc ſententiam omnes conueniunt. licet in alia quæſtione, An ſuffraganeo negligente ſubditos ſuos cogere ad inſtantiam Archiepiſcopi, ipſe Archiepiſcopus ſuccedat in iuriſdictione eos per ſe cogendi, Doctores ſint varij, ſed de hac in præſenti non agitur. Neque huic concluſioni obſtat, quòd à quibuſdam Doctoribus traditum eſt, iure Metropolitico non licere, niſi id quod expreſsè reperitur in iure conceſſum, *Hoſtienſ. Io. Andr. & Anchar. in c. magnæ, de vot.* quia omiſſo in præſentia iſto articulo, reſponſum fuit in materia de qua agitur, hoc ſatis eſſe expreſſum in iure, & apud Doctores ſupra allegatos. Et ita concluſum nemine diſcrepante.

Carthaginenſ. Iuriſdictionis.
Die Lunæ 16. Decembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Quando ſunt plures iudices, ſententia quando ſit in numero plurali, vel ſingulari concipienda, & nu. 8.*

2 *Epiſcopus de iure communi habet iuriſdictionem in Canonicos, & Capitulum.*

3 *Epiſcopus in procedendo contra Capitulares de iure debet adhibere conſenſum Capituli in arduis, in ceteris verò conſilium.*

4 *Notarius adiunctus Actuario non recipit acta, licet aſſiſtat & ſubſcribat ea ad tollendam ſuſpicionem, propter quam fuit adhibitus.*

5 *In iudicio poſſeſſorio vltimus ſtatus attenditur, & vnicus actus ſufficit.*

6 *Vbi ſententiæ vel decreta ſunt proferenda contra Capitulares, ſufficit ſcientia vnius ex illis, qui habent intereſſe commune.*

7 *Habens titulum acquirit poſſeſſionem ſine ſcientia, & patientia aduerſarij.*

DECISIO MCCXIII.

COmpromiſſa fuit in Rota quædam controuerſia orta inter Reuerendiſſ. D. Epiſcopum Carthaginenſ. ex vna parte, & RR. Dominos Decanum, & Capitulum ex altera, ſuper modo ſubſcribendi ſententias, & decreta, quæ fiunt ſimul per Epiſcopum, & adiunctum deputatũ à Capitulo prætendente Epiſcopo, quòd ſententia ſit concipienda in numero ſingulari ſub hac forma, Ego N. Epiſcopus ita pronunciaui de conſilio & aſſenſu N. adiuncti: & è contra, prætendentibus Capitularibus eſſe concipiendam in numero plurali hoc pacto; Nos Epiſcopus, & N. Adiunctus ita pronunciauimus: Et in compromiſſo expreſsè fuit cautum, vt hæc controuerſia decidi deberet in poſſeſſorio tantum, qua forma attenta RR. PP. Do-
1 mini mei me proponente † cenſuerunt, vt ſententiæ, & decreta ſubſcriberentur ſub priori formula in numero ſingulari concepta; attento quòd pro parte Epiſcopi deducebantur nonnulla decreta ſub hac formula prolata in lite quadam criminali inter fiſcalem actorem ex vna, & Archidiaconum de Lorea, & litis conſortes reos conuentos ex altera; Item in alia lite criminali contra Archidiaconum Carthaginenſem propter prætenſum quoddam aſſaſſinium, in qua in pluribus decretis reperitur ſeruata eadem formula: Quibus ſtantibus conſtare dixerunt de Epiſcopi quaſi poſſeſſione, cui eo magis erat fauendum, cum videatur quoque habere aſſiſtentiam iuris communis; nam licet inter conindices eiuſdem ordinis, & eiuſdem auctoritatis ſeruari debeat formula *c. pen. de ſent. & re iudic. in 6.* nempè, vt concipiatur ſub numero plurali omnium nomine; tamen vbi iudices ſunt diſparis conditionis, tam reſpectu iuriſdictionis, quàm cauſæ, propter quã plures adhibentur, tunc concipienda eſt ſententia nomine eius, penes quem tamquam caput reſidet iuriſdictio, de conſilio tamen & aſſenſu aliorum, de quorum conſilio, & aſſenſu proceditur in cauſa, quod manifeſtè innuere videntur verba expreſſa *Concilij Tridentini cap. 6. de reform. ſeſſ. 25. & ita fuit per Sacram Congregationem reſolu-*
2 *tum in cauſa Gadicenſ. Iuriſdictionis*, & meritò, cum † de iure communi Epiſcopus habeat iuriſdictionem in Canonicos, & Capitulum *c. perſonæ, 11. q. 1. c. irrefragabili, §. exceſſus, vbi gloſ. in verbo, per Capitulum, de offic. ordin.* &
* fuit alias * latè diſcuſſus in Rota inter eaſdem partes articulus, An in procedendo contra Capitulares requireretur de iure conſenſus Capituli vel conſilium tantum, & poſt varias diſputationes fuit tandem coram Illuſtriſſimo
3 Lancellotto concluſum, † in arduis requiri conſenſum, in ceteris conſilium. Ex quo colligitur, maiorem iuriſdictionem eſſe penes Epiſcopum, quam penes Capitulum: Vnde ſiue dicamus eos eſſe coniudices, *vt videtur voluiſſe Archidiaconus, in c. Epiſcopus, 15. q. 7. & poſt eum Turrecrem.* ſiue ſequamur opinionem *Bellamer. in c. Epiſcopus, num. 2. 15. q. 7.* dicentis non eſſe bonam conſequentiam; Epiſcopus debet de clericorum conſilio & in eorum præſentia iudicare, ergo clerici ſunt iudices, quia idem eſſet dicendum de Aſſeſſoribus, quod tamen eſt erroneum, quod videtur comprobari *ex traditis per gloſſ. in d. §. exceſſus, in verbo, per Capitulum, & ibi Abb. num. 3. & Butr. nu.*
a *33. a* tamen ſemper erit verum, maiorem, & præcipuam iuriſdictionem & auctoritatem eſſe penes Epiſcopum; & ideo ſententiæ, & decreta ſunt concipienda ſub eius perſona, ſicuti videmus, quòd † vbi vnus Notarius datur
4 Adiunctus Actuario, ipſe tamen non recipit acta, licet interueniat, & ea ſubſcribat ad tollendam ſuſpicionem, propter quam fuit adhibitus. Non obſtant actus allegati pro Capitulo deſumpti ex regiſtro cauſæ antiquæ, quia
5 † in hoc iudicio poſſeſſorio vltimus ſtatus attendi debet, & vnicus actus ſufficit, *c. cum Eccleſia, de cauſ. poſſ. & propr. vbi Doctor. Oldrad. conſ. 312. c. conſultationibus, de iure patr. Abb. conſ. 54. lib. 1. Roland. conſ. 47. nu. 26. lib. 1. cum ſimilibus*, maximè cum illi actus à Capitulo allegati præceſſerint Concilium Tridentinum, per quod poſtea iſtæ omnes conſuetudines fuerunt abrogatæ, & in executorialibus obtentis à tunc temporis Epiſcopo mandatur ſeruari Concilium in omnibus, præterquam in deputatione vnius adiuncti tantum, in quo ſeruatur antiqua Eccleſię conſuetudo vti magis fauorabilis Epiſcopo. Neque obſtat, quod dicitur ſcientiam Capituli non probari; tum quia id eſt valde inueriſimile, cum illi actus facti fuerint
6 interueniente Adiuncto Capituli; tum † quia quando ſententiæ & decreta ſunt contra Capitulares proferenda, ſufficit ſcientia vnius ex illis, qui habent intereſſe commune, Ripa *in c. cum Eccleſia, num. 66. de cauſ. poſſ. & propr.* & poſtremò quando poſſidens habet titulum, non requiritur ſcientia, & patientia ad effectum acquirendi poſſeſſionem, *vt per Ceph. de ſeruit. vrb. præd. cap. 10. num. 5.*
7 † Quare vnanimiter fuit per RR. Dominos meos concluſum, in ſubſcriptionibus ſententiarum, & decretorum, ſeruandam eſſe priorem formulam, tam ratione poſſeſſionis Epiſcopi, quàm diſpoſitionis Sacri Concilij Tridentini, & aſſiſtentiæ iuris communis, & quod eſt præcipuum interpretationis Illuſtriſſimorum Cardinalium Præfectorum Sacræ Congregationis Concilij.

* *Coram Illuſtriſſ. Cardin. Lancelloto, & præſertim ſub die 20. Iunij 1580. reſolutis.*

a *In c. irrefragabili, §. exceſſus, de off. Ordin. & facit c. de perſona, 11. q. 1. & c. cum Epiſcopus, vbi omnes notant, de off. Ordin. in 6. Inn. in c. cum ab Eccleſia, in princ. & ibi Abb. num. 9. eod. tit. de off. Ordin.*

Roma-

Romana Cambiorum.
Die Veneris 20. Decembris 1596.

SVMMARIVM.

1 *Debitum vnius rationis non compensatur cum credito alterius, etiam respectu eiusdem personæ.*

DECISIO MCCXIV.

AVditor Cameræ in sententia lata inter Ioannem Baptistam Buccerum,& Petrum Franciscum Ramparium mandauit ex summa scutorum 1300. debitorum à Rampario rationi banchariæ de Buccetis Romę compensari summam scutorum 650. debitorum Rampario à ratione Vincentij,& Antonij Mariæ de Buccetis Florentiæ,& Regij, eo prætextu quòd idem Vincētius erat vnus ex socijs rationis Romanæ creditricis Ramparij;& docebat Ramparius de suo credito per sententiam ad eius fauorem latam Florentiæ. Dubitatum itaque fuit, An sententia Auditoris Cameræ esset confirmanda, vel reuocanda respectu istius articuli compensationis;Et fuit per Dominos conclusum sententiam esse reuocandam, neque
1 hoc casu locum esse compensationi;† Cum enim debitū hoc & creditum sint duarum diuersarum rationum, non potest etiam respectu eiusdem personæ admitti compensatio debiti vnius rationis, cum credito alterius, *per doctrinam communiter receptam Baldi & Salicet. in l.eius, C. de compensation. Socin.cons.73.num.9.lib.1.& cons.65.in fi. lib.4. Anthar.cons.400. Ronchegal.in l.si duo,num.6.& 11. de duob.reis. Rota Ianuens.decis.26 nu.30. cum alijs ibi allegatis*,& hoc dixerunt locum etiam habere finita societate, antequam fuerint habita, & solidata computa rationis, vt sciri possit, quid vnusquisque sociorum in ea habeat,cum fieri possit vt sit debitor,& non creditor,& hoc tollit obiectum, quod fiebat ex aduerso *dictam doctrinam Baldi* locum habere, vbi concurrant alij creditores dictæ rationis,quia satis cōcurrunt, ex quo sint plures socij, qui prætendunt Vincentium nihil in ea habere, immo potius esse debitorem in summa 300. & vltra, de qua re liquere non potest,nisi post computorum solidationem. Ideo conclusum sententiam Auditoris Cameræ in hac parte esse reuocandam.

Papiens. Bonorum.
Die Lunæ 13. Ianuarij 1597.

DECISIO MCCXV.

DOmini steterunt in decisis; stante enim probatione Ecclesiæ, quæ nititur tot argumentis desumptis ex instrumentis productis inuestiturarum,earumq.continuatione,& effectuatione,& solutionibus vniformibus subsequutis,*prout fuit in hac causa decisum 27. Nouembris proximè præteriti*, visum fuit Dominis, ea omnia, quæ nunc deducuntur,& repetuntur, nihil concludere, quod tollat, aut debilitet præfatam probationem: Nam primò,quod negatur Dominos de Beccaria non possidere vltra 838. pettitas terræ in loco designato,hoc conuincitur ita se habere per instrumenta relata in priore decisione, quib.accedit scriptura vltimo exhibita extracta ex libris Catasti Papiens. per Darium Camillum publicum Cancellarium; in quo apparet de longe maiori quantitate. Neque obstat, quòd dicitur scripturam diuisionis non probare contra istos Dominos; nam cum fuerit per fratres de Beccaria facta cum relatione Agrimensorum de eorum consensu electorum videtur non posse inficiari sine manifesta calumnia,præsertim cum ex alijs sit adminiculata. Non obstat acquisitio facta per Ioanninum Beccariam,qua posito quòd produceretur in forma probanti; ea tamen non releuat, cum neque ipse solus emerit hanc quantitatem, sed cum Gulielmo de Salimbenijs; neque probatur hos Dominos, qui sunt in causa habere causam ab eo, neque probatur identitas, & in summa potest etiam simul cum alijs stare ista terrarum quantitas, vt ex prædictis conuincitur. Non obstat,quòd confessio Iacobi Philippi non cōtineat tantam summam,quia ipse possidebat tantum tres partes ex quattuor, prout ex solutionibus per eum factis apparet. Vltimò non obstat, quòd sępius fuit allegatum, cōsumptas fuisse istas terras per Padi inundationem, hoc enim non probatur, & ex facti euidentia contrarium apparet ex existentia terrarum,in loco designato:Et in summa quod allegabatur per Dominos de Beccaria contra Ecclesiam,probationes pro ea deductas esse incertas,multo verius potest retorqueri contra deducta pro eorum parte,cum simul stare possint omnia hinc inde allegata,& nihilominus Ecclesiæ intentionem firmam remanere fundatam in inuestituris multiplicatis,& solutionibus subsequutis, quæ nullo pacto per aduersarios sublata fuerunt. Et ita conclusum.

Romana Fideicommissi de Stanchis.
Die Lunæ 13. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Filia femina excludit substitutum in terminis l.cum auus, de cond.& demonstr.quod non procedit stantibus coniecturis, & nu.5.*

2 *Exclusio propriarum filiarum ostendit testatorem noluisse,quòd neptis excludat substitutum, præsertim quando substitutus est de descendentibus testatoris.*

3 *Testator in dubio censetur semper se conformare cum dispositione statuti.*

4 *Tacita conditio,si sine filijs,licet à lege subintelligatur; censetur tamen apposita in substitutione fideicommissaria, quæ facta fuit sub vno contexto verborum, vnà cum vulgari; declaratur tamen, vt nu.7.*

5 *Substitutio fideicommissaria intelligitur facta sub ea conditione,si sine filijs decesserit,sed cessat existentibus tam masculis,quàm feminis secundum communem opinion.*

6 *Coniectura desumpta ex vocatione masculorum,& exclusione feminarum an sufficiat ad excludendā filiam feminā in terminis l.cū auus,de cond.& demons.& n.10.*

7 *Regula illa, quòd una determinatio plurium determinabilium debet ea æqualiter determinare,quomodo intelligatur procedere, reprobata consideratione Corn. in cons.1. nu.3. lib.4.*

8 *Ex statuto non potest sumi interpretatio voluntatis testatoris, nisi statutum loquatur in terminis dispositionis testatoris.*

9 *Vbi non verificatur præsuppositum, dispositum locum habere non potest.*

11 *Coniectura desumpta ex eo, quod substitutus sit filius testatoris, non sufficit ad exclusionem feminarum in terminis l.cum auus,de cond.& demons.secundum magis communem sententiam.*

12 *Prohibitio alienationis posita consequutiuè ad fideicommissum,restringitur ad eius terminos.*

13 *Clausula,Omni meliori modo, non alterat dispositionem, nec eam ampliat.*

DECISIO MCCXVI.

ANdreas Stanchus condidit testamentum,in quo tres filios masculos heredes instituit,eosq. inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, filias suas feminas in dotibus instituit, prohibens, ne aliud quidquam in eius hęreditate petere possent,ex quacumq. causa, neque Trebellianicę, neque Legitimæ, superstitib. duobus fratrib. Eliodoro,& Dario; obijt Eliodorus, relicta Laura filia, quam prætendit Darius excludere à paterna successione vigore fideicommissi Andreę facti ad con-

conseruationem agnationis fauore masculorm, quod apparere contendit ex substitutione masculorum inter se, iuncta prohibitione alienationis; Hocq. confirmari *ex statuto Vrbis, lib. 1. c. 141. & 145.* vbi & filiæ & neptes dotate excluduntur à successione patris & aui propter pa-
1 truum. Neque obstare, quòd † regulariter in substitutione facta filijs, femina excludat substitutum, *l. Lucius, la 2. de hæred. inst. d. l. cum auus, de cond. & demon. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* nam stantibus coniecturis, Doctores solent ab hac regula recedere, *l. licet Imperator, vbi Alex. & Ias. in 3. notab. de leg. 1.* Hic autem plures coniecturas concurrere, quę hoc suadere in casu proposito videntur; nam præter allegatam formulam substitutionis
2 factæ inter masculos, cum prohibitione alienationis, † adest exclusio propriarum filiarum, quæ censentur prædilectę neptibus, *argum. l. si viua matre, C. de bon. mater. l. Publia, in fine, ff. de cond. & demonstr. Castr. cons. 58. vers. sed hic constare potest, lib. 1. Ias. cons. 141. Dec. cons. 15. num. 2. Ruin. cons. 141. num. 8. lib. 2. Gozad. cons. 89. n. 5. Curt. iun. cons. 111. num. 16. Crot. cons. 13. num. 17. lib. 1. Corn. cons. 124. num. 18. lib. 1. Paris. cons. 48. lib. 2. Menoch. cons. 180. num. 26. lib. 2.* Et hanc coniecturam facilius admitti affirmant Doctores, vbi substitutus est ex descendentibus testatoris, *Castr. cons. 409. num. 20. lib. 2. Soc. cons. 6. n. 20. lib. 3. Goz. cons. 111. num. 28. Socin. iun. cons. 56. lib. 4. Grass. de success. §. fideicommissum, q. 35. num. 4. cum pluribus alijs hic per Informantes*
* *allegatis.** Confirmantur ex alia coniectura, quia † sem-
3 per in dubio testator censetur sese conformare cum dispositione statuti, *vt per Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 4. ad Trebell. Bald. in c. in præsentia, num. 1. de probation. Alex. in l. 3. num. 5. de legat. 1. & in l. Gallus, §. quidam recte, num.*
a *8. de lib. & posth. & cons. 51. num. 33. lib. 4. cum alijs.* a Vnde cum statutum excludat neptem, eam quoque à testatore exclusam censeri debere. Præterea deducebatur *auctoritas Corn. cons. 1. num. 3. lib. 4. quam sequitur Socin. iun. cons. 100. num. 4. lib. 1.* qui voluit; † tacitam conditionem,
4 si sine filijs decesserit, subintellectam à lege, *per text. in d. l. cum acutissimi, C. de fideicom.* non censeri appositam in substitutione fideicommissaria, quæ facta est sub vno contextu verborum vnà cum vulgari, nam ex quo talis conditio non potest conuenire vulgari, neque etiam est supplenda respectu fideicommissariæ, vt vna determinatio plurium determinabilium æqualiter ea determinet, *l. nam hoc iure, de vulgar.* Et hæc sunt ferè ea, quæ potissimum pro hac parte faciunt. Quibus tamen non obstan-
5 tibus contrarium per Dominos fuit decisum; † cum enim legis interpretatione, fideicommissaria substitutio intelligatur facta sub illa conditione, si sine filijs decesserit, *d. l. cum auus, & l. cum acutissimi,* succedit communis Doctorum conclusio, quòd dicta conditio cessat tàm existentibus filijs feminis quàm masculis, *l. si quis ita, de testam. tut. l. si ita scriptum, de legat. 2. Doctor. in cap. Rainaldus, de testam. cum infinitis alijs, qui citati fuerunt in causa Camer. fideicommissi. 3. Nouemb. 1595. coram R. P. D. Simeo Pena, & fuit per Rotam resolutum in pluribus causis; & Bald. in d. l. cum acutissimi, num. 5. reddit optimam rationem caritatis, quam sequitur Illustrissimus Dominus meus Mantica, lib. 11. de coniectur. tit. 14. num. 5.* Neque obstat quòd
6 † testator vocando solos masculos, & excludendo feminas, censendus sit voluisse consulere agnationi, & conseruationi familiæ, quia præterquam quòd hæc ratio non ita simpliciter admitti solet à Doctoribus, vbi ratio ea non est expressa, & vbi dispositio refertur ad filios tunc extantes, & non progreditur ad vlteriores nascituros, quam opinionem vti veriorem refert *Molina, de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 27. Paris. consil. 72. num. 37. lib. 3. Hier. Gabr. consil. 79. num. 6. lib. 1.* hæc sola coniectura non est sufficiens ad exclusionem feminæ, *prout tradit Illustriss. Mantica loco supra citato, num. 14. Simon de Pret. interpret. vlt. vol. lib. 3. interpret. 3. dub. 3. solut. 2. n. 25. vsque ad num. 27. inclusiuè, fol. 312. à tergo, vbi latissimè totam*
7 *hanc materiam prosequitur,* † Neque difficultatem facere debet in hoc casu consideratio illa subtilis *Corn. consil. 1. num. 3. lib. 4.* quòd ratione eiusdem determinationis non sit subintelligenda conditio illa, si sine liberis, *l. nam hoc iure, de vulgar.* quia regula illa procedit, vbi in determinatione aliquid expressè cauetur, quod debet respicere plura determinata, non aût vt vnum ex determinatis determinet aliud, *secundum Bart. in l. Prætor, la 2. §. si quis aduentu, de vi bon. rapt.* at in casu isto conditio illa, si sine liberis, determinaretur ab vno ex determinabilibus, nempe à substitutione vulgari, quod est contra prędictā declarationem, immo nulla rō suadet, vt potius determinatio sumi debeat à vulgari, ad effectum excludendi conditionem illā tacitam in fideicommissarijs, q̃ vt sumatur à fideicommissaria ad inducendam dictam conditionem etiam in vulgari, *prout arguebat Soc. quem refert Dec. cons. 816. num. 10. circa finem,* qui animaduertit hanc rationem pro vtraque parte deduci posse; sed difficultatem tollit vrgentissima ratio; nam si vera esset consideratio Cornei, vtique in tali substitutione, nonsolum filia femina, sed etiam filius masculus per substitutum excluderetur, quòd est maximè absurdum, & ab omni æquitate alienum, & ideo Corneus non satis fidens huic considerationi, tradit eam procedere in suo casu, ex quo aderat persona filij prædilecti à testatore, de qua re mox agemus. Non obstat, quod deducitur pro præcipuo fundamento in hac causa, de dispo-
8 sitione *statuti Vrbis, cap. 141. & 145.* quia † vt ex statuto sumatur voluntatis interpretatio, necesse est vt statutum loquatur in terminis dispositionis testatoris, scilicet, vt nepos propter patruum excludatur à successione paterna. Verum tale statutum non reperitur, nam statuta allegata loquuntur, quando exstant neptes ex filio præmortuo, & agitur de successione aui, qui non est casus noster: Neque enim Laura perit quidquam in auita hæreditate, neque eius pater præ decessit auo, sed obijt post acquisitam pro portione sua hæreditatem, quæ effecta est eius proprium patrimonium: Vnde fit, vt nullo pacto hoc statutum suf-
9 fragari possit; † nam suppositum statuti, nempe quòd prædecesserit filius patri, non verificatur; ideo neque di-
10 spositum, *l. mancipia, C. de seru. fugit.* † Non obstat exclusio propriarum filiarum, quia hæc coniectura non facit, vt excludatur neptis, *vt pluries fuit resolutum, & in specie in*
b *prædicta Causa Camerinen.* b & ratio est manifesta: quia magna est differentia inter istos casus, filias enim testator excludit contemplatione fratrum, sed hic excluderentur contemplatione patruorum, quod est nimis durum, & exorbitans a dispositione iuris, & hanc coniecturam reijciunt plures, inter quos *Ruin. cons. 144. num. 12. li. 2. Paris. 41. num. 53. lib. 3. Cephal. cons. 45. nu. 21. & cons. 46. num. 28. lib. 1. quos sequitur Roland. cons. 45. num. 41. lib. 4. & latè*
11 *Simon de Pret. loco supra citato.* † Neque obstat quòd Darius sit filius testatoris; quia hæc coniectura ex magis communi Doctorum sententia reijcitur, *vt latè per Hier. Gabr.*
12 *qui multos congerit cons. 88. n. 9. lib. 2.* † Non obstat coniectura, quę sumitur ex prohibitione alienationis, quia cum ponatur consequutiue ad fideicommissum, restringitur
13 ad eius terminos, *Dec. cons. 636.* † Clausula verò, Omni meliori modo, non alterat principalem dispositionem, neque eam ampliat ad casus in ea non comprehensos. Et ex his conclusum Lauram non excludi per patruum à successione paterna.

* *Addo Calcan. cons. 48. n. 42. Ruin. cons. 720 n. 5. & 16. vol. 1. Paris. in citato cons. 48. n. 9. vol. 2. Curt. iun. cons. 139 nu. 18. cum alijs vt per Crass. allegatum.*

a *Facit Anch. in l. tres fratres, ff. de pact. Fulgos. cons. 34. n. 4. Dec. cons. 397 n. 7. Gozad. cons. 79 n. 8. Ruin. cons. 141. n. 4. vol. 2. & fuit dictum in causa Imolen. fideicommissi. 17. Maij. 1592. coram R. P. D. Orano.*

b *Ets dictum etiam fuit supra in alia Camerinen. bonorum die 29 Maij 1589. n. 2. coram eodem Illustr. Seraphino.*

Bononiens.

Bononiens. seu Veneta Pecuniaria.
Die Mercurij 15. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Vendito pignore pro minori pretio, quàm valeat, an creditor teneatur in plus, quàm acceperit; præsertim quando fuit venditum auctoritate iudicis.*

DECISIO MCCXVII.

CVm DD. de Bucchis essent debitores Carauaschinorum in notabili pecuniarum summa, conuenerunt sub die 20. Febr. 1588. vt darent Carauaschinis litteras cambij ad nundinas Francfordienses, & Lugdunenses, & in euentum non acceptationis earum pro assecuratione crediti Carauaschinorum dederunt eis pignori tredecim ballas mercium ex Germania transmittendas dando eisdem facultatem eas vendendi etiam prætermisso iuris ordine, cum mandato procuræ irreuocabili: Paulò post Carauaschini foro cesserunt, & cum litteræ Bucchiorum non fuissent acceptatæ in nundinis; Carauaschini & socij obtinuerunt dictas ballas consignari in officio magistratus Supraconsulum, easque subhastari, non obstantib. contradictionibus ex aduerso factis; & pretium earum conuersum in satisfactionem crediti. Hanc venditionem modo in Rota impugnant Bucchij, & de ea tamquam læsiua conqueruntur, Ideoq. dubitatum fuit, ad quã summam taxandæ sint dictæ merces ita venditæ, vt supra dictum est: Et fuit per Dominos conclusum pretium reda-
1 ctum ex venditione esse attendendum, † cum non teneantur Carauaschini in plus quàm id, quod ad eorum vtilitatem satisfaciendo eorum creditoribus conuersum est, *l. et qui, vbi Bald. nu. 1. C. quod cum eo, Alex. in Addit. ad l. si pupilli, §. item si procuratori, de procurat. l. si cum militi, in princ. de compensat. & in l. eius, vbi Doctores, C. eod.* maximè cum pretium redactum præsumatur iustum, *Rolan. cons. 92. nu. 17. lib. 2.* cum venditio auctoritate iudicum facta fuerit, *Alex. cons. 80. nu. 3. lib. 5.* Neque obstat, quod obijcitur venditionem fuisse factam culpa & dolo Carauaschinorum post eorum decoctionem, quia decoctio non dedit causam venditioni, sed pactum conuentum ratione non acceptationis litterarum in nundinis Francfordiensibus, cum neque etiam tempore venditionis fuerit per Bucchios facta oblatio de soluendo eo, quod ipsi debebant, *Afflict. decis. 150. n. 11. l. item liberatur, in princ. & §. 2. quib. mod. pign. vel hypoth.* Neque obstat, quod recusatio acceptationis contigerit ob decoctionem Carauaschinorum; nam hoc non est verum, cum mercatores, quibus dirigebantur litteræ, sequi deberent fidem Bucchiorum non autem Carauaschinorum; & ideo non censebatur reuocatum mandatum, cum ipsi essent debitores non creditores Carauaschinorum, adeo quòd mutatio status non nocebat ipsis, qui omnino tenebantur soluere vel ipsis Carauaschinis, vel eorum creditorib. Nec sequestra erant attendenda; tum quia reuocata; tum quia hoc totum factum fuit auctoritate Supraconsulum etiam contradicentibus Carauaschinis, & eo quia merces transuehi curauerant. Ceteræ oppositiones satis ex his sublatæ videntur.

Maioricens. Canonicatus.
Die Veneris 24. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Electio Pœnitentiarij, & collatio præbendæ spectat ad Papam vigore alternatiuæ, quamuis collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum simul, quoniam electio spectat ad solum Episcopum.*

DECISIO MCCXVIII.

FVit dubitatum super validitate collationis Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Maioricens. vnitæ officio Pœnitentiariæ *iuxta decreta Sacri Concilij Trid. sess. 24. c. 8. de reform.* factæ per Episcopũ Maioricens. cum vacaret per obitum cuiusdam Antonij Belner de mense Septembris 1585. & in hoc versabatur difficultas, quòd Episcopus acceptauerat alternatiuam, & sic mensis Septembris effectus erat Apostolicus; ideo dubitabatur, an electio Pœnitentiarij spectaret ad Papam vel ad Episcopum, & pro validitate deducebatur alternatiuam capere tantum beneficia, quæ spectant ad liberam Episcopi collationem, sed in casu proposito electionem esse quidem Episcopi, sed collationem spectare ad Episcopum, & Capitulum; ideoq. non habere locum alternatiuam, ita vt Papæ competat electio, & pro hac parte allegabatur *quædam decisio*
* *Sacri Concilij in causa Gerunden.* * † Contrarium tamen
1 in hac eadem causa *fuit resolutum coram R. P. D. meo*
a *Mellino.* a *& deinde coram me, in præsenti causæ propositione confirmatum,* & moti fuerunt Domini hac potissimũ ratione, quia ante collationem, quæ fieri debet per eos, ad quos spectat, necesse est, vt præcedat electio personæ valida, quæ electio spectat ad Episcopum solum: Verum vigore alternatiuæ non possit Episcopus eligere in mense Septembris, qui effectus est Apostolicus, electio spectat ad Papam; nam in hac electione nihil commune habet Capitulum cum Episcopo, & per consequens necesse habet Episcopus, & Capitulum conferre ei, quem Papa elegerit; ideoq. Papa præueniendo eligit simul & confert, nullumq. ex hoc fit præiudicium collatoribus, qui electo conferre tenentur, & non alij. Neque obstat *decisio in causa Gerunden.* quia non fuerat quæsitum an electio, & collatio spectaret ad Papam vel ad Episcopũ, sed an electio Episcopi immutaret naturam collationis præsupponendo electionem factam ab Episcopo: & in hac parte optimè fuit responsum non immutare, quòd etiam procederet in electione facta per Papam, si Papa solummodo eligeret personam relicta facultate conferendi vti de iure, sed hoc vix locum habere potest in practica, cum Papa similes gratias imperfectas facere non soleat. Et ex his tolluntur omnia, quæ ex aduerso allegantur; nam quod dicitur, posse euenire absurdum, quòd hoc pacto in duobus tantum mensibus posset Capitulum conferre huiusmodi præbendam, & Canonicatum, quia dato quòd hoc sit verum, nõ tamen est inconueniens, cum non respectu vnius vel alterius beneficij concedatur alternatiua, sed generaliter respectu omnium præter quàm reseruatorum; & ideo compensatur præiudicium, quod ex accidenti oritur circa aliquod corpus beneficij, cum emolumento, quod Episcopus consequitur ex adeptione dictorum mensium, & vt dictũ est, hoc præiudicium Capituli non est considerabile, cum omnino cogatur conferre ei, quem Episcopus elegisset. Quare conclusum fuit, collationem factam per Episcopũ nõ fuisse validam, cum præcedere deberet valida electio, quę non præcessit ex eò, quòd illo mense non poterat ipse eligere, sed spectabat electio ad Papam, & ita post trinas propositiones fuit per Dominos conclusum.

* *De anno 1568.*
a *Sub die 15. Nouemb. 1593. & postea coram Seraphino die 25. huius proximè præteriti.*

Leodiens. Hæreditatis.
Die Lunæ 27. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit probare proximitatem absque eo, quòd probetur non adesse alios proximiores.*
2 *Aliud est, quòd substantia fideicommissi sit posita in arbitrio tertij, aliud quòd electio personæ, & quota.*

Verbalis

3 *Verbalis restitutio fideicommissi requiritur in primo non in vlterioribus fideicommissarijs.*
4 *L. fin. C. de edicto Diui Adriani toll. non habet locum in bonis feudalibus, quæ non transeunt in hæredes extraneos.*
5 *Possidens ex titulo habito à testatore ante testamentum, est legitimus contradictor.*
6 *Donatio omnium bonorum non valet.*
7 *Pro melioramentis contra fideicommissarium datur retentio, si de illis constet; si verò non constet, immissio fideicommissario impediri non potest.*

DECISIO MCCXIX.

Fuit dubitatum, an sit locus immissioni in possessionē bonorum, de quib. agitur, ad fauorem dominorum de Glimes tamquam substitutorum in testamentis quondam Erardi, & Annæ coniugum, & difficultas versabatur circa probationem incumbentium in hoc iudicio; Et primo circa legitimationem personarum, quòd isti de Gli-
1 mes sint proximiores superstites ex linea de Glimes: † Ad hoc probandum dixerunt Domini sufficere probationem proximitatis, absque eo quòd probent non adesse alios proximiores, talis enim probatio non ab ipsis agentibus, sed excipientibus exigitur, *vt post Ias. & alios, in l. si post. de acq. hæred. tradit Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloss. 1. nu. 6. cum sequentib.* Sed contra hanc probationem ex aduerso objicitur, istos de Glimes non probasse eorum descendentiam, & proximitatem, prout in isto iudicio requiritur, *ad Bald. in l. fin. nu. 2. C. de edicto Diui Adr. toll. Decian. 47. cum alijs.* Verum hęc difficultas visa est Dominis
sublata ex dictis testium concludenter probantium istos esse de familia de Glimes. Secundò, contra istos opponitur, eos non esse simpliciter vocatos, sed pro placito, & iuxta dispositionem Iacobi filij testatoris, de qua non con-
2 stat. Verum huic obiecto responsum fuit, † quòd substantia fideicommissi non fuit posita in placito, seu arbitrio Iacobi, sed tantum electio personæ, & quotæ, *iuxta l. vtrū, §. cum quædam, de reb. dub.* quo casu Iacobo non declarante succedunt omnes pro viribus, *l. cum quidam, de legat. 2. Dec. in l. captatorias, nu. 12. C. de testam. milit.* ex cuius dictis cessat ista oppositio, necnon id quod dicitur de captatoria voluntate, quæ huic speciei non applicatur. Tertiò op-
3 ponitur † defectus verbalis restitutionis, quæ requiritur ad effectum, vt fideicommissarius vti possit hoc remedio, *l. fa. 3. & l. restituta, ad Trebell.* sed hęc obiectio cessat, ex quo semel facta fuit restitutio primis substitutis, a quibus ius transit in sequentes absque alia restitutione, *Bart. & alij, in l. pen. C. ad Trebell. & in l. 1. ff. eod. vbi Ripa, in §. de illo, nu. 6. Cephal. conf. 225. nu. 27.* maximè vbi nihil est detrahendum, vt in casu isto, in quo aduersarij sunt hæredes. Annę primo loco substitutę, *ad notata per Doctor. in c. Rainaldus, & c. si pater, de testam.* Quartò opponitur adesse
4 bona feudalia, † quę ex concessione municipali non transeunt ad hęredes extraneos, & consequenter in illis non est danda immissio, *Zucchard. in d. l. fin. nu. 486.* sed respondetur pro Dominis de Glimes, eos non prętendere, oec pe-
5 tere feudalia, sed tantum allodialia. † Quintò opponitur de titulo habito ex donatione in pactis matrimonialibus facta, qui cum sit habitus ab eodem testatore ante testamentum, constituit legitimum contradictorem; ita vt nō possit ad immissionem deueniri, nisi prius discussis virib. prętensę donationis, *Zucchard. in d. l. fin. nu. 390. & fuit resolutum in causa Spoletana bonorum 6. Nouemb. 1587. coram me.* Verum respondetur, quòd donatio loquitur de bonis
6 maternis, de quibus non agitur, † alioquin talis donatio nullius esset roboris, vti factā de omnibus bonis, *contra l. fi. C. de pact.* & potius videtur ex tali donatione reseruatū ius succedendi ex testamento vel ab intestato, prout patri videbitur, quod habuit suum effectum, & hoc suadere vi-

detur obseruantia subsequuta, ex quo primi substituti vigore testamenti habuerunt immissionem in istis bonis, ex quo patet patrem de illis disponere potuisse; maximè cum hodie agatur contra Dominos de Dans hæredes pri-
7 morum substitutorum. † Vltimò opponitur de melioramentis; quorum ratione datur retentio: sed respondetur de illis non constare; & ideo non impediri immissionem *Alciat. consil. 63. nu. 14. lib. 9. Contard. in l. vnica, q. 24. num. 38. C. si de momen. poss.* Et ex his conclusum per Dominos satisfactum fuisse omnibus contra Dominos de Glimes deductis.

Burgi Sancti Sepulchri Liquidationis.
Die Veneris 31. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *In testibus diuersimodè loquentibus super valore attenditur minor summa.*

DECISIO MCCXX.

Domini reiectis ijs, quæ denuo in dubium reuocantur aduersus decisiones iam factas, * dixerunt † liqui-
1 dationem esse faciendam iuxta minorem taxam probatam per testes, & à tempore sequutæ euictionis, à quo incipit interesse partis, *l. si sterilis, § cum per venditorem. de action. empt. Bald. in l. si tradita, q. 4. C. eod. & fuit resolutum coram me in Senogallien. prædij 27. Ianuarij 1595. & coram R. P. D. meo Litta in Bononiensi. Emtionis. anno præterito.* Vnde deueniendo ad specialem liquidationem, conclusum fuit, vt granum taxetur ad staria centum pro parte Domini, quia in hac summa concordant secundus testis super duodecimo articulo, & tertius; licet quartus dicat nonaginta vel centum in circa, sed quia solus non attenditur; maximè cùm deponat alternatiuè, & de quibusdam annis tantum, qui videntur compensandi cum præcedentibus fertilioribus. Quantum ad vuam, liquidata fuit ad salmas quadraginta, licet testes vt plurimum deponant de quinquaginta, tertius super eod. nonus super eod. & duodecimus super eod. quod tamen intelligitur in totum tam pro parte Domini, quàm coloni, vt deponunt ijdem testes; Item staria decem bladæ, & duo miliaria cū dimidio granæ, & libris ducentum carnis porcinæ, & oua ducenta, & quattuor paria caponum singulis annis. Quātum verò ad valorem fructuum, dixerunt Domini, standū libris Confraternitatis, ex quibus habetur quotidianus valor istarum specierum pro singulis annis, quibus libris ad hunc effectum censuerunt fidem adhibendam, cum careant omni suspicione. Et ita conclusum.

* *Sub die 12. Apr. 1595. & 13. Maij 1596. coram Illustrissimo Card. Blanchetto.*

Anconitana Dotis.
Die Veneris 31. Ianuarij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata, quæ non est trino teste munita, in præiudicium posteriorum creditorum contra instrumentum attenditur, si est iurata, & concurrant adminicula.*
2 *Constitutio, & numeratio dotis indicijs & præsumptionibus probatur.*
3 *Promissio dotis per apocham priuatam per contrahentes, & alios testes subscriptam probatur, si manus subscribentium sit legitimè recognita.*
4 *Libris mercantiliter tentis de consuetudine fides adhibetur.*
5 *Falsitatis suspicionem excludit veritas causæ præcedentis.*

DE-

DECISIO MCCXXI.

ACtum fuit à Io. Iacobo Rescantio contra Lucinos possessores pretij bonorum quondam Ioannis Baptistæ Salæ eorum debitoris, cum obligatione tamen de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, ad restitutionem dotis quondam Lucinæ dicti Rescantij filiæ, & vxoris dicti Salæ, qui decesserat relicta filia Orinthia, quæ & ipsa post Salæ patris debitum decessit, antequam peruenisset ad decimum octauum ætatis annum, quo casu ex consuetudine Marchiæ, & Anconæ dos reuertitur ad dotantem vel eius hæredes, vt in actis causæ probatum fuit; Ideo dubitatū fuit, An Lucini tenerentur ad restitutionē dotis à Sala habitæ vigore fideiussionis de restituendo priorib. & potioribus: Et fuit per Dominos conclusum eos teneri, quia de anteriori credito Rescantij ratione dotis solutæ constat ex eo, quòd Anno 1577. Sala confessus fuit recepisse scuta 600. de quib. manu propria fecit quietantiam, promittens inde facere publicum instrumentum ad beneplacitum Rescantij, & quòd interim voluit chirographum illud habere vim publici instrumenti iurati etiam in forma Cameræ, rursus die 3. Iulij 1579. recepit alia scuta 200. & fecit aliam quietantiam in calce præcedentis quietantiæ, quæ duæ summæ cōstituunt summam scutorum 800. Ex quibus patet Rescantium esse priorem tempore Lucinis, quorum creditum est de anno 1581. Nec obstat, quod in contrarium deducitur, non constare
1 de credito nisi per priuatam apocham, † quæ non est trino teste munita, *ad text. in l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* & ideo non esse attendendam in præiudicium posteriorum creditorum ius ex publico instrumento habentium, *Socin. cons. 274. lib. 1. cum alijs per informantes allegatis*, * quia ab hac regula receditur, quando apocha priuata est iurata cum adminiculis, ex quibus tollitur suspicio antidatæ, quia tunc plenè probat, *Ias. cons. 129. lib. 1. nu. 11. per text. in l. exemplo, & l. rationes, & l. instrumenta. C. de probation. Aymo. de antiq. tempor. p. 1. §. viso, nu. 7. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gl. 7. nu. 59.* Et † quemadmo-
2 dum dotis constitutio potest probari per indicia, & præsumptiones, *glos. & post eam Bald. in l. cum citra, C. de iure dot. idem Bald. cons. 102. nu. 1. lib. 5. Campeg. de dote, q. 39. in fine*, ita & numeratio, *Corn. cons. 282. nu. 6. lib. 1. cum relatis per Decian. cons. 49. nu. 4. lib. 2. Campeg. q. 76.* In casu autem
3 isto multa concurrunt, Primò † dotis promissio per contrahentes, & insuper per duos testes subscripta, quorum manus fuit legitimè recognita, *iuxta doctrinam Bart. in l. admonendi, num. 26. de iureiur.* Secundò notatio facta per
4 Rescantium in suis libris mercantiliter tentis, † quibus de consuetudine Anconæ datur fides, vt deponunt testes primus super primo, & secūdus sup primo, & secundo. Quib. correspondent quietantiæ per Salam factæ. Tertiò, & hoc est maximū adminiculū, deducitur Rescantium per duas snias fuisse condemnatum ad soluendū scuta 500. pro residuo dotis promissæ, quæ erat scutorū 1300. in quorū executionem fuit data apotheca in Ciuitate Anconæ pro hac summa. Ex quibus omnibus censuerunt Domini satis excludi omnem suspicionem antidatæ; maximè cum non sit verisimile Salam duxisse vxorem sine dote: & si ob decoctionem fides est detrahenda scripturis, vtique maiori laborabunt suspicione illæ, quæ fuerunt in ipso limine decoctionis factæ, ad fauorem Lucinorum, quàm aliæ, quæ
5 eo tempore præcesserunt, quo nondum erat decoctus; † neq. facilè præsumendum est commissum in his fuisse falsitatem, cum de veritate causæ præcedentis, nempè contracti matrimonij constet, *Rolan. cons. 26. n. 14. Natt. cons. 632. Gabr. concl. 9. de probation. Affl. decis. 402. cum ibi relatis per Addit.* Neque potest prætendi vlla retentio ratione lucri dotalis viro debiti, cum Io. Baptista patet prædecesserit Orinthiæ. Et ex his conclusum Lucinos teneri ad restitutionem quantitatis petitæ per Rescantium.

* *Cor. cons. 138. nu. 3. ver. ita quod constat lib. 1. cum alijs per Gabr. de probation. concl. 10. nu. 1. & 2.*

Valentina, seu Oriolens. Iurisdictionis.
Die Veneris 18. Aprilis 1597.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest cogere Suffraganeum ad compellendum subditos suos pro perhibendo testimonio, & alia opportuna in causis faciendo, & Episcopo negligente potest vtrumque cogere.*

2 *Propter negligentiam Suffraganei iurisdictio deuoluitur ad Metropolitanum.*

3 *Metropolitanus non habet iurisdictionem in subditos sui Suffraganei, nisi in casibus à iure expressis.*

4 *Vbi adest iurisdictio, ibi est coactio, & vbi causa cognoscitur, ibi veniunt omnia accessoria, & quomodo intelligatur procedere.*

5 *Delegatus auctoritate delegantis iudicat, non propria.*

DECISIO MCCXXII.

FVit dubitatum, an Reuerendiss. D. Archiepiscopus possit cogere subditos Episcopi Oriolensis sui Suffraganei ad perhibendum testimonium, & alia opportuna in causis faciendum, Episcopo vel negligente vel nolente ea facere, & an tali potestate vti possit, quando causas cognoscit existens in diœcesi Episcopi Suffraganei. Et quā
1 tum ad priorem partem dubij; † Domini amplexi sunt sententiam affirmatiuam, quam defendit *Hostiens. in c. Pastoralis, de off. Ordin.* nempè, Archiepiscopum posse cogere Suffraganeum ad compellendum subditos pro perhibendo testimonio; & Suffraganeo negligente, cogere vtrum-
2 que; † nam propter talem negligentiam iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum, *c. cum simus. 9. q. 3. & ibidem glos. in summa. & in c. fin. in verb. negligentes. ead. quæst. & in c. 1. in verb. culpis. de supplen. negl. Prælat. in 6. vbi Gemin. ad gl. in verb. iurisdictio, dicit, quod vsus Mundi approbat hanc sententiam, sequitur Franc. nu. 3. Felin. in c. Pastoralis, nu. 6. de off. Ordin. vbi tradit totum Mundum tenere hanc opinionem, & quòd contraria opinio est noua, allegat Paul. de Leazar. in c. 1. de supplen. negl. Prælat. lib. 6. Io. Andr. in d. c. Pastoralis, nu. 5. Bellamer. nu. 1. Prepos. d. c. cum simus. 9. q. 3. cum alijs per informantes allegatis.* * Non obstat, quod a-
3 liqui Doctores dicant † Metropolitanum non habere iurisdictionem in subditos Suffraganei, nisi in casibus à iure expressis, quia hoc in iure est expressum per regulam generalem, quæ colligitur ex ratione decidendi casum particularem, *d. c. cum simus, 9. q. 3.* Nec releuat, quod Archiepiscopus possit compellere Episcopum per censuras, quia non est inconueniens, quòd plura competant remedia in hoc casu negligentiæ, & contumaciæ. Quantū ad posteriorem partem dubij, Domini pro maiori parte censuerunt iurisdictionem Archiepiscopi non ampliari ex qualitate loci, sed eamdem ei competere vtrobique, nam
4 ratio, quæ deducitur in contrarium, quod † vbi est iurisdictio, ibi est coactio, *l. eum qui, de iurisd. omn. iud.* & vbi causa cognoscitur, ibi veniunt omnia accessoria, *l. 2. eod. titu.* quia hæc sunt vera respectu partiū litigantiū coram Archiepiscopo, respectu verò non subditorum non procedit, prout videmus, quando examinandi sunt testes, qui non sunt de territorio iudicantis, procedi per viam litterarum
5 requisitoriarum. Nec simile de delegato applicatur; cum † delegatus iudicet auctoritate delegantis, non autem propria, prout Ordinarius, & si delegans non haberet iurisdictionem in aliquos, neque etiam eius delegatus, & *Anch. in c. Romana, nu. 8. de supplend. negl. Prælat. lib. 6.* qui reperitur contrarium tradidisse, non audet hoc firmare: Vnde fit, vt hæc sententia remaneat sine auctoritate. Et ita conclusum.

* *Per text. express. in d. c. cum simus, vbi Franc. n. 3. qui vltra dict. text. allegat etiam c. ex frequentibus. de instit. & c. Romana, §. si de aliquibus, de censibus, in 6. Felin. latè in allegato c. Pastoralis, in 6. vers. circa nouam opinionem Abbatis.*

Boianenſ. Præcedentiæ.
Die Lunæ 21. Aprilis 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Dignitates, & Canonici Eccleſiæ, quæ fuit erecta in Collegiatam, præcedere debent Archipresbyteros, Rectores, & alios clericos diœceſis.*

2 *Habens maiorem dignitatem præferri debet.*

DECISIO MCCXXIII.

1 Conclusum fuit, † præcedentiam deberi Primicerio, & Canonicis Sanctæ Mariæ de Cruce ſtante erectione dictæ Eccleſiæ in Collegiatam; nam cum in dicta erectione fuerit conceſſum, vt vti, & gaudere poſſint omnibus prerogatiuis dignitatibus, & honoribus, quibus gaudent alij Canonici Boianenſes; & conſtet iſtos habere præcedentiam ante omnes Archipresbyteros, Rectores, & Presbyteros diœceſis, vt bene probant teſtes dati in ſummario; ſequitur iſtis quoque deberi ſimilem præcedentiã, & hoc eſt iuri conforme, quòd alios Clericos Canonici Collegiatæ Eccleſiæ præcedere debeant, *Io. Monach. c. 1. n. 3. de fil. presbyt. lib. 6. Caſſand. Catalogo glor. Mundi, parte* 2 4. 18. *Conſider.* † nam habens maiorem dignitatem præferendus eſt, *Henric. Boich. de Synod. Epiſc. par. 3. nu. 28. & c. ex ore, de priuileg. c. ſtatutum, de maior. & obed. Bald. in l. decernimus, nu. 4. in 2. notab. C. de ſacroſanct. Eccl.* Nec attendendi ſunt teſtes Archipresbyteri, & Rectorum, quia ſunt ſingulares, nec voluerunt reſpondere interrogatorio ſuper præcedentia Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, & teſtes Canonicorũ melius, & magis ſpecificè deponunt pro Canonicis, & quod plus eſt, maior pars Presbyterorum, & Rectorum ceſſerunt huic prætenſioni, vt dicunt teſtes ſuper tertio artic. Non obſtant obiectiones, quæ ſiunt contra erectionem, quia bene tolluntur ex approbatione Ordinarij, atteſtatione Papæ, obligationibus Communitatis, & inſtrumentis exhibitis, quæ omnia in Congregatione Illuſtriſſ. Cardinalium viſa, & approbata fuerunt, & hanc præcedentiam Domini dixerunt eis competere abſolutè in omnibus locis & conuentibus publicis, & priuatis, ad inſtar aliorum Canonicorum Collegiatæ Eccleſiæ. Nec refert, quod de attentatis deducitur, ſtante forma commiſſionis, & de illis loco ſuo agendum erit. Et ita concluſum.

Ariminenſ. Caſtrorum.
Die Lunæ 21. Aprilis 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Debet probari ſcripturam eſſe penes eum, à quo petitur exhibitio.*

2 *Adminiſtrator debet cuſtodire librum; nec admittitur ad iurandum ſuper illius amiſſione.*

3 *Paria ſunt, quòd libri adminiſtrationis penes dominum exiſtant, vel penes Officiales, quibus poteſt pracipi, vt illos exhibeant.*

4 *Probata exiſtentia ſcripturæ, & intereſſe, Rota cogit ad exhibitionem.*

DECISIO MCCXXIIII.

Fuit reſolutum probari libros, de quibus agitur, exſtare in manibus Officialium, & Factorum Caſtrorum Ronchofredi, & Montiani, vt bene deponunt tres teſtes, primus ſuper primo, ſecundus ſuper ſecundo, & tertius ſuper primo, ſubijcientes rationem, quia eos viderunt de anno 1576. ante & poſt, & quod in eis adnotabantur redditus iuriſdictionis Salariæ, Hoſpitij, Macelli, & Vinearũ: & quòd ab ijſdem cuſtodirentur, deponit primus ſuper 1 tertio, ſecundus & tertius ſuper quarto. † Neque obſtat, quòd teſtes non deponant libros extitiſſe penes dominum Marchionem, à quo petitur exhibitio, *per text. in l. 3. in princ. & gl. in §. ſciendum, ad exhibend.* quia vltra quòd primus de eo deponit de credulitate, & ſecundus id probat, difficultas tollitur ex eo, quod de anno 1576. Dominus Marchio erat adminiſtrator dictorum Caſtrorum nomi-
2 ne Dominæ Leonidæ eius filiæ; † Vnde tenebatur ad eorũ cuſtodiam, donec reddita eſſet ratio adminiſtrationis; ideoq. neque etiam admitteretur ad iuramentum ad ſe purgandum ex capite amiſſionis, *Socin. conſ. 190. nu. 5. lib. 2. Bero. conſ. 191. nu. 2. lib. 1.* licet aliud ſit, vbi quis non tenetur ad cuſtodiam, *l. fin. & ibi glo. & Bald. C. de fide inſtru.*
3 Propterea, † paria ſunt, quòd libri penes eum exiſtant, vel penes ſuos Officiales, cum poſſet eis præcipere, vt illos ex-
4 hibeant; † Probata itaque exiſtentia, quæ etiam coadiuuatur ex ſcripturis extractis ex dictis libris, & exhibitis, fuit concluſum etiam ex ſtylo Rotæ, Dominum Marchionem teneri ad exhibitionem ſtante intereſſe petentis, *Rota deciſ. 5. de probation. in nou. Caputaq. 180. lib. 1. & fuit dictum coram R. P. D. meo Orano, in vna Romana mercium, 30. Maij 1588.*

Romana Cambiorum.
Die Lunæ 28. Aprilis 1597.

DECISIO MCCXXV.

Fuit dubitatum, An relatio tertij periti Ludouici Bernabei ſit valida, & executioni demandanda pro ſumma in ea contenta, vel pro alia, & qua; In quo dubio Dominii cõſiderata cauſæ grauitate, & multis, quæ contra dictam relationem opponuntur, quibus ex aduerſo non fuit ſufficienter reſponſum; dixerunt nihil certi ſtatui poſſe; Ideoq. ad eius executionem deueniri non poſſe; Ideo neceſſarium videri, vel vt reuideantur denuo iſta cõputa, electo alio perito; vel vt pro parte Dominorum de Bandinis particularius reſpondeatur ad grauamina per Dominos de Zathara deducta. Ea autem quæ fuerunt cõſiderata, & quorum ratio habita fuit, ſunt ſequentia: Primò, quia fuerunt calculata cambia donatiui 1500. ſcutorum, cum non deberent calculari, niſi pro ſcutis 937. *iuxta deciſionem factam 15. Decemb. 1589.* * Secundò, quia fuerunt appoſita cambia prouiſionis debitæ Bandinis, cum tamen pro ea non deberentur, & ſuper hac re dato dubio, Bandini ceſſerunt. Tertiò, quia fuerunt calculata cãbia aliarum pecuniarum ſolutarum per Bandinos extra negotium Theſaurariæ, quod fieri non poterat *ſtante deciſione facta 23. Iunij 1595.* * Quartò, quia calculatum fuit intereſſe decem pro centenario pro expenſis neceſſarijs, quam ponit aſcendere ad ſcuta 10859. contra deciſiones reducentes has expenſas ad ſcuta 2647. Poſtremò quia calculata fuerunt cambia pro eo tempore, quo iam Bandini deſierant negotiari, neque apparet de eorum exiſtentia. Ex quibus videbatur in tali calculo non fuiſſe ſeruatam formam præſcriptam in deciſionibus. Quòd autem dicitur non fuiſſe in calculo appoſita, per Dominos de Zathara ſoluta de ordine Rotæ, non mouiſſet Dominos, quia calculus reſpicit tantum ea, quæ præceſſerunt hanc ſolutionem, & hæ pecuniæ poſtea ſunt deducendæ, poſtquam fuerit firmatum, ad quam ſummam aſcendat creditum Dominorum de Bandinis.

* *Coram Illuſtr. Card. Mantica.*
Coram Illuſtr. Card. Mellino.

Anconitana Cenſus.
Die Lunæ 28. Aprilis 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Solutione fructuum per longum tempus præſumitur conſtitutio & creatio cenſus, quia aliàs eſſet donatio.*

2 *Soluens ſcienter indebitum, non repetit.*

3 *Inſtrumento cenſus non confecto quando fructus ſoluti non computentur in ſortem.*

4 *Depoſitum non admittit compenſationem.*

DE-

DECISIO MCCXXVI.

CVm Franciscus de Archangelis & Magdalena con-
iuges bona quædam dotalia Magdalenæ Antonio
Margonetto certo pretio vendidissent 2. Iulij 1568. cum
pacto, vt pretium penes personas idoneas deponeretur,
ad effectum illud inuestiendi in tot census cum emptoris
consensu, & præsentia pro sua securitate in casum eui-
ctionis, non aliter nec alio modo, fuerunt ex dicto pretio
depositata 300. scuta penes Io. Baptistam de Picchis & Pe
trum Carbonum ad illum effectum infra annum inuesti-
endi cum consensu & presentia dicti emptoris, & non
aliàs, aliter, nec alio modo; aliàs voluerunt depositarios
teneri ad omnia damna, expensas, & interesse, in forma:
Infra annum, nempe 20. Iunij 1569. reperitur quædam
quietantia facta à Francisco, in qua fatetur se recepisse à
Petro Carbono scuta octo ad bonum computum census
scutorum 300. pro semestri incohando 13. Iulij proximè
venturi, & 17. Iulij eiusdem anni alia quietantia scutorum
septem pro resi duo scutorum quindecim debitorum ra-
tione fructuum prædicti census, & ita perseueratum fuit
in solutione dicti censui vsque ad ann. 1574. Deinde anno
1577. cum Petrus esset morosus in solutione census. Mag-
dalena obtinuit mandatum exequutiuum contra dictum
Petrum pro summa scutorum 75. quæ fuerunt soluta per
procuratorem cum protestatione, quòd soluebat metu
mandati, & non animo construendi Magdalenam in pos
sessione exigendi & citra preiudicium iurium Carboni,
& deinceps vigore mandatorum exequutiuorum fuerũt
soluti census vsque ad annum 1578. quamuis Carbonus
iactaret se non esse debitorem census, sed esse merum de-
positarium, cum non reperiretur instrumentum constitu
tionis census, sed ratione quasi possessionis Magdalena ob
tinuit mandatum de manutenendo; & postea cum donas-
set omnia bona sua Matthæo Angelleto, dictus Matthæus
exegit fructus dicti census, vel ex eo quòd numquam con-
fectum fuisset instrumentum, vel quòd occultatum fuis-
set à Carbono, procurauit confici nouum instrumentum
census, prout confectum fuit, sed post modum Carbonus
conuentus pro solutione fructuum, allegauit nullum ex-
stare censum, cum ante reuocationem iam essent consum-
pta dicta scuta 300. in solutionibus indebité per eum fa-
ctis absque vlla census constitutione. Vnde Iudex hac al-
legatione motus pronunciauit solutiones fructuum fa-
ctas per Carbonum esse imputandas in sortem, à qua sen-
tentia fuit appellatum, & causa mihi in Rota commissa,
dubitaui, An sententia esset confirmanda vel infirmanda,
& Domini vnanimiter censuerũt sententiam vti iniustam
1 esse reuocandam ex pluribus: Primò, quia † licet non repe
riatur instrumentum census: tamen esse verisimile cen-
sum fuisse cõstitutum & creatum, stantibus tot annorum
solutionibus sponte factis, cum nemo præsumatur suum
iactare velle, *l. cum de indebito, de solution.* nam si volu-
mus cẽsum re vera creatum non fuisse, ex quo solutio fuit
voluntaria, posset probabiliter dici fructus donatos fuisse
à Petro, forsan euitare volente depositi restitutionem,
Roman. cons. 500. n. 5. Menoch. de præsumpt lib. 3. præsumpt.
2 *31. n. 4.* † & hoc quia sciens Petrus soluit indebitum, ideo
non potest repetere, *l. indebitum, C. de cond. indeb. l. 1. &*
ibi Ias. n. 12. ff. cod. tit. Secundò, dato etiam, quòd nullum
3 instrumentum census confectum fuerit, † non possunt isti
fructus soluti computari in sortem propter expressum pa-
ctum in instrumento appositum, quod depositum intra annũ
restitueretur Francisco & Magdalenæ cum præsentia &
voluntate Antonij soluentis, & non aliter nec alio modo:
Vnde non potuit per particulares solutiones consumi de-
positum, quod restituendum erat cum præsentia & volun
tate Antonij, sed solutio coniunctim erat facienda, *Bal. in*
l. cum quidam, n. 6. C. de verb. sign. l. 1. §. sed & si d. tit. deposit.
Ruin. cons. 132. num. 3. lib. 5. Tertiò, quia cum ex præten-
sione Carboni census vel non fuerit creatus, vel nulliter
creatus, sequitur adhuc exstare depositum, cum pecuniæ
non fuerint solutæ, nec solui possent ad computum sor-
tis principalis *vt fuit resolutum coram Illustriss. Blanchetto*
* *in causa Romana de Theodulis*, * neque compensari po-
4 test cum receptis, ex duplici causa; Prima est, quia † depo-
situm non admittit compensationem, *l. fin. C. deposit. Grat.*
a *consil. 93. num. 18. lib. 2. cum alijs*, a hæc autem esset verè
compensatio, cum in solutione sortis talis receptio fru-
ctuum cedere non possit, vt iam dictum est; Altera est,
quia Mattheo agenti talis compensatio opponi non po-
test, cum ipse hos fructus non receperit, sed Franciscus sal-
tem pro maiori parte. Neq. applicatur *decisio in causa Vr-*
b *beuetana census, coram me*, b quia ibi constabat de nulli-
tate constitutionis census ex productione instrumenti.
Et ita conclusum pro reuocatione sententiæ extra Ro-
tam latæ.

* *Sub die 25. Octobr. & 10. Decembr. 1593.*
a *Et facit Putei decis. 277. num. 7. lib. 1.*
b *Sub die 18. Decembr. 1592.*

Capuana Rectoriæ.
Die Venetis 2. Maij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis de iure est curata, & habet sub se po-
pulum, cui administrantur Sacramenta.*
2 *Decimæ & iura mortuariorum spectant ad curatum.*
3 *Ad imprimendum nouum statum beneficio, requiritur
cursus quadraginta annorum.*
4 *Testes super negatiua deponentes debent illam coarcta-
re, remouendo sensum ab actu.*
5 *Vltimus status beneficij est capiendus de tempore impe
trationis.*

DECISIO MCCXXVII.

CAusa iterum vtraque parte informante proposita, Do
* mini recesserunt à resolutis * & censuerunt gratiam
D. Iulij non esse iustificatam ex eo, quòd Rectoria S. Se-
cundi sit simplex beneficium, quia cum vocetur Recto-
ria Ecclesiæ parochialis, vt idem Iulius fatetur in suppli-
1 catione porrecta Congregationi Concilij, & † de iure
Ecclesia parochialis sit curata, *Doctores in c. cum in cun-
ctis, §. inferiora, de election.* & habeat sub se populum, cui
administrantur Sacramenta, *Aegid. decis. 671. Staphil. de
litt. grat. tit. de qual. & stat. benef. num. 1. & 2.* requiritur
2 alia probatio quàm ea, cui innititur Iulius, † præsertim
cum fructus consistant in decimis & iuribus mortuario-
rum, vt deponunt testes, de quibus in summario Sebastia-
ni num. 6. nam isti fructus spectant ad Curatum, *c. à no-
bis, & c. cum contingat, de decim. Roman. cons. 336. num. 4.*
His accedit Constitutio Synodalis, qua expressè cauetur,
vt Rectores omnium parochialium teneantur ad residẽ-
tiam & curam per se exercendam, & Capellanos non esse
curatos sed adiutores. Nec obstat testes inducti pro parte
3 Iulij, quia † detracto tempore litis, non probant per qua-
draginta annos excepto solo quinto teste, quod temporis
spatium requiritur ad imprimendum beneficio nouũ sta
tum, *Rot. decis. 2. de probation in nou. Doctor. in c. cum bene
ficio, & ibi Gemin. n. 8. de prebend. lib. 6. Felin. in c. in nostra,*
4 *n. 43. de rescript.* † Vltra quòd non coarctant negatiuam
includendo Capellanos ad exclusionem Rectorum, remo
uendo sensum ab actu, vt fieri debet in hac specie proba-
tionis, quia ad 23. interrogatorium deponunt se ignorare,
an sit possibile Rectores exercuisse curam animarum.
Neque obstat vltimus status beneficij possessi per Epi-
scopum, quia non constat fuisse collatum per Synodalem
Constitutionem, immo probabile est fuisse collatum eo
5 tempore, quo vigebat abusus; † & vltimus status est ca-

piendus de tempore impetrationis, quo Sebastianus vti de Curato prouisus erat cum possessione subsequuta: Accedit obseruantia in alijs similibus Rectorijs prædictæ diœcesis, quæ satis indicant rei veritatem. Neque obstat, quòd agatur tantum de gratiæ iustificatione, non autem de qualitate beneficij principaliter, quia iudicium hactenus fuit fundatum super exequutione decreti Concilij super inualiditate Vnionis, qui articulus pendet à qualitate beneficij. Quæ dicuntur de monitione non facta, non applicantur, cum non fuerit actum super priuatione. Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 28. Iunij anni præteriti.*

Mediolanens. Bonorum Sancti Celsi.
Die Lunæ 5. Maij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Per lapsum triginta annorum ante litem motam, præsumitur beneplacitum Apostolicum interuenisse.*
2 *Remissio locum non habet in locationibus perpetuis.*
3 *Remissio non fit, nisi pro tempore calamitatis.*
4 *Falsa causa non excusat à solutione canonis, sed à caducitate.*
5 *A caducitate omnis ferè causa colorata excusat.*

DECISIO MCCXXVIII.

Concessa fuit à Commendatore tunc temporis Sancti Celsi anno 1513. tenuta quædam Ecclesiæ Ioanni Mariæ de Homodeis pro annuo canone librarum 700. deinde de anno 1549. fuit per D. Capranicensem Commendatarium facta reductio canonis ad libras 550. sub quibusdam prætextibus, & causis in instrumento reductionis expressis. Demum nouissimè dictę Ecclesiæ Commendatarius, bon. mem. D. Paulus Capranica, videns canonem solutum non fuisse iuxta quantitatem contentam in primo instrumento, cœpit agere ad deuolutionem. Ex aduerso verò fuit exceptum de census reductione: Vnde emanauit dubium, An instrumentum reductionis sustineatur, & suffragetur Dominis conductoribus. Et pro parte Actoris contra instrumentum deducebatur defectus mandati procuratoris, cum quo fuerat facta reductio; sed sublata fuit hæc obiectio ex instrumento ratificationis eiusdem Commendatarij subsequutæ anno 1551. Secundo deducebatur defectus beneplaciti Apostolici, quod in hac reductione requirebatur, tamquam in alienatione rei Ec-
1 clesiæ. Verum neque ista obiectio placuit, † cum per lapsum triginta annorum elapsorum ante litem motam præsumatur interuenisse, *gloss. in c. peruenit, & ibi Imol. num. 10. & 12. de empt. & vendit. & fuit latè deductum coram me, in Romana Casalis Longhezze, 28. Iunij* 1593. Tertio deductus fuit defectus, & falsitas causarum reductionis narratarum in instrumento: Duæ autem narratę fuerant causæ; Altera propter tempestates, & damna in dicta tenuta passa; Altera ratione melioramentorum per conductores, & successores factorũ, quarum neutra in iure sub-
2 sistit; nam † quantum ad remissionem ratione tempestatum, & damnorum in fructibus passorum, ea numquam locum habet in perpetuis locationibus, qualis est ista, *vt probant Iacob. de Arena, Cyn. Bart. Bald. Ang. & Salic. in l. 1. C. de iure emph. & Canonistæ in c. propter, de locat. cum*
3 *alijs congestis per Veturum, opinione* 247. Præterea, † reductio non fit nisi pro tempore calamitatis, non autem perpetuò, *Socin. consil. 88. nu. 3. vers. circa tertiam, lib. 1. Boss. in pract. crimin. tit. de remissione, num. 45.* Quantum ad causam melioramentorum, ea quoque visa est nullius momenti, cum in instrumento prioris concessionis contineatur remissio omnium meliorامentorum tam factorum quã
4 fiendorum, & ex hoc capite Domini censuerunt † Dominos de Comitibus non excusari à fructuum solutione ad rationem 700. librarum, non obstante reductione, cum apparet notoriè de falsitate causarum; licet excusent eos à
5 caducitate, † à qua omnis ferè causa colorata excusat,
* *vt per Aym. cons. 18. n. 9. Dec. cons. 432. n. 12. cum simil.* *
Et hoc dixerunt Domini procedere sine difficultate in futurum. Quantum verò ad tempus decursum post mortem eius, cum quo factum fuit instrumentum reductionis, licet inclinatum fuerit fructus deberi; tamen poterit particulariter videri. Et ita conclusum.

* *Et facit Bero. cons. 48. nu. 21. & 149. nu. 13. Specul. tit. de locato. §. nunc verò aliqua, vers. 18.*

Hostunens. Capellæ.
Die Veneris 16. Maij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Valor obtentorum per leuiorem probationem etiam per vnicum testem de publica voce, & fama probatur.*
2 *Sufficit iustificatio secundum vltimum statum beneficij.*

DECISIO MCCXXIX.

Domini censuerunt gratiam Triarij esse iustificatam, tam respectu valoris obtẽtorum, quam qualitatum expressarum Capellaniæ, de qua agitur: Nam quantum
1 ad valorem obtentorum, † in quo probando solet admitti leuior probatio, etiam per vnicum testem de publica voce, & fama, bene probatur valor per primum testem ad sextum articulum, qui deponit beneficium Sancti Ioannis, & legatum pium non excedere 24. ducatos: immo subdit, quandoque minus reddere, & cum dicat articulũ verum, hęc probatio est semiplena, & sufficit in hac materia, *vt per Bart. in l. Labeo, num. 8. de suppell. leg. Alex. cons. 88. num. 26. lib. 5. Aegid. decis. 686. fuit dictum in Legionen. præstimoniorum, 27. Nouembris 1592. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in multis alijs causis.* Quantum ad qualitates Capellæ, Domini dixerunt eas bene fuisse expressas, & impetrationem de ea factam tãquam vnius ex quattuor
2 in Capella Sancti Iacobi; † nam satis est ad iustificationẽ, quòd talis fuerit vltimus status beneficij, *Felin. in c. in nostra, nu. 43. de testib.* talem autem fuisse ex pluribus in facto deductis apparet, nam Io. Carolus Bouius Episcopus Hostunensis, inspecta negligentia patronorum, & Capellanorum in administrandis bonis relictis a testatore pro cultu diuino in dicta Capella celebrando, anno 1559. tres Capellanos addidit, vnum deputando, penes quem administratio remaneat, eosq; voluit esse perpetuos, vt probat primus super sexto, qui affirmat istos Capellanos habere Bullas suarum prouisionum; & ita fuit obseruatum deinceps; nam quinque annis ante gratiam Triarij anno 1588. mense Iulij, mortuo vno ex quattuor Capellanis Ordinarius prouidit cuidam Antonio Riccio, deputando eum vnum ex quattuor Capellanis Capellæ Sancti Iacobi per quattuor Capellanos regi solitę, & successiuè mẽse Decembris eiusdem anni per suam sententiam declarauit Capellam Sancti Iacobi non esse Rectoriam, sed Capellaniam, & in ea esse quattuor Capellanos perpetuos, & inter eos æqualiter esse distribuendos fructus iuxta voluntatem testatoris. Non obstat, quòd fructus administrabantur per Scalonam tantum; quia non ideo redditur falsa narratiua, quòd Capella sit solita regi per quattuor Capellanos, quia ista verba magis respiciunt spiritualitatem, quàm temporalitatem: Vltra quòd administratio illa bonorum Scalonæ erat potius ex vsurpatione, quàm de iure, vt apparet ex Episcopi narratiua. Ex quibus conclusum pro Triario.

Par-

Parmens. Status.
Die Lunæ 16. Iunij 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Fides testis ex causa inuerisimilitudinis diminuitur, sed non ob id reijcitur testis.*

2 *Doctrina Marsil. Singul. 112. quòd credatur vnico testi dicenti se fuisse subornatum, reijcitur, & declaratur Bald. in cap. 1. num. 7. si de inuestitur. inter domin. & vassall.*

3 *Vt testis, qui dicit se corruptum admittatur contra corrumpentem, prius constare debet de corruptione.*

4 *Vnico testi nunquam fides adhibetur, si contra eum plures militent exceptiones.*

5 *Odium quando repellat testem.*

6 *Qualitas, quòd testis sit omni exceptione maior, non requiritur in testibus reprobatorijs.*

DECISIO MCCXXX.

FVit dubitatum super idoneitate Vincentij Mantuani testis Pallauicinorum, inducti ad reprobandum testes Rangonorum, & contra eum plura opponebantur: Primò, eum esse falsum, quia fundat dictum suum in falsa, & subornatiua reuocatione facta per testes Rangonorum in processu Placentiæ anno 1536. quam esse falsam apparere dicunt ex alio processu facto anno 1546. & super hoc petunt particulariter audiri. Verum Dominis nō placuit hæc obiectio, ex eo, quòd præsupponit vnum, de quo non liquet; nempe quòd talis reuocatio fuerit falsa, & subornatiua. Præterea, testis dicit articulum verum ex publica voce, & fama, & refert se ad processum, in quo prædicta, quæ habentur in articulo, continentur, ex quo non potest de falso redargui, cum in dicto processu, hæc quæ fuerunt articulata, contineantur: Alia verò est quæstio, An testes deposuerint verum vel falsum, & subornati fuerint, quia super hoc testis nihil deponit in dicto articulo. Secundò opponitur testem suspectum esse de falso, quia super articulis materias recentes continentibus deponendo de auditu à pluribus personis, numquam recenset nomen alicuius, qui tunc esset viuus, sed tantum nominat Cæsarem, & Galeatium, quorum vterque erat mortuus: Verum reiecta fuit hæc obiectio, cum in facto res aliter sese habeat: nam plures se refert ad alias personas, vt videre est super quinto, sexto, septimo, nono, & duodecimo, vt bene in facto deducitur. Tertium obiectum est ridiculum, nempè, quòd ideo suspectus sit de falso, quia conatur probare omnes articulos reprobatorios datos pro parte Pallauicinorum; cum enim dicti sui rationem reddat vel conuincendus est mendacij, vel supersedendum à tam furili obiectione, non enim inducuntur testes, nisi ad probandas materias articulatas, & hac ratione esset dicendum testes intentionem inducentis probantes esse falsos, quo nihil potest esse absurdius. Quartò obijcitur eum inuerisimilia deponere; cum dicat se audiuisse à Cæsare, quòd ipse fuerat corruptus ad falsum dicendum, & quòd alios corrupisset, & quòd obtinuerat bullam pro absolutione à crimine falsitatis, & quòd non inueniebat sacerdotem, qui eum absolueret. Idem continet quintum obiectum respectu Galeatij: Inuerisimilitudo deducitur ex eo, quòd nemo est adeo stultus, vt seipsum prodere velit; Verum hæc obiectio non placuit, ex quo super isto facto habet alios contestes, idem affirmantes, nempe Baptistam, & Iacobum de Ferrarijs, quorum Baptista est testis Rangonorum, & hoc idem fatetur Bernardinus testis Rangonorum in processu anni 1536. vt in facto deducitur. Sextò opponitur eum esse suspectum de falso, ex eo, quod deponit se audiuisse à Cæsare, quòd instruxerat Iacobum Marorium ad deponendum, quod vidisset per foramen ostij Bernardinum coeuntem cum Martha sorore Catharinæ, & tamen examen Marotij non continet talem depositionem: Verum neque hæc obiectio visa est releuans, cum nō redarguatur, nisi ratione inuerisimilitudinis, quę iam supra reiecta est; & dato quòd Marotius ita non deposuerit; tamen ex hoc non sequitur, quin Cæsar potuerit
1 eum tentare ad ita deponendum; † & licet ex causa inuerisimilitudinis, quatenus aliqua subesset, diminuatur fides testium, *vt per Putan hac eadem causa, decis. 380. lib. 3. & Caputaq. decis. 276. parte 3.* In quibus agebatur de quodam teste Rangonorum; tamen ibidem vterque concludit testem non esse reijciendum, sed videndas esse aliorū testium depositiones: Inuerisimilitudines autem ibi consideratæ proueniebant ex difficultate facti, vt ibi videri potest. Septimò deducitur hunc testem tentasse subornare Ioannem Antonium testem Rangonorum, vt reuocaret examen factum pro eis in Rota, prout deponit idem Ioan
2 nes Antonius in summario nu. 1. & nu. 3. † & in hac materia dicunt credi vnico testi dicenti se fuisse subornatum, *vt per Marsil. Sing. 112.* Verum ista quoque obiectio reiecta fuit; nam verum non est dictum Marsilij, neque probatur per auctoritates per eum allegatas; nam *Baldus per eum citatus in c. 1. num. 7. si de inuestit. inter dom. & vassal.* non agit de fide adhibenda vnico testi dicenti se subornatum, sed de adhibenda fide testi subornato, si inducatur per eum, contra quem fuit subornatus, quod est singulare, ex eo quòd *in l. 3. §. lege Iulia, de testib.* arcetur à testimonio, dicendo illi, qui accepit pecuniam, vt diceret vel non diceret testimonium, *& in l. 1. ad leg. Cornel. de fals.* talis punitur pœna falsi, & ita melius interpretatus est doctrinam Baldi *Romanus Singul. 330. incip. tu scis textum. & ita etiam loquitur Felin. in c. licet causam, nu. 7. in fine, de*
3 *probation. & clarius per Bero. q. 59. n. 5. & 6.* qui † expressè vult debere prius constare de corruptione, vt testis, qui dicitur corruptus, admittatur contra corrumpentem, quod esset frustratorium, si et soli dicenti se corruptum, fides esset adhibenda, ad idem videatur *Grammat. voto 11. n. 10. & 11. vbi optimè concludit contra Marsil.* Verum in hac
4 materia, † quando vnico testi credendum sit, omnes in hoc conueniunt, numquam fidem adhibendam, si contra eum militent plures exceptiones; nam debet esse aliàs integer, *vt tradit Abb. in c. 1. nu. 3. de confess.* Verum contra istum testem tot exceptiones deducuntur in facto, vt ei ad hunc effectum, in quo est vnicus, fidem adhibendam non esse, Domini iudicarint, maximè attenta longa familiaritate cum Domino Ludouico, ex affectione quam habet, vt in hac causa ipse victoriam reportet. Octaua exceptio manat ex eodem funte, nempè, à depositione Io. Antonij; ideo ex supra deductis est sublata, & eodem modo
5 nona, & decima, & vndecima. Vltimò, † quæ deducuntur de nimio odio testis erga Rangonos, & affectione erga Pallauicinos, non probantur legitimè; quia odium debet præcedere examen, non autem colligi ex examine, & depositione, aliàs numquam probarent testes inducti super crimine: & in summa non visæ sunt istæ exceptiones tales, vt ipsis sit repellendus testis, & non idoneus iudicandus, *iuxta gl. in c. 1. in verbo, idonei. de testib.* licet possit admitti
6 secundum aliquos ex Dominis † eum non esse omni exceptione maiorem, sed hæc qualitas in testibus reprobatorijs non requiritur, vt aliàs fuit in hac causa dictum.

Balneoregiens. Bonorum.
Die Lunæ 16. Iunij 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Testis deponens de publica voce & fama, per verbum (est) tantum, non probat.*

2 *Dictum testis deponentis se intellexisse puta à duodecim annis, potest verificari de præsenti.*

DECISIO MCCXXXI.

FVit dubitatum, An Castra Pennæ, & Polimartij, sint
extra Vrbis districtum, & per Dominos fuit conclu-
sum non probari; nam quãtum ad Castrum Pennæ de eo
tres tantum testes deponunt, qui cum designent viam per
Sioriam, Baccanum, Monterosolum, Fabricam, Vigna-
nelli, & la Penna, neque de alia via aliquid deponant,
excepto tertio, non concludunt Castrum hoc esse extra
districtum; cum fieri possit, vt alia via per Burghettum,
& Hortum sit breuior: Vnde probatio ista non concludit
de necessitate, & licet tertius testis in ordine deponat de
alia via, & dicat Hortum distare per quadraginta millia-
ria ab Vrbe, & ab Horto ad Pennam esse tria milliaria,
1 ipse tamen est vnicus, † & deponit de publica voce, & fa-
ma per verbum (est) & ita non probat, *Caputaq. decis. 9.
p. 1.* omissis alijs exceptionibus, de quibus non fuit actum.
Quantum ad Polimartium omnes testes patiuntur eam-
dem obiectionem, quòd deponunt per verbum (est) præ-
2 sentis temporis, de publica voce, & fama, † & licet vnus
dicat à duodecim, vel tredecim annis hoc intellexisse; ta-
men potest hoc verificari de præsenti, *ad Bar. in l. Celsus, n.
23. de vsucap.* Præterea, non videtur hoc constanter affir-
mari, cum dicant partim nonnullos maiorem, alios verò
minorem distantiam facere, & posse adesse alios, qui ma-
gis notam habeant talem distantiam, & quòd Hospitato-
res interrogati de locorum distantia diuersimodè respon-
dent. Ex quibus visa fuit valdè debilis, & incerta hæc pro-
batio; Ideo conclusum pro parte negatiua, non tamen fuit
actum de effectu prætenso pro parte D. Octauiæ, maxi-
mè cum super eo iam fuerit alias causa resoluta coram
* R.P.D. Iusto. *

* *Sub die 10. Apr. 1595.*

Lucana Capellaniæ.
Die Veneris 20. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex quibus probetur.*
2 *Assertioni Ordinariorum in materia iuris patronatus mul-
tum defertur.*
3 *Obseruantia supplet defectum scripturæ.*
4 *Vnicum instrumentum quando probet descendentiam.*
5 *Regula reseruatoria octo mensium non comprehendit be-
neficia iuris patronatus laicorum.*

DECISIO MCCXXXII.

DOmini censuerunt sententiam extra Rotam latam
esse reuocandam, cum constet beneficium, de quo
agitur, esse iuris patronatus; Primò, ex testamento Anto-
1 nij de Tortis, † in quo enunciatur istam Capellam fuisse
per eum constructam, & mandauit hæredibus, vt illam
dotent, *Achill. 7. de iure patr.* Secundò, ex multiplicatis
præsentationibus incipientibus ab anno 1471. vsque ad
præsentem diem, in quibus adest series institutorum cum
effectuatione iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini
cap. 9. sess. 25. ad cons. Oldrad. 219. Tertiò, ex testamento Za-
chariæ relinquentis quædam bona huic Capellæ de anno
1520. in exequutionem testamenti Antonij Totti. Quar-
2 tò, † concurrit assertio Ordinariorum, de qua in summa-
rio nu. 7. quibus multum in hac materia defertur, cum sit
in eorum præiudicium, *Rot. decis. 10. de iure patr. in nou.
Doct. in c. post cessionem, de prob. Lamber. de iure pat. lib. 2.
3 p. 2 art. 7. q. 10. nu. 11.* † Neque obstat, quòd obijcitur, iura
non esse in forma probanti, quia stante obseruantia, &
tot præsentationibus effectum sortitis, fidem faciunt, *Ay-
mo, cons. 101. nu. 4. cum alijs per eum allegatis.* Quantum ad
descendentiam, ea quoque probatur, nam de Zachariæ
iure constat ex testamento, in quo ipse instituitur hæres
pro medietate, vnà cum Ioanne ipsius patre, & testatoris
fratre, Zacharias vero instituit Elisabetham sororem hæ-
redem, eiq. post mortem substituit Bartholomæum de
Martinis eius filium, Bartholomæus verò hæredem no-
minauit Franciscum Blasij de Martinis, qui decessit reli-
ctis post se Bartholomęo, & Francisco de Martinis filijs,
& hæredibus, quos apparet fuisse in possessione præsentan
di, & continuasse, Bartholomæum quidem vsque ad vlti-
mam vacationem, a quo fuit præsentatus Franciscus de
Bonis pro vna parte, & pro alia Alcibiades eius filius hæ-
4 res Francisci iunioris, & hic cessat illa difficultas, † quòd
plura requirantur instrumenta ad probandam descen-
dentiam, neque vnicum sufficiat, *iuxta opinionem, quam
sequitur Rota, per doctr. Bald. in cap. series, num. 3. de testib.*
quia id procedit, vbi non concurrit cum enunciatione
quasi possessio præsentandi respectu vniuscuiusque per-
sonæ. Difficultas, quæ excitatur super consensu Ordinarij
tollitur ex institutionibus iuncto cursu tanti temporis,
*vt fuit dictum in vna Pampilonen. Iurisdictionis coram bo.
mem. Cantuccio 16. Martij 1576.* Item quod dicitur de
transitu ex vna familia in aliam, tollitur *ex decisione fa-
cta coram me in vna Cremonens. Iuris patronatus 6. Iunij
1578. & confirmata 21. Nouembris eiusdem anni.* Quare
5 † cum regula octo mensium non capiat beneficia iuris
patronatus laicorum, *vt per Rot. 21. de præbend. Lap. Alle-
gat. 96.* conclusum fuit sententiam Auditoris Cameræ es-
se reuocandam.

Romana Subhastationis.
Die Veneris 20. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars creditorum quando minori præiudicet.*
2 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
3 *Non debet decipi, qui aliquid facit auctoritate iudi-
cis.*
4 *Creditor largo modo dici potest ille, de cuius interesse
constat.*

DECISIO MCCXXXIII.

CVm D. Marius Fanus emisset præcedente subhasta-
tione, & deliberatione facta ad instantiam credito-
rum, Vineam quamdam, quæ erat in bonis Torzellini, &
Pignanelli, & pretium fuisset depositatum iussu iudicis
ad effectum illud consignandi creditoribus data per eos
cautione de restituendo prioribus, & potioribus; insurre-
xerunt quidam creditores, qui cœperunt agere Saluiano
interdicto contra D. Marium possessorem Vineæ, qui præ
tendebat se amplius molestari non posse, cum auctoritate
iudicis fuerit facta subhastatio, & deliberatio, & pretium
per eum solutum ac depositatum: Vnde emanauit dubiũ,
An D. Marius emptor fuerit liberatus ab omnib. credito-
ribus hypothecarijs, & an ei competat actio aduersus fi-
deiussores de restituendo prioribus, & potioribus, vt sol-
uant anterioribus, & eum à molestijs indemnem præstẽt.
Et quantum ad priorem partem fuit resolutum D. Mariũ
non fuisse liberatum, quo minus creditores hypothecarij,
qui non interfuerunt, nec consenserunt subhastationi, pos-
sint experiri Saluiano interdicto contra Vineam, cum eo-
rum ius non fuerit extinctum, neque eis præiudicatum,
cum non appareat eos fuisse legitimè citatos. Neque ob-
stat *tex. in l. & suum, §. hodie, cum l. seq. de pact.* vbi habetur,
1 † maiorem partem creditorum posse præiudicare mino-
ri, quia textus ille procedit, vbi negotium geritur inter om-
nes creditores ad hoc congregatos, & iuxta declaratio-
nes, de quibus *in decisione Afflicti 288.* Vnde cum hypo-
theca creditorum agentium duret, *l. cum notissimi, §. 1. C.
de præscript. triginta annorum.* possunt eligere contra quẽ
agere

agere malint, scilicet, vel contra possessorem Vineæ, vel contra posteriores creditores, & eorum fideiussores, qui pretium receperunt, *l.1.§.quod ergo,de ventre inspic.* Quantum ad posteriorem partem, conclusum fuit posse D. Marium compellere iudicis auctoritate posteriores creditores, & eorum fideiussores, vt soluant anterioribus, cum, n. ipse mandato iudicis deposuerit pretium, non quidem simpliciter, sed cum illa adiectione, vt solueretur priorib.
2 & potioribus, & † factum iudicis reputetur factum partis, *l.si ob causam,C.de euiction.* vtique potest ex tali decreto agere aduersus eos, qui pretium receperunt, cum decretum illud non solum contineat fauorem creditorum, sed etiam emptoris Vineæ, cuius intererat pretiũ conuerti in satisfactionem creditorum; Vnde datur, quòd in eo principaliter non fuerit nominatus D. Marius, & verba ad eum expressè non dirigantur, nihilominus ei competit actio, *l.seruo legato.§.si testator,de leg.1.cum alijs per Roman.consil.32.num.7.& ibi congestis per Addit.sub littera I. Bald.in l.si cui legetur.§.fin.ubi Ias.num.8.de legat.1. Idem Ias.in l.stipulatio.§.alteri,num.7.de verbor. obligat.* & hanc
3 opinionem dixerunt Domini esse æquissimam, † ne decipiatur D. Marius, qui iudicis auctoritate emit, & pretium deposuit, ad ea quæ tradit *Ruin. consil.171.num.3.lib.4.* Vnde conclusum fuit, eum posse auctoritate iudicis compellere posteriores creditores, vt soluant anterioribus, idq. via exequutiua, stante obligatione facta per eos de soluendo prioribus & potioribus, quæ tollit omnem difficultatem, cum vt dictum est, facta sit etiam eius contemplatione ratione sui interesse; Vnde neque eget cessione, neque necesse est eum esse creditorem; nam satis est ad
4 hunc effectum, † quòd de suo interesse constet: nam & largo modo dici potest creditor, *ad notata in l. creditores, de verb.signif.*

Cordubens. Redecimarum.
Die Lunæ 23. Iunij 1597.

SVMMARIUM.

1 *Instrumentum quod continet tantum confessionem quandam non probat.*

DECISIO MCCXXXIV.

FVit resolutum non esse locum declaratoriæ nam instrumentum locationis factæ de prædio Philippo an. 1581. Paschali Garziæ, & eius socijs, non releuat, quia non pro-
1 bat locationem factam per Marchionem, † sed continet tantum confessionem quãdam conductorum, quod non probat, neque pro eis, neque contra alios, *l.Seia,in princ. ad Vellcian. Paris.consil.19.num.6.lib.1.* Præterea, non constat de effectuatione, *Put.decis.154.num.1.& 2.lib.1. Gabr.de locat.Concl.4.num.1.& seq.* Non obstant testes, quia nulliter fuerunt examinati; ideo circumscriptæ fuerunt eorum depositiones: *Decisio Veralli 41.lib.2.* non applicatur, quia per instrumenta constabat de quantitate fructuum. Eodem vitio laborant ceteræ attestationes locationum, cum effectuatio non probetur, quòd si testes fuissent legitimè examinati, aliud esse dicendum.

Papiens. Tenutæ de Magdalena.
Die Veneris 27. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Census accipitur etiam pro canone.*
2 *In alienationibus rei Ecclesiæ non solet attendi subreptio, quæ non influit in non vtilitatem.*
3 *Relatio ad instrumentum non attenditur in his, quæ directè contrariantur narratis.*
4 *Per exhibitionem tituli inualidi cessat præsumptio validi lapsu temporis.*

DECISIO MCCXXXV.

* PLacuit Dominis decisio vltimò facta in hac causa, * cum ex lectura supplicationis appareat concessionem factam fuisse in emphyteusim perpetuam, & licet subdat
1 pro annuo canone siue censu, hoc nihil facit, quia † illa dictio, census, est apta comprehendere canonem, qui pro emphyteusi soluitur, *vt in cap.ad aures,de rebus Eccles. non alien.* Non obstat pactum de affrancando, quia in contrarium potius retorquetur, cum dicat data recompensa in simili, vel meliori re, siue censu, cum pactis & conditionibus emphyteuticis in similibus apponi solitis, ex quo sem per videntur intellexisse pro alienatione in emphyteusim: Vnde non valuit alienatio in censum cum pacto, quod non intelligatur emphyteusis, est enim contra formam licen-
2 tiæ alienandi. Non obstat, quòd † in similibus alienationibus non solet attendi subreptio, dummodò contractus cedat in vtilitatem Ecclesiæ; *ex Socini consil.15.lib.1.* quia ista subreptio influit in non vtilitatem, ex quo magna est differentia inter emphyteusim & censum, cum in illa res remaneat sub directo dominio Ecclesiæ, & obnoxia sit de uolutioni; in censu verò secus, in quo in perpetuum abdicatur à dominio Ecclesiæ absque spe quod ad eam reuerti possit, quod non de facili Papa concederet e solet in alienationibus voluntarijs, non autem necessarijs, *Alexand. de Neuo,consil.27. Bero.q.14.* Nec obstat, quòd Papa potuerit in genere cogitare de censu, quia verba clare so-
3 nant in emphyteusim, † nec relatio ad instrumentum est attendenda in his, quę directò contrariantur narratis, *vt ex decisione Cauensi,coram illustriss. Lancellotto patet 19. Ianuary 1571. relata per S. D. N. in causa Tiburtina, Castri*
4 *Sambuci 20. Februarij 1579.* Nec obstat, quòd † ex lapsu temporis præsumenda sit alia concessio, seu confirmatio: quia illa præsumptio cessat per exhibitionem tituli inualidi *Ægid.consil.10. num.20.in fine, Pa is.consil.27.nu.119. lib.1.& fuit resolutum in causa Elnensi minerarum,coram R.P.D.meo Orano 16. Decembris 1585.* Et ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 17.Iunij anni proximè præteriti.*

Bononiens. Domus.
Die Veneris 4. Iulij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quando dicatur esse in forma probanti.*
2 *Hæres Notarij an possit exemplare instrumentum à patre confectum.*
3 *In exemplatione instrumenti & extractione ex prototocollo, quando non pendet lis, non requiritur partis citatio, secundum magis communem opinionem.*
4 *Quando non fuit oppositum contra extensionem instrumenti, præsumuntur in eo omnes sollemnitates interuenisse.*

DECISIO MCCXXXVI.

FVit dubitatum, an scriptura legitimationis Dominorum de Bucchis sit in forma probanti; Et fuit deci-
* sum per Dominos * † pro affirmatiua; nam instrumentum
1 habet omnia requisita, nempè, subscriptionem Notarij, Annum, Indictionem, Mensem, Diem, Locum & Publicationem coram testibus; *ad deducta per Neuizan. consil.25.*
2 *n.1.& 3.* † Item fuit exemplata à filio & hęrede Camilli Morandi Notarij rogati, quod fieri potuit in vim statutorum Bononiæ etiam sine mandato Iudicis, *Alex.in terminis statuti, in Auth. Si quis in aliquo, num.1.& ibi Ias. num.5.vers.decimo fallit,C.de edend.* & hoc est de iure, *ad notata in l.quædam,§. nihil, de edend. Felin.in cap. cum P.*
2 *tabellio,num.4. de fide instrum. cum alijs allegatis.* Non
3 obstat, quòd † in exemplatione non interuenerit citatio partis; quia magis communis est opinio, quòd in extra-

ctione instrumenti ex protocollo, non requiritur citatio, Castr.cons.195.n.1.lib.2.cum allegatis per Neuizan.d.cons. 25.nu.13. Chissanens.decis.69.& 84.& hoc maximè procedit in isto casu, cum istud instrumentum fuerit extractum ante hanc litem, quę nunc pendet, & tunc fuit oppugnata extensio coram Prętore, qui interloquendo pronunciauit pro eius validitate, & ab hac sententia non fuit appellatum; Ideo probat, maximè contra ipsos de Bucchis, qui erant in lite, Bart. in l.1, C.de sum.Trinit. Ias.cons.48.
4 num.6.† quin etiam est notandum, tunc non fuisse oppositum contra extractionem, sed tantum contra extensionem Clausularum legitimationis: Vnde præsumitur solemnitates requisitas interuenisse, vt tradit Felin. in c. Albericus, nu.3. de testib. Non obstat, quòd legitimatio fuccubuerit in illo iudicio, quia tunc agebatur super bonis fideicommisso subiectis, ad quæ vocabantur tantum ex legitimo matrimonio nati: hic verò agitur de domo, quæ erat propria Galeatij, & non supposita fideicommisso.

* Sub die Veneris 2. Maij proximè præteriti.

a Iacob.in allegat. Auth.Si quis in aliquo,nu.32. Angel.in l.quadam, §.nihil,& ibi Castr.ff.de edend.Guid.Pap.decis.2.num.1. Imme filius Notarij exemplare potest, etiam quod protocollum sit cæterorum, & ceteraturas in exemplatione extendere, ut per Felin.in loco citato nu.8.& Lanfranc.in c.quoniam contra,n.24. de probat.

Valentina, seu Oriolens. Iurisdictionis,
Die Veneris 4. Iulij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus an, & quando possit cogere testes subditos sui Suffraganei.*
2 *Ius cogendi testes, & alios, non sibi, sed Episcopo Suffraganeo subditos, non est penes Metropolitanum, nisi in casu negligentiæ Episcopi Suffraganei.*
3 *Quando quis indiget opera non subditi, debet vti litteris requisitorijs ad superiorem illius subditi.*

DECISIO MCCXXXVII.

1 Domini censuerunt, † Episcopum suscipientem mandatum Archiepiscopi contra eos, qui ei, & non Archiepiscopo subsunt procedere iure proprio, & non Me-
2 tropolitico, si proceditur per viam coactionis, † cum ius cogendi testes vel alios non subditos non sit penes Archiepiscopum, c.pastoralis, & ibi Abb.num.12.de off.deleg.c.1. nu.2.& ibi gl.in verbo, suscipere, de foro compet.lib.6. Exci
* pitur tamen casus negligentię, vt in decisione alias facta, * & quòd Episcopus eo casu iure proprio, & non superioris auctoritate procedat tradit Abb. in cap. quam consultationem, nu.18.in fine, & num.29.de re iud. Bar.in l.à diuo Pio,
3 §.qui Romæ, num.6. ff. cod. † & ordinarium est confugere hoc casu ad litteras requisitorias, quando quis indiget opera non subditi, vt post alios tradit Couar.r. pract.quæst.c. 10.nu.2. & ex resolutione huius prioris partis dubij sequitur resolutio secundę partis, quod cum in hoc casu Episcopus Oriolensis iure proprio procedat, non posse alteri vices suas committere, c.fin. de off.Ordin. Abb.in c.constitutus, num.6.de fideiussor.l.sæpe, & seq. de off.Præsid. Rota decis.18.de concess.præbend.in nou. & hoc vt dictum est, procedit in coactiuis; nam in alijs articulis ad Archiepiscopum deuolutis, & in quibus Iurisdictio est penes ipsum, Episcopus procedit vt delegatus, iure delegantis, non autem proprio: Et ideo tenetur per seipsum exequi delegationem, si ita fuerit mandatum.

* Die Veneris 18. Aprilis proximè præteriti.

Casalens. Parochialis.
Die Mercurij 5. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio non datur aduersus sententiam, nisi de iniustitia constet.*
2 *Nullitas institutionis non inficit præsentationem validã, & sufficit præsentationem factam per patronos fuisse validam, & in tempore factam, licet institutio sit nulla, vt num.seq.*
4 *Per præsentationem dicitur quæsitum ius ad beneficium considerabile, quod per Clausulam, Dummodo tempore datæ præsentium, &c. censetur præseruatum.*
5 *Auditor Rotæ potest instituere in beneficio, iuxta Clem. Auditor. de rescript.*
6 *An appellatione prouisionis, & dispositionis, veniat præsentatio, & quando.*
7 *Culpa Episcopi non debet nocere patronis.*
8 *Nullitas confirmationis non inficit actum de se validum.*
9 *Pœna c.auaritiæ, de electiou.in 6. quando non habeat locum.*
10 *In materia pœnali quælibet causa colorata excusat.*
11 *Gratia, si nulli, iustificari debet, cum ex ea acquiratur nouus titulus.*

DECISIO MCCXXXVIII.

Fvit resolutum contra informantem, nempè, Dominũ Mirolium non esse restituendum aduersus sententiam bon.mem. Domini Robusterij, neque dictam senten
1 tiam esse reuocandam † Nam numquam datur restitutio aduersus sententiam, nisi de illius iniustitia constet, Rot.1. de restit.in integr. in nou. Apparet autem de iustitia
2 dictę sententię, ex quo † institutio Salamonij facta in executionem pręsentationis patronorum per Ordinarium, pręcedit gratiam Miroli, c.eam te, de rescript.c.si eo tempo-
3 re, eod.tit.in 6. Neque obstat, † quòd dicta institutio fuerit nulla ob non seruatam formam Concilij, quia satis est ad exclusionem gratię Mirolij, pręsentationem factam per
4 patronos fuisse validam, & in tempore factam, quia † per illam quęsitum fuit ius ad rem considerabile, quod censetur pręseruatum per Clausulam, Dummodo tempore datę pręsentium, non sit alteri ius quęsitum, ad notata per Abbat. c.cum Bertoldus, de re iudic. Rota decis.17. de præb. in nou. Sarnens.in Reg. de non toll. iure quæsito, q.1. num.8.& fuit resolutum in Asloricens. Archidiaconatus corã S. D. N.
5 † & ideo potuit Rota instituere Salamoniũ seruatis seruandis, prout fecit, per Clem. Auditor, de rescript. Neque obstat, q quemadmodum fuit nulla institutio, ita etiam et ipsa pręsentatio, ex quo Bulla fel. rec. Pij V. annullat oẽs prouisiones, & dispositiones non seruata forma Concilij
6 factas, † quorũ verborum appellatione venit pręsentatio, gl.in c.fi.in verbo, promissionem, de elect.in 6. quia quicquid sit in materia illa, tamen in casu isto nõ potest venire pręsentatio, quia Bulla, quę venit in exequutione Concilij, loquitur retentis ijsdem terminis, & sic in prouisionib. Episcoporum, & aliorũ inferiorum Ordinariorum, & non de
7 patronis pręsentantibus, † nec debet culpa Epi patronis nocere, Rota, dec.4.de iure patr.in nou. Cotta dec.351.& ita
* fuit alias resolutum coram bon.me.D. Robusterio. * & hoc
8 ad instar confirmationis, † quę quamuis nulla, non tamẽ facit, vt non valeat electio legitimè facta, c. confirmationem, & ibi Doctor. de elect. in 6. nam in separatis vtile per
9 inutile non vitiatur. Non obstat, quòd † Salamonius sese ingesserit in administratione ante validam institutionẽ, & sic inciderit in cap.auaritiæ, de electon. lib. 6. quia cum esset in possessione vigore institutionis Ordinarij, cessat pœna illius capituli: tum ratione bonę fidei, tum etiam,
10 quia † in materia pęnali quęlibet causa colorata excusat, gloß.

gloss. in verbo, quod interest. in fine, & ibi Doctor. in l. 1. §. fi. si quis ius dic. non obtemp. Dec. cons. 452. nu. 12. Aymo, cons. 18. num. 9. in terminis nostris. glos. in cap. fin. in verbo, quamuis, de election. Et ex his resultat resolutio secundæ partis dubij, sententiam non esse reuocandam, dato etiam quòd
*1 gratia, Si nulli, postea obtenta, esset iustificata, † quam tamen Domini dixerunt ex allegatis non esse iustificatam, saltem quantum ad valorem; & tamen erat iustificanda, cum ex ea acquiratur nouus titulus, *Rota 24. de rescript. in nou. Roman. cons. 362. num. 4. Sarnens. de annal. quæst. 28. Et fuit dictum in vna Aurien. Canonicatus. 4. Iulij 1576. corã Illustriß. Lancellotto.* sed neque iustificari potest respectu vacationis, nisi probata nullitate præsentationis, per supra deducta. Quare conclusum contra informantem.

* *Præsertim 14. Octobr. 1589.*

Salamantina Censurarum.
Die Mercurij 5. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio quòd quis censeatur certioratus à procuratore, non sufficit, vt quis priuetur iure suo.*
2 *Culpa est probanda.*
3 *Excommunicatio nulla nullos operatur effectus.*
4 *Impedimentum quis tunc remouere tenetur, quando hoc facere potest sine suo præiudicio.*
5 *Distributiones debentur non seruienti impedito ex legitima causa.*

DECISIO MCCXXXIX.

FVit resolutum nullam imputandam esse culpã Francisco ob non exhibitionem sententiæ Auditoris Cameræ super admissione *ad c. Odoardus*, ad effectum remouendi prætensum impedimentum censurarum allega-
1 tum per Capitulum; Primò, quia † non constat, quòd haberet illius notitiam, nisi ex præsumptione quadam, quæ deducitur ex certioratione procuratoris *ad Roman. consil.* 481. sed hæc non sufficit ad effectum, vt quis priuetur iure suo, *vt per Rotã de dolo, & cont. decis. 21. in antiq. Cresc. decis. 194. Tiraq. de retractu lign. §. 36. gloss. 2. n. 3.* Præterea, non proderat, quòd haberet scientiam dictæ sententiæ; nisi eam quoque præ manibus habuisset ad effectum illam
2 producendi; ideo † qui prætendit eum fuisse in culpa, debet docere instrumentum sententiæ authenticum tunc fuisse penes Franciscum. *Innoc. in c. exceptionem, in verbo fatigetur, & ibi Hostiens. nu. 6. Io. Andr. in verbo, omiserit & Henric. Boic. ibidem, de exception. Caputaq. decis. 68. par. 3. in manuscript.* Quod eo magis procedit, ex quo habebat intentionem fundatam in nullitate censurarum, *vt*
3 *fuit decisum coram R. P. D. meo Cordubn.* & † excommunicatio nulla, nullos operatur effectus, *Couar. in c. Alma*
4 *mater, par. 1. §. 7. num. 5.* Accedit, quòd † tunc quis tenetur remouere impedimentum, quando id potest facere sine suo præiudicio: Vnde cum sententia Auditoris Cameræ esset ei nimis præiudicialis in taxatione congruæ, non tenebatur illam acceptare, neque exhibere, sed poterat prosequi iudicium intentatum coram Officiali super maioribus alimentis. Concurrit etiam culpa Capituli duplex: Altera est, quòd noluit admittere Franciscum ad inseruiendum, cum tamen esset absolutus ad cautelam; Altera, quòd saltem si non admittebat eum ad seruitium, debebat distributiones tenere in suspenso, donec esset declara-
5 tum, an ritè, & rectè esset excommunicatus; † nam licet non debeantur non seruienti, *Cassad. decis. vnica, nu. 2. de cler. non resid.* debentur tamen impedito ex legitima causa, *c. quorumdam, 74. distin. c. ad supplicationem, de renunc. Calder. cons. 17. de præbend. & fuit dictum in hac causa corã*
* *R. P. D. meo Corduba.* * Postremò, cum non adesset in partibus aliquis, qui posset absoluere à censuris hic latis ab Auditore Cameræ, frustratoria erat sententiæ exhibitio in partibus. Quantum ad moram in curia, bene tollitur in facto; Ideo conclusum pro Francisco.

* *Sub die 2. Iun. 1594.*

Albanens. Pecuniaria.
Die Veneris 7. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc vt quis possit petere damna, & interesse lucri cessantis, probari debent requisita per Castr. in l. 3. §. fin. de eo quod certo loco.*

DECISIO MCCXL.

1 COntra informantem; nam pro parte Illustriss. Dominæ Iuliæ † non fuerunt cõcludenter probata incumbentia, *iuxta doctr. Castr. in l. 3. §. fin. de eo quod certo loco, quæ sæpius fuit in Rota canonizata, vt per Molxdan. decis. 103. & 208. & in causa damnorum, & interesse de Tarasijs, coram R. P. D. Pena 2. Iunij 1589.* Deficit enim in probatione, quòd Domina Iulia esset solita inuestire suas pecunias, & quòd de illo tempore id fuisset factura; nam de hoc in protestatione nihil dicitur, & præsertim, quia fides proxenetæ deponentis, quòd tunc habebat præ manibus plures, qui cæpissent has pecunias ad societatem, nominat quosdam, qui publicè pro non idoneis habebantur; adeo quòd non potest dici constare de certo lucro, quod cessauerit ob moram non soluentis.

Calaguritana Panis.
Die Lunę 10. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, nec acta nocens ei, qui numquam fuit citatus ad causam, saltem per proclama, quod contra interesse putantes de stylo Rotæ fieri solet.*
2 *Propter Clausulam, Quam, & quas, potest procedi, vt in prima; & propterea veniens ad causam vigore commissionis habentis hanc Clausulam, non facit acta sua neque sententias, vt num. seq.*

DECISIO MCCXLI.

CVm in hoc iudicio Don Inicus non sit principalis; Maioricatus enim non ad eum, sed ad Donnam Ca-
1 tharinam spectat, Domini censuerunt, † neque acta, neque sententias posse ei nocere, & multo minus Donnæ Catharinę, quæ numquam fuit citata ad causam; & tamen Rota perpetuò obseruauit, vt saltem fiat citatio per proclama, contra interesse putantes, *Put. decis. 91. & 236. num. 3. lib. 3. Achill. 3. de re iudic.* Quantum verò ad Don
2 Inicum, † licet commisèrit causam appellationis, cum Clausula, Restitutionis in integrum; tamen in eadem commissione adest etiam Clausula, Quam, & quas, cuius vigore potuit procedere tamquam in prima, etiam sine eo quòd hoc specialiter declarauerit; sufficit enim, quòd
3 in prosequutione causæ non se restrinxerit; † maximè cũ nulla fuisset re vera interposita appellatio, de qua constet: vnde non poterat causam appellationis non existentis prosequi, veniens autem tanquam in prima, venit vt tertius, nec facit sua acta, neque sententias, neque sibi præiudicat, *ad decis. Rota 20. de re iudic. in non.* Non obstat *deci-*
* *sio in causa Cathaniens. coram S. D. N.* * quia eo casu tertius cõmiserat causam sub assertione, quòd sua intererat sententiam declarari nullam, quod esse non poterat; nisi ex eo quòd sententia ipsum afficeret, *vt fuit dictum 17. Febr. 1580.* Sed quia allegabatur Comitissam in exequutione remissoriæ fecisse actus per quos sibi præiudicauit, Domini reseruarunt hoc particulariter videndum, quatenus adsint.

* *Clemente VIII. sub die 7. Nou. 1580.*

Cametinens. Prædij.
Die Lunæ 10. Nouembris 1597.

S V M M A R I V M.

1 *In ratificatione contractus minoris requiruntur eædem sollemnitates, quæ in ipso contractu.*
2 *Statutum super alienatione, comprehendit pignus & hypothecam, per quæ peruenitur ad alienationem.*
3 *Statutum de contractibus minorum sine certa sollemnitate non celebrandis, an habeat locum in contractu utili minori, & quando.*
4 *Fideiussio est contractus de sui natura damnosus.*

DECISIO MCCXLII.

FVit resolutum ratificationem Octauii fuisse nullam;
1 nam † in ratificatione contractus minorum requirun-
tur eædem sollemnitates, quæ in ipso contractu adhibe-
ri necesse est: Ideoq. locum habet in hoc casu *Constitutio
Marchi. lib. 5. cap. 25.* quæ disponit, vt donationes, ven-
ditiones, & alienationes, remissiones, cessiones, &
quietantiæ quarumcumque rerum & actionum, & iu-
rium, & sub quacumque forma contractuum, vel verbo-
rum, à puberibus, seu adultis factę sine iuramento corpo-
raliter præstito, & sine assistentia duorum, uel trium
proximiorum consanguineorum, uel saltem affinium, si
consanguinei non existant; & sine decreto competentis
iudicis, & insinuatione in actis facienda, non ualeant,
aliàs pręsumantur dolosè extortæ: † Vnde cum ratifica-
2 tio, de qua agitur, sortiretur effectum obligationis, &
solutionis pretij Castri empti à patre, & sic hypothecam
& pignus rerum suarum, ea uidetur Constitutione com-
prehendi, *Put. decisione 7. lib. 3.* † Præsertim, cum facta sit
3 mentio venditionis in Constitutione, quæ cum sit relati-
ua emptionis, videtur quoque eam comprehendere: vt in
materia statuti tradit *Castr. consilio 289. numer. 2. lib. 1.*
Hoc quoque uidetur confirmari in generalitate rubricæ,
& procemij dictæ Constitutionis loquentis in genere de
contractibus minorum, quod certi poterat habere aliquam
difficultatem; tamen uisa est in hoc casu cessare propter
obligationem in solidum contractam etiam pro aliis per-
sonis in contractu comprehensis, quæ res facit, ut omninò
iste contractus censeatur præiudicialis Octauiano, cum
quo ob sollemnitatum omissionem concurrit legis præ-
sumptio, vt per *Bald. in l. quicumque, uers. sic. scias tamen, C.
de bon. quæ lib.* Non obstat, quòd hoc non procedat, ubi
contractus est utilis minori, quo casu ualet etiam sine sol-
lemnitate, vt per *Tiraq. ell. de leg. connub. glos. 8. numero 7.
Lambertengh. de contract. minor. ad fin. numero 105.* quia
hæc opinio est controuersa, & contrariam tradit esse ma-
gis communem *Simoncel. decret. in contract. minor. lib. 3.
tit. 8. numero 125.* Et pro hac opinione est textus optimus
in l. non solum, §. fin. de ritu nupt. sed & Doctores contra-
rium tenentes volunt, vt de vtilitate euidenter constet, ut
tradit *idem Lambertengh. d. tit. 8. numero 170. Dec. consilio
532.* sed hic euidentia cessat ex obligatione contracta pro
4 ceteris consortibus in solidum, † quæ fideiussio non potest
censeri contractus lucratiuus, sed est eiusdem & forte dã-
nosioris conditionis, quàm ceteri in constitutione enume-
rati; & ideo cessant ea, quæ in contrarium allegantur, *ex
decisione 3. Caputaq. lib. 3. Corn. consilio 121. numero 6. lib. 3.
Paris. consilio 53. numero 63. lib. 3. Bero. consilio 176. numero
ro 46. lib. 1.* Vltra quòd adest, quatenus opus sit, *Additio
Cardinalis Carpens.* quæ videtur generaliter complecti om-
nes contractus, sed super ea nihil fuit per Dominos firma-
tum, cum ex supra deductis satis superque uisa sit clara
nullitas ratificationis.

Romana non' Adimplementi.
Die Lunæ 17. Nouembris 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio non implementi non prodest ad effectum resolutionis contractus; sed solum ne eius occasione quis molestetur.*
2 *An, & quando sufficiat implementum per æquipollens.*
3 *In diuite sufficit cautio ipsius cum hypotheca omnium bonorum.*
4 *Susceptio litis in se, habetur loco fideiussionis.*
5 *Obligatio de liberando & faciendo consentire omnem personam, intelligitur, dummodo intersit eius, cui est facta.*
6 *Exceptio periurij, & pœna l. si quis maior, C. de transact. procedunt, ubi adest dolus & præiudicium alterius.*

DECISIO MCCXLIII.

1 FVit resolutum, D. Alberino † agenti non obstare exce-
ptionem, de non adimplemento, ad effectum resolu-
tionis contractus, sed solum ad effectum, ut D. Iustinus sit
securus, & non possit molestari occasione censuum, & ob-
ligationum, quibus dicit domum sibi uenditam esse one-
2 ratam; † sufficit enim ad hunc effectum implementum
per ęquipollens, vt fuit resolutum in causa Romana Pala-
tij, 7. Maij 1590. coram bon. mem. Bubalo, & in causa Au-
ximana bonorum, 2. Iunij, 1595. coram R. P. D. meo Mel-
lino. De implemento verò constat ex pluribus. Primò, quia
pretium domus remansit pro parte penes R. D. Iustinum,
sub contractu census, ut per *Pedemont. decis. 24. nu. 14. Ne-
3 gusant. de pign. membro 5. p. 1. n. 24. & 28.* † Secundo, quia
D. Cæsar est diues, unde sufficit cautio ipsius cum hypo-
theca omnium bonorum, *Bald. in l. quicumque, C. de fund.
rei priu. lib. 11. & in l. ex his prędijs, in fine, C. de euict.* Ter-
tiò, quia D. Cæsar respectu istorum censuum suscepit litẽ
4 in se, † & talis susceptio habetur pro fideiussione, *Af-
5 flict. decis. 171.* Non obstat, quòd † emptor potest agere ad
liberationem domus, & ad faciendum cõsentire omnem
personam, iuxta *glos. in l. qui rem, & ibi Bald. n. 1. C. de euic-
tion.* & quòd interim possit retinere pretium, *Bald. in d. l.
ex his prædijs, num. 1. in fine, eod. tit.* quia totum hoc obiectũ
ibidem per *Bald. tollitur sub num. 4.* vbi considerat hoc pro-
cedere dummodo emptoris intersit. Vnde cum ex supra
deductis appareat hic nullum versari damnum, neque in-
6 teresse emptoris, cessat obiectum. Non obstat, † quòd D.
Cæsar asseruerit bona esse libera; quæ tamen reperiuntur
aliis obligata: & ideo obstare exceptionem periurii, *l. si
quis maior. C. de transaction.* quia hoc procedit, quãdo pro-
missio est dolosa, & præiudicialis alteri, *Cassad. decis. 2. nu.
7. de iureiur. Caputaq. decis. 283. num. 7. parte 1. Rota in una
Romana contrauentionis*, coram bon. mem. Robusterio,
22. Octob. 1582. & ita cessat decisio in causa Romana
Census, coram me facta 15. Martij 1577. Neque obstat sta-
tutum, cum idem contineat quod ius commune, & abun-
dè sit cautum indemnitati Domini emptoris, neque vlla
immineat euictio. Et ita conclusum

Romana de Cincijs.
Die Lunæ 17. Nouembris 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio (nisi) posita post prohibitionem, uel negationem, inducit permissionem in casu sequenti.*
2 *Feminæ per statutum prohibitæ contrahere sine consensu propinquorum, illis non extantibus contrahere possunt sine alio consensu, seruata forma iuris communis.*
3 *Testator potest dare licentiam grauato alienandi etiã omnia bona, licet per eum prius inductum fuerit fideicommissum perpetuum.*
4 *Prohibitio adiecta causa, quòd testator uelit bona conseruari, inducit perpetuum fideicommissum.*

5 Pro-

5 *Prohibitus ad tempus alienare, an, & quando post illud possit.*
6 *An cessante prohibitione expressa testatoris, cesset prohibitio tacita legis in alienatione fideicommissi.*
7 *Prohibitus alienare sine consensu alicuius, an eo mortuo possit libere alienare.*
8 *Alienatio per fideicommissum prohibita, quibus casibus sit permissa.*
9 *Testator potest detractionem legitimæ ad tempus prohibere.*

DECISIO MCCXLIV.

Dominus Christophorus Cincius in suo testamento post hæredis institutionem & fideicommissum perpetuum iniunctum in fauorem descendentium ex Francisco filio suo hærede instituto, & aliarum personarum, fecit prohibitionem alienationis sub hac verborum formula. Et insuper prohibuit expresse prædicto Domino Francisco, ne vsque ad vigesimumquintum ætatis annum completum, possit aliquid de bonis suis stabilibus, aut creditis montium, quæ etiam nunc sunt in persona Domini Francisci, vllo modo alienare, neque postea, nisi cum expresso consensu infra scriptorum curatorum; & quia dixit velle bona ipsa conseruari, vt transeant secundum seriem per eum superius ordinatam. Mortuis dictis curatoribus & matre, quę in codicillis eis adiūcta fuerat, Dominus Franciscus longè excedens dictam ætatem vigintiquinque annorum prætendebat se posse aliqua ex dictis bonis aliena re filijs contradicentibus. Quare dubitatum fuit, An fuerit inductum tale fideicommissum, vt non liceat Domino Francisco bona in eo comprehensa alienare. Et pro eius
1 parte affirmatiua deducebatur argumentum a vi † dictionis (nisi) quæ post prohibitionem vel negationem posita, inducit permissionē in casu sequenti, *l. si feriatis, de fer. Bar. in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caution. Alex. Ias. Dec. & Aretin. in l. actione C. de transaction. Doctores, in cap. peccatum, de reg. iur. in 6. Paris. consil. 31. num. 35. lib. 2. Rum. consil. 132. num. 3. lib. 2. latissimè Mantica, de coniectur. vlt. vol. lib. 3. cap. 17. num. 11.* * alias tota illa Clausula esset otiosa & nullius momenti, *contra regul. l. si quando, de legat. 1. cum similibus.* Vnde inferebatur, quod liceret Francisco mortuis Curatoribus per se alienare absque alicuius consensu, *per cons. l. Alexan. 59. num. 6. lib. 3. Crot.*
2 *consil. 126. num. 1. lib. 2.* vt in simili † feminas per statutum prohibitas contrahere sine consensu propinquorum, posse si illi non existent, contrahere sine alio consensu, seruata forma iuris communis, *post Bald. Angel. & Raphael. notat Alex. in l. turpia, num. 7. de legat. 1. Castr. consil. 124. num. 3.*
a *lib. 1. Corn. consil. 131. colum. 2. lib. 4.* a *cum alijs exemplis*
3 *cumulatis per Felin. in cap. nonnulli, n. 14. de rescript.* † Neque obstare, quòd prius fuerat iniunctum fideicommissum perpetuum, quia nihilominus potest fideicommittens dare licentiam grauato alienandi etiam omnia bona, *l. si fundum per fideicommissum, in fine, de legat. 1. Ias. consil. 173. lib. 2. Socin. consil. 123. num. 3. lib. 3. cum alijs per*
b *dominos Informantes allegatis*; b & hanc sententiam la-
4 tè defendit *Tib. Decianus, consil. 10. n. 4. per totum.* † Contrariam tamen sententiam amplexi sunt Domini, non posse Dominum Franciscum dicta bona alienare; nam vltra fideicommissum perpetuum expressè prius iniunctum Francisco & descendentibus, verba prohibitionis etiam ex se important perpetuum fideicommissum, & adiecta est causa, ex quo testator dicit se velle bona conseruari, vt transeant secundùm ordinem supra dispositum, & in hoc nulla subest difficultas, & hinc resultat duplex prohibitio;
5 altera tacita legis, altera expressa hominis; † Vnde in hac materia plures distinguūtur casus: vnus est, quando in testamento non adest prohibitio tacita, sed solum expressa, & tunc si est limitata ad tempus, eo transacto, cessat, & re linquitur iuris dispositioni, *l. pater filium, §. fundum, & ibi Bartol. de legat. 3. Dec. consil. 513. num. 4. & in l. Imperator, la 2. & ibi Bald. de nat. homin. Dec. in l. 1. num. 28. de offic. eius Socin. iun. consil. 113. num. 6. lib. 2. Alex. consil. 159. lib.*
6 *3. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. num. 46.* † Alter est casus, quando præcedit fideicōmissum vniuersale, & adijcitur prohibitio expressa limitata ad tempus puta viginti quinque annorum, & tunc cessante expressa prohibitione, non cessat tacita, *vt per Castr. consil. 263. lib. 2. Ruin. consil. 153. in fin. lib. 1. Ped. mont decis. 85. num. 14. Dec. consil. 386. Crot. consil. 343. num. 10. lib. 1. Socin. iun. consil. 130. num. 5. lib. 1. Paris. consil. 31. num. 3. lib. 2. & hanc sententiam amplexa est Rota in causa Bononien. de Sancto Petro, coram bon. mem. Domino de Rubeis, 14. May, 1586.* quę decisio eo magis procedere debet in isto casu, in quo non est simpliciter prohibita alienatio vsque ad ætatem vigintiquinque annorum, sed additum, neque postea, nisi cum consensu, &c. adeo quòd etiam ex vi verborum ista prohibitio est perpetua, cum adiectione causæ perpetuæ, vt su
7 pra dictum est. † Tertius casus considerari potest, qui propriùs accedit ad quæstionem propositam, quando prohibitio expressa limitatur, non ratione temporis, sed ratione consensus aliquorum, requisiti per testatorem in alienatione facienda, vt in casu isto, & tunc quæstio est, an mortuis illis, quorum consensus requirebatur, possit institutus liberè bona alienare, in qua quæstione deducuntur ea, quę supra dicta sunt in rationibus partis aduersæ, & videtur regula facere pro affirmatiua: & allegatis addi potest *Bald. in l. in coniunctione, num. 2. C. de nupt. Accedit sup. in l. omnes populi, num. 224. de iust. & iure, & fuit dictum in causa Perusina bonorum, 13. Martij, 1587. coram bon. mem. Rubeo, & 2. Maij, 1588. coram Illustr. Plato.* Tamen ista quoque species facti indiget distinctione, nam in casu simplicis expressę prohibitionis locum habent supradicta, quòd si adest duplex prohibitio, altera tacita, à legis dispositione prouenienti, altera expressa, ab homine: tunc cessante expressa remanet nihilominus tacita, per quam impeditur alienatio, & hoc ne implicetur in hisce dispositionibus contrarietas: & in his terminis bene applicantur rationes, quas deducit *Dec. in allegato consil. 386. quod consilium est decisiuum, vnà cum alijs citatis supra in secundo casu.* Et confirmatur hæc sententia euidenti ratione; nam hæc expressa prohibitio non tam est facta à testatore, vt consuleret imbecillitati ætatis minoris filij, quia non est limitata ad vigesimumquintum annum, quàm est facta ad fauorem fideicommissi propter illa verba, neque postea, in eādem ratione, quia voluit bona cōseruari, vt transeant suam seriem per eum superius ordinatā. Neque ideo dicendum est ex hac interpretatione, sequi talem dispositionem esse superfluam & frustratoriam: quia prætetquam quòd facilius admittitur superfluitas quam contrarietas, hæc dispositio non potest dici superflua, cum etiam stante fideicom
8 misso, & tacita prohibitione legis, † nihilominus in quibusdam casibus permissa sit alienatio, veluti pro solutione æris alieni ipsius fideicommittentis, vel pro restitutione vel constitutione dotium, *Auth. Res quæ, C. commun. de le-*
9 *gat.* vel pro detractione Legitimæ, † quam ad aliquod tempus testator potest prohibere, *Roland. cons. 98. num. 25. lib. 1. Gabr. de leg. Concl. 1. num. 11.* & istis casibus requiritur consensus curatorum, si superstites fuerint, ex quo testator non visus est confidere de ipso instituto, *Alex. de Neuo, cons. 39. num. 5.* quòd si mortui fuerint, tunc poterunt habere locum deducta pro Domino Francisco vt liberè possit ipse pro istis causis alienare; tunc enim sub intrat legis dispositio hoc permittentis, ex supra deductis in rationibus pro eo allegatis, *& ex traditis per Rum. cons. 126. num. 1. lib. 2.* Et ex his resultat conciliatio omnium auctoritatū hinc inde allegatarū, *veluti Alex. consil. 59. & Croti cōs. 61. lib. 1. & aliorum.* Quòd si qui sunt alij, qui contrarium tenuerint, veluti *Tiber. Decian. cons. 10. lib. 4.* aut loquuntur in diuersis terminis, aut in rationibus nonnulla adducunt,

quæ

quæ faciunt pro hac parte, prout facit idem *Decian. n. 64.* vbi respondendo *ad cons. Paris. 31. num. 39. in 2.* fatetur opinionem Parisij procedere ex eo, quòd in prohibitione alienationis expressè facta, adest ratio generalis etiam expressa, ad hoc vt dicta bona remaneant, & conseruentur in familia, quæ verba clarè adsunt in casu proposito. Et ex his conclusum vnanimiter non licere Domino Francisco alienare bona in fideicommisso comprehensa.

a Tiraq. qui multos concordantes adducit, de legib. connub. in uerbo, de son mary. glos. 8 num. 51.
b Anch. q. 12. n. 4. lib. 1. Surd. cons. 10. num. 30. lib. 1.

Perusina Exequutionis.
Die Mercurij 19. Nouembris 1527.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus liquidari debent à die motæ litis.*
2 *Lis, quæ per multos annos siluit, non ob id potest dici habita pro derelicta, stante bono iure actoris.*
3 *Commissio restitutionis in integrum, suscitat primam litem.*
4 *Restitutio in integrum omnia in pristinum reponit.*
5 *Fructus in causa restitutionis in integrum, veniunt à die primi iudicij, & in hoc non attenditur bona, vel mala fides.*
6 *Fructuum perceptio probatur ex possessione, non dato alio possessore.*
7 *In materia liquidationis fructuum, sufficiunt leniores probationes, etiam per coniecturas, & per solitum, & per testes de auditu, & de credulitate.*
8 *Valor probatur ex libris Communitatis, qui scripti sint à publicè deputatis.*

DECISIO MCCXLV.

1 FVit resolutum, † fructus medietatis prædij, de quo agitur, esse liquidandos a die motæ litis de anno
1532. *l. certum, C. de rei uendic. cum similibus.* Neque obstat, quòd de anno 1534. fuerit lata sententia, quę transitum fecit in iudicatum, quia non ideo fuit extincta lis, cum remaneant reliquiæ litis ratione computationis affictus in sortem principalem, & restitutionis reliquorum, *Sarnens.*
2 *de annal. q. 44.* Vltra quòd † licet ista lis siluerit per multos annos, non ideo potuit dici habita pro derelicta, stante bono iure Crescimbenij iuxta *decis. Achill. 8. de lit.* Ideo
3 cum postea fuerit prosequutus litem, † & commissa causa restitutionis in integrum, quæ suscitat primam litem, *ad decis. Cassad. 13. de rescript.* vtique fructus debentur à die
4 primi iudicij, nam † restitutio omnia in pristinum repo-
5 nit, *l. quod si minor, §. restitutio, de minor.* † & quòd veniant fructus à die primi iudicij, *tenet Abb. in c. ad nostram, num. 4. de reb. Eccl. non alien. Ruin. cons. 26. num. 23. & 34. lib. 2. Pedemont. decis. 160. num. 3. Modern. Perusin. de restit. in integr. q. 45. art. 2. num. 13. & num. 20.* vbi tradit, quòd ad hunc effectum non attenditur bona, vel mala fides, quia quidquid dicat *Couar. var. lib. 1. cap. 3. num. 5.* in iudicio restitutionis in integrum attenditur tantum, quòd restituatur in statum pristinum ante rem iudicatam, *ut tradit Abb. in d. c. ad nostram, num. 8. & tradunt Moderni ubi supra, & probat text. in capit. suscitata, de in integr. restitut.*
6 † Quantum ad fructus respectu perceptionis, ea satis probatur ex possessione non dato alio possessore. *Rota decis. 25. de præbend. in nou. Achill. 5. de fruct.* cui magis statur tamquam causæ ponenti, quàm *Verallo decis. 30. p. 2. & hāc opinionem aliàs amplexa est Rota, in causa Romana donationis quinquaginta nullium coram Sanctissimo Domino N.* Quantum verò ad quantitatem, ad quam fieri debeat taxatio: Domini propter probationis difficultatem, & etiā probationum varietatem, inclinabant, ut amplecteremur mediam viam inter duodecim salmas, iuxta locationem,
7 & septem iuxta sententiam, cum in † hac materia sufficiāt leuiores probationes, etiam per coniecturas, *Bald. in l. 2. num. 22. C. de fruct. & lit. expen.* & etiam per solitū, *Achill. decis. 5. de fruct.* & per testes de auditu, & de credulitate, *Angel. in l. 2. num. 1. C. .... lib. 11. Alex. in l. pretia rerum, num. 9. ad leg. Falcid.* & hoc quoad granum. Quantum autem ad alios fructus, similiter capiendam mediā viam eorum, quæ per testes probantur, & in omnem euentum esset coadiuuanda ista probatio, quamuis placeret Dominis, si Crescimbenij non repugnant, ut contentarentur dictis septem Psalmis in sententia contētis. Quantum ve-
8 rò ad valorem, dixerunt † standum attestationibus extractis ex libris Communitatis Perusij, cum scripti sint à publicè deputatis, quibus ratione officij creditur, *Bart. in l. quædam, §. nummularios, de edend. & faciunt notata per eūdem in l. fin. ubi Alber. ad leg. Iul. de Annona, Salicet. in l. 1. C. de Episc. aud.* Et ita conclusum.

Turritana Tertiatiæ.
Die Lunæ 24. Nouembris 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Vnio ex antiquis enunciatiuis probatur.*
2 *Vbi non agitur principaliter de unione, sed ad alium effectum, leniores probationes sufficiunt.*

DECISIO MCCXLVI.

FVit resolutum constare de exemptione Ecclesiæ Sancti Pauli, ita ut eius ratione Abbas non teneatur ad solutionem Tertiariæ, moti fuerunt Domini ex unione, Sixti IV. qui vniuit Ecclesiam Sancti Pauli de Codroniano Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis de Sagargia, per verba clara & indubitata; nempe vnimus, annectimus, & incorporamus, cuius vigore Abbas cœpit possessionem, vt in summario Abbatis, num. 1. Confirmatur ex sententia lata ad fauorem Abbatis, confirmata per eumdem Sixtum, qui de nouo, quatenus opus sit, vniuit dictam Ecclesiam Abbatiæ, & etiam ex antiquis priuilegiis Romanorum Pontificum enunciantium hanc Ecclesiam esse membrum Abbatiæ de Sagargia Ordinis Camaldulens. nempè Honorij II. anno 1121. Alexandri IV. anno 1258.
1 & Pij II. anno 1459. † Ex quibus enunciatiuis satis probatur vnio, vt per *Put. decis. 209. lib. 2.* & adminiculantur testes Archiepiscopi, dicentes, quòd in Ecclesia de Codroniano antiquitus habitabant Abbates, & Monachi Camaldulenses, de Sagargia, vt in summario num. 5. His accedit sententia lata contra Canonicos Plouacenses adiudicatoria huius Ecclesiæ Abbati de Sagargia, quæ pro-
2 bationes eo magis concludunt, † cum non agatur principaliter de vnione, sed ad effectum tantum exemptionis, quo casu leuiores probationes sufficiunt, vt fuit dictum in vna Toletana Iuris patronatus coram Illustrissimo Blanchetto 1595. Vnde succedit Ecclesiam Sancti Pauli non subesse Episcopo, nec quantum ad legem diœcesanam, nec quantum ad legem iurisdictionalem, *gloss. in c. dilectus, in uerb. de lege, de off. Ordin. Remig. de Caritat. subsid. q. 20. num. 7. c. conquerente, de off. Ordin. cum alijs allegatis in causa Tullen. coram eodem Illustrissimo Blanchetto. deinde coram R. P. Domino meo Penia 4. Decembris 1596.* & difficultatem tollit priuilegium Leonis X. concessum Camaldulensibus. Verum, quia pro parte Archiepiscopi prætenditur Tertiatiam solui, non ratione Sancti Pauli, sed Sancti Procopij, quę res esset satis considerabilis, si ita se haberet; Domini ordinarunt, vt super hoc particulariter dubitetur.

Calaguritana Indulti de Vilbao.
Die Lunæ 24. Nouembris 1597.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum quando dicatur Capitulariter datum.*

2 *Mandatum Capitulariter factum non potest reuocari per aliquos de Capitulo, neque uti singulos, neque Capitulariter, si sit minor pars Capituli.*

3 *Aliud est quid fieri Capitulariter, aliud in loco Capituli.*

DECISIO MCCXLVII.

FVit per Dominos vnanimiter conclusum pro validi-
1 tate mandati † dati à Priore & beneficiatis de Vilbao ad hanc causam, cum enunciemur factum Capitulariter congregatis ad sonum campanæ ad numerum 18. iuxta *decis. 9. & 29. de procurator. in antiq. Oldrad. decis. 110. Achill. 297. aliàs 2. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.*
2 † Nec releuat aliud mandatum à septem beneficiatis reuocatorium illius prioris, quia siue consideremus beneficiatos de Vilbao facere Capitulum siue congregari vti singulos; neutro casu potuit prius mandatum reuocari; nam priore casu attenditur id, quod fit per maiorem partem, neque minor pars aliis conuocatis potuit factum reuocare, *l. quod maior. ad munic. p. glos. in c. 1. in verb. tractatus, de reb. Eccl. non alien. Dec. cons.* 100. maximè in actu necessario vel vtili, *Bald. in l. 1. C. de magistrat. conuen. Dec. c. cum omnes, num. 29. de constitut.* Posteriore casu multo minus possunt isti reuocare gesta per alios; nam ad summum talis reuocatio iuuaret ipsos vti singulos, non autem impediret ceteros volentes litem prosequi. Nec obstat, quòd in instrumento reuocationis dicatur: actum in Capitulo loco consue-
3 to; quia † aliud est, quid fieri in loco Capituli, aliud verò quòd fiat Capitulariter, *Mohed. decis. 164. aliàs 1. de foro compet.* quod non factum fuisse apparet, ex non interuenientia maioris partis beneficiatorum. Denique tollit omnem difficultatem exequutio compulsorialium, facta per beneficiatos post dictum instrumentum, & litteræ deputatorum subscriptæ per secretarium Capituli. Et ita conclusum.

Caputaquens. Beneficij.
Die Veneris 28. Nouembris 1597.

DECISIO MCCXLVIII.

DOmini sine difficultate dixerunt, gratiam D. Benigni esse iustificatam respectu Clericatus, & obitus Vertę, necnon valoris beneficij, & aliorum narratorum, & insuper nō iuris Ferdinandi Guidi, ex quo per reuolutionem processus de aliquo eius iure non apparet, sed in duobus censuerunt gratiam esse melius iustificandam. Alterum est, quantum ad iustificationem iuris Francisci Nicolai Vertæ; nam cum ipse non obierit in possessione, necessarium est probare vacationem de iure ex eius persona; & licet prætendatur probatum ius ipsius ex bulla regressus exhibita concurrente possessione triginta annorum, & vltra: tamen est aduertendum, quòd instrumentum possessionis videtur potius mandatum de tradenda possessione, quàm ipsius actualis traditio, nec apparet ex causa regressus, & testes deponentes de possessione ipsius Vertæ, licet probent, possessionem; tamen non probant quòd possederit per triginta annos nisi de auditu, quod non sufficit ad hoc, vt ex triennali possessione censeatur verificatum ius Vertæ iuxta decisionem S.D.N. in Lucana Decanatus diuersorum *p. 1. decis.* 534. Alterum est respectu qualitatis beneficij; nempè, quòd non sit consistoriale, & conuentu careat; nam super hoc nulla est facta probatio. Ideo D. Nicolaus Benignus melius iustificet ista duo requisita.

Perusina Bonorum.
Die Veneris 12. Decembris 1597.

SUMMARIUM.

1 *Ad hoc ut constare possit, an quis sit de comprehensis in inuestitura, semper recurri debet ad tenorem ipsius inuestituræ.*

2 *Concessio præsumitur facta secundum consuetudinem concedentis, sed talis præsumptio non sufficit ad obtinendum per uiam actionis contra possessorem, ut numero seq.*

4 *Rota non plus fidei tribuit uni testi contra inducentem deponenti, quam si ex aduerso esset inductus.*

DECISIO MCCXLIX.

FVit resolutum non esse sufficienter fundatam intentionem Scipionis agentis ad bona, de quibus agitur, tamquam comprehensi in Inuestitura facta quondam Ioanni Francisco Angelutio ab Abbatissa Sancti Saluato-
1 ris de Monte Acuto; † nam non constat de tenore inuestituræ Ioannis Francisci, ex qua liquere possit Scipionem esse de comprehensis; & tamen ad eam semper recurrendum est, *ut notatur in c. 1. de duob. fratr. cum tradit. per Tiraquell. in l. si unquam, in uerb. libertis,* C. *de reuoc. donat.* Non obstat instrumentum recognitionis in quo Ioannes Franciscus recognoscit 53. petias pro emphyteuticis & liuellariis dicti monasterij, quia non sequitur ex eo Scipionem esse de comprehensis. Neque obstat id, super quo fit præcipuum fundamentum, quòd stylus & consuetudo monasterij sit inuestire ad tertiam generationem masculinam tantum, & pro una femina in subsidium, de quo stylo dantur fides Notariorum solitorum rogari de similibus inuestituris, & refirmationibus, & etiam exhibentur instrumenta, & deponunt testes, de quibus in summario,
2 num. 2. † Ex quibus præsumitur concessio facta secūdum consuetudinem concedentis, *Alex. consil.* 107. *n. 3. li.* 1. nā istæ probationes non concludunt. Primò, quia dum deponunt de stylo, restringunt se ab annis 100. citra; & ideo nō attingunt tempus refirmationum, de quibus agitur, quæ fuerunt de annis 1475. & 1477. Secundò, quia licet probēt aliquem stylum; tamen non probant exclusiuè, ut aliter
3 fieri non potuerit; † Ideo probatio huiusmodi est tantum præsumptiua, quod non sufficit ad obtinendum per uiam actionis contra possessorem, *Bart. in l. pen. n. 4. de condit. instit. Caputaq. decis.* 280. *parte* 1. Non obstat dictum Elisei inducti pro Iulia, quia dato quòd aliquid probaret, tamen est unicus; ideo non probat ex sententia Rotę, quæ
4 † nun plus tribuit uni testi contra inducentem deponenti, quàm si ex aduerso esset inductus. Non obstant instrumenta, de quibus in primo processu, quia loquuntur de quattuor, uel quinque petiis tantum, & non conueniunt in finibus. Accedit, quòd obseruantia redderrem magis incertam, cum Ioannes Franciscus reliquerit illa bona Antonio auo Iuliæ, & allodialia Pitro Gentili, & super hoc sequutum fuerit laudum. Accedat etiam conuentio in tribus instrumentis contenta, per quam datur facultas alienandi requisito Abbate bona liuellaria; quæ licentia dato quòd non respiciat bona, de quibus agitur; tamen arguit diuersimodè solita concedi bona à monasterio: & ideo Scipio duriori probationis onere grauatur ad fundandam suam intentionem; nam & multis coniecturis, & etiam ex quo Ioannes Franciscus est primus acquirens, videtur quodammodo probari saltem per uiam exceptionis dominium ipsius Iulię succedentis in istis bonis auitis, *l. induciæ, & ibi Bald. Salic. & alij* C. *de pact.* Quare conclusum non esse fundatam in istis bonis intentionem Scipionis.

Parmens. Status.
Die Lunæ 15. Decembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum pro veritate habetur.*

2 *Subornatio testium per probationes concludentes probari debet, & per alios testes quàm per eosmet, qui dicunt se fuisse corruptos.*

3 *Testis, qui dicit se corruptum dixisse falsum, ostendit se esse periurum & falsarium, & ei non creditur.*

4 *Qui dicit processum esse nullum vel defectiuum, debet illud integrum exhibere.*

DECISIO MCCL.

FVit dubitatum, an exceptio subornationis testium obstet Dominis Pallauicinis, & ex pluribus rationibus Domini censuerunt non obstare: Prima est, quia cum Pallauicini fuerint accusati coram Consilio Placentiæ ad instantiam Comitis Ludouici anno 1546. factis hinc inde probationibus sequuta est absolutio ad fauorem Pallauicinorum cum condemnatione Com. Ludouici in expen-
1 sis, & testes condemnati in pœnam fustigationis, † quæ sententia cum transierit in iudicatam, pro veritate habetur, *Gabr. de sentent. Conclus. 4. n. 14. cum sequen.* Secundò,
2 quia † prętensa subornatio, vti materia criminalis & odiosa, probanda est per probationes concludentes, vt fuit resolutum in causa Vlixbonen. matrimonij corã bon. mem. Cotta, 20. Februarii 1573. & per alios testes quàm eos, qui dicunt se fuisse corruptos, *c. sicut nobis, ubi Doctor. de testib. & c. cum in tua. num. 7. de testib. Ruin. cons. 146. num. 34. lib. 5. latè Cephal. cons. 253. lib. 2.* † nam ex eo quod dicunt se
3 corruptos dixisse falsum, ostendunt se esse periuros & falsarios; ideoq. eis non creditur, *c. testimonium. de testib. Ruin. cons. 147. nu. 5. lib. 5. Rolan. cons. 16. num. 7. lib. 1. Verall. decis. 73. li. 1. in manuscriptis*, vbi dicit hoc procedere, etiam si testes afferant excusationes, & ita affirmat fuisse têrum in hac causa Parmens. Status, 12. Iunij 1551. coram Puteo. Vnde cum Rangoni desumant suas probationes ex dictis istorum testium, illæ non fuīt attendendæ, sed reijciendæ. Tertiò fuit consideratum depositionem eorum de anno 1536. in qua dixerunt se fuisse inductos ad testificandum falsum à Comite Ludouico, esse coadiunatam per alios testes, nempè, presbyteri Baptistæ de Ferrarijs, testis Rangonorum examinati, & aliorum, qui fuerunt ponderati
* in alia decisione in hac causa coram me facta, * deponentium nonnullos ex istis testibus eis dixisse, se non reperire confessorem, qui eos absoluere vellet, propter falsum testimonium per eos dictum. Et hæc fuit causa, cur Pallauicini porrexerint contra dictos testes querelam hic in Curia, antequam sequeretur prætensa subornatio in loco Varani, quæ a Rangonibus prætenditur, & hoc multũ eneruat suspicionem illam, quæ ex detentione testium in Castro Varani deducitur: nam si non præcesserat subornatio ante hoc tempus, vtique non fuerant subornati tunc, cum de hac reċõquerebantur cum Baptista Ferrario & alijs, nec verum videtur, quod dicitur fuisse testes priuata auctoritate detentos in Castro Varani, quia contrarium probatur ex depositione Marci de Opicis, & Montanini & ex litteris Senatoris Vrbis. Quarto concurrunt coniecturæ, quia post sententiam latam Placentiæ contra Ioannem de Vbertis, & Bernardinum Montaninum, ex eorum confessione & ratificatione sequuta anno 1537. Com. Ludouicus iacuit per plures annos, & anno 1544. coram Cardinali Parisio fecit instantiam pro remissoria ad effectum examinandi alios testes, qui nihil probarunt, & fuerunt per Dominos antiquos reiecti, vt ex decisionibus Putei & Caputaquensis apparet: Vnde tunc confugerunt Rangoni ad aliam exceptionem, quòd non constaret de contractu matrimonij inter Bernardinum, & Catharinam, quod prius nunquam per eos reperitur deductum in controuersiam. Non obstat, quod dicitur, processum factum de anno 1536. fuisse nullum, & sine citatione, & non fuisse adhibitam aliquam diligẽtiam neque facta debita interrogatoria in testium examine, & omnia gesta absente & ignorante Com. Ludouico, quia de hac assertione constare non potest, cum non reperiantur acta
4 illius iudicij. † & qui dicit processum esse nullum, vel defectiuum, illum debet exhibere integrum, vt pluries fuit in Rota resolutum; quod maximè in hoc casu est dicendum, cum causa per biennium & vltra agitata fuerit in partibus: Vnde non potest prætendi eius ignorantia; & idem casus annis elapsis in Rota contigit, cum pro parte Rangonorum negaretur in examine facto coram bonæ mem. Dario interuenisse citationem partis; & tamen postea repertis actis, constitit de contrario, vt fuit dictum coram me, 10. Nouembris 1595. Nũ obstat, quòd Sigismundus declinauerit forum vti laicus, quia hoc non obstante, lata fuit indefinitè sententia ad fauorem Pallauicinorũ, & condemnatus Ludouicus in expensis, quod factũ non fuisset, si aliqui tantum fuissent absoluendi; & si constitisset per alios fuisse factam subornationem, tunc enim non erat condemnandus Ludouicus in expensis. Quantum ad dictum Capitanei Ioannis Antonij, eius non fuit habita ratio, cum sit vnicus, & multæ contra eum militent exce-
a ptiones, de quibus in alia decisione coram me facta. *a* Et ex his conclusum, cessare omnia ex aduerso considerata, & Pallauicinis non obstare exceptionem subornationis.

* *Sub die Lunæ 16. Iunij proximè præteriti.*
a Sub dicta die 16. Iunij pręteriti.

Beneuentana Reseruationis Beneficiorum.
Die Lunæ 15. Decembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Conclauistæ per Bullam Sixti V. dicuntur veri, & non ficti Papæ familiares, & continui commensales, & gaudent omnibus priuilegijs & iuribus, quibus alij familiares, etiam quo ad assequutionem beneficiorum gratis expediendorum, & num. 14.*

2 *Familiaris vnius Cardinalis obtinens beneficia, si mortuo eo Cardinali, ad seruitia & familiaritatem alterius Cardinalis se transferat, & in huiusmodi secunda familiaritate moriatur, beneficia sic vacantia, cum consensu secundi Cardinalis iuxta formam regulæ 32. Cancellariæ conferri debent; secùs est, si cum hac secunda familiaritate concurrat alia familiaritas Papę, prout declaratur num. 13. & 20.*

3 *Cancellaria in expeditione non dat duplicem reseruationẽ in beneficijs, sed disponit tantum de digniori, et de alia conditionaliter.*

4 *Non est nouum, priuilegium intelligi respectu prærogatiuarum tantum.*

5 *Maior reseruatio & familiaritas extinguit minorem; quod verum est, quando sunt eiusdem speciei. & numero 15.*

6 *Ad inducendam reseruationem ratione familiaritatis ex regula 3. reseruatoria requiritur continua commensalitas, quæ non est in fictis ex priuilegio.*

7 *Prothonotarij non participantes licet per Constitutionem dicantur veri & non ficti familiares & continui commensales; nihilominus sunt ficti per priuilegium, & eorum beneficia sunt reseruata, ut num. 18.*

8 *Commensalitas consistit in facto & usu.*

9 *Princeps per priuilegium creans aliquem ciuem, & volens*

lens quòd gaudeat omnibus immunitatibus & prærogatiuis, quibus gaudent alij ciues originarij; non tamen potest facere, ut sit uerè ciuis originarius.

10 *Cancellaria non dat de reseruatione ex sola familiaritate; nisi concurrat continua commensalitas.*

11 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; sed non facit, ut in ea comprehendantur illa, quæ aliàs non facta exceptione sub regula non ueniren, & numero 23.*

12 *Regula 3. Cancellariæ declaratur.*

16 *Fictio licet non possit operari contra ueritatem, & eam immutare, potest tamen operari quo ad effectus.*

17 *Quando casus fictus & uerus æquiparantur, dispositio facta in casu uero, locum habet in ficto.*

19 *Clausula, Sublata, est tantæ efficaciæ, ut nec etiam admitti possint articuli ad probandum contrarium.*

20 *Familiaritas Papæ, licet morte dissoluatur, durat tamen affectio, quæ est eiusdem efficaciæ cuius reseruatio.*

21 *Obtinens beneficia in familiaritate unius Cardinalis si se conferat ad familiaritatem alterius, & in ea decedat, licet prioris Cardinalis familiaritas cessauerit per secundam, requiritur tamen consensus prioris, & non secundi.*

22 *Papa non solet eadem beneficia duplici reseruatione grauare, & quomodo intelligatur procedere.*

DECISIO MCCLI.

COmes Nicolaus della Genga, cum esset familiaris bonæ mem. Cardinalis de Sabellis, obtinuit nonnulla beneficia, quorum occasione orta est hodie controuersia super modo collationis de eis fiendæ: Nam vacante Sede per obitum fel. rec. Gregorij XIII. dictus Comes ingressus est cum Cardinale Conclaue, in quo fuit postmodum
1 electus fel. rec. Sixtus V. † qui edita Bulla ad fauorē Conclauistarum, multa ipsis concessit priuilegia, & inter cetera creauit dictos Conclauistas suos veros & non fictos familiares continuos commensales, eos aggregans cōsortio aliorum suorum familiarium continuorum commensalium actu in palatio seruientium, & in illius tinello comedentium & bibentium, volens eosdem haberi, ac reputari pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, indulgendo etiam, ut in quibuscumque impetrationibus & litteris possent se nominare Sanctitatis suæ familiares, continuos commensales, & gaudere omnibus decretis, priuilegijs, & iuribus, quib. alij familiares continui commensales gaudent, etiam quo ad assequutionem beneficiorum: Quòdq; omnes prouisiones, & aliæ litteræ Apostolicæ pro illis expediendæ dentur gratis, prout alijs Sanctitatis suæ familiarib. continuis commensalibus, ut in eiusdem Sixti litteris latius continetur. Viuente adhuc Sixto obijt Cardinalis Sabellus; & demum post aliquot annos Comes Nicolaus accessit, vt prætenditur, ad familiaritatem Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis de Aragona, ibiq. habitus & tractatus pro familiari dicti Cardinalis, donec diē suum obijt: & per eius obitum vacantibus beneficijs, quæ obtinebat, dubitatum fuit, An in collatione dictorum beneficiorum debeat accedere consensus Cardinalis, vel potius collatio liberè spectet ad Sāctissimum Dominum nostrum. Et pro parte Cardinalis prætendentis debere accedere suum consensum, deducebatur regula Cancellariæ 32. iuncta decisione aliàs facta in vna Lunen. Sarzanen. coram R. P. Domino meo Orano, 19. Ianuarij 1594.
2 In qua fuit decisum, quòd † familiari unius Cardinalis obtinenti beneficia, si postea Cardinalis ille obierit, & familiaris conferat se ad seruitia, & familiaritatem alterius Cardinalis, & in hac familiaritate obierit, beneficia sic uacantia conferri debent cum consensu vltimi Cardinalis, *iuxta formam dictæ regulæ 32. & extat decisio Achil. vnica, super regul. de impetr. benef. per obit. fam. Card.* Verū quia in casu isto concurrebat alia familiaritas, nempè illa inducta per Bullam Conclauistarum, & eius ratione prætendebatur ex aduerso inductam reseruationem per regul. 3. reseruatoriam beneficiorum Papæ familiarium, conabantur informantes pro Cardinali pluribus rationibus euadere hanc obiectionem: Et Primo non videri per hāc familiaritatem concessam Conclauistis, inductam fuisse reseruationem beneficiorum iam per aliàs regulas reseruatorum, non enim solet Papa beneficia reseruata alia reseruatione grauare, q; si aliquando plures reseruationes reperiuntur super eodem beneficio, illud euenit ex contingentia facti, puta quia plures in eadem persona cōcurrūt
3 qualitates: † & ideo Cancellaria in expeditione non dat duplicem reseruationem, sed disponit tantum de digniori, & de alia conditionaliter, ut habetur in notabilib. Cancellariæ. Præterea, super istis beneficijs ius erat quæsitum Cardinalibus, ex quo ad eorum instantiam huiusmodi priuilegia in Bulla contenta erant concessa Conclauistis; neque est verisimile, quòd vellent impetrare gratiam sibiipsis præiudicialem; maximè cum nulla de hac re facta fuerit mentio, neque præiudicij Cardinalium contra dispositionem regulæ 32. Ideoque rationem illam intelligi debere respectu priuilegiorum, & prærogatiuarum, quas habent Papæ familiares, non autem respectu oneris reseruationis, quæ & ipsis est onerosa, & Cardinalibus præiudicia
4 lis. † non est autem nouum, priuilegium intelligi respectu prærogatiuarum tantum, *ut in decis. Simon. tit. 8. de præbend. Gambar. de Legat. lib. 3. num. 141. Paris. consilio 50. numero 24. in 4.* Secundò, hic agitur de concursu duarum diuersarum familiaritatum, nempè, Papæ & Cardinalis, nō respectu reseruationis, quia vtraque est Papalis; ideo si
5 vtraque esset eiusdem speciei, † ea quæ est maior, nempè, Papæ, superaret minorem, quia maius lumen exstinguit minus, vt per *Cassad. decis. 9. & 23. de præbend.* Verum istæ non sunt eiusdem speciei; Altera namque Cardinalis est vera, in qua concurrit, vt vulgo dici solet, mens & dens; Altera verò Papæ, est ex priuilegio, & ex quadam fictione, quia fingitur commensalitas adesse, ubi nulla prorsus
6 adest; † & ideo ad inducendum reseruationem, de qua in regula 3. antiquus glossator censuit requiri continuam commensalitatem, propter uerba clara regulæ, & in quadam facultate concessa per Leonem X. Legato Aucnionen. in qua excipiebantur familiares Papæ & Cardinaliū, Rota intellexit de ueris familiaribus continuis commensalibus, non de illis, qui per priuilegium pro talibus habentur, *Sarnens. in regul. de impetr. benef. fam. q. 13. per cap. fin. de uerbor.*
* *signif. in 6. idem tenuit Rota ut per Ant. Aug. decis. 1086.* * & fuit obseruatum in impetratione concordatorum Germaniæ, *Simonett. 8. de præbend. & in causa Placentina*
a *de Mirabel. coram R. P. D. Orano, 31. Ianuarij 1594.* a
7 Rota censuit, quòd † licet Papa per suam Constitutionem decernat, Notarios non participantes esse veros & non fictos familiares, & continuos commensales: tamen non ideominus esse fictos per priuilegium *ex cons. Castr. 340.*
8 *præmissis allegationibus. lib. 1.* † cum commensalitas consistat in facto & vsu, vt concludit *Ancharan. consilio*
9 398. quemadmodum † licet possit Princeps per suum priuilegium creare ciuem exterum, qui gaudeat omnibus immunitatibus & prærogatiuis, quibus gaudent alij originarij; non tamen potest facere, ut sit originarius, vt per *Bart. in l. si is qui pro emptore. num 23. Ias. num. 120. Bolognet. n. 274. de usucap.* & istam opinionem uidetur amplecti
10 † Cancellaria; quæ non dat de reseruato ex sola familiaritate; nisi concurrat continua commensalitas, *ut in notabili sub dictione Reseruatio, fol. mihi 336. à tergo.* Tertiò deducebatur regulam 32. excipere beneficia

familia-

familiarium, quæ essent reseruata, vel affecta rõne officio-
11 rũ per eos obtentorum, † q̃ exceptio firmat regulam in ce-
teris. Vñ per d. regulam comprehenduntur oia beneficia p̃
ter reseruata occasione officiorũ, vt videmus in regula de
triẽnali excipiente duos casus, ex quo infertur omnes alios
includi, *Sarnen. in regul. de triennal. q. 10. num. 11. & q. 42.
num. 8.* quod patet, ex quo neque etiam vacatio in curia at
tenditur, quamuis sit inclusa hæc reseruatio in corpore iu-
12 ris. Quartò consideratum etiam fuit † dictam regulam
3. non esse intelligendam, nisi de veris, & non ex priuilegio
fictis familiaribus, quia aliàs redargueretur Papa de su-
perfluitate inutili, quia in regula 1. beneficia officialium,
& notariorum Sedis Apostolicæ reseruantur, quos omnes
constat in suis priuilegijs & officiorum erectionibus crea-
ri veros, & non fictos familiares, & perpetuos commensa-
les, ex quo redditur illa reseruatio prorsus inutilis, si com-
13 prehendebuntur sub dicta regula 3. † & hac ratione for-
tè potest sustineri modernorum opinio *sub dicta regul. q.*
18. dicentium istos sic creatos familiares ex priuilegio,
contineri sub dicta regula; nisi fuerint in alterius familia-
ritate, quia altera ratio per ipsos considerata nullius est
momenti. Postremò, similis quæstio fuit antiquitus in Ro
ta agitata, *vt apparet ex decis. 27. Cassad. de præbend. & ex
eis quæ tradit Gambar. de Legat. lib. 3. num. 138. cum sequen-
tibus*, sed nulla reperitur apud istos huius quæstionis reso-
lutio, licet *Gambar.* inclinet in hanc sententiam, cuius ra-
14 tiones hactenus deductæ fuerunt. † His tamen non ob-
stantibus, contrariam sententiam amplexi sunt Domini
concludentes liberam collationem beneficiorum, de qui-
bus agitur, spectare ad Sanctissimum D. N. Primo moti
fuerunt ex eo, quod Conclauistæ creati fuerunt à Sixto
veri, indubitati, & non ficti familiares, & continui com-
mensales cum Clausulis amplissimis, & mandat eos ha-
beri pro talibus, cum decreto irritanti, & Clausula, Subla-
ta: Vnde cum Comes Nicolaus non solum fuerit Con-
clauista, sed etiam vsus fuerit isto priuilegio accipiendo
partem pecuniarum distributarum inter Conclauistas,
& in vim eorumdem priuilegiorum pensionem transtule-
rit, vtique concurrit ex parte ipsius consensus requisitus
ad inducendam familiaritatem; Ideoque stante decreto
irritanti, cogimur fateri illum fuisse verum & non fictum
15 familiarem & continuum commensalem Sixti, † quæ fa-
miliaritas, vti maior, facit cessare minorem, *vt per Cassad.
16. d decis. 9. de præb. ad. Sarnen. super reg. 15 num. 5.* Neque
16 obstare, quòd † fictio illa contra veritatem non possit fie-
ri *ex allegatis Doctoribus, in l. si is qui pro emptore, de vsucap-
pion.* quia satis est, quantum ad effectus ex vera familia-
ritate prouenientes, Papam posse disponere, vt pro tali-
bus censeantur, *vt per Abb. in cap. ex parte, de cleric. non re-
sidente. Simonett. qui alios citat quæst. 35. num. 25. & 26. in
tractatu de reseruatio . vbi reprobat opinionem Anchrani.*
17 Et comprobatur: quia, † quando casus fictus, & verus
æquiparantur, dispositio facta in casu vero locum habet
in ficto, *Socin. consil. 260. num. 9. lib. 2. optimè id. in Socin.
consil. 1. num. 9. & seq. lib. 1. & latè fuit deductum in causa
Romana sacerdotis, 28. Nouembris 1578. coram bon. mem.
Lauretano.* Secundò, hanc sententiam amplexam fuisse
Rotam referente *Peregrino decis. 104. in impress.* quæ vide-
tur decidere hunc casum, & comprobatur ex pluribus de-
cisionibus veluti *Putei, 317. lib. 1. & 357. li. 2. & Cott. 247.*
18 in quibus apparet † beneficia Protonotariorum non par-
ticipantium, qui sunt familiares ex priuilegio, esse reser-
uata. Neque obstare decisionem *Simonett. 12. & Robu-
sterij in causa Leodien. Archidiaconatus.* quia loquuntur ad
effectum concordatorum, quibus Pontifices non solent
nec directè, nec indirectè derogare, *vt per Mohedan. decis.
23. in fine, de præbend. & decisio R. P. D. Orani, in causa Pla-
centina de Mirabel.* non fuit facta super hac materia, sed
incidenter vtitur illo simili desumpto ex decisione Robu
sterij: Et hinc sequitur Conclauistas quantum ad effectũ
19 esse veros familiares, maximè † stante Clausula, Subla-
ta, quæ est tantæ efficaciæ, vt neque etiam admitti possint
articuli ad probandum contrarium, *vt tradit idem Simo-
nett. q. 36. num. 6.* qui ait ita fuisse in Rota iudicatum. Ter-
tiò hoc idem probatur *ex decisione facta in causa Ouetensi
parochialis, coram Chissanen. 1. Febr. 157.* in qua Martinus
quidam obtinuerat præferri omnibus etiam familiaribus
continuis commensalibus & Prælatis Papæ, non tamen
antiquis & descriptis; Papa verò declarauerat ad fauo-
rem nonnullorum, eos esse verè antiquos familiares de-
scriptos, licet vere nõ essent tales, & contra eos allegaba-
tur *Castrens. Anchar. & Sarnens. supra deducti*; & nihilo-
minus Rota censuit intrare exceptionem ad eorum fauo-
rem. Quartò fuit etiam consideratum Comitem prius fu-
isse familiarem Sixti, quam Cardinalis de Aragona; &
20 ideo durare adhuc effectum dictæ familiaritatis, † quæ
licet morte dissoluta sit; tamen durat affectio, *vt in Extra-
a uag. Ad Roman. a Rota decis. 31. de præbend. in antiquis.
Cassad. d. decis. 23. num. 2. Felin. in cap. in nostra, num. 20. de
rescript. Gambara, loco supra citato, num. 134.* Hincque se-
quitur priorem reseruationem, nempè, ob Sixti familia-
ritatem præferendam posteriori Cardinalis, ex eadem ra-
tione, q maius lumen offuscat minus. Nec releuat, quod
familiaritas Sixti esset exstincta, hæc verò Cardinalis ho-
die vigeat, quia vt supra dictum est; non ideo cessat reser-
uatio, siue eius effectus, nempè affectio, quæ est eiusdem
21 efficaciæ, quod patet manifestè; nam † si quis obtinens
beneficia in familiaritate vnius Cardinalis conferat se ad
familiaritatem alterius, & in ea decedat, licet prioris Car
dinalis familiaritas per secundam cessauerit, nihilomi-
nus requiritur consensus prioris Cardinalis, & non secun-
di, licet defunctus esset tunc temporis suus familiaris, qui
casus in regula apertè deciditur, & tollit differentiã, quæ
fit ex aduerso inter affectionem & reseruationem; quia hu-
iusmodi differentia procedit tantum in affectionib. a reser
uatione præcedente non prouenientibus, veluti in affe-
ctione, quæ oritur ratione litis. Non obstant in contra-
22 rium deducta: Et primo, quòd † Papa non soleat eadem
beneficia duplici reseruatione onerare, quia hoc procedit
respectu principalis dispositionis non autem reseruationis
à natura rei prouenientis in quandam consequentiã, qua-
lis est ista; statim enim ex quo Papa aliquem creat suum
verum familiarem & perpetuũ commensalem, subintrat
legis dispositio reseruantis eius beneficia; quemadmodũ
creato ciue per priuilegiũ Principis, statim subijcitur one-
ribus, & gaudet prærogatiuis ciuilitatis: & præiudicium
Cardinalium venit in quandam consequentiam, non aũt
principaliter: neque videtur tale, vt de eo sit habenda ra-
tio, cum pauci ex multis familiaribus Cardinalium ingre-
diantur Conclaue, & frequentius illi, qui seruilib. ministe
rijs deseruiunt, quib. non tam de facili conferuntur bene-
ficia. Non obstat, q concurrat vera familiaritas cum ficta,
quia hoc ex supra deductis sublatum fuit, ex quo isti ca-
sus sunt æquiparati, cum Clausula, Sublata; Et quod dedu
citur, q Clausula non capiat fictos familiares, non vide-
tur receptum respectu reseruationis, cum pluries declara-
tum, & decisum fuerit Protonotariorum non participan-
tium beneficia esse reseruata. Non obstat exceptio, de qua
23 in regula; † quia exceptio non facit, vt regula comprehen
dat ea, quę aliàs non facta exceptione sub regula non veni
rent, *l. generaliter. & ibi Bart. de fideius.* familiares autem
Papę et non facta exceptione non venirent in dispositio-
ne regulæ loquentis de familiarib. Cardinalium. Non ob-
stat superfluitas reseruationum beneficiorum officialium
creatorum familiarium, quia non fuit inconueniens spe-
cialiter singulis casib. prouidere saltem ad maiorem cau-
telam, & ad euitandas controuersias. Et quantum ad au-
ctoritates allegatas ex deductis apparet eas magis pro hac
parte facere: nam quæ in materia concordatorum adducũ
tur, particularem habent rationem. Et ita per Dominos
conclusum.

* *In impr. diuers. nouiss. p. 3. lib. 3.*

a Idem fuit dictum in Leodien. Archidiaconatus 15. Maij 1576. coram D. Robusterio, qua in impress. diuers. nouiss. est 303 p. 2.

Romana Exequutionis Laudi.
Die Veneris 19. Decembris 1597.

SVMMARIVM.

1 Aestimationi quanti plurimi quando sit locus propter moram.

2 Aestimatio ad rationem quanti plurimi propter moram, non datur vltra triennium.

3 Obligatio rei in genere non restricta ad certam rem in specie, potest solui in genere, nec potest in tali casu recurri ad aestimationem, nisi in subsidium.

DECISIO MCCLII.

FVit dubitatum ad quam summam debeat estimari pretium grani, pro quo fuit relaxatum mandatum contra Robertum, & Dominis visa fuit materia satis difficilis; nam attento valore grani habiti in terra Gennazzani; & tempore laudi lati contra Robertum, granum tunc valebat ad rationem Iuliorum 38. pro singulis rubris; deinde eius aestimatio creuit, & occasione annorum sterilium factum est, vt aliquando pretium grani pro singulo rubro ascenderet ad scuta duodecim & tredecim, tam Romae, quàm Florentiae, & ad hanc taxam saltem scutorum duo-
1 decim petebat Bonamicus valorem grani liquidari, † cum propter moram sit facienda aestimatio ad rationem quanti plurimi, iuxta tradita per Doctores, & ibi Dec. testatur de communi sub num. 14. in l. vinum, si cert. petat. Alexan. in l. pretia rer. in fine, ad leg. Falcid. Cagnol. in l. 2. num. 75. C. de pact. inter empt. & uē dit. neque fit vis in loco solutionis fiendae, quia non valde refert, quamuis solutio videatur facienda in loco, in quo reus conueniri potest. Alex. in d. l. uin. num. 7. Dec. num. 12. & hic Romae relaxatum fuit mandatum, & hic etiam habitat creditor; Ideoq. hic purganda est mora. Bart. in l. item illi, num. 7. de constit. pec. Verum difficultatem plura faciunt: Et Primò, quia in hac obligatione non est specificatus dies, neque locus solutionis, neque in interpellatione fuit facta talis specificatio; ideo non intrat obligatio ad rationem quanti plurimi, Afflict. dec. 316. Plot. in l. si quando, numer. 18. C. Vnde vi. Item quando rationes sunt intricatae, vel debitum non esset liquidum, cessat ratio quanti plurimi, Bart. in l. q. iod te, col. 1. & 2. si cert. petat. & ibi Iaf. col. 1. & a. num. 8. Plot. ubi supra, in 11. casu. Item dato, quod locum habeat ratio ad
2 quanti plurimi, dubitatur, an possit durare vltra triennium, & hanc difficultatem tradit Surd. decis. 81. per totam, & vult quòd restringatur ad triennium per rationes vrgentes, quas ibi deducit; maximè cum species grani non possit durare & conseruari vltra triennium, & hanc sententiam visa est amplecti Rota in causa Terracinen. Molendini. Socin. cons. 82. num. 27. lib. 4. Curt. sen. cons. 71. num. 9. Aretin. in §. si quis à non domino, num. 7. Instit. de rer. diuis. Nec acceptatio laudi videtur operari, vt post illud tēpus debeat crescere aestimatio vltra primaeuam obligationem, quae non alteratur per laudum, Roman. cons. 103. num. 1. Prete-
3 terea † cum obligatio non sit restricta ad certum granum, quod extet, sed ad granum in genere, potest debitor illud praestare, nec recurritur ad aestimationem, nisi in subsidium, Abb. in c. grauis, num. 22. de restit. spol. & ideo fuit dictum, vt informantes pro Bonamico satisfaciant istis difficultatibus.

Calaguritana Indulti de Vilbao.
Die Veneris 9. Ianuarij 1598.

DECISIO MCCLIII.

FVit resolutum Ecclesiam de Vilbao comprehendi sub indulto fel. rec. Sixti V. non obstantibus iurib. in contrarium deductis, cum enim scopus Sixti in dicto indulto sit facere, vt beneficia dignioribus conferantur, vt patet ex principio dispositiuae; consuetudo Ecclesiae de Vilbao con firmata per Romanos Pontifices, non ita plenè prouidet huic rei, prout indultum praefatum; nam contentatur, quod beneficiandi post tempus quattuor annorum studuerint grammaticae, & per annum musicae cum Baccalaureo gra duato, qui legat in Cathedra, & eius fidē afferant, necnon Cantoris, cum quo resederint, & quòd is, qui prius se praesentauerit cum suis litteris ordinū in dicto Capitulo prius recipiatur in gradu Subdiaconatus, licet alius postea superueniens esset magis idoneus, & idem disponitur de iā receptis in ordine Diaconatus: Ex quibus patet, quòd non semper magis idoneus praefertur, sed seruatur quidam ordo, quem primitiuum appellant ad fauorem prius receptorum, quamuis minus idoneorum, quod directo cōtrariatur Indulto: & quamuis aliquando fiat concursus; tamen id fit tantum in casu particulari, quando plures fuerunt eadem die ordinati, cum tamen ex dispositione Sacri Concilij Tridentini debeat fieri non solum in admissione prima ad Ecclesiam, sed etiam in assequutione beneficij c. 7. sess. 17. & ita per sacram Congregationem fuit resolutū. Nec facit, quòd indultum emanauerit ad tollendos abusus, qui stante hac consuetudine inti communi consorti satis excluduntur, quia illa fuit ratio impulsiua non finalis, quae magis attendi debet, vt dispositio locum habeat.
Non obstat decisio facta in causa Calaguritana de Victo
* ria, * quia ibi plenius per statutum disponebatur. Neque obstat, quòd consuetudo sit confirmata, quia derogatur etiam constitutionibus iuratis & confirmatis in amplissima forma. Postremo melius prouidetur per indultum circa examen vitae & morum, de qua re nihil habetur in statuto Ecclesiae. Ideo conclusum esse recedendum à reso-
a lutis. a

* Sub die 29. Mar. 1591. allegata supra sub die 11. Mar. 1596.
a Sub die Luna 11. Martij 1596.

Tirasonens. Canonicatus.
Die Veneris 9. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 Decretum de dimittendo, non obligat ad dimittendum primum beneficium; nisi post adeptam pacificam possessionem secundi.

2 Ad effectum ut non teneatur quis dimittere primum beneficium, sufficiunt molestiae etiam extraiudiciales & de facto.

DECISIO MCCLIV.

* DOmini steterunt in decisis * etiam circumscripto fun
1 damento scientiae ex solo capite molestiarum, † cum enim prouisus debeat esse in pacifica possessione secundi beneficij, antequam teneatur ex decreto dimittere primum, ita vt sit certus de assequutione secundi, ne detur casus, quòd careat vtroque, c. licet Episcopus, cum ibi nota-
2 tis, de praebend. in 6. ubi Franc. num. 4. † ad hunc effectum sufficiunt molestiae etiam extraiudiciales, & de facto, Paul. de Eleazar. in Clem. Gratiae, & ibi Card. q. 13. & Vitalin. num. 50. de rescript. Gemin. cons. 78. num. 3. Abb. in cap. de multa, num. 16. de praebend. Cassad. decis. 9. de caus. possess. & propr. cum aliis allegatis in causa Toletana Archidiacona-
a tus; a quidquid sit ad effectum interrumpendae possessionis, quo casu molestiae debent esse circa possessionem & fructuum perceptionem, & ad hunc effectum tendūt omnia in contrarium allegata; secùs in casu isto, in quo adest timor, ne quis careat vtroque beneficio, ad notata in cap. si tibi concesso, de praebend. in 6. maximè cum molestiae processerint de facto ipsius aduersarij, qui in Dataria se oppo suit obtinendo, Nihil transeat, & allegando collationem spectare

spectare ad Episcopum, & se ab eo prouisum, & sibi esse faciendam nouam prouisionem, vt bene probant testes. Nec obstat, quòd postea fuerit relaxata prouisio; nam non ideo cessauit molestia aduersarij volentis prosequi ius suum, & iactando se habere prouisionem ab Episcopo, quam etiam aliquibus ostendit: Vnde fuit necesse cōmittere causam super iactationibus & molestationib. contra aduersarium, qui citatus dixit generalia contra, & citatus ad sententiam appellauit, & vltimò expiscatus est istam gratiam, & prosequutus est hanc litem, quæ adhuc durat. Non obstat notorietas non iuris Bernardi ob mensis reseruationem, quia multa in facto poterant turbare hanc reseruationem, uel ratione alternatiuæ, uel ratione simultaneę collationis cum Capitulo. Ideo conclusum nō intrare decretum, & standum esse in decisis.

* *Sub die Veneris 8. Nouemb. 1596. coram bon. mem. Orano.*
a *Quæ habetur superius die Veneris 26. Iun. 1592.*

Aretina Bonorum.
Die Lunæ 12. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non debet esse latior petitorio.*
2 *Fructus non petiti nec in sententia comprehensi in illius exequutionem venire non possunt. & nu. 4.*
3 *Rota non solet exequi sententias extra eam latas; nisi cognito de bono iure partium.*
5 *Clausula, Si quid exequendum, posita in commissione, nullum parit effectum, quando nihil est exequendum.*

DECISIO MCCLV.

Domini ex multis dixerunt non esse locum exequutioni respectu fructuum; nam sententiæ, quarum vigore petitur exequutio, sunt latæ in confirmationem mandati de associando ad possessionem bonorum, de quibus agitur, obtenti à Vicario Aretino, in vim cuius idem Vicarius fecit præceptum laboratoribus & colonis, ne responderent Taccijs de fructibus, & hoc est mandatum, quod confirmatum est per Marinellum & Nuncium: Vnde cū in dicto mandato non fuerint condemnati Taccij ad fructus, nec fuerint petiti à monasterio contra Taccios, non
1 †debet sententia esse latior petitorio, *l. ut fundus, com. diuid. c. licet, de ss. non. Bald. in l. terminato, num. 7. C. de fruct. & lit. expens. l. ab exequutione, C. quor. appell. non recip.* Vn-
2 de†cum non fuerint petiti, neque etiam fuerint in sententijs comprehensi, & consequenter in illarum exequutionem venire non possunt, *Dec. consilio 43. num. 4. & 521. num. 2. Natta, cons. 112.* & super illis instituendum est nouum iudicium, *Abb. in c. grauis, numer. 20. de restit. spol. & ibi Aegid. num. 39. Cassan. cons. 21. num. 62.* quòd maximè dicendum est, cum sententia Vicarij non condemnet Taccios, sed præseruet vtrique parti ius illæsum etiam quo ad
3 possessionem. *Marsil. sing. 17.* † Præterea, Rota non solet exequi sententias extra eam latas, nisi cognito de bono iure partium; Vnde cum hæc prætensio pendeat a iustitia dicti mandati, necesse est prius de eo gustare, vt est stylus noster. Non obstat alia sententia Vicarij Aretini, in qua Taccij condemnantur ad fructus, quia ab illa pendet ap-
4 pellatio. † Non obstat, quòd Eremitæ habuerint mandatum de manutenendo; quia in hoc iudicio si fructus extant, possunt peti, secus si non extant, vel petiti nō fuerint, vel iudex non condemnauit. Nec obstat, quòd sententia dicat non retardata exequutione sententiæ Nuncij, etiam quo ad fructus, quia in sententia Nuncij nulla fiat mētio fructuum. Non obstat, quòd Taccij renunciauerint iudicio possessorio per compromissionem allegatam; tum quia hoc non ampliat iudicium illud, ita ut contineat id, de quo non fuit facta mentio; tum etiam quia super hoc non dum fuit cognitum, & pendet dubium disputandū super
5 hoc articulo: † Vnde cum nihil sit exequendum, Clausula, Si quid exequendum, in commissione posita, nullum parit effectum, maximè etiam cum nulla præcesserit liquidatio. Quare conclusum non esse locum exequutioni.

Zamorens. Canonicatus de Thoro.
Die Lunæ 12. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Quòd Ecclesia sit Collegiata ex quibus signis colligatur.*
2 *Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ requirit personalem residentiam.*
3 *Per assequutionem secundi incompatibilis, vacat primum.*
4 *Canonici Collegiatarum cogi debent inseruire per se, nec possunt per substitutum.*

DECISIO MCCLVI.

Fvit resolutum satis constare de incompatibilitate ad effectum iustificationis gratiæ Antonij: nam cum probetur Ecclesiam de Thoro esse Collegiatam, & habere Canonicos, vt patet ex statuto antiquissimo anni 1493. quod in alijs statutis recentioribus est repetitū, habeatq;
1 † Arcam & sigillum, quæ sunt signa Ecclesiæ Collegiatæ, *Alex. cons. 75. num. 2. lib. 4. Tib. Decian. cons. 6. numero 2. lib. 2.* ex quibus omnibus probatur sufficienter, eam esse Collegiatam, *vt per Innoc. in c. postulasti, de iure patr. Ioan. Andr. Hostiens. Abb. & alij, in c. nobis, eod. tit. & fuit dictū coram Illustriss. Mantica, in Placentina Præpositura, 12.*
2 *Februarij 1596.* Vltra testes idem deponentes † sequitur huiusmodi Canonicatum requirere personalem residētiam *ex decreto sacri Concilij Tridentini, sess. 24. c. 12. §. præterea obtinentibus. Alphons. Mohed. de incompatib. benef. parte 1. c. 17. num. 3.* Cumq; probetur Petrum pacificè possidere Canonicatum in dicta Ecclesia, & parochialem Sanctæ Mariæ del Portali, vt bene concludunt testes, sequitur eū possidere duo incompatibilia, quia vtrumque requirit
3 personalem residentiam: † Vnde per assequutionem secundi vacat primum, vt sæpius in Rota fuit decisum. Neque obstat, quòd in ista Ecclesia fortasse solitum sit de-
4 seruiri per substitutum, quia † Congregatio Concilij censuit cogendos Canonicos Collegiatarum ad inseruiendū per se, non per substitutum, *Mohed. illud. num. 44.* Et ideo conclusum, iustificatam esse gratiam respectu incompatibilitatis.

Leodiens. Hæreditatis.
Die Veneris 16. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Non habens titulum aliquem, non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem, & num. 3.*
2 *Per donationem bonorum maternorum non intelliguntur donata paterna, etiam quòd in donatione adsit Clausula generalis præseruatiua legitimæ successionis filij post obitum parentum.*

DECISIO MCCLVII.

Fvit resolutum scripturam donationis non suffragari Dominis de Dans ad effectum impediendi immissionem petitam à Dominis de Ghmes: nam primo Domini de Glimes actores, nihil prætendunt in bonis maternis donatis Iacobo, sed tantum in bonis paternis, nempe Erardi patris Iacobi vigore testamenti per eum conditi, & cum
1 † respectu dictorum bonorum paternorum Domini de Dans nullum habeant titulum, eos non esse legitimos contradictores ad impediēdam immissionem, ad tradita per *Doct. in l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Quod aūt ex donatio-
2 ne nullū habeant in istis bonis titulū, satis cōstare† ex quo in

in enumeratione bonorum, quæ donantur, adest Clausula; Et generaliter omnia & singula bona, vbicunque situa ra, procedentia ex parte materna Iacobi, q̄ verba manifestè restringunt donationem ad bona materna. Neque obstat, quod postea dicatur; Declarans prædictus N. quòd pro suo filio Iacobo vti hęrede vnico, deuoluentur, & spectabunt omnia bona mobilia, & immobilia, quæ repetientur post obitum suorum parentum, quia per hęc verba potius præseruatur legitima successio filij, quàm donentur oia bona eidem; si n. talis fuisset donatoris intentio, vtique inutilis fuisset prior illa enumeratio bonorum maternorum, cum vnico verbo potuisset fieri donatio omnium bonorum tam paternorum, quàm maternorum; & hanc interpretationem comprobat obseruantia subsequuta, cū Erardus de istis bonis in testamento disposuerit, ac filio substitutos dederit, dictaq. substitutio in personam Annæ sororis Erardi, à qua causam habent Domini de Dans, locum habuerit, non obstante testamento Iacobi in fauorem suę vxoris condito, & hinc est, quòd in præcedenti causæ posi
* tione * fuit dictum restitutionem iam semel fuisse factam d. Annæ; Ideo non esse amplius faciendam. Ex persona verò Annæ prædictæ nullum ius competit Dominis de Dās in istis bonis, cum ei fuerint substituti proximiores de linea de Glimes: Vnde fit † vt omni titulo destituti sint
3 Domini de Dans; Ideoq; non possunt impedire immissionem, *Goz ad. consil. 93. num. 5. Roland. consil. 2. in fine lib. 3.* neque ex sola possessione iuuari possunt, cum eam nacti fuerint post obitum testatoris *vt per Doctores in locis citatis.* Postremo dicta interpretatio scripturæ donationis optimè comprobatur ex verbis testamenti Erardi, qui cū faciat mentionem bonorum maternorum, vult quod de illis disponat Iacobus pro libito & arbitrio suo, quando quidem illa fuerunt in subsidium matrimonij D. Iacobo eorum filio data, quæ verba declarant apertissimè donationem de his tantum bonis factam fuisse. Et ex his conclusum pro immissione.

* *Sub die 27. Ianuarij anni præteriti 1597.*

Tullens. Prætensi matrimonij.
Die Veneris 16. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Non potest quis compelli ad exequutionem sponsaliorū, stante iusta causa non adimplendi, & iusta causa est timor exhæredationis parentum, vt num. sequen.*

3 *Papa, qui habuit notitiam decreti & litis pendentiæ coram alio iudice, signando commissionem, causam ab eo iudice auocare censetur.*

DECISIO MCCLVIII.

Domini sine vlla difficultate censuerunt commissiones suffragari Domino Ioanni Vallcæ ad effectum imponendi perpetuum silentium parti aduersæ, cui iuxta earum penultimæ tenorem fuit præfixus terminus ad transportandum acta, quæ non transportauit hactenus; Ideo non verificantur obiectiones, quæ fiunt non fuisse latam sententiam à Bisuntino, neque fuisse interpositam appellationem *ad decis. Aegid. 100. Coputaq. 129. lib. 1. Cæsar. de Grass. 2. de rescript.* quia cum de istis constare non posset, nisi per actorum productionem, quæ ex forma rescripti incumbebat Annæ, sibi imputet si non produxit, *c. constitutus, in princ. de rescript.* sed neque productio releuaret, cū commissio, cuius vigore instat procedi Ioannes, non fundetur in appellatione, sed in pēdentia litis in Rota, de qua constat ex lectura commissionum, & in negotio huiusmo
1 di pars aduersa non fouet bonum ius † cum ipse non possit compelli ad exequutionem sponsaliorum prętēsorum, ex quo exstat causa iusta non adimplendi, *vt habetur in c. requisiuit, de sponsal. Gabr. consil. 188. num. 7. & 8. lib. 2.*
2 † quia parentes Ioannis eum exhæredare volunt, casu quo tale matrimonium contraheret, iuxta statutum Lotharingię, quæ causa visa est releuans ad recusationem implementi sponsalium *in causa Tullens. matrimonij coram*
* *R. P. D. meo Penia,* * & super hac materia plures aliæ in Rota fuerunt factæ decisiones, quæ referuntur per infor-
a mantes. *a* Neque obstant deducta contra commissiones, quia cessant stante vltima commissione proposita in plena Signatura Sanctissimi, in qua hęc omnia deducta, & reiecta fuerunt, *Felin. in c. nonnulli, §. sunt et alij, uers. tertio*
3 *uidetur. de rescript.* † & nihilominus satis est, quòd Papa habuerit notitiam decreti prouisionalis, & litis pendentię coram Bisuntio; nam rescriptum hoc casu habet vim auocationis, quatenus opus esset, *Rota decis. 2. de appell. 11. in nou. Felin. in c. super litteris, n. 12. de rescript.* Non obstat, quòd Anna nolit vti vltima cōmissione, quia Ioannes procedit in vim præcedentis. Quare conclusum pro impositione perpetui silentij.

* *Sub die 13. Maij 1556.*

a Idem fuit dictum supra in Toletana matrimonij, Veneris 27. Ian. 1595. & in Romana matrimonij 15. Feb. 1588 coram bon. mem. Orano, quod procedit etiam si sponsalia sint iurata, Ruin. consil. 203. num. 5. vers. & plus etiā dico lib. 1. Doct. communiter, in c. requisiuit, de sponsal. Sum. Siluestr. in verbo sponsalia nu. 10. & fuit dictum coram S. D. Clemente VIII. in Valentina matrimonij. 6. Feb. 1579. qua in impr. diuers. nouiss. est 497. p. 1. & in Hispalen. sponsalium de anno 1580. coram D. de Rubeis.

Tudertina Pecuniaria.
Die Lunæ 19. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Rota nunquam de stylo exequitur sententias aliorum iudicum, nisi cognito de bono iure.*

2 *Minor non potest constituere procuratorem sine auctoritate tutoris, aut curatoris, vel decreto iudicis cōpetētis.*

3 *Sententia ex falsis instrumentis lata, est nulla, maximè in ciuilibus.*

4 *Suspicio falsitatis in ciuilibus pro falsitate habetur.*

5 *Sententia non afficit non citatum; nisi verisimiliter eius notitiam habuerit, ex quibus autem probetur notitia, vide num. seq.*

DECISIO MCCLIX.

1 Fuit resolutum † non esse locum exequutioni sententiæ extra Rotam latę, cum sit inueteratus stylus Rotę, vt non exequatur sententias aliorum iudicum nisi cognito de bono iure, *ad decis. Mohedan. 148. & 319.* Non solum autem dici non potest constare de bono iure, vt potius multa in contrarium considerata fuerint, ex quibus multum redditur turbida materia ex parte actoris; Primò, quia apparet de nullitate sententiæ saltem respectu vnius ex reis conuentis, qui erat tunc temporis minor,
2 † nec poterat constituere procuratorem sine auctoritate tutoris aut curatoris vel decreto iudicis competentis, *l. neque. §. pupillus, l. non eo minus, C. de procurat.* Secundò, quia contra apocham, super qua fundata est sententia, latę fuerunt tres sententiæ declarantes eam esse falsam, & condemnatus Momus ad Triremes, qui est ille, qui asserebat se repetisse hanc scripturam inter scripturas sui
3 patris; Vnde † sententia tamquam ex falsis instrumentis lata est nulla, *l. 1. C. si ex falsis instr. Iass. in l. Diuus. n. 5. de*
4 *re iudic. Felin. in c. licet causam. n. 31. de probation.* † maximè in ciuilibus, vbi suspicio falsitatis p falsitate habetur, *Dec. cons. 195. n. 2. Aymo, consil. 134. n. 26. Curt. iu. consil. 64.*
* *n. 5. Silu. cons. 7. cum similib.* * Neque obstat, quòd † senten
5 tiæ non afficiant D. Alexandrū non citatum, *Ang. in l. Imperator, n. 2. de statu hom.* quia satis est illum verisimiliter earum notitiam habuisse, *l. sæpe, §. sed scientibus, de re iudic.*
6 *Ang. in l. Lucius, n. 2. de his qui n. & inf.* Notitia verò deducitur ex eo, q̄ acta fuit cā cum ijsdem procuratore & Aduo,

 catis,

catis, qui causam egerunt coram Auditore Cameræ nomine D. Alexandri, facit *Cassad. decis. 2. nu. 3. de iudic.* Militant etiam suspiciones contra apocham, tam ratione inuerisimilitudinis, quæ oritur ex eo quòd si pecunia, de qua agitur, fuit deposita penes Vngarettum, id peruenisset ad notitiam eorum, quorum intererat, qui tanto tempore non tacuissent, si verò fuit furto subtracta, non est verisimile, quòd de ea re fuerit confecta apocha, ex qua iuuari non poterat Vngarettus. Neque etiam videtur legitimè recognita; & constituta Hieronymi eam etiam reddunt magis suspectam. Vnde cum ista requirant diligentiorem discussionem, Domini vnanimiter censuerunt non esse locum exequutioni.

* *Et facit idem Dec. cons. 189. n. 2. & 602. n. 9. & 615. n. 10. in fin. & in c. porrecta, de confir. vtil. Anchar. in familiar. q. 73. part. 1.*

Hostunens. Capellæ.
Die Lunæ 29. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua Papæ non informati non attenditur.*

DECISIO MCCLX.

FVit per Dominos conclusum, statum antiquum huius Capellæ ab initio fundationis fuisse, vt in ea instituerentur quattuor Capellani; nam hoc manifestè colligitur ex verbis fundationis, vbi ordinatur, vt Episcopi post constructionem eligant, ordinent, & statuant fratrem Iacobum, & tres alios ad eorum arbitrium in Capellanos dictæ Capellæ. Non obstat, quòd testator voluerit, vt frater Iacobus sit primus & caput; quia ista præeminentia magis respicit personam quàm Ecclesiam; cum ibi ipse non præferatur in aliquo ministerio, vel administratione, vel redditum distributione cæteris Concapellanis, & confirmatur inspecta institutione per Archiepiscopum
1 Brundusinum facta vigore litterarum Martini; † quarum narratiua vti à non informato non attenditur, sed id, quòd exequutor fecit capta informatione ad id necessaria. Accedit etiam obseruantia ex præsentatione facta vnius Capellani in locum demortui ab Episcopo, & institutione subsequuta, quemadmodum etiam in fundatione cauetur, quæ non est restricta ad vnum solum, sed respicit pariformiter omnes: Tamen, quia postea fuit aliter obseruatum, vt ex aduerso deducitur, Domini volunt, vt uideatur, An iste status suffragetur Triario ad effectum, de quo agitur.

Burgens. Iuris conferendi, de Cardenas.
Die Veneris, 23. Ianuarij, 1598.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit docere de mandato etiam post sententiam, quando prius non fuit oppositum.*
2 *Testimonium petitum de appellatione interposita, ex vsu Hispaniarum deseruit loco apostolorum testimonialiũ.*
3 *Sententia antiqua licet non sit in forma probanti, parte non opponente confirmari potest.*
4 *Exceptio nullitatis semper opponi debet, aliàs censetur ab ea recessum.*
5 *Sententia, quæ ex actis non iustificatur dicitur notoriè nulla, nec transitum facit in iudicatum ex inueterata Rotæ obseruantia.*

DECISIO MCCLXI.

FVit pro parte Abbatis & Monachorum S. Petri de Cardenas oppositum de nullitate aduersus sententiam Rotalem * ex pluribus capitibus. Primum, ex defectu mandati Francisci Vani comparêtis pro Archiepiscopo. Secundum, ex defectu iurisdictionis, eo quòd fuit pronunciatum, uti in causa appellationis; cum tamen de ea constet. Tertium, ex eo quòd sententia Rotalis confirmat sententiam Prouisoris Burgens. quę erat nulla ex defectu citationis. Quartum, quia deserta erat causa appellationis ob non prorogationem fatalium. His tamen non obstantibus fuit per Dominos conclusum pro ualiditate dictę sen-
1 tentiæ: nam quantum ad primum defectum, † licet mandatum ante sententiam non fuerit productum, tamen cũ non fuerit oppositum, sufficit ad sustinendam sententiam, quòd de eo postea constet, *Rota decis. 19. de procur. in antiq. Put. decis. 583. lib. 2. Aymo, cons. 108. & sæpe fuit in Rota decisum ut in Anconitana pecuniaria, 25. Maii 1587.* coram R. P. D. meo Pamphilio. Secundus defectus non Iu-
2 risdictionis, non obstat: quia ex facto tollitur, † cum fuerit appellatum, & petitum testimonium de appellatione interposita, quod deseruit loco apostolorum testimonialiũ, & sustinetur ex vsu Hispaniarum, prout in multis caussis obseruatum fuit. Tertius defectus non obstat: dato enim quòd sententia Prouisoris Burgensis, fuerit nulla, quod tamen negatur, cum dicatur lata instante procuratore monasterij: tamen cum esset iusta, ex quo de iure communi Archiepiscopus habet fundatam intentionem in to-
3 ta Diœcesi, & † sententia antiquissima coram eo producta non erat in forma probanti: vtique potuit confirmari parte non opponente, *Alex. cons. 79. num. 1. & 122. num. 15. lib. 2. Gabr. cons. 49. num. 5. lib. 1.* Quòd autem non fuerit oppositum de nullitate in Rota, quidquid actum fuerit in partibus in alia instantia, patet ex reuolutione pro-
4 cessus, & † tamen hic quoque repetenda erat oppositio, aliàs ab ea recessum censetur, *Put. decis. 218. lib. 2.* Quartus defectus desertionis instantiæ tollitur ex eo, quòd in caussa appellationis coram Palentino pro parte Abbatis
5 nihil fuit deductum, ex quo iustificaretur ius ipsius: † & ideo sententia fuit notoriè nulla ex inueterata Rotæ obseruantia, quę tenet sententiam, quæ non iustificatur ex actis, esse nullam, *Put. decis. 596. lib. 1. in una Toletana, in manuscript. quia in impress. est corrupta:* Ideo non potuit facere transitum in iudicatum, *cap. inter cæteras, cum ibi no-*
a *tatis, de rescript.* a Et ita conclusum pro sententiæ vali-
b ditate. b

* *Qua per bon. mem. Gipsium 7. Iulij anni præteriti lata fuit.*
a *Adde Paris. cons. 51. num. 44. lib. 1.*
b *Iuxta l. fin. C. de sen. quæ sin. cer. quant. prof. Felin. in c. inter monasteria rium, de iudic. & fuit dictum sup. die 18. May 1590. in causa Hispal. fructuum.*

Calaguritana Spolij panis.
Die Veneris 23. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Actio spolij transit contra quoscumque successores, ad quos res ipsa peruenit.*
2 *Actio in rem scripta, datur contra singulares successores, non quia successores, sed quia possessores.*
3 *Ingrediens possessionem lite pendente, non habetur pro possessore ante litem, nec illa se tueri potest.*
4 *Filius præsumitur hæres.*
5 *Bona in dubio præsumuntur allodialia.*
6 *Excipiens se alio titulo possidere quàm hæredis, debet concludenter docere.*
7 *Reus in sua exceptione pro actore reputatur.*

DECISIO MCCLXII.

FVit resolutum Dominos Inicum & Catharinam teneri ad probandum allegatum Maioricatum, cũ enim actum fuerit spolio contra Comitem, vti possessorem de-
1 cimarum, quarum ratione panis debebatur; † hęc actio transit contra quoscumque successores, ad quos res ipsa peruenit, cum sua causa, & sic cum vitio spolij, *Ripa, in c. sæpe, de restit. spol. n. 19.* ideo debent docere de causa eorum possessionis, quæ excludat agentes, vt fuit resolutum

coram

coram bon.mem.Lauretano, in una Hispalen. de Vitalba, 18.
Iunij, 1582. & in hac causa coram Reuerendiss. Comitulo, 25.
Iunij 1590. † cum simus in actione, in rem scripta, *Socin.in*
l.rem quæ nobis, num.10. de acquir. poss. quæ datur contra
singulares successores, non quia successores, sed quia possi
dent, *Rip.in l.1.§.si hæres, num.9. ad Trebell. Put. decis.28.de*
restit.spol. & 151 lib.3. Mohedan. decis.40. aliàs 3. eod. tit.
Guid. Pap. decis.619. Non obstat potissimum fundamen-
tum pro contraria parte consideratum, quòd contra Ini-
cum & Catharinam non fuit probatum spolium, cum sen
tentiæ latæ contra Comitem seniorem eos non afficiant,
2 vt fuit resolutum, *a* quia † cum ipsi non essent posses-
3 sores Maioricatus ante litem motam, sed ingressi sint
possessionem lite pendente, non possunt sese hac possessio-
ne tueri, *Crescent. de sentent. & re iudic. decis.19. Couarr.*
pract. quæst. cap.15. numero 7. & per consequens non re-
leuat, quod dicitur Catharinam repudiasse hæreditatem
patris, quia contra eam non agitur vti hæredem, sed uti
possessorem decimarum, quarum ratione debetur panis
beneficiatis, & ex quo habet contra se præsumptionem iu
4 ris, tam respectu successionis, † quia filius præsumitur
5 hæres, quàm qualitatis bonorum, † quæ in dubio præ-
sumuntur allodialia, *Abb.in cap. quia uerisimile, numer.2.*
de præsumpt. Dec. consilio 105. numero 4. Aymo, cons.98. nu.
3. nec iuuat eam instrumētum repudiationis hæreditatis,
6 ex quo se immiscuit bonis per patrem possessis: † Vnde
excipiendo se alio titulo possidere, debet docere de titulo
7 concludenter, † cum reus in sua exceptione uti actor re-
putetur. Nec releuat, si dicatur non probari, quòd Ca-
tharina se immiscuerit hæreditati, & quòd possideat ista
bona, quia in omnem casum non potest sese opponere
exequutioni, non quia sese immiscuit, & possidet, per su-
pra deducta, neque si non possidet; cum cesset eius inte-
resse, quod deducitur ex possessione.

a Sup. sub die Veneris 3. Nouemb. 1595. & Luna 10. Nouemb. 1597. & prius coram bon.mem. Orano. 6. Dec. 1593.

Vercellens. Capellæ.
Die Mercurij 28. Ianuarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Prouisio Apostolica concurrens cum prouisione Ordinarij sub eadem data præualet, maximè concurrentibus reseruationibus; secùs est, ut num. seq.*
2 *Ius patronatus laicorum non cadit sub reseruationibus Apostolicis.*
3 *Per præseruationem iuris alteri quæsiti, non solum præseruatur ius in re, sed etiam ad rem.*
4 *Per præsentationem dicitur ius quæsitum præsentato ad beneficium, ita ut prouiso Apostolico sit præferendus.*
5 *Derogatio Iuris patronatus in totum in prouisione Apostolica nihil operatur, si gratia sit post præsentationem patronorum obtenta.*

DECISIO MCCLXIII.

Consului Dominos meos in Rota vltima memorialiū
1 Carnispriuij super hoc dubio: † Quænam duarum
prouisionum præualeret, quarum altera facta fuerat ab
Episcopo in partibus: Altera verò à S. D. N. in Curia sub
eadem data, & is per cuius obitū vacabat, obierat in Cu-
ria, & erat olim familiaris bon.mem. Cardinalis Sarnani.
Quibus stantibus, videbatur dicendum propter duplicem
reseruationem, & propter concurrentiam datæ esse præfe
rendum prouisum Apostolicum: Tamen contrarium Do-
mini censuerunt, quia expeditum erat, & sine controuer-
2 sia hoc beneficium esse iuris patronatus laicorum; † &
ideo non cadere sub reseruationibus Apostolicis. Quantū
verò ad datam, quamuis præferatur Apostolica; tamen
semper intelligitur, nisi tempore datæ fuerit alteri ius
3 quæsitum, † per quam præseruationem non solum præser-
uatur ius in re, sed etiam ad rem, *Rota decis.17. de præbend.*
in non. Vnde cum ante prouisionem Papæ, cum qua con-
currit data institutionis, Spinellus fuisset per diem ante
4 præsentatus à patronis, † per hanc præsentationem fuit
ei tale ius quæsitum ad rem, ut debeat præferri prouiso
5 Apostolico. † Neque obstare, quòd in gratia prouisi Apo
stolici adesset derogatio in totum Iuris patronatus, quia
cum talis gratia sit post præsentationem patronorum, per
quam fuit præsentato ius quæsitum, ea nihil operatur. Et
ita per Dominos conclusum.

Colimbriens. Pensionum.
Die Mercurij 11. Februarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *In reseruatione pensionis super beneficio Iuris patronatus, non est necessarius consensus patroni.*
2 *Illegitimus non est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus; & dispensatus ad clericatum non indiget aliqua dispensatione ad pensiones obtinendas.*

DECISIO MCCLXIV.

Fvit conclusum per Dominos translationem pensionū,
de quibus agitur, fuisse validam; nam constat de facul-
tate transferendi in reseruatione pensionis, & hoc non
obstante Clausula, Accedente consensu patroni, quia est
referenda ad resignationem & collationem tituli, vt pa-
tet ex lectura, cum illa verba posita sint in Clausula sepa-
rata; & suadetur ex eo, quòd in collatione beneficiorum
de iure patronatus, solet hæc Clausula poni, non autem in
1 † reseruatione pensionis, in qua non est necessarius con-
sensus patroni, *vt per Gigant. de pension. q.23. nu.8. Cassad.*
decis.3. de iure patr. Rebuff. in 3. part. signat. in verbo, necnon
iuris patr. nu.28. & bene per Gambar. de offic. & potest. Le-
gat. lib.6. tit. de pension. num.94. cum sequentib. Non obstat,
quod opponitur de inhabilitate Ioannis, ex quo in cleri-
catu enunciatur illegitimus, quia sæpius fuit decisum;
2 † Illegitimum non esse inhabilem ad obtinendam pen-
sionem, nisi ratione clericatus: & ideo dispensatus ad cle
ricatū, non indiget aliqua dispensatione ad pensiones ob-
tinendas, *& ita fuit decisum in causa Veronen. pensionis,*
coram bon.mem. Robusterio. 3. Iunij, 1572. Sarnens. de An-
nalis quæst.21 latè Paleot. de noth. & spur. q.58. ubi reprobat
Gigant. quæst.16. qui contrarium tenet. Idem fuit resolutum
in causa Legionen. seu Zamorens. pensionis, coram eodem Ro-
busterio 11. Octobr. 1577. & in d. causa Veronens. pensionis,
& in alia Cæsaraugustana pensionis, coram R. P. D. meo
Gipsio, 19. Februarij, 1590. Respectu verò Quirini alterius
translatarij, res caret prorsus omni difficultate, cum ipse
habeat Clericatum à suo Ordinario recognitum per tres
testes datos in memoriali. Ideo conclusum pro ualiditate
translationis pensionum.

Leodiens. Hæreditatis.
Die Veneris 10. Februarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Positi in conditione non censentur uocati.*

DECISIO MCCLXV.

Domini dixerunt ea, quæ per Dominos de Dans, in
dubium reuocantur aduersus decisiones matura di-
* scussione præcedenti factas, * non releuare; nam quod
Primò deducitur, donationem esse de omnibus bonis tā
maternis, quàm paternis, est contra uerba expressa dona-
tionis, quæ restringit se ad bona materna. Nec facit
alia Clausula, in qua habetur, quòd ad suum filium deuol
uentur, & spectabunt omnia & singula alia mobilia &
immobilia, quę reperiuntur post obitū suorū parentum

quia in hac parte pater voluit præseruare filio successionem uniuersalem in alijs bonis ab intestato. Quod arguitur ex alia decisione, facit, vt hæc Clausula, non possit intelligi de bonis prius in donatione specificatis, neque est inconueniens, quod ad inducendum parentes mulieris ad conueniendum & contrahendum matrimonium, ostentaretur eis spes futuræ amplæ successionis, cum etiam in
1 iure habeamus, † testatorem ponentem in conditione nepotes suos, non censeri eos vocare, sed præseruare ipsis successionem ab intestato, vt tradunt *Doctores, in l. Lucius, de hæred. instit.* & hoc comprobatur manifestissimè ex laudo, in quo Anna immittitur in possessionem bonorum Erardi, non ratione donationis, sed testamenti & successionis; cum præseruentur Legitima & Trebellianica ad fauorem hæredis Iacobi, quæ detractiones non fiunt, nisi in restitutione fideicõmissarij expressè in laudo canonizata. Quod dicitur de legitimatione personarum, iam per alias decisiones fuit sublatum: Et satis est, quod non compareat aliquis de Glimes, qui prætendat se esse proximiorem istis Dominis Agentibus. Quod opponitur testamentum non esse in forma probanti, non subsistit: nam vltra bene deducta in facto circa eius iteratas productiones, satis eius fides comprobatur ex obseruantia subsequuta vigore compromissi, & laudi acceptati per Anniam authricem Dominorum de Dans, cuius factum impugnare non possunt, *l. cum à matre, C. de rei uendic.* Ad alia satisfactum est abundè in decisionibus factis, à quibus conclusum fuit non esse recedendum.

* *Sub die Lunæ 27. Ian. 1597. & Veneris 16. Ianuarij proximè preter.*

Pampilonens. Parochialis de Hyrache.
Die Veneris 20. Februarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata à iudice recusato quando sit nulla.*

DECISIO MCCLXVI.

1 DOmini censuerunt, † sententiam Metropolitani esse nullam, quia lata à iudice recusato pendente termino pro deputatione arbitrorum, & nemine instante, ac nimis properanter actis non visis, vt fuit resolutum coram R.P.D. meo Fenia in vna Comens. Capellaniæ 25. Ianuarij, 1592. & in hoc nulla habita fuit difficultas. Quantum verò ad iustitiam, dixerunt totum negotium pendere ab inspectione illa, penes quem resideat cura animarum; nã si residet penes Abbatem, clara est iniustitia sentẽtiarum, sin minus, tantum præscriptum quantum possessum; Ideo mandarunt, vt videatur, penes quem residcat cura, dato super hoc dubio particulari.

Parmens. Status.
Die Lunæ 23. Februarij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia interpretari debet, ut conueniat cum petitione.*
2 *Subornatio testium an sit concludenter probanda ubi ciuiliter agitur, & num. seq.*
3 *In ciuilibus suspicio falsitatis pro falsitate habetur; et ideo probatur indicijs & coniecturis, maximè in materia difficilis probationis.*
4 *Ex coniecturis & præsumptionibus aliquando elicitur uera & concludens probatio; sed quales sint & esse debeant, arbitrarium est Iudici.*
5 *Declaratur decisio Cæsar. de Graff. 11. de restit. in integr.*

DECISIO MCCLXVII.

CAusa iterum super articulo prætensæ subornationis proposita, Domini censuerunt non esse recedendum à resolutis; * nam sequendo ordinem decisionis, id quod deducitur contra sententiam absolutoriam, nempè in ea non fuisse comprehensum Sigismundum, ex quo declinaretur totum; quamuis replicari possit fuisse in petitione sententiæ instatum, vt causa expediretur, & Iudex absolueret ipsos Pallauicinos ab accusatione, & contentis in inqui-
1 sitione, & processu, † ex qua generalitate, videtur sententiam interpretandam esse, vt conueniat cum petitione: Tamen dato etiam quòd Sigismundus non esset comprehensus; nihilominus, per sententiam tollitur omnis suspicio subornationis, ex quo in querela non solum accusatus fuit de hac prætensa subornatione Sigismundus; sed etiã Pallauicinus, &c. testes examinati de vtroque deposuerunt, prout explicitè deducti fuerunt à Domino procuratore in prima informatione facti data sub die 15. Decembris, in vers. primo facta fuit subornatio per Sigismundum & Pallauicinum: & subduntur testium dicta, nempe, Ioannis, Petri Antonij, Galeatij, Francisci Mariæ, & Facini, qui omnes deponunt de omnibus Pallauicinis, inter quos nominatim primus & vltimus deponunt de Pallauicino, quem tamen negare non possumus fuisse in dicta sententia absolutoria comprehensum; & ideo tollitur fundamentum, quod fit in clericatu Sigismundi; nam si subornatio erat facta etiam per Pallauicinum, ipse veniebat condemnandus non absoluendus: Prætereà placuit dilemma consideratum per vnum ex Dominis Aduocatis, quòd aut Sigismundus erat comprehensus in sententia, & habet pro se absolutoriam; aut non est comprehensus, quia clericus, & totus processus contra eum ex defectu iurisdictionis est nullus, & nihil probat. Secũdum fundamentum decisionis super materia subornationis,
2 † quæ tanquam criminalis &c. odiosa probanda est per probationes concludentes, impugnatur ex eo, quòd in
3 ciuilibus sufficiunt præsumptiones, cum suspicio falsitatis pro falsitate habeatur, ideo probatur indicijs & coniecturis, *vt per Guid. Pap. cons. 75.* quòd maximè locum habet in materia difficilis probationis; *l. consensu, C. de repud. So-*
a *cin. cons. 11. num. 6. lib. 3. Natta, cons. 114. num. 5.* a Verum fuit dictum per Dominos hanc materiam fuisse diligẽter
b discussam in causa *Casalen. Præpositura.* b & in ea fuisse conclusum requiri plenam & concludentem probationẽ, licet non requiratur exactissima illa, quæ est necessaria in
4 causa criminali: † Nec negatur ex coniecturis & præsumptionibus aliquando elici veram & concludentem probationem, sed quales sint, & esse debeant, pendet à iudicis arbitrio; & ideo hæc decisio allegata per Rangonos, contra
5 eos facit; non enim verum est, quod † vbi testes post primum examen alloquuti sunt partem, contra quam deposuerunt, si deinde contrarium deponunt eius, quod deposuerunt, præsumantur subornati ad effectum, ut subornatio censeatur probata cõtra partem aduersam, neque hoc dicit *decisio Cæsar. de Graff. 11. de restit. in integr.* sed tãtum ad effectum, vt testi non credatur id, quod deponit in secundo dicto, aliàs sequeretur absurdum manifestissimũ, nempè, quòd ex tacita præsumptione subornationis, maior oriretur probatio, quàm ex explicita & formali depositione subornationis, de qua testis deponeret; cum tamen ei non credatur; vt ex pluribus auctoritatibus conclusum fuit in decisione, quibus addi potest *Clar. in praxi Crimin. in verb. falsum, num. 5. ubi testatur de communi*, & quòd neque etiam faciũt indicium, pluribus tenet *Bertazol. consil. 61. nu. 13. lib. 1. criminal. post Marsil. cons. 78. numer. 10.* Nec contrarium tenet *Cephal. cons. 234. num. 19. lib. 2. Roland. cons. 16. nu. 11. lib. 1. & Dec. cons. 189. num. 13.* quia nõ agunt de probanda subornatione, sed de alia quæstione, cui dicto testis ita variantis sit standum, qui non est casus noster; non enim agimus de probatione testium in negotio; in quo deposuerunt, sed de probatione subornationis. Non obstat carceratio in Castro Vatani, quia præcedebat iam querela, & inquisitio contra istos testes, & indicis mandatum, & periculum, ne subtraherentur a

Ludoui-

Ludouico, qui erat potens, & sublata iam fuit dicta suspicio, ex eo quòd iam isti dixerunt nonnullis, se non reperire confessorem, quæ omnia aliàs deducta fuerunt. Quæ deducuntur ex Baldo quem referunt *Roman. Singul. 330. & Bero. q. 58. num. 4.* fuerunt aliàs sublata in decisione data. c Nec releuant, quæ dicuntur de alijs subornatoribus, cum neque contra eos fuerit querelatum neque processũ, & hæc omnia procedunt ex eodem fonte, nempè, ex depositione testium, quibus fides nullatenus est in hoc adhibenda. Cetera uisa fuerunt Dominis leuia, & sæpius recensita, & per decisiones & informationes sublata. Ideo conclusum esse standum in resolutis.

* *Sub die Lunæ 15. Decemb. anni præteriti.*
a *Et fuit dictũ sup. in Tudertin. pecuniaria, 19. Ian. prox præteriti.*
b *Sub die 21. Apr. 1597. coram bon. mem. D. Gipsio.*
c *Sub die Lunæ 16. Iunij anni preterit.*

Bononiens. Bonorum.
Die Veneris 27. Februarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non potest ab actore constitui ante litis contestationem.*
2 *Sententia ex actis non iustificata est iniusta.*
3 *Ad immissionem in possessionem ex remedio l. fin. C. de edicto Diui Adr. tollen. debet produci testamentum, ad hoc ut appareat, an petens immissionem sit hæres.*
4 *Semel immissus in possessionem, non potest amplius petere se immitti.*

DECISIO MCCLXVIII.

Fuit resolutum sententiam latam fuisse nullam, tam ex parte reorum conuentorum, cum de eorum mandato
1 non constet, quàm ex parte actorum, quia † Raphael non poterat comparere tamquam procurator, cum esset constitutus ab actore ante litis contestationem, *l. neque tutores, C. de procurat.* neque uti actor, cum deficiat decretum iudicis, *§. fin. Instit. de curat. glos. in d. l. neque tutores in verb. debent*, præsertim stante inhibitione facta Caseto, ne comparerer nomine fratrum hæredum Alberti ex eius remo-
2 tione per sententiam Auditoris Cameræ; † Est etiam iniusta sententia, ex quo non iustificatur ex actis, iuxta rece-
3 ptam Rotæ opinionem, & hoc deducitur ex eo, † quòd non fuit productum testamentum, ut requiritur in remedio *l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll.* neque fuerunt probata incumbentia ad effectum remedij ex interdicto quorũ bonorum: Quæ maximè procedunt ex eo, quòd semel fuit per hæredes adita hæreditas, & capta possessio bonorum,
4 ex quo sequitur cessare iudicium immissionis, † eum semel immissus non possit amplius petere se immitti, ad *tradita per Specul. de testam. §. sequitur, num. 32. & per Corn. cons. 113. num. 5. & fuit sepius in Rota resolutum.*

Papiens. Iurispatronatus.
Die Veneris 6. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Canonico regulari potest de beneficio sæculari curato prouideri, cum licentia tamen sui superioris; secus in Canonico regulari translato ad alium ordinem uigore sacri Concilij Tridentini.*
Item secus in alijs monachis qui non habent regulam ita laxam, sicut habent Canonici regulares.

DECISIO MCCLXIX.

1 Fuit quæsitum, † An Canonico regulari cum licentia sui superioris possit prouideri de beneficio curato sæculari: & fuit conclusum posse, *per text. in cap. quod Dei timore, et ibi Abb. in summar. de stat. monach.* idemq. uidetur sentire *Sacrum Concilium Tridentinum, cap. 11. sess. 14.* dum vult Canonicum regularem translatum ad alium ordinem, non esse capacem beneficij sæcularis curati; tacitè enim innuere uidetur, non translatum esse capacem. Idem uoluit Rota *decis. 5. de iure patron. in nou.* quidquid sit de alijs monachis, quia isti habent regulam laxiorem, *Aegid. decis. 751. ante finem. Feder. consilio 116. Roch. de iure patron. in verb. honorificum, 3u est. 1. num. 15. Prepo'it. in cap. priscis, numero 4. distin. 56. Silua. de benef. part. 3 q. et. 70. vers. aut est curata. Nauarr. consil. 9. de prebend. Lambert. lib. 2. part. 1. art. 19. 7. quæst. princip. cum al. js.* * *et tenuit Rota referente Guidobon. decis. 96.* cui decisioni circa illum articulum, An requiratur dispensatio Episcopi, uel sufficiat licentia sui superioris, magis est standum, quàm *decisioni 85. par. 1. Caputaquens. cum Guidobon. fuerit relator illius causæ.* Et ita per Dominos conclusum.

* *Idem Lambert. ibid. art. 23. vers. ex omnibus amplia t. 10. Rot. decis. 5. num. 2. de iure patr. in nou.*

Firmana Altaris.
Die Lunæ 9. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Vt sit locus deuolutioni beneficij, est probanda notitia uacationis illius, ad quem spectabat collatio.*
2 *Omissio formæ in fundatione iuris patronatus præscriptæ ipsam præsentationem annullat.*
3 *Derogatio fundationis in gratia beneficij iuris patronatus à Papa obtenta non suffragatur, non explicitè narrata forma fundationis præscripta.*

DECISIO MCCLXX.

Domini censuerunt gratiam D. Ricardi ei non suffragari, ex quo non uidetur sufficienter iustificata; nam quantum ad priorem interpretationem attinet, cum ea fundetur super deuolutione, quæ non est probata, vt fuit
* resolutum coram Illustriss. Blanchetto, * † non enim pro
1 batur eos, ad quos collatio spectabat, habuisse notitiam vacationis, *c. quamquam, ubi Doctor. de electiõn. in 6. c. 2. de*
a *concess. præbend. cum alus tunc allegatis*, a ea inuari non potest, si verò agimus de posteriore impetratione, plura contra eam opponuntur: Primò, quò narratum fuerit, Coriolanum extorsisse assertam præsentationem ad Capellam, de qua agitur, à quibusdam hominibus terræ Montis Granarij contra formam fundationis dictæ Capellæ; cum tamen fuerit à maiori parte hominum repræsentante totam Communitatem præsentatus: Verum hæc narratiua uidetur satis uerificata; tum quia licet fuerit præsentatus à maiori parte; tamen uidetur obstare statutum allegatum, quod excludit consanguineos à negotijs concernentibus fauorem aliorum consanguineorum, & hoc saltem prodesset ad excusationem; tum etiam, quod magis placet, quia illa narratiua in eo se fundat præcipuè quòd non fuerit obseruata forma fundationis in præsentando
2 presbytero, qui suam primam Missam decantasset, † cuius formæ omissio ipsam præsentationem annullat, & hæc narratiua ex tenore fundationis optimè verificatur. Ne-
3 que † obstat, quòd Coriolanus in sua gratia obtinuerit derogationem fundationis; quia non fuit explicitè narrata illius forma; Neque Clausulæ allegatæ tollunt uitiũ subreptionis, *Corn. cons. 245. num. 6. lib. 1. Ayno, cons. 196. nu. 3.* quod tamen si opus fuerit, videndum erit particulariter. Secundò opponitur, narratam fuisse deuolutionem: Verum neque hæc obiectio subsistit, non enim in hac posteriore gratia narratur beneficium esse deuolutum, sed tantum fuisse de illo per obitum adhuc vacante ad sedem Apostolicam deuoluto sibi prouisum, illae promd. rimãdatum, quæ tes verificatur ex tenore prioris impetrationis: neque ad hunc effectum prior illa narratiua est verificanda; neque docendum de scientia eorum, ad quos ius insti-

tuendi spectabat. Tertiò opponitur non esse probatum valorem beneficij, tam impetrati quam obtentorum; tum ex eo quòd testes non deponunt per non excessum, vt requiritur; tum etiam quia in verificatione valoris beneficij S. Ioannis adest confessio Ricardi in contrarium, & hæc oppositio Dominis placuit: Ideoq; ex hoc capite dixeruot posteriorem gratiam ei non suffragari.

* *Sub die 5. Decemb. 1594. & 12. Maij 1595.*
a *Quibus add. Rot. de rer. permut. dec 5. aliàs 340. in antiq. & in nou. de iure patr. 6. alias 263. Lap. alleg. 78. n. 12.*

Romana iuris Doctorandi.
Die Veneris 3. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Posteriora regulariter derogant prioribus; maximè ubi priorum mentio fit in posterioribus.*

2 *Priuilegio concesso ex causa onerosa non solet Papa de facili derogare.*

3 *Decretum, seu Clausula posita in priuilegio, quòd nullo modo reuocari, nec suspendi possit, & quoties emanauerint in alijs concessionibus derogationes, toties ab illis exceptum, & denuo concessum, restitutum, & repositum tale priuilegium censeatur, cuius sit efficaciæ.*

4 *Priuilegio ex causa publicæ utilitatis, & ad tollenda absurda concesso, non censetur derogatum per Clausulas quantumuis prægnantes.*

5 *Regula de iure quæsito non tollendo, præseruat ius ex priuilegio quæsitum.*

6 *Derogatio regulæ de iure quæsito, cum Clausula, Quorum tenores, quid operetur.*

DECISIO MCCLXXI.

FVit de mandato S.D.N. propositum in Rota huiusmodi dubium: Stantibus Bullis & priuilegijs concessis tam Collegio Reuerendiss. DD. Protonotariorum, quam Collegio Excellentiss. DD. Aduocatorum Consistorialiũ, An dicto Collegio Aduocatorum competat ius Doctorandi priuatiuè ad Collegium dictorum DD. Protonotariorum. Difficultas orta est ratione priuilegij concessi per fel. rec. Sixtum V. Collegio DD. Protonotariorum sub data Nonis Februarij 1585. in quo datur facultas Doctorandi Collegio, & eorum cuilibet quoscumque idoneos, &c. cum Clausula, Sublata, non obstantibus priuilegijs quibuscumque Romanæ Curiæ Collegijs etiam Motu proprio, &c. concessis, ac cum quibusuis derogatoriarũ derogatorijs, alijsq. fortioribus & insolitis Clausulis & decretis, per quod priuilegium prætendebatur sublata fuisse antiqua priuilegia DD. Aduocatorum concessa à
1 fel. rec. Iulio III. † cum regulariter posteriora derogent prioribus, maximè ubi eorum fit mentio, *l. pacta nouissima, C. de pact.* & præsertim cum dictum priuilegium con-
2 cessum sit Dominis Protonotarijs ex causa onerosa, † cui non solet de facili Papa derogare, cum concessio videatur facta in vim contractus. Causa itaque in Rota me proponente diligenter discussa, fuit primo loco dictum, esse diligenter examinandum, quodnam ex illis priuilegijs habeat Clausulas prægnantiores, & fortiores, *vt aliàs coram me factum fuit in vna Astoricensi Archidiaconatus, 19. Martij 1576.* & censuerunt Domini præualere Clausulas appositas in priuilegio Iulij III. nam præter ceteras,
3 in quibus concurrunt cum priuilegio Sixti, † adest decretum, vt huiusmodi litteræ Apostolicæ nullo modo reuocari, neque suspendi possint, & quoties emanauerint in alijs concessionibus derogationes implicitè, toties hæ ab illis exceptæ, ac denuo Aduocatis concessæ, restitutæ, & repositæ censeantur, &c. quod decretum est tantæ efficaciæ, vt per consequentes derogationes non censeatur illi præiudicatum, cum de eo non fuerit facta sufficiens mentio, vt *per Federic. cons. 233. per tot. Castrens. cons. 279. in fine, lib. 1. Paris. cons. 42. num. 15. lib. 4. Felin. in c. nonnulli, num. 3. &*
* *4. de rescript.* * *cum infinitis, quæ deduci possunt ex ijs, quæ congerunt Doctores in materia reuocationis testamentorum. Socin. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, de legat. 1. Couar. in rubr. de testam. parte 2. num. 19.* Quod videtur eo maximè
4 locum sibi uendicare, † ex quo priuilegium Aduocatis concessum fuit ex causa publicæ vtilitatis, & ad tollenda absurda, quæ ex similibus concessionibus oriuntur, quo casu non censetur illi derogatum per Clausulas quantumuis prægnantes, *vt voluit Roman. cons. 436. num. 11. & con-*
5 *sil. 498. n. 17. Put. decis. 89. lib. 1.* Accedit, † quòd non fuit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo, per quã præseruatur ius ex illo quæsitum Dominis Aduocatis, vt *per Sarnens. s. per dicta regula q. 15. num. 7. Mohedan. decis. 82. Put. 52. lib. 1. & fuit dictum coram R.P.D. meo Orano, in Cæsaraugustana exemptionis, 9. Martij 1594. Cassad. de*
a *Grass. decis. 3. de rescript.* a † Verum omnis prorsus cessat
6 difficultas ex posteriore renouatione dicti priuilegij concessa per eundem Sixtum V. Dominis Aduocatis, sub dat. septimo kalend. Septembris 1587. cum derogatione regulæ de iure quæsito, &c. & cum Clausula, Quorum tenores, per quam proculdubio reuocatum censetur priuilegium Dominorum Protonotariorum, *Ant. de Butr. cons. 2. Cassad. decis. 38. super regul. Mohed. 1. de rescript.* maximè cum in priuilegio ipsorum nulla adsit Clausula derogatoria ad futuras concessiones, *Bart. in l. si quis in princ. de legat. 3. Felin. in d. c. nonnulli, n. 3. & seq.* Nec obstat, quòd Domini Protonotarij habeant priuilegium ex causa onerosa, quia eodem modo etiam D. Aduocati habent ex annexione Rectoratus, & solutione pecuniarum per eos facta: Vnde in pari causa semper, ut dictum est supra, posteriora derogant prioribus. Et ita conclusum.

* *Et facit Ias. cons. 121. lib. 4. de communi Syluan. de benef. p. 3. q. 19. nu. 3. & fuit dictum in allegata decisione Astoricensi.*
a *Idem Put. decis. 289. lib. 3. & fuit dictum in Burgen. Iuris sepeliendi coram R.P.D. de Grass. 1. de verb. sign. imo per huiusmodi regulam præseruatur ius quantumuis minimum, quod per quodcumque priuilegium tolli prætendatur, ad Gozad. cons. 14. n. 22. Rolan. cons. 2. n. 33. lib. 4. & ut in dicta Cæsaraugustana, ac in Perusina Vnionis, coram Illustr. Blanchetto, 8. Mart. 1596.*

Albens. Plebis de Doliano:
Die Mercurij 8. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Vnio seu annexio probatur ex enunciatiuis antiquissimis Pontificum.*

2 *Insertum litterarum antiquarum de verbo ad verbum, operatur diuersas enunciatiuas, licet litteræ ipsæ non exhibeantur.*

3 *In materia vnionum, plurimum defertur visitationibus Episcoporum, de quorum præiudicio agitur.*

DECISIO MCCLXXII.

1 FVit resolutum ex deductis pro Scarampo, † constare de unione, seu annexione plebis de Doliano Præposituræ de Ferrania. Primò, ex enunciatiuis antiquissimis, de quibus in litteris Innocentij III. & IIII. in quib. enunciatur plebs Doliani tamquam de pertinentijs dictæ Præposituræ, quæ confirmatæ sunt per Bullam Sixti IV. *Put. decis. 209. lib. 2. & fuit dictum in pluribus causis, ut in Tirasonen. annexionis Canonicatus coram bon. mem. Bubalo. & in Burgensi Iurisdictionis, coram R.P.D. meo Oratio. & in*
* *Tudertina Prioratus, coram R.P.D. meo Litta, & aliis:* *
Nec obstare, quòd non clarè in dictis litteris fiat mentio de Vnione, seu Annexione, quia sufficit, quòd id virtualiter in eis contineatur, *Socin. in l. in ambiguo, numero 7. de reb. dub. Paris. consilio 44. num. 5. lib. 1. Aymo. cons. 149. nu. 11. & fuit dictum in causa Alexandrina Sancti Stephani*

co.

10. Iunij, 1597. coram eod. D. meo Litta, vbi enunciabatur quædam Ecclesia membrum, hic autem enunciatur ista Plebs esse de possessionibus, & pertinentijs Præpositurę, quod idem importat, cum vna Ecclesia alteram non possit possidere, nisi ei sit annexa. Non obstat, quòd † istæ litteræ non exhibeantur, sed de ijs tantum constet per insertum in litteris Sixti, quia, cum inseruntur de verbo ad verbum, faciunt fidem, & operantur diuersas enunciatiuas Mohedan. 3. de fide instr. Secundò, ex Commenda concessa per Clementem VII. de Præpositura cum Plebe Dolianni illi annexa, Hieronymo Scatampo, cum effectua si possessione subsequuta, vt ex instrumento apprehensionis patet, cum locationib. & solutionibus subsequutis, & quamplurimis instrumentis, in quibus enunciatur ista Plebs vti membrum & dependens dictæ Præpositurę. Et postremò adminiculantur huic probationi visitationes Episcoporum Albens. & Salutiarum, approbantium huiusmodi Vnionem seu annexionem, † quib. plurimum defertur in hac materia, maximè Episcopo Albens. de cuius præiudicio agitur. Accedunt etiam testes de publica voce, & fama: Vnde ex his censuerunt Domini plenè probatam esse huiusmodi annexionem ad effectum, de quo agitur, cum in contrariū nihil omninò deducatur, ex quo iste antiquissimus status in controuersiam deduci possit. Et ita conclusum.

* *In Tirasonen. Annexionis, 12. Martij 1589. & in Burgens. Iurisdictionis, 4. Decembris, 1595. & in Tudertina Prioratus coram Litta, 21. Aprilis, 1595. & in eadem Tudertina coram Penia, 14. Iunij 1593. & in Parmensi Prioratus, 19. Iunij, 1595.*

Hostuens. Capellę.
Die Mercurij 8. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Status antiquus beneficij, qui non reperitur immutatus, præsumitur durare.*

2 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij.*

3 *Possessio per litem non interrumpitur ad effectum præscriptionis, si lis per sententiam vel transactionem finiatur.*

DECISIO MCCLXXIII.

Fvit dubitatum. An gratia Triarij sit iustificata in ea parte; in qua narratur, Capellaniam, de qua agitur, regi solitam per quattuor Capellanos: Et Domini pro maiori parte censuerunt esse iustificatam, & pro fundamento consideratum fuit, antiquum statum istius Capellę fuisse, vt quattuor Capellani perpetui in ea instituerentur, *vt fuit resolutum 19. Ianuarij proximè præteriti,* † & 1 iste status non reperitur immutatus ab anno 1523. vsque ad annum 1551. ideoq; præsumitur continuatus, *Socin. consil. 73. nu. 21. lib. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2.* Vltra quòd de continuatione constat ex iuribus Triarij, vt bene deducitur in facto, Verum hunc statum cœpit immutare velle Donatus Antonius Scalona, anno 1551. qui prædictam Capellam vacantem per Obitum Francisci de Fonte, à Sede Apostolica impetrauit, vti Rectoriam distinctam à quattuor Capellanis narrando se vnam ex dictis Capellanijs obtinere, quam Papa vult, vt dimittat post assequutam possessionem Capellæ, ex qua narratiua apparet adfuisse de illo tempore statum quattuor Capellanorum, & subreptitie Donatum Antonium commentum fuisse nouum beneficium, nempe Rectoriā contra veritatem fundationis, ac eius perpetuam obseruatiam; Verum per hunc actū non censetur mutatus status; 2 tum quia † prouisiones Apostolicæ non mutant statum, *Calderin. cons. 26. de præbend. Aegid. decis. 107. Achill. decis. vnica de stat. benefic.* tum etiam quia fuit detectus iste error; tum ex præsentatione facta per eundem Scalonam de quarto Capellano, vt ut summario Triarij, num. 3. tum ex redintegratione facta per Ordinarium de anno 1559. quattuor Capellanorum: Vnde non censetur interim mu-3 tatus status, sed potius continuatus; sicut dicitur † possessionem per litem nō interrumpi ad effectum præscriptionis, si lis per sententiā vel transactionem finiatur, *Felin. in cap. illud, num. 17. de præscript. & fuit dictum coram me in Romana Casalis Longhezzæ, 21. Maij, 1593.* & hunc statum conseruare studuit Ordinarius successor anno 1578. instituto Riccio quarto Capellano. Nec obstat, quòd medio tempore decreuerat istis Capellanis salarium; nam hoc postea intellecta melius rei veritate reuocauit, vt in summario, num, 17. His accedunt testes Triarij, quorum nonnulli fuerunt Capellani, & sic bene sunt informati de statu huius beneficij, & bene possunt concordari cum alijs testibus Indelli, qui loquuntur de tempore turbati status beneficij. Nec obstat, quòd nunc non agatur de statu mutatione, sed tantum de verificatione gratiæ, in qua vltimus status est attendendus, quia licet hoc verum sit: tamen cum ad verificationem leuiores probationes sufficiant; satis apparet ex deductis grattam Triarij esse iustificatam, cum status ille, qui opponitur, non fuerit vniformis, sed varius, & erroneus, & veritati contrarius, & postremo reuocatus fuerit ad statum antiquum; & ideo veritatem præualere debere. Et ità conclusum.

Casalens. Parochialis.
Die Veneris 10. Aprilis 1598.

SVMMARIVM.

1 *Ex præsentatione intra debitum tempus facta de persona idonea, dicitur ius quæsitum præsentato, etiam quòd institutio fuerit nulla.*

2 *Confirmatio electi nulliter facta non annullat electionē legitimè factam.*

3 *Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum præseruat ius etiam ad rem quæsitum.*

4 *Præsentatio facta ante examen, non ideo dicitur facta de non idoneo.*

DECISIO MCCLXXIV.

Domini persliterunt in decisis; * nam † ex præsenta-1 tione facta intra tempus debitum de persona idonea à veris patronis, ius fuit quæsitum præsentato, etiamquòd institutio fuerit nulla, *vt pluries fuit resolutum, & faciunt allegatæ decisiones Quirog. 299. Cotta, 351. Sarnens.* 2 *ad Regul. de iure quæs. non toll. quæst. 1.* † prout in confirmatione nulla, dicitur per eam non annullari electionem, *cap. confirmationem, de election. lib. 6.* Vnde cum in gratia Mirolij adsit Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium, non sit alteri ius quæsitum, non applicatur *decisio Tutei 90. lib. 1,* quia ibi agitur de reuocatione exspectatiuarū expressa, hic verò præseruatur expressè ius 3 quęsitum per dictā Clausulam, † quæ præseruat etiam ius ad rem, quæsitum ex præsentatione, *Rota 17, de præbend. in nou. Aegid. decis. 167. Felin. in cap. causam quæ, nume. 26. vers. sed nota, de rescrip.* Neque obstat, quòd † præ-4 sentatio fuerit facta de nō idoneo, ex quo facta ante examen, *ex c. 18. sess. 24. Concil. Trident.* nam ibi hoc non disponitur, sed tantum vt præsentatus non admittatur, nisi facto examine, & sic præsupponit præsentationem præcedere examen: Vnde cum postea Salamonius fuerit repertus idoneus institui potuit à Domino Robusterio, Nec obstat, quòd examinatores retulerint tantum esse idoneum respectu litteraturæ, quia Episcopus præsumitur fuisse informatus de omnibus requisitis, *ad Felin. in c. fin. num. 2. de præsumpt.* sed hæc omnia cessant, ex quo neq; etiam hodie iustificata est gratia Mirolij.

* *Sub die Mercurij 5. Nouembr. anni præteriti.*

Camerinens. Castri Orbis.
Die Veneris 24. Aprilis 1598.

S V M M A R I V M.

1 *In contractu nominato non est locus pænitentiæ, ob inobseruantiam, sed agitur ad implementum, uel ad interesse; maximè quando contractus fuit perfectus per traditionem rei uenditæ.*

2 *Emptor, ut re tradita, possit agere ad solutionem pretij, si venditor factum præcisè præstare non potest, sufficit adimplere per æquipollens, ita ut emptor reddatur securus.*

3 *Dolus dans causam contractui, annullat contractum, uel saltem facit esse locum redhibitoriæ.*

4 *Emens scienter rem restitutioni subiectam, non potest uti exceptione doli.*

5 *Dolus ad effectum leg. si quis maior, C. de transact. debet esse manifestissimus; aliàs tantum competit actio ex empto, rem liberam tradi.*

DECISIO MCCLXXV.

FVit per Dominos unanimiter conclusum Dominos de Nappis emptores, non posse agere ad rescissionē contractus emptionis, de qua agitur, ex pluribus; nā cum
1 sint † in contractu nominato, non est locus pœnitentiæ ob inobseruantiam alterius partis, *l. in ciuile, ubi Bald. & Salicet. in princ. C. de rei vendic. l. non idcirco, in fin. C. de contrah. empt. Natta cons. 171. nu. 1. lib. 1.* sed agendum est ad implementum, uel ad interesse, maximè quando contractus fuit perfectus per traditionem rei uenditæ. *Alex. in*
* *l. cum proponas, la 2. n. 4. C. de pact.* * quia, † ut re tradita
2 emptor agere possit ad solutionem pretij, si uenditor factum præcisè præstare non potest, sufficit adimplere per æquipollens, ita ut reddatur emptor securus, *ut fuit de ci-*
a *sum coram me, diebus elapsis, in vna Romana a de Iustinis, & tunc fuerunt allegatæ alia decisiones, nempe, in Auxima na bonorum, coram R. P. D. meo Mellino, & in Romana, Palatij, coram bo. mem. Bubalo. Afflict. d. cis. 171. Alex. consilio 65. num. 10. 5. lib. 5. & fuit etiam dictum coram R. P. Domino meo Penia in causa Romana Censuum, 17. Aprilis 1598.* Non obstat, quòd non fuerit in instrumento expressum bona ad venditorem spectare pleno iure, cum tamen fuerit detectum esse subiecta fideicommisso, necnon adesse bona emphyteutica sub directo dominio Ecclesiæ
3 Camerinensis: Ideoq. † venditorem periurum fuisse in dolo, qui dedit causam contractui: ideoq. annullat illum, *l. & eleganter, de dolo malo, & l. si quis maior, C. de transact.* vel saltem esse locum redhibitoriæ, cum aliàs nòn fuissent empturi, *l. si is qui hæres, §. & in potestate, de except. de rei iudic.* nam primò circa dolum dictum fuit videri abfuisse ab hoc contractu, cum exhibitum fuerit testamentum Virgilij fideicommittentis: Vnde emptores habuerunt notitiam fideicommissi; & ideo uoluerunt sibi prospicere & cauere per retentionem partis pretij conuer-
4 si in censum sex millium ducatorum, & † emens scienter rem subiectam restitutioni, non potest uti hac exceptione, *glos. in l. si familia, C. famil. ercisc. ubi Bald. numero 7. & ceteri, Alex. cons. 21. num. 6. & 7. lib. 5. Ruin. consilio 41.*
b *numero 19. lib. 1. cum similib.* b Et vlterius promisit venditor, se non illaturum molestiam, neque inferenti consensurum, sed litem in se suscepturum, & omnia damna, & expensas soluturum, adeo quòd plenè fuerit emptorib. cautum, maximè cum super reliquo pretio competeret uenditori ius detractionis Legitimæ & Trebellianicæ: Vnde
5 excluditur dolus, † quia ad effectum, *l. si quis maior,* debet esse manifestissimus, *ut tradunt ibi Doct. ut per Curt. in. n. 17. Cagnol. n. 187. Alex. cons. 92. num. 13. lib. 1.* & tantum competit actio ex empto, rem liberam tradi, *Bald. in l. ex his prædijs, C. de euiction. Tedes. cont. decis. 24 num. 4. & seq.*

Quantum ad bona emphyteutica, fuit prouisum indemnitati emptorum, ex quo fuerūt alia bona subrogata cum consensu directi domini; & cōfirmatione Apostolica præuia causæ cognitione. Quantū verò ad reliquos creditores venditoris, fuit prouisum, ut eis de pretio satisfieret. Et ita conclusum non esse locum rescissioni uenditionis.

* *Add. Dec. d. l. cum proponas, num. 7. & ibi Curt. iun. num. 11. Ruin. cons. 128. in fin. lib. 5. & Pancirol. cons. 73.*

a *In Romana non adimplemēti, die Lunę 17. Nouemb. anni præteriti.*

b *Idem Ruin. cons. 146. num. 3. lib. 1. Aretin. cons. 3. in princ. & Ayma. cons. 211. num. 6. & seq.*

Anconitana Separationis.
Die Mercurij 29. Aprilis 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Memorialia non tribuunt iurisdictionem.*

2 *Iurisdictio delegata exspirat morte delegantis; præsertim si uiuente delegante, nulla fuerit decreta citatio.*

3 *Commissio Signaturæ iustitiæ, non suffragatur ubi adest commissio Papæ manu signata.*

4 *Affixio ad ualuas non officit, nisi personaliter citatum.*

5 *Citatio exequuta sede uacante, est nulla.*

6 *Citatio exequuta contra procuratorem reuocatum, non sustinetur.*

7 *Mulier non potest cogi ad cohabitandum cum marito propter eius sæuitiam, nisi præstita cautione, quæ ad ad hoc non sufficit iuratoria.*

8 *Comparens uti procurator, in expensis condemnari non potest.*

DECISIO MCCLXXVI.

* FVit bis causa proposita, & resolutum sententiam pro Gratiano latam esse nullam, & iniustam: * Nullitas
1 deducitur ex defectu Iurisdictionis, † cum fuerit processum in vim memorialis, per quod non tribuitur iurisdi-
2 ctio, & dato quòd tribueretur, † exspirauerat morte delegantis, *Felin. in c. ceterum, nu. 15. de rescript.* præsertim cum eo uiuente, neque decreta, neque exequuta fuerit citatio, *Felin. in cap. relatum, num. 11. & 17. de offic. deleg.* Neque
3 suffragatur † cōmissio Signaturæ Iustitiæ cum esset commissio Papæ manu signata, qui commiserat causam appellatione remota, cuius vigore fuerat lata tertia sententia pro Comitissa, *c. ut debitis, de appellation.* Secunda deduci-
4 tur ex defectu citationis, † quia non apprehēsa prius personaliter principali, fuit processum per affixionem ad ualuas, *Clem. 1. de re iudic. Caputaq. decis. 117. par. 1.* Neque pōt excusari, ex quo vigore memorialis fuerat pſonaliter cita-
5 ta, † id enim factum fuit nulliter, Sede vacāte, ex quo ex-
6 spirauerat omnis iurisdictio, † Neque etiam potest sustineri ex citatione exequuta contra D. Ioannem Dominicum Guelfum, quia fuerat reuocatum per constitutionē alterius procuratoris in alia instantia, *Rota decis. 25. de proc. in antiq.* Nec poterat prętendere ignorātiam, cum à nouo procuratore recepisset alimenta decreta. In iustitia verò deducta fuit ex eo, quòd contra tenorem triū senten-
7 tiarum conformium, iudex pronunciat, † Comitissam teneri ad cohabitandum cum uiro, non aliter data per eum cautione nisi iuratoria: cum tamen ex probationibus constaret de eius sæuitia, & etiam noua causa odij, ex quo ea obtinuit ut sibi adiudicari bona mariti, eaque subhastari pro recuperatione suæ dotis; Ideo ei erat cautione prospiciendum, *Paris. consilio 54. numero 13. libro quarto. Bald. consilio 176. libro primo. Alexand. in l. si constante, §. quotiens, numero 3. solut. matrimon. Ias. in l. si donatione, numero 5. C. de collation. Abb. in cap. litteras, num. 23. de restit. spol.* Item quia in ea reuocatur onus alimentandi, quod tamen constito de sæuitia non debet cessare,
8 *Afflict. decis. 10. per totam.* Postremo † quia frater Comitissæ

sæ condemnatur in expensis, qui tamen vti procurator comparuerat in causa, *contra textum in l. procurator, de procurator.* Et ex his conclusum pro reuocatione dictæ sententiæ.

* *Iuxta resolutionem factam sub die 9. Mart. 1598.*

Romana Bibliothecæ.
Die Lunæ 4. Maij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio erroris calculi quid operetur, & numero 2. 3. & 5.*

4 *Renunciatio restringitur ad cognita, & cogitata tempore renunciationis.*

DECISIO MCCLXXVII.

CAusa proposita super errore calculi, de quo Domini censuerunt constare ex relatione periti vltimo deputati; Fuit pro parte Domini Georgij oppositum de renunciatione erroris calculi in instrumento apposita, super qua fuit restricta tota difficultas, An ea obstaret Bartholomæo dicenti de hoc errore calculi; Et causa discussa, Dō
1 mini vnanimiter venerunt in sententiam, † hanc renunciationem non obstare, quo minus exceptio erroris suffragetur Bartholomæo, moti fuerunt Domini ex pluribus; Et primò, quia dicta renunciatio videtur apposita ad finem, & effectum, vt prætextu erroris calculi non possit impediri executio, sed Bartholomæus cogi possit ad solutionem, *vt per Bero. q. 105. per totam:* Vnde cum executio hodie forma fuerit effectum, talis renunciatio non ob-
2 stat. Secundò, quia † tum demum prodest talis renunciatio ei in cuius fauorem emanauit, quando prius ante transactionem mota erat quæstio super errore calculi, & deinde facta transactio, cum tali renunciatione, *vt per gl. in l. 1. C. de error. calculi, & ibi Iac. Butrig. r. in 1. oppos. Ang. nu. 1. Salicet. in vers. sed quæro de c. Iaf. nu. 11. Decin. 12. vers. primus, & vers. quartus. Alex. .... num. 27. & Io. Fab. n. 3. Thomas Docius Doctor antiquus, cons. 104. Ruin. cons. 11. n. 4. lib. 4. & nouissimè Rota Auenionens. decis. 124. nu. 9.*
3 Tertio facit, quia † talis renunciatio, ne sit ociosa, potest commodè referri ad calculum tunc factum inter partes, qua mediante creditum Georgij redactum fuit ad summam scutorum decem millium, sed hoc fuit factum semper præsupponendo creditum Georgij decem & octo millium, habita relatione ad inuentarium, de cuius errore, nunc demum constitit ex nouissima periti relatione; & hoc ex eo confirmatur, quòd transactio fuit facta super quibuscumq. prætensionibus, & actionib. in iudicio, vel
4 extra deductis, & allegatis, & cognitis, † & ita videtur restricta ad tunc cognita, & cogitata, *l. si de certa. C. de transactio. Aymo, cons. 3. num. 11. & cons. 105. num. 3.* Non obstat, quod negatur constare de inuentario, ad quod habita fuit relatio, quia ex pluribus argumentis Domini contrarium censuerunt; nam in summa licet erronea concordat cum primo instrumento; Item in contentis, nempè, libris, massaritijs, iuribus, & pertinentijs venditis; Item respectu temporis cum inuentarium paulò ante præcesserit venditionem; Item quod est maximi ponderis, quia in eo summæ, & pretia sunt apposita propria manu Georgij, de quo etiam deponit Curtius, qui dictum inuentarium descripsit, & interfuit. Postremò facit, quia Doctores, qui te-
5 nent † semper valere transactionem non obstante errore calculi, id intelligunt, ad effectum vt in alijs teneat, deducto, & retractato errore per exceptionem doli, *per glos. in l. 1. & ibi Bart. num. 4. in fi. Fab. num. 3. Iaf. num. 12.* Ideo conclusum stante errore calculi totum illud, in quo fuit erratum, esse deducendum non obstante præfata renunciatione.

Lucens. seu Nullius Iurisdictionis.
Die Lunæ 4. Maij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in existente intra terminos suæ diœcesis respectu iurisdictionis, pro qua venit manutenendus; declara tamen, vt nu. 5.*

2 *Enunciatiuæ non probant, quando principaliter agitur de veritate enunciati.*

3 *Abbas non potest præiudicare monasterio.*

4 *Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem, perinde habetur, ac si esset extra diœcesim Episcopi in omnibus, & per omnia.*

DECISIO MCCLXXVIII.

FVit dubitatum, An Domino Episcopo Lucensi sit dandum mandatum de manutenendo aduersus Abbatem, & monasterium de Samos, in casibus, qui de iure, & ex dispositione Sacri Concilij Tridentini competunt Episcopis in exemptos, qui habent suas Ecclesias, & loca in territorio, & intra fines diœcesis Episcopi, veluti in conuocatione Synodi, & Visitatione Ecclesiarum parochialium, earumq. Rectorum sæcularium, necnon eorum correctione in concernentibus curam animarum, necnon in institutione, & destitutione eorumdem, & concessione litterarum dimissorialium, ordinumq. minorum collatio-
1 ne. † Et in his omnibus prætendit Episcopus se esse manutenendum, ex quo Abbatia, & Monasterium de Samos, est situm in suo territorio, & Diœcesi, & ex pluribus confessionibus probari affirmat; Ideoq. se habere iuris communis assistentiam, *c. Venerabilis, & c. Zenodochijs, de relig. domib. & in Concil. Trid. c. 2. sess. 24.* Contrarium tamen fuit pro maiori parte conclusum, & præcipua ratio fuit: quia adhuc pendet indecisa lis super eo, An territorium, de quo agitur, sit intra fines Diœcesis Lucensis; Ideoque fundamentum, quod fit pro parte Episcopi, esse adhuc incertum, & dubium, neque probari territoriū esse in Diœcesi Episcopi per enunciatiuas allegatas; tum, quia emanarunt pleræque earum à procuratoribus, & fuerunt per
2 principales reuocatæ; tum etiam, quia † enunciatiuæ nō probant, quando principaliter agitur de veritate enunciati, *Paris. cons. 94. nu. 19. lib. 1. Put. decis. 281. num. 3. lib. 1.* Neque obstare quòd adsit etiam quædam enunciatio,
3 quæ emanauit ab Abbate, † quia ipse non potuit præiudicare monasterio, *Vitalin. in Clem. 1. nu. 57. de offic. Vicar. & ex stat decisio coram Illustriss. Blanchetto, in vna Salamantina Vicariæ;* * Neque obstare, quòd Abbas sit Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, quia coram S. D. N. tunc Rotæ
a Auditore, *a* & coram Illustriss. Cardinali Mantica fuit reiecta hæc prætensio, cum ista dignitas fuerit titulus quidam honorarius acquisitus longè post existentiam monasterij, & Abbatialis dignitatis de Samos, quod etiam confirmari videtur ex concordia inita cum Episcopo Ouetense, in qua Episcopus facit Abbati de Samos scripturam libertatis, & concedit licentiam adeundi quemcumque Episcopum voluerit pro Pontificalibus, quæ scriptura est antiquissima de tempore Aldephonsi Regis Hispaniarum, quem Imperatorem nominant anno 1150. Neque etiam obstare, quod Abbas in Rota obtinuerit sententias super exemptione, quæ videntur præsupponere, quòd ipse esset in Diœcesi; quia tunc facilè potuerunt errare procuratores existimantes Abbatiam esse in Diœcesi, ex eo quòd Abbas erat intitulatus Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, & tunc solum de exemptione agebatur, non autem an esset, vel non esset in Diœcesi; quemadmodum hodie de hac re pendet controuersia, & etiam verba sententiæ possunt recipere interpretationem, vt denotent libertatem à superioritate Episcopi, cum fuerit datum mandatum de manutenendo Abbate de exercendo iurisdictionem, & de

de visitando priuatiuè ad Episcopum. Facit etiam quòd
4 † Abbas habet quasi Episcopalem iurisdictionem, quæ facit, vt eius territorium perinde habeatur, ac si esset extra Diœcesim Episcopi in omnibus & per omnia, si est vera opinio *Franc. in c. 1. §. statuto, num. 10. de constit. in 6.* Vltra quòd etiam adsunt priuilegia Eugenij IIII. concessa Congregationi Cassinensi, quæ postea fuerunt communicata Congregationi Vallisoleti, *vt fuit resolutum in vna Burgensi Sancti Ioannis, coram R. P. D. meo Orano, 20. Decembris, 1596.* Quibus sic stantibus, cum decisio huius articuli pendeat à negotio principali, nempè, an Abbatia sit in Diœcesi, vel extra Diœcesim; placuit Dominis, vt prius de veritate huius articuli videatur, *iuxta decisionem Anco-*
b *nitanam, bon. mem. D. Oradini,* b *Modern. de attent. parte 3. c. 24. q. 19. num. 4. & fuit dictum coram R. P. D. Cordub. in*
c *causa Syracusana Abbatissatus, 1. Decemb. 1597.* c † Nec
5 obstat assistentia iuris communis, quia operatur, quando nihil adest in contrarium; Verum hic multa turbant intentionem Episcopi, & hoc facit *decisio in Vrbinatens. Iu-*
d *risdictionis, coram R. P. D. meo Gipsio.* d Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 15. Martij 1596.*
a *De anno 1575. & iterum coram Illustriss. Cardin. Mantica de anno 1596.*
b *In Anconitana bonorum, seu attentatorum, 6. Nouemb. 1562.*
c *Et in Burgen. Iurisdictionis, 12. Februarij, 1560. coram Illustriss. Paleotto, quæ in impress. diuers. nouiss. est 574. p. 3.*
d *Sub die 4. Maij, 1594.*

Ariminens. Castrorum.
Die Mercurij 13. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed ciuiliter intelligenda ad euitandum periurium.*
2 *Edictum de testibus est prohibitorium; & ideo qui non reperitur prohibitus, est de iure idoneus.*
3 *Creditor contra debitorem, nec debitor contra creditorem est de iure prohibitus testificari.*
4 *Paupertas non repellit testem, licet faciat, quòd non sit omni exceptione maior.*
5 *Qui ex arte Notariatus se sustentat, non dicitur pauper, ad effectum vt à testimonio repellatur.*
6 *Testis examinatus sine interprete, dicitur rectè examinatus, si pars fuerit citata ad comparendum pro certa hora, & non comparuerit, vel si comparuit, non exspectauit vsque ad extremitatem horæ intimatæ.*

DECISIO MCCLXXIX.

FVit actum de validitate examinis testium examinatorum pro D. Leonida contra D. Marchionem: Et primò contra dictum examen oppositum fuit de defectu iuramenti, ex quo Notarius non facit fidem de iuramento præstito tactis scripturis, sed tantum enunciatiuè dicit testis iuratus *ad decis. Caputaq. 123. & 246. par. 2. & 295. p. 3.* super qua exceptione, quia Domini non erant concordes, fuit dictum, vt de ea particulariter dubitaretur. Secundò objiciebatur contra duos ex testibus, quòd cum fecissent fidem extraiudicialem super negotio, de quo agitur, interrogati, An ad instantiam alicuius fecerint vmquam fidem extraiudicialem prędictis D. Leonidæ, & Alexandro in causis, quæ vertuntur inter eos, & D. Marchionem, responderunt negatiuè: Verum ab hac oppositione Domini saluabant istos testes, ex quo negatiua est referenda ad illam qualitatem interrogatorij, An ad instantiam alicu-
1 ius fecerint fidem D. Leonidæ, & Alexandro, & † cum dicta testium non sint cauillanda, sed potius ciuiliter intelligenda ad euitandum periurium, *vt per Roman. cons. 301. num. 1.* restringi debet responsio ad dictam qualitatem, *ad decis. Cæsar. de Grass. 134. num. 7. in impress.* Tertiò objiciebatur contra Hieronymum, quòd fuerit debitor Mar-
2 chionis. Verum non placuit hoc obiectum, ex quo † edictum de testibus, est prohibitorium; ideo qui non reperi-
3 tur prohibitus, est de iure idoneus, *l. 1. de testib.* † Nec creditor aut debitor reperitur prohibitus testificari; *Alex. cons. 78. num. 2. lib. 1.* Neque obstat, quòd neget se debitorem, nisi in libris septem, & ex causa nonnullorum armorum; & tamen ex instrumento inito cum Abbate, & Monachis Monasterij Sancti Benedicti loci Ronchofrigidi, apparet de contrario, quod tollitur, ex quo ipse per huiusmodi obligationem monasterij apparet liberatus, cum ipse sit oblatus dicti monasterij. Quartò objicitur contra
4 Herculanum, † quòd sit pauper, sed hæc obiectio non placet, quia licet hoc faciat, vt non sit omni exceptione maior, tamen non facit, vt ei derogetur fides, *Cæsar de Grass.*
5 *decis. 74. & dec. 81. num. 1.* Immo † cum ex arte notariatus se sustentet, non dicitur pauper, *Ruin. consil. 81. nu. 1. lib. 1.*
6 Quintò objicitur contra Bernardinum, † quòd fuit examinatus sine interprete, sed tollitur, ex quo fuerat pars citata ad comparendum pro certa hora: Vnde sibi imputet, si non comparuit, vel si non stetit vsque ad extremitatem temporis intimati, quod est probandum per excipientem; maximè cum hoc non tollat fidem testi, licet instan-
* te parte possit repeti, vt pluries fuit decisum. * Ceteræ oppositiones visæ fuerunt nimis à longè petitæ, & friuolę, cum non percutiant negotium, de quo agitur, eiusq. substantiam, *ad consil. Paris. 13. num. 2. lib. 4.* maximè stante rei verisimilitudine, & præsumptionibus, ex quib. coadiuuantur dicta istorum testium, & etiam stante numero testium. Et ita conclusum.

* *Præsertim decisum fuit coram D. Fabio, in vna Romana pecuniaria, 11. Mart. 1550. in impr. diuers. nou. 282. p. 3.*

Bononiens. seu Veneta Mercium.
Die Mercurij 13. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Fides non facit fidem.*
2 *Pignus datum creditori pro assecuratione sui crediti, quando vendi possit.*

DECISIO MCCLXXX.

* DOmini censuerunt esse standum in decisis; * nam potissimum fundamentum, quod fit de nouo, nititur super fide exhibita diuersorum mercatorum, non vi-
1 detur tutum; tum ex eo quod † fides non facit fidem; tum
2 etiam quia † cum Bucchij essent debitores, & tenerentur satisfacere Carauaschinis, & pro eis eorum creditoribus, si quod superuenit impedimentum etiam ob decoctionē Carauaschinorum, cuius occasione litteræ cambij non fuerint effectum sortitæ, debebant ipsi alia via satisfacere eorum obligationi ad euitandam venditionem mercium, quæ fieri poterat vigore conuentionis: Vnde cum ipsis scientibus, & opponentibus, nec tamen satisfacientib. aliqua via, fuerint Iudicis auctoritate merces venditæ, ipsis esse imputandum, *ad allegatam decisionem Afflict. 150. num. 11.* Quantum verò ad læsionem ratione pretij dixerunt eam non præsumi, & quatenus etiam adesset, non esse attendendam, si venditio facta fuit seruatis seruandis, iuxta stylum illius Ciuitatis. Et ita conclusum.

* *Sub die Mercurij 15. Ian. anni præteriti.*

Romana Fideicommissi de Catignanis.
Die Veneris 15. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommissis ascendentium, & patrui locum habet repræsentatio, & filius subintrat in locum patris, secundùm com-*

communem opinionem; limitatur tamen, vt hic per totam.

2 *Filij nondum nati non est verisimile, quòd censeantur vocati per dictionem, superstites.*

3 *Positi in conditione quando censentur vocati, intelligitur ad portionem patris tantum.*

DECISIO MCCLXXXI.

FVit resolutum solam Pieriam admitti ad successionem Camillæ, exclusis filijs Ioannis Francisci & Da-
1 næ, † licet enim in fideicommissis ascendentium & patrui habeat locum repræsentatio, & filius subintret in locum patris, *vt de communi testatur Sfort.Oddus, cons.39.n.27.& 36.Crass.de successio.§.fideicommissum, q.11.n.3.* tamen hæc conclusio limitatur, vbi pluribus institutis, si aliqui sine filijs decedant, substituti sunt superstites, *Corne. consil.143.num.9.lib.3. Cuman.consil.222.num.2. Alexan. consil.4.num.1.lib.4. Ruin.cons.181.num.2.lib.2. Dec.cons. 79.num.1.Paris.cons.37.num.46.lib.1. Alciat.cons.60.nu. 12.Illustriss.Mantica.de coniectur.lib.8.tit.4.n.5.de communi testatur Curt.iun.consil.57.n.9.& consil.39.num.2.Socin. iun.consil.14.n.10.lib.4.post Imol.cons.8.n.44. Gabr.concl.3. de fideicomm. Michael Crass.d.q.11.num.10. Molin.de primog. Hispan.lib.3.cap.8.num.20.* & eo magis hæc opinio procedit, ex quo filij fuerunt nominatim instituti, filij vero eorum, nominati sub nomine collectiuo, *Ruin.consil. 152.num.4.lib.3.Beroan.cap. Raynutius,num.122. Mantica d.lib.8.tit.9.num.8.* † & isti nondum erant nati, adeo,
2 vt sit inuerisimile, quòd censeantur vocati per dictionem superstites, *Paris.consil.88.num.32.lib.3. Ruin.consil.132.*
3 *num. 19.lib.1.* Accedit quòd † licet positi in conditione ex statuto Vrbis censeantur vocati: tamen hoc intelligitur ad portionem tantum patris, *Socin. in l. hæredes mei, §.cum ita,num.3.versic.primus casus de condit.& demonst. Ripa in l.centurio, num.166. de vulgar.& pupill. Ruin. consil.155.num.12 lib.3. Paris.18.num.62.lib.2. Socin.consil.140.lib.1. Natta consil.551.num.7. Mantica, lib.5.tit. 3.in fine.* Et ita conclusum pro Pieriæ hæredibus.

Mediolanen. Hæreditatis.
Die Lunæ 18. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio qualiter probetur, & num.3.4.5.*

2 *Nominatio patris, quòd talis & talis sint sui filij, probat fraternitatem inter eos.*

5 *Quando super actu impugnato possit quis se fundare.*

6 *Filiatio ad effectum successionis probatur per leuiores probationes.*

7 *Quis non dicitur insuccessibilis, quia natus ex damnato coitu quando non agitur de succedendo patri sed fratri.*

8 *Quis probatur esse proximior, quando non apparet alius adesse, qui proximiorem se affirmet.*

9 *Natus ex coitu licet reprobato, sed non punibili pœna temporali, non excluditur à successione transuersalium de iure communi.*

10 *In fratribus vterinis, non potest dari incertitudo cognationis.*

11 *Nemo vitalis nascitur quinto mense.*

12 *In fratribus vterinis nihil refert, quòd ex diuersis patribus sint nati, ad effectum successionis inter eos.*

DECISIO MCCLXXXII.

FVit dubitatum, An constet Susannam, quæ post ingressum monasterij fuit nominata soror Daria de Bellano, fuisse sororem quondam Ioan. Iacobi de Bellano ad effectum, vt ipsa & moniales succedere possint in bonis dicti Io.Iacobi: Et fuit per Dominos nemine discrepante conclusum constare ex pluribus; nam cum non sumus in materia, quæ habeat contra se iuris præsumptionem, de qua *in l.miles, §.defuncto, ad leg. Iul.de adulter.& per Palæott. de Noth. & spur. cap. 12. num. 3. & cap. 24.*
1 *per tot.* † filiatio probatur per actus proportionatos pa-
2 tris erga filios, qualis est legitimatio, † quæ hic adest Io. Antonij patris Io. Iacobi, & Susannæ vocantis eos filios suos ex Maria eius Ancilla, *Gozad.consil.13. num.44. Paris. cons.10.num.67.lib.2. Roland. cons.96. num. 87. lib.3.* ex qua nominatione probatur etiam Susannam esse sororem Ioannis Iacobi *Aymo consil.249.num.2.* Et hoc genus probationis fuit pluries admissum per Rotam, *vt in Romana à Bordesia,* * *& in Romana de Stoch.* in qua plu-
3 res allegantur. † Probatur secundò, ex testimonio eiusdem Io. Antonij patris, in quo adest eadem nominatio, *Anton.de Butr.in c.transmissa,col.2.qui fil.sint legit.Paris. cons.13.num.29.lib.2.* Tertio ex confessione Dominorum de Tabernis facta in articulis in actis productis. Nec obstat, quòd articulum non fateatur, quia inseruire potest pro adminiculo ad informandum animum Iudicis, etiam quòd reuocaretur in casu, quo reuocari potest, puta quando dati sunt per procuratorem, *Rota 2. de confess. in nou.*
4 † sed magis concludenter ex eorumdem confessione fa-
5 cta in transactione hoc idem probatur, † quæ quamuis impugnetur per moniales; tamen non impugnatur in hac parte neque ratione falsitatis contentorum in ea, sed ratione defectus sollemnitatis: ideo locum habent deducta *ex Bart.& alijs.in l.si ita stipulatus, §.Chrysogonus, de verb. oblig. Rimin.consil.94.num.15.lib.1. Put. decis.6. de confess. Ruin.consil.68.num.3.lib.2.* & maximè cum hæc confessio ex prædictis sit geminata. Accedunt testes Dominorum de Tabernis, citati in facto iunctis depositionibus, *Dec. consil.534.num.4.* & testes earundem monialium, licet opponatur de nullitate examinis, cum non inseruiant nisi
6 pro adminiculo. † Nec est dubitandum hanc probationē sufficere ad effectum successionis, in qua leuiores probationes admittuntur, *ad consil.Gemin.27.sepius in Rota ap-*
7 *probatum.* † Neque ideo soror Daria potest dici insuccessibilis, quia nata ex damnato coitu, cum non agatur de succedendo patri, sed fratri, *vt per Crass. de successione.*
8 *q.34. in fine.* † & probatur proximior, ex quo non apparet alium adesse, qui proximiorem se affirmet, *Tiraq. de retractu lignag. §.11. gloss.1. num.1.* Adest etiam legitimatio
9 quæ hanc exceptionem inhabilitatis excludit; † maximè cum de iure communi ille, qui ex coitu licet reprobato, sed non punibili pœna temporali nascuntur, non excludantur à successione transuersalium, *Socin. cons. 138. num.2.lib.1.Palæott.de Noth. & spur.cap.42.num.1. Ro-*
10 *ias in epitom. success.cap.10.num.6.* † quòd maximè procedit, respectu vterinorum, in quib. non potest dari incertitudo cognationis, *l.si spurius, Vnde cognat.* Nec obstat, quòd Maria fuerit nuptui tradita ante natiuitatem Io. Iacobi, quia cum iam concepisset eum, qui postea quinto mense editus est, non potest esse locus præsumptioni *d. §.*
11 *defuncto,* † nemo enim vitalis nascitur mense quinto, *vt notatur in l. septimo mense, de statu homin. Plin. lib. 7. cap. 5.*
12 † quamuis in vterinis non releuet, quòd ex diuersis patribus sint nati; ideo non obstat, quòd Ioannes Iacobus fuerit institutus à patre, sine esset filius siue non, hoc enim fuit factum ad cautelam pro validitate institutionis, *l.testamentum, C.de testam.* Et ita conclusum probari sororem Dariam fuisse sororem Io.Iacobi, & ei succedere potuisse in bonis, de quibus agitur.

* *In Romana à Bordesia 10. Decemb. 1576. coram s. D. N. Clemente VIII. in impress. diuers. nouiss. 238. par. 1. & in Romana hæreditatis de Stoch 29. Ianuarij. 1593. coram Card. Pamphilio, & in Perusina bonorum 1. Februarij 1584. coram Card. Plato.*

Aqui-

Aquilana Vicariatus.
Die Mercurij 20. Maij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Super solutione, quæ non est vniformis, non potest fieri fundamentum.*

DECISIO MCCLXXXIII.

PRoposui dubium, An Archipresbyter in præstatione
salarij Vicarij ducatorum quinquaginta teneatur
contribuere, ita vt liquidatio facta sit moderanda: Et pri-
mo, informante tantum parte Capituli sub die 4. Maij,
Dominis videbantur releuantes rationes Capituli ad ef-
fectum, vt Archipresbyter teneretur contribuere in præ-
statione salarij; Verum postea causa iterum vtraque par-
te informante proposita, & datis resolutionibus, quæ in
* hac causa tam coram me; * quam coram Illustrissimis
Blanchetto, & Plato factæ fuerunt, fuit vnanimiter con-
clusum Capitulum in hac contributione non fuisse gra-
uatum; nam cum esset decisum curam Ecclesię Beatæ Vir-
ginis de Paganica spectare communiter ad Archipresby-
terum, & Capitulum; Item quòd tam per Capitulum,
quàm Archipresbyterum redditus in communi posside-
bantur, consentaneum quoque esse, vt salarium ex com-
muni massa detraheretur; nam hoc pacto onus propor-
tionabiliter inter eos diuidebatur; & licet super istis ma-
terijs fuisset obtenta per Capitulum remissoria; tamen
a examinatis dictis testium, & causa proposita *a* fuisse di-
b ctum, non esse recedendum a resolutis. *b* Neque obsta-
re, quòd aliquo tempore Archipresbyter soluerit duode-
1 cim ducatos pro salario, † quia illud non fuit perpetuo,
& vniformiter obseruatum, immò aliquando cura fuit
per Canonicos gesta; Ideo nullum super illa præstatione
fieri posse fundamentum. Quare cum liquidatio fuerit fa-
cta iuxta decretum Congregationis Concilij, & decisio-
nis Rotæ, & fuerint liquidata tantum salaria præstita lite
pendente per solum Archipresbyterum, bene fuisse pro-
cessum, & iustè fuisse condemnatos Canonicos, vt ex com-
munibus redditibus extraheretur ista summa soluenda
vnà cum Archipresbytero, qui cum in eis habeat suam
portionem concurrit in hac præstatione salarij proportio-
nabiliter cum Capitulo; Ideoq. procedendum ad viterio-
rem exequutionem.

* *Sub die 16. Nou. 1588. & 17. Maij 1589 quam sub die 11. Ian. 1593. coram Illustriss. Blanchetto, & 7. Maij 1590. coram Illustrissimo, Plato.*
a *Sub dicta die 11 Ian. 1593 coram Card. Blanchetto.*
b *Supr. sub dicta die 16. Nouemb. 1588. & 17. Maij 1589. & coram Plato 7. May 1590.*

Romana Fideicommissi de Micinellis.
Die Veneris 29. Maij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Accipiens bona in solutum facit fructus suos.*
2 *Debitor in mora constitutus post interpellationem, quando teneatur ad fructus, & num. seq.*
3 *Doctr. Castrens. in l. 3. de eo quod certo loco, procedit, quando agitur de lucro cessante, non quando de damno emergente.*

DECISIO MCCLXXXIV.

DOmini pro maiori parte fuerunt in ea sententia, vt
Illust. D. Orinthiæ nulli debeantur fructus à die mo-
tæ litis, vsque ad interpellationem factam per moniales,
quæ erant paratæ restituere hæreditatem, soluto sibi eo,
quod per eas fuerat expositum pro soluendo ære alieno,
& moti fuerunt ex eo, quòd ab eo tempore, quo per eas
1 fuerunt soluta debita hæreditaria, † censentur accepisse
in solutum ex bonis hæreditatis tantumdem, quantum
importabant debita, & sic fructus ex illis perceptos iure
proprio percepisse ac suos fecisse, *l. si ei, §. 1. de euiction. Soc.
iun. cons. 170. num. 5. lib. 1. & fuit resolutum coram S. D. N.
in Romana de Incoronatis, vt habetur in decis. 680. in no-
uissimis lib. 1.* Nec verum est, quòd fructus isti veniant compu-
tandi in extinctionem crediti, *iuxta l. quod de bonis, §. quod
auus, vbi Alex. num. 1. ad leg. Falcid.* quia contraria opinio
2 est communis, & verior, *vt habetur in dicta decis.* † Non
obstat, quòd post interpellationem debitor in mora con-
stitutus tenetur ad fructus; quia dupliciter fuit respon-
sum; Primò, quòd cum ista bona petita fuerint, vti fidei-
commisso subiecta, & æs alienum testatoris diminuat fi-
deicommissum, vtique ex portione illa, quæ absorpta est
ab ære alieno, nulli possunt deberi fructus. Secundo, cum
moniales pro hoc debito extinguendo coactæ fuerint lo-
ca montium alienare, vtique æquum est, vt huius damni
ratio habeatur, cum ex illis perciperent fructus, quibus
3 propter alienationem postea caruerunt; † Nec quæ dedu-
cuntur *ex l. 3. & ibi Castrens. de eo quod cert. loco, & Mohe-
dan. decis. 1. & 2. de vsur.* hic bene applicantur, cum non a-
gatur de lucro cessante, sed de damno emergente, in quo
non procedunt allegata, sed sufficit de tali damno docere,
prout docent ex dictorum locorum alienatione; maximè
cum appareat ex processu causæ moram potius fieri ex
parte actoris quàm rei, cum post interpellationem num-
quam curarit Domina Orinthia recuperare huiusmodi
bona.

Segobricens. Insordescentiæ.
Die Veneris 5. Iunij 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus quando propter insordescentiam beneficio priuari possit, & nu. 3.*
2 *Persistentia in excommunicatione, licet operetur effectum suspicionis heresis, & vt pro confesso quis habeatur; tamen non precludit viam excommunicato, quin elapso anno possit innocentiam suam ostendere, & legitimum impedimentum allegare.*
4 *Quantum tempus requiratur ad effectum insordescentiæ.*
5 *Ad effectum incurrendi insordescentiam non coniunguntur tempora.*
6 *An, & quando propter periurium quis priuetur beneficio, & num. 7.*

DECISIO MCCLXXXV.

DOmini censuerunt, sententiam latam ab Auditore
Cameræ super insordescentia contra Dominum Io-
sephum Guerram, per quam declaratur priuatus benefi-
1 cijs, esse iniustam, & reuocandam; † nam in hac materia
*Doctores in c. 1. de iudic. vbi Abb. num. 24. & 27. & in c. con-
tingit, num. 7. de dol. & contum. glos. & Franc. in c. cum con-
tumacia, de heret. in 6. Roman. sing. 307. vbi Addit.* tradũt
hanc distinctionem, quòd aut excommunicatio lata fuit
propter crimen, quod ipso iure priuat clericum beneficio,
& tunc per insordescentiam habetur pro confesso, & cen-
setur ipso iure priuatus; Aut lata fuit ob crimen, propter
quod non est priuatus beneficijs ipso iure, sed venit per
sententiam priuandus, & tunc poterit post contractam in-
sordescentiam priuari; Aut crimen est tale, propter quod
nullo pacto imponi potest pęna priuationis, & tunc num-
quam propter solam insordescentiam imponitur pœna
priuationis, sed alia arbitraria. *& vt dicit Aufrer. ad decis.
Tolosan. 365.* satis est, quòd ex tali insordescentia oriatur
confessio delicti, absque eo quòd alia pœna pro eo impo-
natur, *c. quia diuersitatem, de conceß. prebend.* & sumus in
hoc casu, cum excommunicatio lata fuerit ob debitum ci-
* uile pensionis, * *& vltra allegatos idem censuit Felin. in*

c. po.

c.postulasti, de homicid. Couar. in c. Alma mater, par. 1. §. 7. de sent. excomm. lib. 6. & sic seruatur, quidquid dicat Menoch. de arbitr. Casu 416. & iuxta hanc distinctionem intelligendum est decretum Concilij c. 3. sess. 25. & eo magis sequen-
2 da est hæc sententia, quia † licet hæc persistentia in excommunicatione operetur effectum suspicionis hæresis, & vt pro confesso quis habeatur, vt per Couar. ibidem. & Salzed. apud Bernard. Diaz. in praxi Canon. c. 116. nu. 9. tamen non præcludit viam excommunicato, quin elapso anno possit innocentiam suam ostendere, & legitimum impedimentum allegare, Ant. de Butr. in c. 1. de iud. c. vbi Rip. nu. 77. glos. in c. rursus q. 3. Ex alio etiam sententia videtur in-
3 iusta, quia † ad effectum, vt quis possit ex causa insordescentiæ priuari beneficijs, vti suspectus de hæresi, debet iterum transacto anno citari ad diluendum hanc suspicionem, & tunc si est contumax potest priuari, c. cum contumacia, & ibi glos. & Doctor. de hæret. lib. 6. Verum talis processus non poterat fieri coram Auditore Cameræ, sed remittendus erat ex Constitutione fel. rec. Pij V. ad Inqui-
4 sitores. † Non obstat, quòd per plures annos Guerra stetit in excommunicatione, quia in priori non stetit nisi octo menses, si computemus à die factæ intimationis; nam postea obtinuit absolutionem à Nuncio, in posteriore verò licet perstiterit vltra annum, tamen vt dictum est, non sufficit ad effectum priuationis, quia Doctores in contrarium allegati loquuntur in casu, quando post declarationem ratione insordescentiæ quis stetit per alium annum in pertinaci contumacia, licet aliqui etiam ad hunc effectum requirant triennium, Ripa d. c. 1. de Iudic. n. 78. Couar. in c. Alma mater, §. 6. num. 10. de sent. excommun. in 6.
5 † Neque ad hunc effectum coniunguntur tempora, a vt
a fuit decisum in Congregatione Concilij, quidquid dixerit
6 Dec. cons. 145. † Quod verò opponitur de periurio cessat, cum ex hoc capite non fuerit lata sententia, vltra quòd non priuatur quis nisi præcedente declaratoria super periu-
7 rio, Rebuff. in tract. de pacif. poss. vers. quod ego intelligo. † neque priuatur obtentis licet reddatur inhabilis ad obtinenda, Ancher. ... d. c. 1. exstrauagantibus alijs. Et ita conclusum pro reuocatione sententiæ.

* Gloss. in c. contingit, in verb. non potest. de dol. & contum. Rom. sing. 307. Rip. in c. 1. nu. 77. & ibi Abb. nu. 27. de iudic. Ang. de Clauas. in Sum. in verb. excommunicatio, vlt. n. 17. Ausr. ad Capell. Tolosa. q. 266 in fine.

a Vt in simili de emphyteuta, contra quem ad effectum pœnæ priuationis ob non solutionem, non coniunguntur tempora. tradit Soc. sen. cons. 118. nu. 6 & seq. lib. 4. in pœnalibus enim tempora numquam coniunguntur, licet secus in fauorabilibus, vt per Soc. sen. d. consil. 118. Nauarr. cons. 34. nu. 2. & cons 36. num. 1. in fine, de regularib. lib. 3.

Romana Pecuniaria, seu prætensæ Arrogationis, Die Veneris 5. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

Statutum prohibens filiumfamilias contrahere, an habeat locum in arrogato, & nu. 9. & per totam.
Et quid in mutuo, nu. 3. & 14.
2 Filius arrogatus dicitur propriè filiusfamilias, & comprehenditur sub statutis loquentibus de filijsfamilias.
4 Statutum, quod ampliat iuris communis dispositionem, assumit illius qualitatem.
5 Administratio bonorum interdicta est tam filio arrogato, quàm filio naturali ad euitandam captationem mortis paternæ.
6 Captatio mortis paternæ facilius præsumi potest in filio arrogato, quam in naturali.
7 Causa potissima dispositionis Senatusconsulti Macedoniani, fuit captatio mortis paternæ.
8 Extensio de casu vero ad casum fictum, ex identitate rationis fieri debet.
9 Constitutio loquens de filijsfamilias non habet locum in filijs adoptiuis, maximè in statutis, quæ propriè sunt intelligenda.
10 Filius arrogatus, & adoptiuus non dicitur propriè filius, sed solum iuris fictione.
11 In statutis appellatione filiorum non veniunt naturales tantum, & multo minus ciuiles tantum.
12 Ius naturale potentius est iure Ciuili.
13 Statutum habilitans filios, quòd non soluant gabellam de hæreditate non comprehendit adoptiuos.
15 In odiosis, & in correctorijs iuris communis non est licita extensio de casu ad casum.
16 Arrogati, & adoptiui excluduntur à feudis, ab emphyteuticis, & à successione stantibus feminis.

DECISIO MCCLXXXVI.

Illustr. Dominus Guido Vrsinus, ratione cuiusdam societatis officij, pro qua pater se in forma Cameræ vna cum quibusdam alijs fideiussoribus obligauerat, coactus fuit soluere habita iurium cessione, qui postea egit pro recuperatione partis contra Dominum Butium Tascam confideiussorem in solidum obligatum, qui volens euitare exequutionem opposuit se esse filiumfamilias vigore arrogationis de eo factæ à Domino Leonardo Tasca, antequam contracta fuisset hæc obligatio; Ideoq. tutum esse exceptione statuti Vrbis prohibentis contractus cum filijsfami-
1 lias, lib. 1. c. 152. Quare dubitatum fuit † an dictum statutum habeat locum in filio arrogato: * Et pro parte af-
2 firmatiua deducebatur. Primò † filium arrogatum esse propriè filiumfamilias, l. nam ciuium, de his qui sunt sui, vel alieni iur. Ideoq. statuto comprehenditur, l. 4. §. toties, de damno infecto, l. si verò, §. de viro, soluto matr. Paris. cons. 22. num. 68. lib. 2. Hincq. est, quòd † Senatusconsultum Ma-
3 cedonianum, quod annullat obligationes filiorumfamilias ex causa mutui, habet locum in arrogato, l. 1. §. si pendeat, vers. certè & si. ad S. C. Macedon. quare idem dicendum in statuto. Secundò, quia statutum Romanum, ad hoc videtur editum, vt amplietur, & extendat dispositionem Macedoniani, quæ loquitur in mutuo, ita vt complectatur reliquos contractus: Vnde sicut Macedonianum procedit in arrogato, ita etiam statutum illius extensiuũ,
4 † quia statutum amplians ius commune, assumit illius qualitatem, Bald. in rubr. de iur. f. poss. & propr. num. 13. Io. Monach. in c. dispendia, num. 6. de rescript. in 6. & ibi Gemin. num. 9. Boer. decis. 188. num. 5. Socin. cons. 23. num. 22. lib. 1. nam posteriores leges à prioribus recipiunt interpretationem, l. sed & posteriores, & l. si de interpretatione, de legib. Tertiò, quia videtur concurrere eadem ratio, & fortè ma-
5 ior in arrogato, quàm in naturali; tam † ratione administrationis, quæ vtrisque est interdicta, §. illud proprium, Instit. de adoption. quam ratione euitandi captationem
6 mortis paternæ, † quæ facilius præsumi potest in arroga-
7 to quàm in naturali, † quæ fuit potissima causa dispositionis Senatusconsulti, d. l. 1. ad Macedon. Crot. in l. Gallus, §. et quid si tantum, num. 147. de lib. et posth. Vnde succedit, etiam quòd concedamus arrogatum non esse vere filium,
8 sed fictè; † nihilominus fieri debere extensionem de casu fictum ex identitate rationis, l. 1. §. lex Falcidia, ad leg. Falcid. l. Gallus, in princ. iuncto §. & quid si tantum, de liber. & p. sth. et ibi Crot. nu. 46. in terminis ferè huius quæstionis.
9 Pro contraria verò parte deducitur, † Constitutionem, quæ loquitur de filijsfamilias, non habere locum in filijs adoptiuis, gloss. in §. 1. in verbo, qualecunque, in Auth. de hæred. et Falcid. et in §. 1. in verbo, hoc obseruando. in Authent. de triente, et semiss. Bartol. et alij, in l. si arrogator, de adoption. Ang. in l. cũ in adoptiuis, col. 2. C. de adopt. Bal. cõs. 24. lib. 1. hocq.

hocq. maximè in statutis, quæ propriè sunt intelligenda,
l.3.§.hæc verba,de negot.gest. Bart.in l.omnes populi, nu.62.
de iust.& iure. Andr.Gail.Obseruat.lib.2.cap.136. num.14.
10 † Arrogatos autem,& adoptiuos non esse verè filios tra-
dunt *Castr.in l.2. in fine, C.si in fraud.patron. & cons.493.*
col.1.lib.1. Alex.cons.40. nu.15.lib.4. Socin.cons.226.nu.9.
*lib.2.*sed iuris fictione tales esse *l.filio quem pater,de lib.&*
11 *posth.* Confirmatur ex eo, quia † in statutis appellatione
filiorum non veniunt naturales tantum, multo minus ve-
12 nire debent ciuiles tantum, † cum iura naturalia sint ci-
uilibus potentiora,& hæc est ratio *Baldi d.cons.24.qui al-*
legat l.generaliter,de instit.& substit.& facit Socin.in l.cum
13 *aui:s,nu.56. de cond.& demonstr.* vbi † in statuto,quòd fi-
lij non soluant gabellam de hæreditate, vult adoptiuos
hoc beneficio non gaudere, *Alex.in l.adoptiuum,de in ius*
vocan.Tiraq.in l.si vmquam, in verbo, libertis, num.15. &
num.45.& 121. C.de reuoc.donation. & ibi Ripa num.62.
14 † Neque obstare, quòd Macedonianum habeat locum
in arrogato, quia hoc procedit in odium feneratorum,
vt tradit Crot.in d.§.& quid si tantum,nu.146.& seq. quod
militat tantum in contractu mutui, cum respectu aliorũ
contractuum nihil tale fuerit dispositum. Immò ex iuris
communis dispositione possunt alij contractus,& obliga-
tiones contrahi cum filijsfamilias; ideo non esse trahen-
dum vnum casum ad alium. Neque esse verum,statutum
Vrbis procedere per viam extensionis Senatusconsulti
Macedoniani, quia de eo non est facta mentio in princi-
15 pali dispositione, sed in limitatione tantum; † Neque es-
se licitam extensionem in casu isto, cum simus non solum
in odiosis,sed etiam in correctorijs iuris communis, *c.quæ*
à iure,de reg.iur.in 6. Andr.Gail. Pract.Obseruat. lib.2.ob-
seruat.32. nu.6. Natta cons.514. nu.19. Neque posse dici
hic adesse eamdem, vel maiorem rationem, cum talis ra-
tio à iure ciuili non fuerit habita in consideratione ge-
neraliter in omni contractu,sed tantum in contractu mu-
tui. Hæc & alia multa fuerunt hinc inde considerata, sed
non fuit capta resolutio,ob sententiarum varietatem,ma-
xime cum videatur pugnare rigor pro Butio, cum dici
possit, quòd licet non sit verè filius, sed fictè: tamen fortè
dicendum est, eum fuisse verè filiumfamilias de illo tem-
pore; Æquitas verò pro Guidone videtur, cum ignoraret
huiusmodi arrogationem, quæ de sui natura non est ita
nota, prout generatio naturalis. Et quia in hac materia
reperiuntur decisiones Doctorum variæ, secundum ca-
16 suum diuersitatem; † nam in feudis, emphyteusi, exclu-
sione feminarum, & similibus, Doctores excludunt arro-
gatos, & adoptiuos; in multis verò alijs casibus contrariũ
decidunt,vt videre est *apud Tiraq.in d.l.si vmquam,in ver-*
bo,susceperit filios, vsque ad nu.24. Curt.iun. cons.339. Soc.
iun. cons.32. Capr. cons.115. Ideoq. Alex. in l.adoptiuum,
*num.3.de in ius vocan.& Tiraq.vbi supra.nu.19.*dicunt es-
se distinguendum secundum casuum contingentiam; Erit
igitur strictè informandum, An in isto casu pęnali sint ra-
tiones pro comprehensione vel contra, & an isto casu sit
licita extensio ex paritate vel maioritate rationis.

* *Pro affirmatiua resolutum fuit sub die Mercurij 2. Iunij. 1599. vbi ita breuiter resolutum fuit Statutum vrbis lib.1. c.152. comprehendere filios arrogatos.*

Turritana Tertiariæ.
Die Lunæ 8. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Confessio superat omnem probationem.*
2 *Ad consequenda iura parochialia, & realia, sufficit quòd Ecclesia remanserit parochialis habitu.*
3 *Vbi non agitur principaliter de statu rei, sed incidenter, sufficit leuior probatio.*

DECISIO MCCLXXXVII.

FVit dubitatum, An Abbas teneatur soluere Tertiariã
Domino Archiepiscopo respectu Ecclesiæ Sancti
Procopij, & fuit vnanimiter per Dominos conclusum
pro affirmatiua; nam licet orta fuerit in hac causa magna
ambiguitas,ex eo quòd tempore pręsenti cura animarum
Villæ de Codrignano exerceatur in Ecclesia Sancti Pauli,
cuius ratione fuerat primo ab Auditore Cameræ datum
mandatum de manutenendo Domino Archiepiscopo,
quod postea fuit per Rotam reuocatum tamquam iniu-
stum, cum ostensum fuerit Tertiariam, non solui ratione
Ecclesiæ Sancti Pauli, sed Sancti Procopij, vt habetur in
* tribus decisionibus factis in hac causa, * quia de eo tem-
pore non constabat D.Abbatem possidere Ecclesiam San
cti Procopij; tamen cum postea coram me fuerit proba-
tum dictam Ecclesiam Sancti Procopij possideri per Ab-
batem, & ab eo omnes decimas percipi, vt in decisione
a coram me facta, *a* & constet de antiquissima quasi pos-
sessione Archiepiscopi exigendi Tertiariam Villæ de Co-
drignano; Domini censuerunt eam fuisse exactam ratio-
ne Sancti Procopij,cum iam exacta fuerit stante, & inte-
rim obtinente Abbate Ecclesiam Sancti Pauli,& ne dubi-
tetur potuisse exigi ratione Sancti Procopij, cum cura
exerceatur in Ecclesia Sancti Pauli,fuit consideratum di-
ctam Ecclesiam Sancti Procopij olim fuisse parochialem
dictæ Villæ de Codrignano, licet postea parochiani sese
transtulerint ad Ecclesiam Sancti Pauli propter aeris in-
temperiem,& hoc probari ex pluribus: Primò,ex confes-
sione Abbatis, vbi respondendo positionibus,ait,se crede-
re in Ecclesia Sancti Procopij, quæ habitu est parochia-
lis,non administrari sacramenta, nec exerceri curam ani-
marum propter defectum parochianorum, qui à dicta
1 Ecclesia recesserunt, † & hæc confessio est clara, & supe-
rat omnem probationem, *l.1.de confess. Crauet. cons.61.*
num.3. Secundò probatur ex testibus deponentibus Ter-
tiariam fuisse solutam per Scacadum, & Vlbum pro di-
cta Ecclesia Sancti Procopij,quorum probatio approba-
ta fuit in decisione facta 28. Martij 1594. coram Illustr.
Arigonio.Tertiò accedunt quietantiæ solutionum produ-
ctæ, quæ cantant pro dicta Ecclesia Sancti Procopij ab
anno 1536. vsque ad annum 1542. Neque obstat, quòd
dicta Ecclesia mutauerit statum, & desierit esse parochia-
2 lis, † quia sufficit ad consequenda iura parochialia,& rea-
lia,quòd remanserit parochia habitu, *Rota decis.1.de sepul*
tur.in antiq.Oldr.cons.267. Non obstat,quòd Archiepisco-
pus prætenderet Ecclesiam Sancti Pauli esse parochialẽ,
quia fuit per errorem ortum ex nouo stato Ecclesiæ,& ta-
lis prætensio ei obstare non potest,cum in ea non obtinue-
rit,sed succubuerit. Non obstat,quòd ratione administra-
tionis sacramentorum potuerit Rector Sancti Pauli præ-
scribere aduersus S.Procopium, quia hoc esse non potest,
cum vtraque Ecclesia fuerit ab antiquo ab eisdem posses-
sa; & ideo non potest censeri facta exactio aliter quàm eo
modo, quo fieri poterat, & debebat. Nec obstat vltimò,
quòd non probentur requisita ad parochialitatem, quia
hoc accidit propter translationem exercitij curæ, vt dictũ
3 fuit, † & hodie de hac re incidenter tantum agitur, non
autem principaliter; ideoq. leuior probatio sufficit. *ad con*
sil. Gemin. 27. licet hæc sit ad hunc effectum concluden-
tissima. Et ideo conclusum solui Tertiariam ratione di-
ctæ Ecclesiæ S. Procopij.

* *Prima facta fuerunt coram Illustrissimo Cardinali Mantic. sub die 19. Iunij, & 10. Decembr. 1592. tertia verò coram Card. Arigonio 28. Martij 1594.*

a *Sub die Lunæ 3. Iulij 1595.*

Arti-

Ariminens. Castrorum.
Die Lunæ 15. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Notarius licet tantum dicat testis iuratus, vel medio iuramento deposuit; tamen si examen cadit intra terminum citationis factæ ad videndum iurare testes, præsumitur testis iurasse tactis scripturis.*

2 *Testes coram iudice examinati præsumuntur iurasse tactis scripturis, licet Notarius dicat solum testis iuratus.*

DECISIO MCCLXXXVIII.

CAusa fuit proposita super defectu iuramenti opposito contra testium examen, & reseruato in decisione facta 13. Maij proximè præteriti, & fuit per Dominos conclusum hanc exceptionem non obstare, & fidem testibus esse adhibendam; nam Domini amplexi sunt opi-
1 nionem illam, quam sæpius Rota sequuta est, quòd † licet Notarius solum dicat, testis iuratus, vel medio iuramenta deposuit; tamen si examen cadit intra terminum citationis tunc præsumitur testis iurasse, tactis scripturis, *vt fuit resolutum in vna Ciuitaten. Fabricæ coram me,* * *& in vna Clusina pensionis coram Illustriss. Blanchetto, & in una Veneta matrimonij 8. Iunij, 1598. coram D. meo Penia; & in multis alijs causis per informantes allegatis.* Coadiuuatur hæc præsumptio, ex quo fuerunt ex aduerso data interrogatoria pro parte Marchionis, & inter alia actum in illis,
2 vt fieret monitio testibus de pœna periurij. Præterea † cũ testes fuerint coram iudice examinati, coadiuuatur hæc præsumptio, *ad Bald. in l. iusiurandi, nu. 2. ubi Salicet. nu. 4. C. de testib. & fuit dictum in una Toletan. decimarum coram Illustriss. Blanchetto, 21. Iunij, 1583. & in una Bononien. de Maceno, 20. Nouembris, 1595. coram Domino meo Mellino,* & postremo adsunt attestationes Notarij, & testium de huiusmodi iuramento, quæ inseruiunt pro adminiculo. *Aut. August. in Epith. tit. de testib. §. nouo.* Et ita conclusum.

* *In Ciuitaten. constructionis Capella, 20. Febr. 1589. nu. 15. In Clusina pensionis 30. Mart. 1576. coram Card. Blanchetto, & coram eod. in Toletana decimarum, de Brea, 21. Iunij 1583. & in Cithanien. Illegitimitatis 29. May 1598. coram bon. mem. Orano.*

Placentina Capellaniæ.
Die Lunæ 15. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ non possunt dici conformes, quæ fundantur in diuersa causa incompatibili.*

2 *Sententia nulla ex causa valida confirmari potest; declara tamen, vt hic.*

3 *Ordinarius non potest conferre beneficium vacans ob non publicationem propter reseruationem vigore Constitutionis Gregorij XIII.*

4 *Sententia censetur lata iuxta facultatem iudici competentem.*

5 *Constitutio Gregorij XIII. reseruationis beneficiorum ob non publicationem comprehendit etiam beneficia iuris patronatus.*

DECISIO MCCLXXXIX.

FVit resolutum sententiam Ordinarij non posse facere numerum cum alijs duabus Rotalibus, ad effectum trium conformium, ita vt possint relaxari exequutoriales; cum enim Ordinarius per suam sententiam adiudicet Capellaniam, de qua agitur, Iulio præsentato à Dominis de Beccaria dictæ Capellaniæ patronis, tamquam vacantem per obitum Hieronymi, & postea fuerit in Rota detectum, eam non vacare per obitum, sed per resignationem non publicatam, *vt fuit decisum coram R. P. D. meo Penia 24. Octobris, 1594.* Ideoq. Iulius obtinuerit à Papa nouam prouisionem, ex capite istius vacationis, non possunt dici sententiæ Rotales conformes sententiæ Ordinarij, cum ea confirmari non potuerit, sed pronunciandum fuit prout in prima, *Put. decis. 292. lib. 1. Penuzin. decis. 49.*
1 *lib. 2. Io. Paul. decis. 107.* † fundantur enim in diuersa causa, quæ est incompatibilis cum causa expressa in sententia Ordinarij, *Gand. in Clement. 1. in 1. oppos. de sent. & re iud. Alex. cons. 77. lib. 2. Aymo cons. 184.* Neque obstat, quod sententia Rotalis confirmet sententiam Ordinarij, & eo
2 quod † sententia nulla possit confirmari ex causa valida, quia hoc procedit, si causa, ex qua confirmatur, erat in rerum natura tempore prioris sententiæ, & implicitè saltem cõprehensa in processu dictæ prioris instantiæ, *ut lex. post Bart. & Bald. in l. si is ad quem, nu. 16. de acq. hered. vbi Ias. num. 29.* Neque obstat, quod prima sententia non se restringat ad illam vacationem, propter clausulam, aliter, *ex cons. Gen. nu. 119.* quia hæc interpretatio non potest ca-
3 dere in hoc casu propter defectum potestatis; † Ordinarius enim non poterat conferre beneficium vacans ob nõ publicationem, cum sit reseruatum per Constitutionem
4 fel. rec. Gregorij XIII. † & sententia censetur debere lata iuxta facultatem iudici competentem, *Felin. in c. cum ex officij, nu. 23. vers. limita secundo, de præscript.* Non obstat, quòd noua prouisio accessoria ad præsentationem, & institutionem, quia nõ erat necessario accessoria; postquam enim lis fuerat iam introducta, poterat Papa dare nouam
5 prouisionem Augustino, si voluisset, cum † Constitutio capiat etiam beneficia Iuris patronatus. Quod verò deducitur de sententia Præpositi Papiensis, quod non fuerit reuocata, cum reuocari debuerit, est extra dubium, & indiget particulari inspectione.

Romana Vineæ, seu Saluiani Interdicti.
Die Veneris 26. Iunij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Bona patris pro mala administratione bonorum filiorum, sunt tacitè hypothecata.*

2 *Sub hypotheca generali omnium bonorum comprehenduntur etiam bona post hypothecam acquisita, & in eis etiam datur Saluianum; fallit tamen, vt nu. 5. & 6.*

3 *Pro tacita hypotheca competit Saluianum.*

4 *Bona emphiteutica comprehenduntur in generali bonorum obligatione; & maximè in eo, qui non est soluendo.*

5 *Bona emphyteutica expressè prohibita alienari, & hypothecari, non comprehenduntur sub hypotheca quantumuis generali, nec in eis datur Saluianum.*

6 *Pro re, quæ hypothecatur, non soluitur laudemium.*

7 *Hypotheca non acquiritur sine consensu hypothecantis.*

8 *Voluntas hypothecantis non censetur adesse, quando res prohibita est hypothecari.*

9 *Res emphyteutica donari potest etiam ante obtentum consensum domini directi, dummodo ante rei traditionem ad sit consensus.*

10 *Dominus directus non tenetur consensum obligationi rei emphyteuticæ præstare, declara tamen, vt nu. seq.*

12 *Clausula, Ad habendum, in emphyteusi quid operetur.*

13 *Res emphyteutica, si redeat ad dominum, vti dominum, non vti priuatum, omnes obligationes, & onera extinguuntur; quod tamen declara, vt hic.*

DE-

DECISIO MCCXC.

PRætendit Dominus Franciſcus de Marchis ſe eſſe cre-
ditorem Ioannis patris ratione malæ adminiſtratio-
nis bonorum ſuorum aduentitiorum in notabili quanti-
tate, poſt illius obitum egit Saluiano Interdicto aduer-
ſus Dominum Propertium Fontanellam poſſeſſorem cu-
iuſdam vineæ, quæ fuerat in bonis Ioannis; & fuerat
ad inſtantiam creditorum dicti Ioannis ſubhaſtata, &
deliberata Leonardo Deto, & tandem peruenerat ad ma-
nus Domini Propertij: Fuerat autem hęc vinea habita ab
authore Ioannis in emphyteuſim à Domino Hieronymo
de Cuppis cum decreto, quòd numquam poſſet terrenum
illud neque melioramenta in eo facienda vendi, neque
obligari, hypothecari, pignorari, & in ſolutum dari, dona-
ri, cedi nec in dotem dari, aut aliàs alienari, quouis alie-
nationis titulo largo modo ſumpto vocabulo, ſine expreſ-
ſa licentia, & conſenſu prædicti Domini Hieronymi,
eiuſq. hæredum, & ſucceſſorum, & cauſam ab eis haben-
tium, & ſoluto laudemio ſolito, & conſueto, prout in in-
ſtrumento latius continetur. Allegabatur autem pro parte
1 D. Franciſci, † bona paterna ex iuris communis diſpoſi-
tione, eſſe obligata, & tacite hypothecata pro adminiſtra-
tione bonorum filiorum, *l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ
lib. Socin. conſ. 34. nu. 13. lib. 1. Neguſan. de pign. 4. membr.
ſecundæ part. nu. 13. & fuit reſolutum coram R. P. D. meo*
2 *Orsino, 8. Iunij, 1584.* † Ideoq. prædictam Vineam, quæ
erat in bonis Ioannis comprehendi ſub eadem tacita hy-
potheca generali, quæ capit etiam bona poſt adminiſtra-
tionem acquiſita, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* ex quo ſe-
quitur dari Interdictum Saluianum, *ad gloſ. in l. 1. de Sal-
uiano Interd. Aretin. in § item Seruiana, num. 8. Inſtit. de*
* *action. cum aliis,* * & in ſpecie quòd † pro tacita hypo-
3 theca competat Saluianum, decidit *Rota in cauſa Romana
de Comitibus, coram S. D. N. 27. Maij 1581. Gabr. conſil.
44. nu. 1. & 2. lib. 2, Meno. h. in remed. adipiſc. 3. num. 55.*
4 Atque eſſe in confeſſo † ex iuris diſpoſitione bona emphy
teutica comprehendi in generali bonorum obligatione,
*l. lex vectigali. de pign. l. tutor. §. fin. de pign. act. Neguſant. de
pign. 2. membro, 2. partis, nu. 28.* eo maximè, quia eſt noto-
rium, hereditatem Ioannis non eſſe ſoluendo, *Corn. conſil.
151. col. fin. lib. 4. Gabr. concl. 1. num. 33. de fideiuſſ. Caputaq.
deciſ. 273. parte 2.* His tamen non obſtantibus Domini cen
ſuerunt in caſu, de quo agitur, non habere locum Saluia-
5 num Interdictum; † nam hypotheca quantumuis gene-
ralis, non comprehendit bona emphyteutica expreſſè
prohibita alienari, & hypothecari; *iuxta doctrinam Bart.
in l. codicillis, §. inſtitutio, num. 5. de legat. 2. Alex. in l. ſi con-
ſtante, nu. 26. ſolut. matr. & conſ. 168. num. 8. lib. 2. cum aliis
latè deductis in vna Romana domorum, coram Illuſtr. Lan-
cellotto, quæ habetur in impreſſ. diuerſ. lib. 1. deciſ. 426.* Vnde
cum nõ adſit ſuper iſta Vinea hypotheca expreſſa, neque
tacita, neque etiam competit Saluianum. Neque huic
concluſioni obſtant ex aduerſo conſiderata: & Primò,
quòd prohibitio contenta in inſtrumento conceſſionis ſit
appoſita ad effectum tantum ſolutionis laudemij, non au
tem ad impediendum abſolutè omnem hypothecam,
6 quia hoc non poteſt applicari ad caſum iſtum, † cum pro
re hypothecanda non ſoluatur domino directo Laude-
mium; & ideo prohibitio alienationis, & hypothecæ non
poteſt dici facta contemplatione ſolutionis Laudemij.
Neque obſtat, quod dicitur, emphyteuſim fuiſſe perpe-
tuam, cum Clauſula, Ad habendum, tenẽdum, &c. ex quo
ſequitur Dominum directum obligatum fuiſſe præſtare
conſenſum, quoties requiſitus de eo fuiſſet: Verum neque
hęc ratio poteſt applicari caſui, de quo agitur; Aliud enim
eſt quærere, an emphyteuta volente rem emphyteuticam
obligare, dominus cogatur conſenſum præſtare; aliud, an
conſenſu non præſtito intret hypotheca ſtante prohibi-
tione; nam dato quòd ſine veri præiudicio illud conceda-
7 tur, † non ideo ſequitur ſine conſenſu quæſitam fuiſſe hy-
pothecam, & ad hoc facit optimè *conſ. Bero. ex aduerſo al-
legatum 127. num. 12. & 19. & 20.* vbi vult, quòd debet
8 concurrere voluntas hypothecantis, & † eam non cenſeri
adeſſe, ſi res prohibita ſit hypothecari, & licet teneat,
9 † rem emphyteuticam donari poſſe ante obtentum con-
ſenſum domini directi; tamen illum requirit ante rei tra-
10 ditionem, ſed & verius eſt, † Dominum non teneri præ-
ſtare conſenſum obligationi; nam hoc pacto ſi deuoluere-
tur ad dominum, tranſiret cum ſuo onere in manifeſtum
præiudicium ſuum, *vt habetur in deciſ. Guid. Pap. 575. ex
aduerſ. allegata,* vel etiam euenire poſſet, vt propter diuer-
ſos creditores habentes hypothecam, res ipſa diſtrahere-
tur, & diuideretur in plures partes in manifeſtum præiu-
11 dicium proprietarij: Vnde quod dicitur, † Dominum te-
neri ad præſtandum conſenſum, procedit in totali aliena-
tione integræ rei, tunc enim hoc poteſt fieri ſine præiudi-
cio Domini, cum mutetur tantum perſona emphyteutæ.
12 † Neque Clauſula illa, Ad habendum, &c. poteſt operari
diſtinctionem pacti expreſſi; maximè cum ſit limitata per
illa verba, prout de re locata de iure fieri permittitur: &
hoc etiam quia de eius natura eſt, vt non ampliet, neque
alteret principalem diſpoſitionem, *Felin. in c. licet in corri-
gendis, num. 7. ad fin. de offic. Ordin. Dec. conſ. 195. col. penult.
verſ. ſecundò diligenter. Aymo. conſ. 20. nu. 15. et fuit dictum*
b *in cauſa Caſalis Marciliani, coram me.* b *quæ ex aduerſo al-
legatur,* & ſemper intelligitur dicta Clauſula ſecundum
naturam contractus, vt ſimiliter non fuerit in illa prohi-
bitione appoſita pœna deuolutionis, & dato etiam quòd
deuolutio non veniret ex legis diſpoſitione, cuius contra-
rium verius eſt, cum diſpoſitio ſub vno, & eodem contex-
tu contineat omnem alienationem: & certum eſt, quòd
per alienationem intrat deuolutio: Vnde locum habet
regula l. iam hoc iure, de vulg. nõ ideo tamen efficitur, quin
prohibitio impediat hypothecam. Non obſtat *deciſio in
d. cauſa Romana Caſalis Marciliani.* quia ſi tota percurra-
tur potius facit in contrarium, cum ibi concludatur, quòd
propter expreſſam prohibitionem alienationis incurri-
tur caducitas ob impoſitionem cenſus ſuper re emphyteu-
tica; ſed quia cenſus ille fuerat per creditores extinctus
ante factam ipſis intimationem acceptationis caducita-
tis, Domini excuſarunt ex quadam æquitate à deuolutio-
ne, cum ius Eccleſiæ non eſſet factum deterius; ſed hæc
non faciunt ad rem noſtram, non enim agitur de deuolu-
tione, ſed an vinea comprehenſa fuerit in hypotheca le-
gali, & licet iſta videatur facere ad illum caſum, An domi
nus cogi poſſit ad præſtandum conſenſum, tamen hodie
non poteſt hoc ad actum deduci, cum vinea non ſit am-
plius penes Ioannem, qui poſſit hunc conſenſum petere,
ſed penes Dominum Propertium, cuius authores hunc
conſenſum obtinuerunt à Domino, quando vinea fuit
ſubhaſtata; Vnde eſt valdè abſurdum dicere, quòd Domi-
nus Franciſcus poſſit hunc conſenſum petere ad effectum
euincendi vineam ab illis, qui ſunt hodie legitimi poſſeſ-
ſores, cum neque ipſe ſit emphyteuta, neque gerat ſe pro
hærede patris, neque vllam vmquam habuerit hypothe-
cam ſuper iſta vinea. Neque etiam obſtat, quod deduci-
tur *ex eadem deciſione Illuſtriſſ. Lancellotti,* hypothecam
intrare, ſi nihil aliud ſit in bonis; quia illud procederet in
hypotheca expreſſa, non in legali; & non verificatur, quòd
tempore adminiſtrationis Ioannes non haberet alia bo-
na. Poſtremò *deciſiones allegatæ Guid. Pap. 575. & Boer.
181. num. 7.* non faciunt ad rem, immo potius contrarium
13 probant; quoniam concludunt, quòd † ſi res emphyteu-
tica redit ad dominum vti dominum, non vti priuatum
ex acquiſitione habita ab emphyteuta, omnes obligatio-
nes, & onera per emphyteutam impoſita extinguuntur,
& res, redit libera ad dominum, quæ ſunt intelligenda
de illis conceſſionibus in emphyteuſim, in quibus expreſ-
ſè non fuit prohibita hypotheca, vt ſupra fuit deductum;
nam in illis tenet hypotheca, quamdiu durat emphyteu-
ſis, ſed ea reſoluta reſoluuntur omnes obligationes, *l. lex*

vecti-

vectigali,de pignor. Et ex his satis superq; sublata sunt omnia in contrarium deducta. Quare conclusum hoc casu non competere Salmanum.

a *Gabr.conf.46.nu.20.lib.1.& tenuit Rota in vna Foroliuien.bonoru 24.Ian.1560.coram Palaotto,quæ in impr.diu nou.est 674.nu.4.lib.3.& in Romana fructuum 4. Martij 1577. coram Rubeo in impr.diuerf.par.iff.44 p.1.*

b *Sub die 19.Iun.1567.num.8.*

Romana Hæreditatis de Sellis.
Die Mercurij 1. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis excludens sorores dotatas à successione fratrum,quomodo intelligatur.*

DECISIO MCCXCI.

GAspara de Angelis prætendebat succedere vnà cum Bernardo Auunculo in bonis Ioannis Baptistæ itidem Auunculi,& fratris dicti Bernardi vigore *Statuti Vrbis.lib.1.c.146.* Ex aduerso opponebatur Prudentiam matrem Gasparæ vti dotatam exclusam esse, nec Gasparam potuisse cum Auunculo concurrere, sed quia super hoc facto controuertebatur; Fuit dubitatum,an probatæ sint

1 qualitates Statuti ad effectum,de quo agitur. † Statutum disponit fratres succedere fratrib. ab intestato exclusis sororibus dotatis; Ideo difficultas eo reducitur, An statutū sit intelligendum de dotatis ab ijs, à quorum hæreditate excluduntur tantum. An verò ad excludendas sorores sufficiat eas à quocumque dotatas fuisse. Et Domini censuerunt eas per huiusmodi Statutum excludi, siue ab eo de cuius successione agitur,siue à quouis alio dotatæ fuerint, *per doctrinam Bald. in l.t. C. de legit. hæred. & in l.neque mater, C.de iure dot.quem sequitur Alexand.conf.19.lib.1.* qui vult, vbi statutum procedit vlterius vocando fratres, dummodo sorores sint congruè dotatæ, vel sint parati eas dotare,sufficere,quòd sint dotatæ à quocumque,& de magis communi testatur *Roland.consil.24.n.13.lib.1. vbi allegat Socin.iun.idem tenentem contra Dec.conf.346.contra quem dicit fuisse iudicatum, & hoc idem sentit Rota referente Put.decis.284.lib.2. & fuit decisum in causa Balneoregiensi bonorum, coram R. P. D. meo Pamphilio 16. Maij 1594.facit decis.62. Tessauri, & Ant. Aug. in epit.tit.de testam.§.22.* Vnde cum ex iuribus noviter productis constet matrem Gasparæ fuisse dotatam, Domini sequuti

a sunt decisiones alias super statuto vrbis in Rota factas. Et ita conclusum contra Gasparam.

a *Prout fuit dictum supr.in causa Romana hæreditatis de Capranica, 23.Ian.1581.& in Balneoregien.bonorum, 16. Maij 1594. coram Cardin.Pamphilio.*

Colimbrienſ. Reſeruationis fructuum.
Die Mercurij 1. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *In illegitimo non sufficit probatio clericatus per publicam vocem,& famam;nisi cum probatione famæ concurrant alia adminicula.*

2 *Ex fructuum exactione per plures annos, resultat iustificatio tituli sufficiens.*

3 *Vicarius Vrbis habet facultatem conferendi clericatum exteris, maximè curialibus, & hoc quotidie practicatur.*

DECISIO MCCXCII.

DOmini censuerunt gratiam bon. mem. Don Elisei esse iustificatam; nam licet ipse esset illegitimus, &

1 † in illegitimo sufficiat probatio clericatus per publicam vocem,& famam, *vt tradit Put.decis.359.lib.1.Guidobon. decis.133.Cassanen.decis.26. Io.Paul.decis.24. Sarnens.super Regul.de Annali,q.58. vers. secundo pro ista parte,* tamen hoc fallit, vbi cum probatione publicæ famæ concurrunt alia adminicula, prout in casu isto, in quo concurrit probatio,quòd Don Eliseus obtinebat alia beneficia, & pensiones, & quod eorum fructus continuò percipiebat, vt deponunt testes iuxta septimum interrogatorium, in summario nu. 4. & in specie quòd spatio vigintiquinque annorum pacificè percepit fructus parochialis Ecclesiæ Sanctæ Columbæ sibi reseruatos ex causa resignationis, de quorum translationis validitate nunc agitur, & tollit omnem difficultatem gratia eidem Don Eliseo concessa Motu proprio à fel. rec. Gregorio XIII. in qua narrato defectu natalium,& clericatu,& dispensatione ad beneficia, & pensiones, conceditur ei, vt in futurum in gratijs impetrandis nullam teneatur facere mentionem de defectu natalium. Quòd autem esset susceptus ex soluta, probant testes, tam super articulo, quam super interroga-

2 torijs,vt bene in facto deducitur. Et hinc † resultat sufficiens iustificatio sui tituli concurrente exactione viginti quinque annorum, vt dictum est, *& fuit resolutum in pluribus causis, & in specie in Bononienſ.pensionis 13. Maij 1593. coram R.P.D.meo Mellino,* maxime cum non agatur principaliter ad effectum reseruationis, sed tantum ad effectum validitatis translationis. Familiaritas quoque Papæ probatur per dictos testes iuxta octauum interrogatoriū, & sic in omnibus est iustificata gratia ipsius authoris. Verum quia fuit postea oppositum contra personas translatariorum; tum quòd non constet de eorum clericatu; tū etiam quòd non constet legitimè de translatione iuris percipiendi fructus, de quibus agitur, feci verbum cum Dominis in vltima Rota. Et fuit conclusum translatarios esse in probatis; nam quantum ad D. Quitiuum Vignon, ipse produxit in actis clericatum habitum à suo Ordinario, & fuit recognitum per testes instrumentum dicti clericatus. Quantum verò ad Ioannem fuit productus eius clericatus obtentus ab Illustriss. Vicario Vrbis. Neque obstare, quòd ipse narretur illegitimus; nam docuit de dispensatione obtenta à Cardinali Portugalliæ Legato, ad obtinēdum clericatum,& alios ordines. Nec obstat,quod-

3 dicitur, † Vicarium non habere hanc facultatem, quia hoc non est verum,immo contrarium quotidie practicatur, maximè in Curialibus. Quantum verò ad translationem, instrumentum originale fuit productum in partib. in prima instantia, & nihil fuit contra illius fidem oppositum,& nunc ad tollendam omnem suspicionem fuit exhibitum idem originale Dominis, ex cuius visione habuerunt hanc oppositionem pro friuola; & ideo mandarunt causam expediri, & si pars aduersa voluerit remissoriam petitam, eodem contextu eam ei concedant sine retardatione præsentis instantiæ. Et ita conclusum.

Valentina Decimarum.
Die Mercurij 1. Iulij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio decimarum concessa in vim priuilegij, intelligi debet, quo ad decimas, quæ ex iuris communis dispositione debentur,non quæ iure speciali ex particulari concessione, præsertim ex causa onerosa, & ex quasi contractu soluuntur.*

2 *Priuilegio concesso ex causa onerosa,& ex quasi contractu, Papa non solet de facili derogare.*

3 *Derogationes generales ad ignorata non trahuntur.*

4 *Papa præsumitur non habere notitiam iuris ex speciali concessione competentis, sed eius tantum quod ex iuris communis dispositione competit.*

5 *Numquam cēsetur priori priuilegio derogatum per aliud subsequens; nisi de illo fiat mentio propter præsumptam illius ignorantiam in Papa.*

6 *Clausulæ priuilegiorum valdè prægnantes, & habentes vim specialis derogationis, non porriguntur ad ea, quæ præsumuntur ignorata; sed tantum ad ea, quorum verisimiliter Papa notitiam habet, & in quibus non requiritur specialis derogatio.*

7 *Derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo, non ampliat, nec extendit principalem dispositionē; sed solum operatur respectu eorum, quæ in priuilegio comprehenduntur.*

8 *Derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo, non tollit priuilegium & ius speciale; prout dicitur de Clausula, Sublata, vt num. seq.*

10 *Declaratur Puteus decis. 332. lib. 3.*

DECISIO MCCXCIII.

ARchiepiscopus & Capitulum Ecclesiæ Valentinæ
possident duas ex tribus partibus decimarum, de
quib. agitur, ex donatione Don Iacobi Regis Hispaniarū,
qui earum dominus erat ex concessione Vrbani II. qui
has decimas concesserat Regi, eiusq. successorib. in terris
& regnis iure belli recuperatis à Saracenis, vel ex eorum
proprijs hæreditatib. fundatis, vt habetur in priuilegio Vr
bani, & donatione Regis, qui titulus fuit per Dominos ap
probatus coram R.P.D. meo Pamphilio 27. Nouembris
1696. RR. Patres Societatis Iesuitarum prætendebāt eo-
rum bona & loca esse à solutione decimarum exempta vi
gore priuilegiorum eis à diuersis Romanis potificibus cō
cessorum. Vnde lite corā me introducta, fuit dubitatum,
An priuilegia Patrum Iesuitarum releuent in casu, de quo
agitur. Et causa maturè discussa, fuit per Dominos vnani-
mi sententia conclusum, non releuare; hocq. potissimum
1 ex eo fundamento, quòd † omnes exemptiones vigore pri
uilegiorum Summorum Pontificum concessæ in materia
decimarum intelligi debent de exemptione solutionis ea,
rum decimarum, quæ parochis, vel alij personis, aut Col-
legijs ex iuris communis dispositione debentur, non autē
earum decimarum, quę iure speciali ex aliqua particulari
concessione ex priuilegio debentur; maximè si talis conces
sio particularis facta fuit ex causa onerosa, & ex quasi con
2 tractu Principis, † his enim non solet Papa facilè dero-
gare, cum teneatur stare pactis & conuentionibus per ip-
3 sum initis; tum etiam quia † derogationes generales non
4 solent trahi ad ignorata: † pręsumitur autem Papam nō
habere notitiam iuris ex speciali concessione competen-
tis, sed eius tantum, quod ex iuris communis dispositione
competit, *vt fuit resolutum in hac causa coram R.P.D. meo
Pamphilio, 9. Iunij, 1597. & fuerat idem dictum in vna To-
letana Annatorum coram R.P.D. meo Orano, 23. Ianuarij,
1589. per doctrinam communem Doctorum in c. 1. de rescript.*
5 dicentium † nunquam censeri derogatum priori priuile-
gio per aliud subsequens, nisi de illo fiat mentio, propter il
lius præsumptam ignorantiam in Papa, *l. decurionibus, C.
de silentiar. lib. 11. Ias. in l. postquam liti, num. 11. C. de pact. Fe
lin. in c. nonnulli. num. 23. de rescript. Dec. in c. quæ in Ecclesia
rum, num. 44. de constitut. Put. decis. 93. lib. 3. & in specie in
terminis nostris exstat allegatio Roderici Suarez 28. num. 9.
6 cum sequentib. à Dominis approbata.* † Non obstat Clausu
læ priuilegiorum ex aduerso allegatorum, quæ videntur
valde prægnantes, & habere vim specialis derogationis,
*vt per Anchar. cons. 335. num. 2. Alex. cons. 187. lib. 5. Dec.
cons. 53. num. 5. cum similib.* quia non porriguntur ad ea,
quę præsumuntur ignorata, sed tantum ad ea, quorū veri-
similiter Papa notitiam habebat, & in quibus non requi-
ritur specialis derogatio, *Curt. iun. cons. 130. num. 31. part. 3.
Purpurat. cons. 18. num. 42. Soc. iun. cons. 77. n. 106. & 126.
lib. 1. Natta cons. 209. num. 6. & fuit dictum in vna Taruina
na Plebis coram R.P.D. meo Mellino, 28. Iunij 1593.* Quod
maximè procedit in casu isto, in quo Archiepiscopus, &
Capitulum vicissim ex causa remunerationis concesserūt
* Regi plura, de quib. per informantes; * Non obstat, quòd
in priuilegijs societatis adsint plures & prægnantiores
Clausulæ, quàm in priuilegio fratrum S. Hieronymi, con-
tra quos Rota tulit sententiam; quia aliquæ alio tendunt,
nempè, vt capiant aliud genus decimarum, quæ pro de-
fensione patriæ vel expeditione contra infideles impo-
nuntur, & hæ nihil commune habent cum decimis, de
quibus agitur. Quæ verò respiciunt derogationem priui-
legiorum ad instantiam Imperatorum & Regum conces
sorum, non tangunt casum istum, præterquam quòd ver-
ba non conueniunt decimis, de quibus agitur, quæ non
sunt concessæ ad instantiam Imperatorum vel Regum,
sed sunt ex contractu, *Natta, consil. 669. num. 78. & 11.
Felin. in dicto c. nonnulli, num. 19. de rescript. Roman. consil.
439. num. 16. Roland. consil. 13. num. 32. lib. 3. Peregrin. de-
cis. 46. lib. 2.* Ideo illa verba intelligi debent de extraordi-
narijs, quæ aliquando ad tempus non autem in perpe-
tuum à Pontificibus ex causa imponuntur, *vt per Put. de-
cis. 65. lib. 3.* Verum decimæ, de quibus agitur, non sunt or-
dinariæ de sui natura, sed donatæ Regi, vt iam deductum
fuit, quæ interpretatio colligitur ex eo, quòd priuilegium
eximit à quibuscumque decimis etiam Papalibus, quæ
dicuntur extraordinarię; nam aliæ sunt impositæ à iure
Diuino, licet auctoritate Papæ translatæ de vna persona
in aliam ex causa onerosa, vt iam deductum fuit. Non ob-
7 stat, quòd † derogatum sit in priuilegio societatis regu-
læ de non tollendo iure quæsito, quia dicta derogatio non
ampliat, neque extendit principalem dispositionem, sed
solum operatur respectu eorum, qui in priuilegio sunt cō-
prehensi, *Felin. in c. licet, num. 7. de offic. Ordin. Sarnen. su-
per regul. de infir. resign. q. 34. num. 3. Paris. consil. 1. num. 91.
8 lib. 1. Dec. cons. 10. lib. 4. Butr. cons. 19. Aegid. decis. 333.* † &
in specie quòd non deroget priuilegio & iuri speciali, *tra-
dit glos. in cap. 1. in verbo, consuetudine, de* Capell. *mo ach.
9 lib. 6. Castrens. cons. 187. num. 1. circa med. lib. 2.* & † in simi-
li dictum fuit de Clausula, Sublata, *in decis.* R. *P. D. mei
Pamphilij, 9. Iunij, 1597. & coram eodem in Calaguritana de
10 Victoria 15. Iunij* 1592. Non obstat, quod dicitur, † priui-
legium Vrbani Regi concessum non debere extendi ad
successores singulares, *ad Put. decis. 332. lib. 3.* quia Puteus
non loquitur, quando quis est successor particularis in re
ipsa donata, tunc enim ei quæritur vnà cum suis qualita-
tibus, vt in terminis donationis *tradit Socin. iun. cons. 74.
num. 27. lib. 3.* sed neque etiam hic agitur de extensione,
sed an istę decimę comprehendantur sub exemptione so-
cietatis. Et ex his conclusum, eodem iure, quantū ad hunc
articulum attinet, esse censenda priuilegia societatis cum
priuilegijs aliorum regularium, contra quos fuit iam cau
sa decisa, & per sententiam terminata; Ideoq. non releua-
re in casu, de quo agitur.

* *Et in specie deducitur causa oneris iniuncti recuperationis Regni à manibus infidelium.*

Romana Officij.
Die Lunę 19. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca super officijs Romanæ Curiæ an detur, & quo modo, & num. 3. & 7.*

2 *Ius quæsitum creditoribus, non tollitur per rescriptum Papę, in quo non fuit derogatum regulæ de iure quæsito non tollendo.*

4 *Declaratur l. fin. C. de pignoribus.*

5 *Officia Curiæ nunquam ad hæredes transmittuntur, nisi ex particulari decreto non vacationis, nec vendi possunt sine licentia.*

6 *Officia Curiæ imputantur in legitimam quoad æstimationem, non quo ad titulum.*

8 *In concessione tituli officij obtenta à Papa non est necessaria derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo.*

Ius

9 *Ius conditionale non præseruatur per regulam de iure quæsito non tollendo.*

10 *Clausulæ generales non attenduntur in his, in quibus implicatur contrarietas cum illis quæ fuerunt expressa.*

DECISIO MCCXCIV.

FEl.rec.Sixtus V.vnum ex officijs Militum Lilij donauit q. Io. Petro Riccio eius familiari, qui postea dictum officium vendidit, & ex pretio eiusdem emit aliud officium Equitum Lauretanorum, quæ officia in eorum erectione habent indultum, ne per triennium à die erectionis vacarent, obijt deinde Riccius in primo anno, cũ adhuc superessent duo anni ex forma indulti relicta Camilla filia infante, cuius contemplatione idem Sixtus cõtulit dictum officium Pompeio de Blanchis cum decreto, quòd illud vendere, alienare, vel obligare non posset, nec in totum vel in partem de illo disponere absq; expresso Camillæ, & Magdalenæ matris consensu, ita vt neque à creditorib. Io. Petri in vim cuiuscumque obligationis Cameralis, vel alio respectu molestari valeant, cum decreto irritanti, & Clausula, Sublata. Fuit postea ad instantiam creditorum Ioannis Petri obtẽta à S.D.N. licentia subhastandi dictum officium, narrando quòd dictum officium fuerat collatum in personam D. Pompei de Blanchis cum onere, quòd ipse Pompeius debita Io. Petri integrè persolueret, cum Clausulis opportunis, & clausula derogatoria priuilegiorum, & indultorum, pro plenè, & sufficienter expressis, & hæc fuerunt gesta cum Pompeo non citata Camilla, aut Magdalena eius matre, & tutrice: Cumq; mihi esset commissa extra Rotam, & vti Prælato causa repetitionis officij siue eius pretij ad instantiam Camillæ, volui consulere RR. DD. meos coadiutores super hoc articulo, An locus esset restitutioni huius officij stante rescripto siue indulto Sixti V. Et causa proposita vota Dominorum fuerunt diuisa; tres enim ex Dominis existimabant

1 bant † hypothecam cadere super istis officijs, *per text. in l. fin. C. de pignor.* hocq; dicebant esse de mente *Couar. lib. 3. variar. c. 19. nu. 6. Azenedi ad Curiam Pisan. c. fin. num. 4. Auendam respons. 9. nu. 3. Matthiensis in l. 5. tit. 9. glos. 4.*

2 *lib. 5. recopilationum.* Quo stante fundamento, † cum esset vigore hypothecæ ius quæsitum creditoribus Io. Petri super dicto officio, non suffragari Camillæ rescriptum Sixti V. ex quo in eo non fuit derogatum regulæ de non tollendo iure quæsito, *ad decis. Moh. d. 32. Sarnens. super dicta regul. q. 15. Cæsar de Graff. decis. 3. de rescr. & fuit resolutum in causa Bononiensi officij 5. Decemb. 1594. coram R. P. D. meo Litta, & in pluribus alijs causis per informantes allegatis.* *

Quattuor verò ex Dominis sentiebant contrarium; nam

3 quod dicitur, † ista officia cadere sub hypotheca, id dicebant intelligendum esse respectu fructuum, & pretij, non autem respectu tituli, de quo non licet disponere, nisi de expressa licentia Papæ, in cuius præiudicium nulla potest cadere super titulo hypotheca, vt est receptissimũ in Curia, cum videamus per mortem debitoris nacante officio illud acquiri Papæ, qui de eo disponit nulla habita ratione creditorum, quòd si aliquando Papa dat licẽtiam subhastandi officia debitorum, illud fit ex Principis indulgentia; maximè quòd eo tempore, quo subhastantur, non sunt vacantia, & hoc optimè colligitur *ex nouell. Constit. 53. de exhibend. & introduc. reis, §. optimum est quoque.* vbi Imperator tradit antiquis temporibus non adfuisse in militijs hypothecam, sed paulatim Imperatores interpellantium

4 tium creditorum miseratos eas admisisse, † nec suffragatur *l. fin. C. de pign.* quia loquitur de ijs officijs, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti possunt, quæ qualitates istis of-

5 ficijs non conueniunt, cum † numquam ad hæredes trãsmittantur, nisi ex particulari decreto non vacationis, neque vendi possunt, nisi impetrata licentia, quæ licet obtineri soleat, non tamen ita de facili; nam & adhiberi solet diligentia in explorando sit ne senex, aut valetudinarius is, qui vult resignare, & si est absens præstanda est fideiussio de superuiuentia; ideo non bene applicantur ea, quæ afferuntur *ex Couarru.* quinimmo magis adaptantur auctoritates per eum allegatæ, *Bart. Bald. & Cacr.* neque par est ratio imputationis in legitimam, & facultatis alie-

6 nandi; nam † quando in legitimam imputantur, agitur tantum de dictorum officiorum æstimatione, non autem de titulo, *vt fuit dictum coram me in vna Romana de Piatetis 17. Aprilis 1570.* Ideo quæ ex Doctoribus deducuntur *in l. omnimodo, §. imputari, de inoffic. testam.* non faciunt ad propositum, & si bene aduertatur, hoc idem videtur in effectu concludere *Couarru. in loco supra citato, dum in fin. ait*, officia publica conferenda quo ad eorum æstimatio-

7 nem. † Vnde stat regula, nempè, solum cadere sub hypotheca quæ vendi, vel ad hæredes transmitti possunt, *l. fin. ff. de reb. alien. non alienand. Rum. cons. 123. num. 20. lib. 2.* & Doctores contrarium tenentes intelligendi sunt respectu tantum fructuum, & æstimationis, si enim contingat officium alienari, pretium quod pro eo datur vẽdenti, cadit sub hypotheca vigore Clausulæ generalis, qua obligantur bona tam præsentia quàm futura, quòd si etiam velimus, quòd hypotheca cadat super titulo, (quod tamen nõ est verum) tamen etiam hoc casu dicendum erit, resoluto iure dantis resolui etiam ius accipientis; & ita eam euanescere, post quam titulus rediit ad Principem, *l. ex vectigalis, & ibi Doctores, de pignorib. Rum. cons. 17. n. 8. lib. 1.* Ex his facilè tollitur, quod dicitur derogandum fuisse regulæ de non tollendo iure quæsito, quia supposito quòd titulus non venit sub hypotheca, clarum est eius respectu

8 nullum esse ius quæsitum creditoribus: Vnde sit, † vt non sit opus derogare Regulæ, siue etiam si hoc ius esset tale, per mortem resoluatur, *ad cons. Socin iun. 119. n. 17. lib. 1.* Nam hoc casu Papa disponit de re sua, non autem de aliena, & nemini aufert ius alicui quæsitum. Et quæ in contrarium allegantur, si singula examinentur, apparebit loqui de iure quæsito, vel in re, vel saltem ad rem, hic verò nihil tale reperitur; nam quod dicitur de iure petendi licentiam, nullius est considerationis, cum hoc ius non sit formale, sed quædam facultas, cuius euentus ex alieno pendet arbitrio, & bene faciunt quæ tradit *Sarnens. in d.*

9 *Reg. q. 4.* vbi vult, † ius conditionale non præseruari per regulam. Et ex his concludebant Domini hanc partem tenentes, fructus quidem totius triennij, quo non dabatur vacatio obligatos fuisse creditoribus, pretium verò offi. ij non potuisse ab ipsis vendicari stante indulto Sixti V. hoc prohibentis: Neque ipsis suffragari licentiam a S. D. N. obtentam propter subreptionem, & obreptionem; nam expressum fuit, Pompeium teneri ad solutionem æris alieni, quod erat falsum, & non fuit expressum Sixtum V. tale indultum concessisse, quod nõ potuit intelligi sub in-

10 uolucro Clausularum, maximè † cum ex iuribus, quibus derogatur, implicetur contrarietas ad ea, quæ fuerunt expressa, quæ facit, vt Clausulæ generales non sint attendendæ, *vt fuit alias resolutum coram bon. mem. Illustriß. Lancellotto, in vna Cauen. pensionis, 19. Iunij 1571.* Et hæc fuerunt dicta hinc inde per Dominos. Verum cum causa esset extra Rotam, & qui sentiebant pro Camilla erant seniores, quorum sententia mihi quoque probabatur, volui eam sequi, cum à Dominis hoc totum arbitrio meo relictum fuerit.

* *Et fuit dictum supr. in Aretina Commende, 19. Ian. 1587. num. 3. & coram bon. mem. Orano, in Caesaraugustana exemptionis 9. Martij 1598. & in Acheruntina Fructuum 2. Decembris 1591. coram Cardin. Pamphilio.*

Valentina Decimarum.
Die Veneris 23. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à decreto de manutenendo in summariissimo*

possessorio non suspendit suum effectum, nec exequutionem, quod etiam procedit de iure Canonico; secus est in possessorio ordinario, vt nu. 3.

2 *Summarissimũ possessorium tantum durat, quantũ ipsa lis.*

4 *Decretum de manutenendo in iudicio possessorio summarissimo, secum trahit exequutionem.*

5 *Decretum de manutenendo in iudicio summarissimo, nũquam transit in iudicatum, ita vt à iudice retractari nõ possit, si altera pars melius doceat de sua possessione.*

6 *Possessio percipiendi decimas proueniens à causa vniuersali, capit totam diœcesim: nisi alius reperiatur in possessione.*

7 *Tantum dicitur præscriptum, quantum possessum.*

DECISIO MCCXCV.

1 Fuit resolutum † appellationem interpositam à RR. Patribus Iesuitis à decreto de manutenendo non suspendere eius effectum, & exequutionem; nam sumus 2 in summarissimo possessorio, † quod tantum durat, quantum ipsa lis; adeo quod non solum hoc ex dispositione iuris ciuilis procedit, *vt habetur in l. vnica. C. si de moment. poss. fuer. appell.* quæ lex fuit à Gratiano inserta in corpore 3 decretorum, *c. fin. §. de possess. nu. 2. q. 6.* † sed etiam procedit de iure Canonico in isto summarissimo remedio; nam in contrarium allegata locum habent, vbi de possessorio ordinario actum fuit, *vt benè deducitur per Benintend. in decis. Bononiens. 79. per totam*, & ita perpetuo fuit per Rotam obseruatum. Hoc euidentissima ratione comproba- 4 tur, quia † hoc decretum secum trahit exequutionem, *vt benè animaduertit Menoch. de retinend. remed. vlt. nu. 57.* 5 † quod decretum quantum ad iudicem, numquam facit transitum in rem iudicatam, ita vt retractari non possit; nam si postea pars aduersa melius doceret de sua possessione, idem iudex posset decretum prius factum reuocare, & alteram partem in possessione manutenere, & hoc in Rota quotidie practicatur, ita vt mirum sit super hac re controuersiam per informantes moueri. Non obstat in casu isto, quod dicitur, hoc mandatum pendere a sententia lata super petitorio, quæ fuit suspensa per appellationem; nam veritas est, quòd hoc mandatum fuit decretum separatim ante sententiæ prolationem, & nihil commune habet cum iudicio petitorij, sed fundatur in generali possessione Archiepiscopi, & Capituli Valentini percipiẽ- 6 di decimas in tota diœcesi, † quæ possessio cum proueniat à causa vniuersali, capit totam diœcesim *Rebuff. de decim. q. 9. nu. 3. & 4. Menoch. in remed. retinen. 3. num. 135. & fuit pluries in Rota decisum, vt deducunt informantes.* Atque huic conclusioni vnica affertur limitatio, quando alius reperitur in possessione, tunc enim generalis possessio non suffragatur. Verum non sumus in casu limitationis; nam hæc possessio debet intelligi de possessione decimandi, in qua non probatur Patres Iesuitas esse, licet hoc verbo allegauerint, quod si ostendere possent, se esse in possessione iuris decimandi, tunc reuocaretur mandatum, & ipsis daretur manutentio. *Neque facit decisio facta corã R. P. D. meo Orano, in causa Conchen. exemptionis.* * quia quod ibi dicitur decimas ademptas curatis contemplatione monialium, ipsis monialibus non autem colonis earum esse applicandas, est quidem verum respectu emolumenti, nempè, vt illa portio, quam auferrent curatis, ipsis relinquatur, non autem ex eo sequitur, quòd ius decimandi à curatis in eas fuerit translatum, aliud enim est ius decimãdi, à commodo perceptionis fructuum decimalium; adeo, quòd hac prætensione iuuari nõ potest Collegium. Neque etiam obstat, quòd in istis iuribus requiratur possessio aduersus singulos, ex quo istæ decimæ de iure communi non debentur Archiepiscopo, & Capitulo, quia est animaduertendum hoc argumentum procedere posse, si Archiepiscopus, & Capitulum niterentur præscriptione, 7 † tunc enim dicitur tantum esse præscriptum, quantum possessum; Verum cum nitantur priuilegio Apostolico, in quo Papa has decimas de iure communi curatis debitas, donauit Regi, à quo postea causam habuerunt Archiepiscopus, & Capitulum, vtique earum natura non fuit per hanc translationem immutata, vt de emphyteusi laicali a in Ecclesia translata *fuit decisum in una Mediol. a coram R. P. D. meo Orano.* Ex quibus conclusum, nihil deduci te- leuans, quòd debeat impedire exequutionem mandati.

* *Sub die 20. Ian. 1589.*

a In Mediolanens. bonorum die 15. Decemb. 1597.

Lunens. Sarzanens. Canonicatus.
Die Veneris 23. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis lata contra personaliter non citatum, est nulla; quod tamen non procedit, si per procuratorem comparuerit.*

Item non procedit, vbi non patet tutus accessus; nam sufficit eam exequi domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, vt num. 3.

2 *Censuræ latæ in subsidium iuris, si intra tot dies non fuerit paritum, per appellationẽ admissam exspirant.*

4 *Quis potest haberi pro vero contumace ad effectum citãdi personaliter, si ob non tutum accessum sit tantummodo citatus domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiæ.*

5 *Sententia non obstante defectu obseruationis terminorum substantialium, quando sustineatur.*

6 *Vacatio in mense qualiter probetur.*

7 *Collatio Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis ex iuris communis dispositione, est communis inter Episcopum, & Capitulum.*

8 *Alternatiua concessa Episcopo non habet locum in beneficijs, quorum collatio est communis inter Episcopum, & Capitulum; declara tamen, vt hic.*

9 *Qui excipit, quòd collatio per turnum fieri debet, duo probare tenetur, & quòd adsit turnus ex conuentione, vel consuetudine, & quòd illa vice collatio sit in turno.*

10 *Propter impedimentum præstitum fides adhibetur testib. quibus aliàs non adhiberetur, immo etiam soli fidei.*

DECISIO MCCXCVI.

Fuit dubitatum, An sententia Auditoris Cameræ lata ad fauorem D. Francisci Cathanei sit confirmanda. Resolutio dubij pendet à duobus, nempè, à validitate sententiæ, & à iustificatione gratiæ. Quantum ad validitatẽ, opponebatur pro parte Domini Christophori aduersarij ex pluribus capitibus dictam sententiam esse nullam; Pri- 1 mò, † quia contra Christophorum personaliter non apprehensum fuerunt latæ censuræ contra dispositionem *c. sacro, de sent. excom.* Verum cum pars per procuratorem comparuerit, fuit sanatus defectus, & potuit procedi etiã 2 ad censuras, *Rota 11. de dol. & contum. in nou.* † Præterea fuerunt latæ in iuris subsidiũ, si intra decem dies non paretet, cumq. à paritione fuerit admissa appellatio, censuræ 3 exspirarunt, & quod tollit difficultatem, † citatio fuit in domo solitæ habitationis exequuta cũ dimissione copiæ, & ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, *iuxta Clem. Causam, de electio.* q. potuit fieri, stante quod non patet tutus accessus, vt testatur Notarius in dicta exequutione, quod comprobatur sufficienter ex cõtumacia partis, & molestijs, & impedimẽtis illatis, ne extraheret cõcordia inter Epm, & 4 Capitulũ; † Vnde Christophorus potuit haberi pro vero contumace, *c. certum, 11. q. 3.* Secundò oppositum fuit, sententiam esse nullam ob non admissionem probationum, quia cũ fuisset tentus terminus ad sñiam eadem die præsumitur sententiã processisse *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præ* 5 *sump. 34.* † Tertio opponit de defectu obseruationis termi- norum

norum substantialium, sed cum fuerint reiterati, & reuocatæ dilationes, vel pro reuocatis habitæ, ex stylo Curiæ sustinetur sententia, *Cassador. 9. num. 2. de appellat.* Quantum ad iustitiam, quæ pendet à iustificatione gratiæ, Do-
6 mini habuerunt gratiam pro iustificata; † Nam vacatio de mense Augusti, probatur ex confessione Christophori in sua prouisione, & etiam adest vnus testis de publica voce, & fama, *Ægid. decis. 595. Caputaq. 186. lib. 1. in manuscr.* & ex hac probatione resultat probatio reseruationis, stante regula Cancellariæ. Neque excluditur hæc probatio ex eo, quod dicitur Episcopum gaudere alternatiua,
7 quia † cum Canonicatus sit in Ecclesia Cathedrali, in qua ex iuris communis dispositione collatio est communis inter Episcopum & Capitulum, *gl. in c. cum Ecclesia Vulterana, in verbo, postulauit, de election. Rota decis. 4. de concess.*
8 *præben. in nou. Cassador. decis. 22. de prebend.* † Alternatiua non potest habere locum, cum in ventre contineat hanc exceptionem. Non obstat, quòd hoc procedat in simultanea, vt vocant collatione, non autem vbi turnus, est diuisus, *vt fuit resolutum coram bon. mem. D. Orolenden vna Sa-*
* *lamantina Alternatiua * vt per Doctor. in c. in illis, §. fin. de præbend. in 6. Roch. in tractatu de iure patron. in verbo,*
9 *ius, q. 6. num. 11.* quia † qui dat de hoc turno, debet vtrumque probare, nempè, & quòd adsit turnus ex conuentione vel consuetudine, & quòd illa vice collatio sit in turno, quorum licet primum sit in confesso, quoniam hæc pars fecit omnem diligentiam pro compulsanda concordia; tñ non probatur, quòd Episcopus sit in turno, immo ex prouisionibus pro parte Catharei productis apparet consumptum fuisse turnum. Neque potest et iuuari quasi possessione Episcopi conferendi sine interuentu Capituli, *ad c. consultationibus, de iure patron.* quia exhibentur aliæ collationes Capituli, quæ reddunt hanc probationem æquiuocam; maximè, cum pro existentia concordiæ concurrant
10 fides Visitatoris, & aliarum personarum, & testes † quibus Rota fidem adhibet, stante impedimento præfixo exequutioni litterarum compulsorialium, *iuxta decisionem in*
a *cā Ianuen. Viridarij factam corā me, a, & in alia Carthaginen. portionis.* Qualitates Francisci & valor optime probatur ex dictis testium, *ad decis. Ægid. 113.* Et ex his conclusum pro confirmatione sententiæ Auditoris Cameræ.

* *Sub die 27. Nou. 1581.*

a *In Ianuen. Viridarij Lunæ 6. Nouemb. 1595. & in alia Carthaginen. portionis, die Lunæ 14. Nou. 1594.*

Mediolanen. Parochialis.
Die Lunæ 26. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *In probando valore beneficij impensæ necessariæ deducuntur.*

2 *In probando valore fructuum non habetur ratio eorum, quæ voluntariè soluuntur.*

3 *In vacatione beneficij ex causa resignationis debet probari publicatio resignationis valida.*

4 *Parochialis vacans, de qua Ordinarius non prouidit intra sex menses, dicitur deuoluta ad Sedem Apostolicā, iuxta Constitutionem Pij V. etiam quòd talis vacatio habeat originem à resignatione.*

5 *In beneficio resignato, cuius fuit facta vnio, non requiritur publicatio.*

DECISIO MCCXCVII.

FVit resolutum gratiam Camilli esse iustificatam; nam
* difficultas, quæ in alia positione * fiebat super iustificatione valoris, hodie cessat, postquam ex testibus nouiter examinatis concludenter probatur valor, vt bene deducitur in facto. Neque obstat fides ex aduerso data, quòd vltra fructus ascendentes ad sexcentum libras adsint alij fructus ducentum librarum, & amplius, ex primitijs & eleemosynis, quia ista fides, vltra quòd non facit fidem,
1 † nihil continet de expensis necessarijs, quæ veniunt de-
2 ducendæ, *Rota decis. 60. de concess. præb. in antiq.* † & etiā ea, quæ voluntariè soluuntur, non veniunt computanda in fructibus, *vt per Abbat. in rubr. de paroch. num. 3.* Ceteræ expressa in gratia, nempè, qualitates Camilli, & familiaritas, probantur tum ex attestatione Vicarij, tum ex testibus; & super hoc nulla fit difficultas. Maior tamen fuit
3 facta difficultas in eo, quòd † cum hæc parochialis vacauerit ex causa resignationis, non fuit pro parte Camilli doctum de valida publicatione resignationis, prout requiritur ex Constitutione fel. rec. Greg. XIII. tamen huic obiecto fuit per Dominos responsum, gratiam Camilli non fundari super vacatione ex causa resignationis, sed super
4 eo, quod † Archiepiscopus intra sex menses de ea non prouiderit, & sic erat deuoluta ad Sedem Apostolicam ex Cōstitutione fel. rec. Pij V. qui hoc casu reseruauit sibi collationem parochialium sic vacantium; & ideo sufficere Camillo docere de tali deuolutione, & reseruatione ad effectum, vt intrent Clausulæ generales in gratia appositæ, *vt fuit resolutum in simili in causa Virdunensi Canonicatus co-*
a *ram R. P. D. meo Pamphilio. a* Nec obstare, quòd talis vacatio habet originem à resignatione Appiani, quia super hoc non fundatur impetratio; & ideo diuersa est forma gratiæ ab ea, quæ concederetur, si niteretur super resignatione, *vt fuit alias resolutum in similibus terminis, coram S. D. N. Clemente VIII. in vna Marsicana beneficij:* Vnde sufficit de facto narrata iustificare; Neque aliud præterea
5 requiritur, maximè † cum non requiratur publicatio, qñ beneficium resignatum vnitur, vt fuit factum in casu isto, *& est decisio facta in Mediolanen. Beneficij. 11. Decembris*
b *1595 b coram R. P. D. meo Cord. iba.* Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 29 Maij proximè præteriti, vbi fuit tentum gratiā non esse iustificatam respectu valoris, à qua resolutione per nouæ decisionem recessum fuit, sed nihilominus postea fuit, quo ad casum publicationis ab hac resolutione recessum sub die 26. Martij 1599.*

a *Sub die 13. Maij 1596. & in Bononien. Canonicatus 19. Febr. 1590. & in Legionen. præstimoniorum. 14. Iunij, 1593. coram eadem Illustr. Pamphilio.*

b *Et in alia 15. Iun. 1596.*

Campanien. Canonicatus.
Die Lunæ 26. Octobris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Per assequutionem dignitatis in Ecclesia, in qua quis obtinet Canonicatum, vacat Canonicatus, & dicitur renunciatum omni iuri, quod in ipso Canonicatu cōpetit.*

DECISIO MCCXCVIII.

FVit conclusum dandum esse mandatum de manutenendo Scipioni, quia de eius possessione Capitulariter tradita constat ex instrumento possessionis & citato Nicolao Decio, eoq. non contradicente, ex cuius persona
1 vacabat dictus Canonicatus † per assequutionem dignitatis Thesaurariæ in ea ſem Ecclesia, ex quo videtur idem Nicolaus renunciasse omni iuri, quod habebat in dicto Canonicatu, *cap. ex ore, & ibi Abb. & alij, de his quæ fiunt à maiori parte Capit. Socin. cons. 115. lib. 3. Parif. consil. 76. lib. 4. Put. decis. 120. & 123. lib. 3.* Non obstat, quòd Nicolaus dubitans de validitate prouisionis sibi factæ de dicta Thesauraria, obtinuerit à S. D. N. nouam prouisionem, cum facultate retinendi Canonicatum per duos menses, quem postea ad fauorem Cæsaris resignauit, quia cū ius ipsius esset resolutum per adeptionem possessionis Thesaurariæ, illud non potuit per nouam gratiam reuiniscere, quæ erat iuris præseruatiua, non autem noui iuris inductiua; maximè cum prætendebatur dictam gratiā fuisse subreptitiam, tum ob taciturnitatem possessionis adeptæ,

tum etiam fructuum perceptorum, & ista veniunt discutienda in petitorio. Et etiam non obstat gratia Cæsaris, ex quo restricta est per Clausulam, Dummodo tempore datæ præsentium, non sit alteri ius quæsitum. Quod autem per adeptionem Thesaurariæ vacauisset Canonicatus, est indubitatum, *& exstat decisio coram R. P. Domino Gipsio, in causa Leodiensis Canonicatus, 26. Februarij, 1597.* Reliquæ possessiones postea captæ, tam per Nicolaum, quàm per Cæsarem, nullius sunt momenti, cum sint posteriores; & ideo instrumentales; quæ nullum effectum pariunt alio in possessione existente.

Parmen. Status.
Die Mercurij 4. Nouembris 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Testibus, qui fuerunt prius de falso condemnati, non est fides adhibenda.*

2 *Quando repetitur testis in eadem causa, non est necesse, quòd verba primæ, & secundæ depositionis sint eadem, si super verbis formalibus non fuerit interrogatus.*

3 *Ex interuallo longi temporis post primum examen præsumitur subornatio in secundo.*

DECISIO MCCXCIX.

FVit dubitatum, An constet Ioannem de Vbertis, Bernardinum Montaninum, & Togninum Fasanum testes Dominorum de Rangonibus falsum deposuisse in examine facto Placentiæ Anno 1536. in quo examine deposuerunt se fuisse subornatos ad instantiam Com. Ludouici ad deponendum contra Pallauicinos eo modo, quo fecerant in examine anni 1532. Effectus dubij est ex intentione Rangonorum docere de falsitate huius depositionis, ad reintegrandam fidem dicti examinis anni 1532. Itaque caosa proposita, Domini in hanc sententiam conuenerunt, non constare de falsitate dicti examinis; nam cum hoc sit fundamentum intentionis Rangonorum; ideoq. de eo concludenter docere teneantur, probationes quas deducunt, non esse tales, vt ex eis possit liquidò constare de prætensa falsitate. Et primò, cum nitantur reuo-
1 catione facta per dictos testes de anno 1546. † consideratum fuit, non esse fidem eorum dicto adhibendam, cum iam fuissent prius de falso condemnati, *gloss. in l. Imperialis, in verbo, omni macula, C. de nupt. l. qui cum vno, §. ignominia, de ritu nupt. cap. sicut nobis. v. i Doctores, de testi us. Felin. in c. cum in sua, nu. 7. eod. tit. Ruin. cons. 146. nu. 5. lib. 5. Roland. cons. 16. num. 7. lib. 1. Verall. decis. 73. lib. 1. in manuscript. qui dicit ita fuisse tentum in hac eadem causa, vt etiam fuit repetitum in decis. coram me facta 15. Decembris anni præteriti.* Et ex hoc tollitur fundamentum, quod fit super dictorum testium examine de anno 1546. maximè
2 cum sequuta fuerit condemnatio. † Secundò, quod considerarur, dictos testes in examine anni 1532. non dixisse ea, quæ deponunt in examine anni 1536. non fuit habitum in consideratione; tum, quia non deponunt se ita dixisse, sed instructos fuisse, ut ita dicerent; tum quia uirtualiter illud deposuerant: nec uim faciendam esse in uerbis, quia non fuerant interrogati super uerbis formalibus eorum depositionis, quo casu non est necesse, ut uerba formaliter sint eadem, prout ex plurimorum auctoritate tradit *Curt. in tract. de testib. concl.* 11. Tertiò, non obstat, quod deducitur ex sententia condemnatoria dictorum testium, uti falsariorum, lata anno 1547. quia ea non concludit ad falsitatem examinis anni 1536. immo potius facit in contrarium; tum, quia non fundat sed in uno periurio, & falsitate tantum, sed enunciat eos toties iudiciorum dignitatem, & maiestatem contempsisse, & uiolasse, quod in unico examine uerificari non potest; tum ex eo, quòd Pallauicini fuerunt absoluti in eo iudicio, quod factum non fuisset, si de examine anni 1536. iudex sensisset, nec Comes Ludouicus in expensis condemnatus fuisset, & rei euidentia hoc comprobat, cum non sit uerisimile, quòd falsum deposuissent anno 1536. nisi ad hoc fuissent inducti per Pallauicinos, & in consequentia non potuissent Pallauicini absolui. Falsitas uerò potuit deregi ex collatione examinum annorum 30. & 32. & alijs coniecturis, & indicijs, quibus moueri potuit iudicis animus, iuxta illud uulgatum, iu magis scire potes. Quartò, quantum ad adminicula, quę deducuntur ad comprobandum depositionem anni 1546. nempè, ex inualiditate processus anni 1536. & ex concordia examinis annorum 30. & 32. & ex conformitate aliorum testium idem deponentium, dixerunt Domini de inualiditate processus non constare, & aliàs reiectam fuisse hanc exceptionem: Concordiam uerò utriusque examinis non probari, immo apparere adesse etiam in substantialibus multas diuersitates; & licet aliàs dubio super hoc dato Rota censuerit, testes non esse reijciendos: tamen tunc agebatur ad alium finem; neque præsupponebatur subornatio, ea enim addita uarietati, & diuersitati depositionum, sufficit ad fidem ijs omnimodo derogandam. Reliquæ suspiciones, quæ deducuntur de detentione testium per Pallauicinos, & de interuentu Hilarij Gallicani in dicto examine, non faciunt ad rem, quia illud fuit pluries sublatum in decisionibus factis, hoc uerò, quod de Hilario dicitur, non percutit dicta testium, cùm esset procurator Pallauicinorum, & certum est iudicium, sententias, & acta, non pendere à qualitate procuratorū partium, quos partes solent sibi fidos eligere; neque umquam quisquam allegauit se subornatum fuisse ab Hilario. His accedit, quòd pro dicto examine anni 1536. multa concurrunt, ex quibus redditur maximè uerisimile. Primò, quod testes explicitè dicunt se ita deposuisse inductos à Com. Ludouico, & suis hominibus, minis, & precibus, eosq. proprijs nominib. demonstrant. Secundò, quod isti sunt Vasalli Comitis. Tertiò, quòd Comes erat terribilis, & violentus, ita vt valde timeretur ab omnib. Quartò, maximum præbet argumentum presbyter Baptista testis à Rangonibus inductus, qui dicit à testibus audiuisse, quòd ex eo, quòd falsum deposuerant de anno 1532. non reperiebant confessorem, qui eos vellet absoluere, cui testi plurimum tribuitur; tum quia inductus a Rangonibus, *l. si quis testibus, C. de testib.* tum, quia cum eius dicto concordant testes dicentes se eum consuluisse super reperiendo modo, vt ab hoc peccato absoluerentur. Quintò, comprobatur ex diffamatione testium, & sententijs contra eos latis, quarum prior non potest applicari ad aliam falsitatem, quàm examinis anni 1532. neque posterior, vt di-
3 ctum est, potest referri ad examen anni 1536. † Sextò, multum auget suspicionem contra testes, quòd per decennium Rangoni tacuerint post examen anni 1536. neque super, neque contra illud reclamauerint; nam ex interuallo tanti temporis præsumitur intercessisse subornatio, *Bald. cons. 201. num. 6. lib. 1. Rota 19. de testib. in nou. & fuit dictum coram Domino de Grassis, in vna Reatina Castri Postæ 10. Decembris 1574.* Et ex his conclusum fuit per Dominos, non probari istos testes falsum deposuisse in examine Anni 1536.

Romana Hæreditatis.
Die Mercurij 20. Nouembris 1598.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimitas filij ex quibus probetur, & nu. 3.*

2 *Instrumenta promissionis dotis, & matrimonij, faciunt probationem probatam super legitimitate.*

4 *Confessio Notarij, quòd fuerit de falso condemnatus, non præiudicat instrumento per eum confecto.*

5 *Instrumentum matrimonij accipit robur ab alio præcedente promissionis.*

6 *Teſtis negatiuam non probat, niſi concludat rem aliter ſe habere non potuiſſe.*

7 *Per expoſitionem filij ad Hoſpitale, non ſequitur quod ob id ſit illegitimus.*

8 *Præſumptio, quæ oritur ex diſparitate coniugum contra matrimonium, non attenditur, vbi ſunt probationes pro matrimonio.*

DECISIO MCCC.

* CVm fuerit reſolutum, * vna tantum parte infor-
mante, Titum non eſſe habilem ad ſucceſſionem, de
qua agitur, ſtante quòd de eius legitimitate non conſta-
bar, poſtea ipſe examinauit nonnullos teſtes, quibus præ-
ſuppoſitis, fuit dubitatum, An eſſet recedendum a prædi-
1 cta reſolutione. Et Domini viſis probationibus † exiſtima
bant ſatis conſtare de legitimitate Titi: Primò ex inſtru-
mentis promiſſionis dotis, & matrimonij, de quibus in
2 ſummario, nu. 1. † quæ facere videntur probationem pro-
batam, cum quibus concurrit vnus teſtis de viſu. Secun-
dò, ex eo, quòd Curtius pater Titi, Claricem ſororem Ti-
ti collocauit in matrimonium, vocando eam filiam ſuam
3 legitimam, & naturalem. † Tertiò, quia idem Curtius
tractauit Titum vti legitimum, inſtituendo eum in ſuum
hæredem vniuerſalem, enunciando eum legitimum, &
naturalem ex Menica vxore ſua. Quartò, hoc probant ſex
teſtes deponentes Curtium ſæpe dixiſſe ſe in vxorem du-
xiſſe Menicam; & Titum eſſe filium ſuum legitimum, &
naturalem. Quintò, probatur per teſtes tractatus marita-
lis aſſerẽtes, quòd ab anno 1557. vſque ad obitum Curtij,
qui fuit anno 1591. Curtius, & Menica ſe tractarunt tam-
quam maritus, & vxor. Sextò, per teſtes probatur publica
vox, & fama, quòd Curtius, & Menica eſſent maritus, &
vxor. Septimò, fuerunt ponderati quattuor teſtes depo-
nentes Curtium, & Menicam pluries ſimul Sãctiſſimum
Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſiſſe; nempè, primus iux-
ta ſeptimum, & ſuper quinto, & decimo tertio articulo,
ſecundus, & ſextus ſuper decimo tertio articulo, & duo-
decimus, qui eſt Abbas S. Praxedis, iuxta quartum, ſepti-
mum, & vndecimum. Octauò, tres teſtes deponunt, quòd
Menica tamquam vxor Curtij veſtiebatur à Pantaſilea
matre Curtij, & ab eius ſororibus, & cum ipſis in vehicu-
lo per vrbem vehebatur, primus iuxta decimumſextum,
ſecundus iuxta vndecimum, & ſuper decimoquinto arti-
culo, & quintus iuxta ſeptimum. Et ex iſtis concludebant
probari ſufficienter legitimitatem Curtij, maximè ad ef-
fectum ſucceſſionis, *ad conſil. 27. Gemin. ſæpius à Rota ap-
probatum.* Ad obiectiones verò, quæ deducebantur ex ad-
4 uerſo, reſponſum fuit, † non obſtare, quòd Notarius roga-
tus de inſtrumento matrimonij fuerit de falſo condemna-
tus, quia non obſtante eius confeſſione, eſt ſtandum in-
ſtrumento, *vt per Roland. conſ. 13. num. 14. lib. 2. Surd. conſ.*
5 *173. num.* 81. maximè † cum videatur inſtrumentum acci-
pere robur ex alio præcedenti, promiſſionis dotis, *Hoſtienſ.
in c. illud, de præſumpt. Felin. ibid. nu. 4.* & ſuſpicionem fecit
Dominis atteſtatio dicti Notarij deponentis, quo pacto
6 fuerit inductus ad ita confitendum. † Quantum verò ad
atteſtationem Franciſcæ ſororis Menicæ dictum fuit, ei
non eſſe fidem adhibendam, cum deponat de negatiua,
quæ non concludit aliter rem ſe habere non potuiſſe, vltra
7 quòd eſt vilis, & inhoneſta. † Neque obſtat, quòd dici-
tur de expoſitione Titi, quia neque probatur identitas,
neque tenet conſequentia; ideo eum eſſe illegitimum.
8 † Neque obſtat diſparitas; nam ea aliquid facit, vbi pro-
bationes non ſunt concludentes; ſecus verò vbi conclu-
dunt. Probatio verò, quæ deducitur ex eo, quòd Curtius
tractabat Titum, & Claricem vti illegitimos, non obeſt,
cum in contrarium vrgentior probatio afferatur de tra-
ctatu contrario, vt ſupra dictum eſt. Non obſtat, quòd An-
no 1558. Menica iuerit in proceſſione puellarum Annun-
ciatæ, quia huius rei ratio ſatis veriſimilis affertur pro-
pter paupertatem, vt conſuleret etiam ſororibus, cum tũc
temporis nondum vulgatum fuiſſet matrimonium, quod
propter paternam reuerentiam occultabatur, & hinc ori-
ginem etiam traxit multorum opinio, quòd nullum adeſ-
ſet matrimonium, & in ſpecie Illuſtriſſ. Duciſſæ Ceſię. Po-
ſtremò, non obſtare contrarietates conſideratas contra
teſtes, quia non videntur valde vrgentes, neque etiam ver
ſari circa ſubſtantialia probationis matrimonij. Verum
quia duo ex Dominis contrariam amplectebantur ſenten
tiam, ex eo, quòd exiſtimabant hanc probationem eſſe
æquiuocam, non enim negatur fuiſſe aliquando matrimo
nium inter Curtium, & Menicam, ſed vis eſt in proban-
do, quòd adeſſet ante natiuitatem Titi, cum in teſtamen-
to D. Pantaſileæ auiæ vocentur ad fideicommiſſum nati,
& concepti ex legitimo matrimonio; Ideo fuit per Domi
nos ordinatum, vt particulariter videatur, An conſtet de
matrimonio inter Curtium, & Menicam ante conceptio-
nem, & natiuitatem Titi, nam potiſſimum huius rei fun-
damentum conſiſtit in inſtrumento, quod fuit per ſenten-
tiam declaratum falſum.

* *Sub die Mercurij 1. Iunij 1594.*

Hoſtunenſ Capellæ.
Die Veneris 27. Nouembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *An, & quãdo poſſint eſſe plures Capellani vnius Eccleſiæ.*

2 *Prouiſiones Papæ non præiudicant, nec immutant ſtatum Eccleſiæ; niſi concurrat ſcientia & voluntas ipſius.*

DECISIO MCCCI.

FVit dubitatum, an conſtet, quòd in Capella, de qua a-
gitur, fuerint intitulati quattuor Capellani æquales,
vel vnus tantum Capellanus ſiue Rector. Et fuit per Do-
minos concluſum quattuor Capellanos fuiſſe æqualiter
per fundatorem conſtitutos ad dictæ Capellæ ſeruitium,
* *iuxta deciſionem in hac cauſa vltimo factam.* * Apparet
enim repetendo rem a ſuo initio, fuiſſe mandatum per
fundatorem, vt in dicta Capella inſtituerentur frater Ia-
cobus, & tres alij Capellani, quorum primus, & caput eſ-
ſet frater Iacobus, quæ res reſpectu dicti fratris Iacobi re-
ſpicit magis præeminentiam perſonæ, & eius prædile-
ctionem, quàm Eccleſiam, cum illi maius miniſterium
non iniungat, neque maiores redditus, aut prouentus aſſi-
gnet præter victum, & veſtitum, cetera erant elargienda
pauperibus, quæ res oſtenditur ex obſeruantia immedia-
tè ſubſequuta; fuerunt enim per Exequutores præſentati
Vicario Hoſtunenſi quattuor Capellani, quos ipſe inſti-
tuit, & conſequenter confirmati ab Archiepiſcopo Brun-
duſino exequutore Apoſtolico, & huic rei confert pluri-
mum, quòd anno 1436. Epiſcopus Hoſtunenſis concor-
dauit cum iſtis quattuor Capellanis ſuper ſolutione deci-
mæ, abſque eo quòd vnum altero magis grauauerit, quod
quidem arguit inter eos æqualitatem; & idem ſuadetur
ex eo, quòd anno 1464. fuerit iſtis quattuor Capellanis
iniunctum, ut de fructibus certa portio ſubminiſtraretur
annuatim cuidam fundatoris coniunctæ perſonæ. Neque
1 obſtat, quòd † repugnet diſpoſitioni iuris communis, ut
plures inſtituantur titulares eiuſdem Eccleſiæ, *ad tradita
per Butr. & Imol. in c. cum non ignores, num. 4. de prabend.*
quia una Eccleſia non poteſt habere plures ſponſos; nam
in caſu iſto Capellani iſti ſunt conſtituti non vti titulares,
ſed uti ſeruitores æquales eiuſdem Capellæ, quod iure li-
cet, *vt per Inn. Butr. Abb. & Imol. in d. c. cum non ignores.*
Neque obſtat mutatio illa, quæ contigit anno 1530. ad
ſupplicationem Franciſci de Fonte, & fuit continuata per
Donatum Antonium Scalona, anno 1551. uſque ad annũ
1559. quia iſte ſtatus fuit poſtea detectus eſſe contrarius
fundationi, & per Ordinarium reuocatus, & reformatus,
2 qui eã reduxit ad antiquũ ſtatum, † cui per prouiſiones

Papæ non fuerat præiudicatum, iuxta vulgatam regulam, quòd Papæ prouisiones non mutant statum; nisi concurrat scientia, & voluntas Papę, vt fuit alias in hac causa resolutum. Quare Domini concluserunt standum esse in resolutis.

* *Sub die Mercurij 8. Aprilis proximè præteriti.*

Auenionens. Hęreditatis.
Die Veneris 27. Nouembris 1598.

SUMMARIUM.

1 *Testes singulares probant, quando singularitas non est obstatiua.*

2 *Institutio matris quando dicatur facta ad commodum filij.*

3 *Vbi agitur de probando errore, & voluntate testatoris, eius assertioni statur.*

4 *Fideicommissa etiam in minus sollemni voluntate inducuntur.*

5 *Vbi agitur de declaratione voluntatis testatoris, non requiruntur septem testes.*

6 *Dispositio inter liberos per duos tantum testes probari potest.*

7 *Vbi agitur de fauore filiorum, voluntas testatoris minus sollemnis sustinetur, etiam reuocando primam sollemnem.*

DECISIO MCCCII.

FVit dubitatum, An sententia lata per Vicelegatum Auenionensem, qua mandat hæreditatem quondã Domini Melchioris de Galeanis restitui per Dominam Magdalenam Domino Georgio eius filio, sit confirmanda. Status causæ hic est, Dominus Melchior in suo testamento instituit hęredem vniuersalem D. Magdalenam eius vxorem, cui ad secunda vota transeunti, vel quandocumque decedenti, substituit in tota hęreditate ex filijs communibus, qui tres erant, eum, quem ipsa Magdalena eligeret, & non facta electione substituit D. Georgium primogenitum, factis quibusdam prelegatis reliquis filijs, & filiabus. Pretendente verò Georgio intercessisse quamdam conuentionem fiduciariam inter testatorem; & Magdalenam, vt cum primum Georgius peruenisset ad legitimam ętatem, ipsa eidem totam hęreditatem cum fructibus restitueret, conuenit matrem coram Domino Vicelegato, & examinatis testibus super hac conuentione, obtinuit sententiam fauorabilem, à qua pro parte matris fuit appellatum, & causa ad curiam deuoluta, mihiq. commissa; proposui prędictum dubium, cuius resolutio potissimum pendet a probatione, quę in testium depositionibus deducitur. Et causa discussa, censuerunt Domini sententiam Vicelegati esse confirmandam, ex quo per testes articulata conuentio videtur concludenter probata; nam de ea deponunt primus, & secundus testis in summario, num. 2. & 3. qui sunt contestes, & dicunt se intellexisse à dicto testatore, quòd ipse condiderat suum testamentum, in quo instituerat hęredem vxorem suam, cui multum cõfidebat, cum promissione quòd ipsa redderet, & restitueret integrè hęreditatem Georgio eius filio primogenito, cum primum attigisset ętatem cõpetentem; de simili assertione deponunt etiam tertius, & sextus, & vndecimus in summario, nu. 5. 7. & 12. qui vocant se in contestes, Item de alia simili assertione deponit quintus, & sextus in summario, num. 6. & 7. & septimus, & octauus in summario, n. 8. & 9. & nonus, & decimus nu. 10. & 11. Neque obstat, quod obijcitur, non probari promissionem Dominę Magdalenę per illos testes, cũ ipsi non interfuerint promissioni, sed referant tantum se id intellexisse à D. Melchiore, quę prolatio nõ est cõcludens, cũ neque ipsi Mel-
chiori de hac re testanti esset fides adhibenda; Nam pro
huius obiecti solutione animaduersum fuit, nos non ver-
sari in probatione simplicis promissionis Magdalenæ in
vim contractus, seu conuentionis, quo casu procedunt ea,
quæ allegantur in contrarium, sed in probatione fiducia-
tæ testatoris voluntatis, qui fidem habuit vxori de resti-
tuenda hæreditate Georgio filio primogenito, cum ad
ætatem legitimam peruenisset, & istius fiduciæ interpo-
sitæ optimam afferunt testes rationem ex declaratione ip-
sius testatoris, nempe vt facilius continerentur filij in offi-
cio, & sub materna obedientia durante minori ætate. Qd
autem dispositiuè hoc fuerit à Melchiore ordinatum ap-
paret, ex quo præsentibus quinque testibus, vt deponunt
tertius, quartus, sextus, & vndecimus, Melchior referens
dictam conuentionem, rogauit eos, vt eius recordarentur,
quamuis satis de vxore confideret. Quod etiam compro-
batur ex testibus septimo, octauo, & nono, qui deponunt
de confessione dictæ Magdalenæ dicentis se fuisse a ma-
rito grauatam restituere hæreditatem Georgio, qui testes
1 licet non se dicant contestes, tamen præsumuntur; † ma-
ximè cũ singularitas hic non sit obstatiua, & in simili ma-
teria testes singulares probant, *vt tradit Castrens. cons. 395.*
Aym. cons. 73. num. 33. Simon de Pret. cons. 67. num. 12. &
sic cessat, quod dicitur, requiri, vt voluntas transeat in di-
spositionem, *l. quidam cum filium, vbi Bald. & alij, de hæred.*
instit. Alex. cons. 202. nu. 4. lib. 1. Hinc itaque sequitur, nos
esse in materia, in qua non de voluntate vxoris, sed mari-
ti tantum agitur; ideoq. ei fuisse liberam facultatem di-
sponendi arbitrio suo, & dispositionem mutandi, vsque
ad vltimum vitæ spiritum, *l. 3. §. fin. de adim. legat.* præser-
tim cum non agatur de reuocatione testamenti, sed de
modo faciendi restitutionem, quæ est res valdè verisimi-
lis, cum certum esset illum voluisse instituere primogeni-
turam ex claris verbis testamenti, & naturalis ratio sua-
det, vt primogenitus præferatur ceteris, sicut eum testa-
tor prætulit vxore decedente, non facta electione: Ex hoc
2 enim apparet Georgium fuisse ceteris prædilectum, † &
hæc suadent, vt dicamus institutionem matris fuisse fa-
ctam ad commodum filij, *vt notant Ang. Imol. Paul. &*
Alex. in l. Seius Saturninus, ad Trebell. Peregr. de fideicom.
3 *art. 3. num. 19.* † & sicut quando agitur de probando erro-
re testatoris, eius assertioni statur, *vt tradit Bart. in l. cum*
proponebatur, post num. 7. & ibi Bald. in glos. de leg. 2. ita &
in probanda voluntate, cum ex solo eius animo depen-
deat, *§. disponat, Auth. De nupt. glos. magna in §. alix. Instit.*
de action. Bart. in l. gerit, de acquir. hæred. quod maximè pro
4 cedit in fideicommissis, † quæ etiam in minus sollemni
voluntate de iure inducuntur, *l. nutu, de legat. 3. l. & in epi*
stola, & l. fin. C. de fideicomm. latè Peregrin. de fideicomm.
art. 1. nu. 45. Neque obstat, quòd in probatione vltimæ vo-
luntatis requiruntur septem testes; nam hic habemus e-
5 tiam plures, vt supra deductum fuit, & inter ceteros † fue
runt præsentes huic declarationi quinque testes, qui suf-
ficiunt, *vt tradit Ias. in d. l. fin. in princ. C. de fideicomm.* &
licet quattuor tãtum fuerint examinati, hoc euenit, quia
6 quintus erat tunc temporis mortuus. Præterea, † cum si-
mus in dispositione facta inter liberos, ea potuit probari
per duos tantum testes, *ex Ias. ibidem, nu. 17. l. hac consultis-*
sima, §. ex imperfecto, vbi Ias. num. 6. C. de testam. cum alijs
per Gabr. de testam. Concl. 7. num. 1. & 2. maximè cum aga-
tur de reformanda tantum restitutione, non de tollendo
priore testamento, *Ias. in l. sancimus, nu. 15. vers. limita ta-*
men, C. de testament. Illustriss. Mantica, de coniectur. vlt.
volunt. lib. 12. tit. 2. num. 22. & fuit aliàs consideratum in
7 *vna Auenionen. coram me, 10. Decembris, 1578.* † Et vbi
agitur de fauore liberorum, minus sollemnis voluntas susti-
netur, etiam reuocando primam sollemnem, *Vesq. de suc-*
cess. creat. lib. 3. §. 22. n. 17. Mattiens. lib. 5. tit. 4. gl. 10. nu. 5.
Greg. Lopez in l. 22. tit. 1. gl. 5. p. 6. Ant. Gomez in l. 3. Taur. n.
* *99. Gabr. d. concl. 7.* * Quod deducitur *ex l. fi. C. de fideicom.*
non facit ad rem, cũ ibi non præcederet dispositio valida,

vt in casu isto, *vt per Bald.& Port.in §.fin.Instit.de fidei-comm. hæred.* Præterea, satis ex testium depositione constar hanc voluntatem fuisse per testatorem declatatam coram ipsis post conditum testamentum; & ideo non est agẽdum, An conuentio cum vxore præcesserit, vel non, testamentum, cum etiam sine vxoris consensu potuerit ita de re sua ad libitum disponere, vt supra dictum est. Neque per hanc declatationem fuit aliquod præiudicium illatũ alijs filijs, cum vnicus tantum in testamento esset ad vniuersalem successionem vocatus, & verisimile est etiam eodem contextu fuisse factum testamentum, & conuentum de restitutione facienda, *l.Lucius,Titius,§.testamento, de legat.*1. Quæ deducuntur *ex cons.Baldi 46.n.2.& Ang. in d.l.Lucius.§.in testamento,& Peregr.de priuileg.fisci lib. 3.tit.19. num.*16. procedunt in confidentia de restituendo incapaci, & ad alium effectum. Quæ obijciuntur de nullitate examinis, fuerunt reseruata particulariter discutienda.

* *Aldo Grat.consil.90 lib.2. Paris.qui de communi consil-34.num. 40.& consil.35.num 11. 22.& 31.lib.2. Aym.consil.152. num. 12. Ach.Pers.in tract.de pet.hared.num.570.Mich.Craß.§.testamentum-q.86.num.8.*

Romana Legitimæ.
Die Mercurij 9. Decembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Communio bonorum ex quibus præsumatur, & num. 4. ac 9.*
Ex quibus autem excludatur, vide num. 2.
3 *Officia & loca montium posita super vita filiorum præsumuntur donata; secus est, si adsit reseruatio, & numero 11.*
5 *Protestatio præseruat ius competens; non tamen aliquid tribuit, vt num. 7.*
6 *Societas etiam tacitè contrahi potest, & coniecturis probatur.*
8 *Communio parit hunc effectum, vt tam damnum, quàm lucrum communicetur.*
10 *Communio tolli non potest, nisi per diuisionem; & diuisio non præsumitur, nisi probetur.*
12 *Uniuersalis institutio habet vim particularis dispositionis.*
13 *Officia & loca montium posita super vita vnius ex filijs hæredibus, communiter viuentibus, si pereant, pereunt periculo communi.*

DECISIO MCCCIII.

PEtrus Rouilia viuens emit plura officia, & loca montium vacabilia super periculo vitæ Ioannis Baptistæ, & Marci Antonij filiorum suorum, cum decreto reseruationis, quòd filij non possent dicta officia & loca vendere, seu alienare, fructusve exigere, siue quoquomodo in eis se intromittere durante vita sua, & ei liceret de eis arbitrio suo disponere, & fructus in suos vsus conuertere, non exspectato consensu dictorum suorum filiorum; deinde in suo vltimo, quod condidit, testamento, institutis filijs suis vniuersalibus hæredibus, mandauit, vt fructus dictorum officiorum & montium ponerentur in bancho Annibalis Ceuli, seu alterius mercatoris, ad effectum, vt quandocumque ibi adessent centum scuta, ea inuestirentur in loco montis in vtilitatem ipsorum filiorum hæredum, prohibens ipsis vsque ad annum vigesimum administrationem & diuisionem; similemque ferè dispositionem iteraro fecit in codicillis, aucta summa vsque ad ducentum, prout in summario. Eo defuncto fratres continuarunt in eadem domo communiter viuere, & possidere, donec Ioannes Baptista susceptis sex filijs ex vxore sua, ijsq. superstitibus mortuus est, & per eius obitum vacarunt officia & montes posita in capite ipsius: Obierunt deinde tres ex dictis filijs Io. Baptistæ, quorum legitimam petit mater à Marco Antonio reliquorum filiorum patruo & tutore. Hincq. orta est inter matrem dictorum filiorum, & Marcum Antonium controuersia super quantitate legitimæ, prætendente matre eam esse detrahendam ex omnibus bonis, & ex officijs & locis montium, quæ sunt in personam Marci Antonij. Ex aduerso negante Marco Antonio ea esse communicanda, cum habeat ea propria, & præcipua ex testatoris dispositione inter viuos. Quare fuit dubitatum, an constet de tali communione bonorum inter dictos fratres, vt dicta officia & loca montium, quæ vacarunt per Mortem Ioannis Baptistæ perierint communi dãno, & restantia super vita M. Antonij sint æqualiter diuidenda inter ipsum & filios Io. Baptistæ.
1 † Et pro parte M. Antonij ad excludendam communionem bonorum deducebatur non concurrere illa tria, de quibus *per Bart. in l. Titium,§.altero,num.5.de administrat.& peric.tut. Bald.in tract.de duob.fratr.num.25. Petr.de Vbald.in eod. tractatu, num.12. Ang.in cons.31.in fine. Anch.cons.302.lib.2. Alex.*
* *cons.24.num.1.& cons.48.n.5.lib.1.cum alijs* * nempe, communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum circa res & personas: hæc verò nega
2 bat probari; tum † ex eo quòd officia erant separatim posita in caput ipsorum, tum quòd vnusquisque exigebat separatim fructus, neque probatur, quòd eos inuicem cõmunicarent, immo postea emerunt vnusquisque separatim nomine proprio alia loca, siue officia, ex quo actu excluditur præsumptio communionis, *Anch.cons.302.n.7. Ias.in l.1.num.17. C.qui testam.fac.poss. Alciat. consil.359. colum.fin.* Quod etiam ex eo confirmatur, quòd Ioannes Baptista negotiabatur faciendo sponsiones, quarum lucrum non communicabat cum M. Antonio, neque ei de ijs aliquam rationem reddebat, *Bart.in d.l.Titium,§.altero,n.5.vers.secundo, Ioan.de Anan.cons.65. num.1. Natta*
a *cons.264.n.2. cum alijs per informantes allegatis.* a Præte-
3 rea, † cum pater dicta officia & loca posuerit super vita fi-
b liorum, præsumitur donatio, *vt in decisionibus* b *allegatis in Romana Montium coram S.D.N.Clemente VIII. & in Romana officij scriptoria, coram R.P.D. meo Pamphilio.* Ideo ea vnusquisque eorum debet habere vti propria, ex dispositione inter viuos; maximè cum pater in emptione dictorum montiũ & officiorum voluerit sibi reseruare facultatem disponendi in vita sua tantum, & si non disponeret, spectarent ad M. Antonium, & Io. Baptistam, vt habe-
4 tur in litteris patentibus. Ex aduerso deducebatur † pro communione, quòd inter fratres nulla vmquam intercessit diuisio bonorum, & quòd semper vixerunt in communi, & in vna mensa, & quòd M. Antonius administrabat omnia, exigendo & soluendo mercatoribus fundacorum, & quòd expendebat pro tota familia, & quod quisque fratrum faciebat de bonis domus, erat bene factum, quę omnia probantur per testes, prout bene deducitur in informatione facti. Deducebatur insuper inuẽtarium factum per Marcum Antonium post obitum Io. Baptistę, in quo inter alia descripsit omnia officia, & loca montium; tam illa quæ vacauerant per obitum Ioannis Baptistæ, quam illa, quæ erant super periculo vitæ suæ, & in dicto inuentario fuisse communiter inter ipsos fratres possessa, & super ista confessione fiebat pro parte matris magnum funda-
5 mentum; quamuis ex aduerso allegaretur † protestatio facta per M. Antonium tam in principio, quàm in fine inuentarij, quòd non intendebat sibi aliquo modo præiudicium inferre, quo ad interesse et dominium proprium, per quam videtur præseruatum ius omne; & excludi omne præiudicium, *Bisignet.decis.vnica.num.9.de donation.inter vir. & vxor.* In hac difficultate Domini pro maiori parte censuerunt officia & loca montium, quæ erant super vita Ioannis Baptistæ vacasse communi damno fratrum, &
6 pro hac parte consideratum fuit, quòd † cum societas contrahi

trahi possit etiam tacitè,eaq; coniecturis probetur, vt per
Bald.cons.304.num.1.lib.1.& cons.452. per totum, videti
hic tot adesse coniecturas, vt suadeant fratres in commu-
nione omnium bonorum semper vitam egisse, ex his quæ
supra fuerunt pro hac parte deducta: Et maximè vrget
confessio,de qua in inuentario non obstante protestatio-
7 ne, † quæ præseruat solum,non autem quidquam tribuit.
Vnde si veritas ita se habet, nullum præiudicium oritur
Marco Antonio ex hac confessione,cum nihil ei detraha-
tur de portione,quæ ad ipsum spectat per huiusmodi con
8 fessionem, & iuri consonum est, † vt communio pariat
hunc effectum, vt tam damnum quàm lucrum communi
cetur,*l.cum res,§.fin.de leg.1.Rip.in c.cum M.num.77.de constitut.Phanut.de inuentar.parte 3. num. 38.* quod opti-
mè probat *text.in l.cum duobus,§ damna,pro soc.* vbi dam-
9 num non prouenit culpa socij. † Præterea, multa conge-
runtur,quæ non videntur pertinere ad præsentem difficul
tatem;nam licet communio omnium bonorum possit de-
seruire causæ,si ea probetur; tamen etiam circumscripta
hac discussione,satis est probare, officia de quibus agitur,
fuisse communia inter fratres, non obstante, quòd non a-
desset certorum bonorum communio, & hoc ita se habe-
re,suaderi videtur ex dispositione paterna,qui filios ęquis
portionibus instituit, & voluit eos in communione viue-
re,donec attigerint vigesimum annum,& vt portiones ad
æqualitatem redigerentur, assignauit certos redditus pro
expensis necessarijs ad victum & sustẽtationem rei dome-
sticæ;fructus autem officiorum & Montium voluit depo-
ni apud mercatorem,& ex illis,cum ascendissent ad sum-
mam ducentum scutorum,emerentur montes: Neque in
hac dispositione assignauit vnicuique filiorum officia po-
sita in caput ipsorum,sed eos simpliciter hęredes instituit,
ex qua dispositione videtur colligi, quòd voluerit ista offi
cia esse inter ipsos communia,& ex fructib. emi alia loca
itidem inter ipsos communicanda: nam dubium non est,
quòd ista ueniunt in diuisione conferenda, *l.filia, & ibi Bald.& Salicet.C.fam.ercisc.&* in qualibet re hæredita
ria,& in qualibet gleba vnusquisque habet suam portio-
nem,nisi testator diuisionem fecisset,vel prælegasset, quod
10 hic factum non est. Neque ista communio tolli potest
nisi per diuisionem,quæ nunquam facta fuit, neque præ-
sumitur,nisi probetur,*l.pen.C.com.diuid.§.fin. & ibi Ang. Instit.de societat.* c & ad hoc optimè facit confessio M.
11 Antonij supra considerata. † Neque huic rationi obstat,
quod deducitur ex *Bald.in d.l.filia,n.8.* quia loquitur in ca
su,in quo pater emerat nomine filij sine vlla reseruatione
dominij: tunc enim censetur donasse iuxta allegatas deci
siones Sanctissimi, & Pamphilij. Verum in isto casu reser
uatio facit, vt non præsumatur donatio, sed inspiciatur vl
terior patris dispositio,quomodo sese habeat. Vnde cum
de istis officijs in testamento saltem tacitè disposuerit, cũ
12 mandauerit fructus deponi apud mercatorem, ut supra
dictum est, & † uniuersalis institutio habeat vim particu
laris dispositionis, *prout fuit dictum in illa Romana Scripto
riæ,coram R.P.D.meo Pamphilio,* d *& in vna Romana Domus in Monte Iordano coram bon.mem. Brauo*, conse-
quens est,vt dicamus communicanda esse damna,sicut &
lucrum communicari voluit testator,quod clarius demon
13 strari potest,† si fingamus penes vnum tantum fuisse offi
cia & montes;nam hoc casu certum est, quòd communi-
ter vtrique perijssent,vt per *Abb.cons.73.lib.2. Phanut.de inuentar.d.parte 3.num.38.* e *cum alijs, quæ deducuntur ex reg.l.qui fortuitis.C.de pignorat.act.* f Neque obstat quod
pater ea collocasset separatim super vita vniuscuiusque fi
liorum,quia hoc prouidè fuerat factum, ne morte unius
alter nimium damnum pateretur; sed non ideo minus
censendus est voluisse ea inter ipsos esse communia,prout
de fructibus disposuit.Et ex his patet responsio ad ea,quę
pro Marco Antonio deducebantur: nam ad hunc effectũ,
de quo agitur; neque opus esse uidetur, ut probetur om-
nium bonorum communio; neque verum est patrem in-
ter uiuos donasse hæc loca & officia filiis, ita ut illa possẽt
retinere inter viuos, sed habent ea ex dispositione testa-
mentaria, quæ facit, vt censeantur semper fuisse commu-
nia inter fratres tamquam relicta in hæreditate paterna.
Et ita pro maiori parte conclusum.

* *Bart.in l.si patruus,nu.9.& ibi Bald.Salicet.& Fulg. C.comm.vtr. iud.Ias.in l.1.nu.5.C.qui test.fac.poss. Natt.cons.264. in princip. vol.2.Menoch.de præsumpt.lib.3 præsumpt.56.num.20.Bartol.in cons.22.num.3.lib.1.& est communis opin. vt per Aleiat. de præsumpt.reg.1 præsumpt.25 num.1.Dec.cons.548.num.1.& fuit resolutum in Cesenaten.fideicommissi,de Aldinis.26.Nouem.1593. coram Card.Blanchetto, & in Romana bonorum de Cruciarijs, 26.Febr 1568.coram bon.mem.Card.Lancellotto,in impr.diuers. nouiss.169.nu.10.par.2.*

a *Facit Paris.cons.86.num.13.lib.1. Rimin.sen.cons.130.numer.14. lib.1.*

b *In Romana Montium 5.Nouemb.1576.corã S.D.N.Clemẽte VIII. in impr. diu.nouiss 262 p.1.& coram eodem in Roman.officij scriptoria 23.Maij 1583.& in eadem coram Card.Pamphilio 1.Apr. 1588 & 27.Mar.1591.& in alia Romana officij, supr. 23.Maij 1584.coram Illustriss.meo Seraphino, & facit Tesaur. decis.97. per totam,& Anch.cons.27.*

c *Et facit Alex.cons.14.lib.2.Tiraq.de præscript.in verb. per decem annos,gl.4.vers.decimo quarto,circa fin.*

d *Quæ supra citata fuit.& in Roman.domus,coram Brauo,sub die 18. Aprilis,& 15.Iunij 1579.*

e *Addo tex.in l.cum res,§.fin.ubi Bart.de legat.1.*

f *Item ex Purpur.cons.291.num.4.& Bald.in l.naturalis. §.& si quidem,in fin.de præscr.verb.*

Pampilonens. Parochialis de Stella.
Die Lunæ 14.Decemb.1598.

SVMMARIVM.

1 *Cura animarum Ecclesiæ parochialis concessa Abbati & monasterio, An,& quando dicatur esse penes Abbatẽ, vel Vicarium,per tot.*

2 *Cura vnius parochiæ est incompatibilis cum Episcopatu.*

3 *Vicarius pro exercitio curæ animarum post præsentationem, & eius approbationem, per Episcopum Ordinarium loci approbari debet, quando populus non est exemptus.*

DECISIO MCCCIIII.

FVit conclusum curam Ecclesiæ parochialis de Stella
residere penes Abbatem de Hirache. Primò enim pro
hac parte facit Donatio Regis Nauarræ Sanctij,qui con-
cessit dictam Ecclesiam à se constructam in hęreditatibus
proprijs Abbati & Monachis de Hirache in perpetuum,
cum decimis & primitijs, & oblationibus & obuentioni-
bus omnibus suorum parochianorum integrè & pacificè
sine subiectione,& contradictione alicuius sæcularis,aut
clericalis personæ; & Episcopus Pampilonensis ad instan
tiam Regis prædictam donationem concessit, ex qua col-
ligitur Ecclesiam fuisse pleno iure concessam Abbati &
Monasterio de Hirache; & cum donatio comprehendat
decimas,primitias,& oblationes,de quibus Rex non pote
rat disponere,nisi de consensu Episcopi,apparet concessio
nem Episcopi ea omnia comprehendere, quæ in donatio-
ne Regis continentur, quamuis etiam dici possit licuisse
Regi ita disponere vigore priuilegiorum Apostolicorum,
1 & præcipuè Vrbani II. Vnde sequitur† curam animarum
ad eum spectare,qui percipit ea omnia emolumẽta, quæ
curam gerenti de iure competunt, vt penes eum sit onus,
penes quem est & commodum. Secundò,hanc donationẽ
sortitam fuisse effectum,& ex obseruantia comprobari ar
guunt testes examinati pro Abbate,qui probant Abbatẽ à
triginta annis, & citra, percipere medietatem decimarũ,
ac fructuum, & oblationum. Item tertiam partem pedis
Altaris,& prouidere de beneficijs, visitare, excommuni-
care,prædicare,& computa exigere, qui quidem omnes
actus comprobantur per testes Vicarij & beneficiatorũ,

vt bene deducitur in facto. Hincq. resultat clara iuris conclusio, quam firmat *Cardin. in Clemen. vnic. de Offic. Vicar. num. 10. q. 9.* quòd quando primitiæ, decimæ, & oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali assignata certa portione Vicario iuxta *c. suscepta, de preb. in 6.* tunc cura dicitur esse penes dictum principalem, secus si ea perciperet Vicarius, & assignaret portionem principali, tunc enim diceretur cura esse penes Vicarium: *Idem tenet gloss. in Clem. frequens, in verbo, ad mensam, & ibi Imol. num. 16. de excess. Prælat.* Tertiò comprobatur ex eo, quòd Vicarius non est perpetuus; sed amouibilis, quod quidem est signum manifestum curam penes eum non residere, sed solum eius exercitium, *vt tradit Imola in d. Clem. Frequens, num. 3.* sicuti quando Ecclesia spatio quadraginta annorum fuit deseruita per Vicarium temporalem, tunc dicitur esse de mensa, *vt tradit Rebuff. in repet. c. extirpanda, §. qui verò, 2. conclus. de prebend.* Quartò facit, quòd coram Abbate parochiani præsentarunt Vicarium amouibilem, hoc enim est manifestum signum superioritatis, *vt per Abbat. in c. de Monachis, num. 9. de præbend. Doctores in c. fin. de iur. patr.* Quintò ponderatum fuit, Abbatē fuisse coactum augere seruitium, & assignare congruam, quod spectat ad Rectorem Ecclesiæ, *ad text. in c. sicut, de suppl. neglig. Prælat. & in c. auaritiæ, & c. de Monachis, de præb. & notat Rebuff. de congr. portio. num. 15. Crescent. decis. 1. de off. Vicar.* Postremò, cum cura non possit esse penes Vicarium temporalem, neque penes Episcopum, qui licet in genere habeat curam totius diœcesis, non tamen potest habere
2 curam particularem unius parochiæ, † quia est incompatibilis cum Episcopatu, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo*
* *Pamphilio, in vna Pampilonen. decimarum, de Gongora.* *
consequens est, vt sit penes Abbatem, quod optimè confirmatur ex concordia inter Abbatem & monachos ex vna, & beneficiatos ex alia super approbatione Vicarij, quæ licet non sit in forma probanti, nihilominus recipit adminiculum ex obseruantia, & hoc fuit dictum ex abundanti.
3 Non obstat, quòd † post præsentationem Vicarij, & eius approbationem, quæ fit ab Abbate, is mittatur ad Episcopum pro obtinenda licentia exercitij curæ animarū, quia ex quo populus non est exemptus, debet Vicarius approbari per Episcopum Ordinarium loci, vt probat *text. in c. unico, de Capell. monach. in 6. & Ant. de Butr. nume. 10. Imol. num. 7. & Abb. num. 15. & in c. 1. num. 6. eod. tit.* & ita intelligitur *Vital. in allegatis iuxta const. Bellamer. 38. num. er. 12. in fine.* Vltimū non obstat, quod non constet de Annexione siue vnione istius parochialis monasterio de Hirache, quia virtualiter de ea constat ex supradictis, vt fuit resolutum coram me, *in Alben. Præpositura, 8. Aprilis, 1598.* non. n. potest monasterium alio modo eam obtinere, quàm per viam vnionis ex largitione Episcopi, vel concessione Papæ, vel præscriptione, cum titulo & cursu quadraginta annorum, *vt per Vital. in d. Clem. Frequens, num. 49.* Et ita conclusum pro Abbate & monasterio.

* *Sub die 13. Decemb. 1592.*

Astoricens. Prioratus.
Die Veneris 18. Decembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Parito iudicato, modificatur per Clausulam, Arbitrio Rotæ.*

2 *Per donationem Iuris patronatus factam Abbatiæ, omne ius transfertur in Abbatem.*

3 *Enunciatiuæ antiquæ collationum, corroborant ius patronatus.*

4 *Clericus sæcularis est incapax beneficij regularis, & numero 8.*

5 *Ius patronatus non potest competere in Ecclesia regulari, & conuentuali, nisi sit concessum in limine fundationis.*

6 *Regula 3. Cancellariæ reseruatoria Prioratuum conuentualium, procedit solum in Prioratibus solitis dari in Commendam.*

7 *Quando acta non fuerunt transportata propter impedimentum à parte præstitum, procedi potest prout in prima.*

9 *Sententia contra sententiam dici non potest, si sit notoriè iniusta, & consequenter nulla.*

DECISIO MCCCV.

Domini censuerunt, sententiam Rotalem esse confirmandam, non obstantibus in contrarium deductis: Nam quod primo dicitur, eam esse nullam ex defectu iu-
1 risdictionis, propter Clausulam, Parito, † tollitur ex eo, quòd dicta Clausula est modificata, per illa verba, Arbitrio Rotæ, quod arbitrium Rota censuit habere locum
2 stante iustitia Abbatis. De iustitia verò clare liquet † ex donatione facta Abbatiæ per Guttierum Nugnez, & eius vxorem, anno 1234. per quam omne ius fuit translatum in Abbatiam, *vt fuit dictum in causa Ouetens. Abbatiæ, 3.*
* *Aprilis 1595.* * & fuit effectuata, vt bene deducitur in facto, incipiendo ab anno 1430. & deinde anno 1485.
3 & successiuè 1545. † quæ corroboratur ex pluribus antiquis enunciatiuis collationum, quæ sufficiunt, *Ad decis. Put. 207. lib. 2.* iunctis maximè dictis testium, deponentium quòd semper occurrente vacatione, fuit facta prouisio per Abbatem Canonicis Regularibus, & hinc denegi-
4 tur non ius Ioanni † clerici sæcularis, & ideo incapacis beneficij regularis, *c. cum de beneficio, de præbend. lib. 6. Concil.*
5 *Trid. sess. 14. c. 10.* † nec poterat competere Regi ius patronatus in Ecclesia Regulari, & Conuentuali; nisi ostenso priuilegio concesso in limine fundationis, vt in pluribus
a causis fuit decisum, nempè, *in Regien. de Faciolis,* a *&*
6 *Albanen. Prioratus, & Oueten. Abbatiæ.* † Non obstat regula 3. Cancellariæ, quæ reseruat Prioratus Cōuentuales, quia ea procedit in Prioratibus solitis dari in Commendam, *Mandos. in d. Regulam, q. 3. n. 2. & 5.* & hoc etiam ostenditur ex prouisione Ioannis, in qua Papa apposuit Clausulam, Dummodo per cessationem Cōmenda vacet. Non
7 obstat, † quòd nō fuerint transportata acta, cum hoc euenerit culpa Ioannis, qui præstitit impedimentum trāsportationi; & ideo processum fuit in Rota prout in prima, quod fieri potuit, *vt habetur in decisione causæ Toletanæ Parochialis, die 4. Octobris 1592. coram Illustriss. Arigonio,* & consequenter tollitur id, quòd dicitur non potuisse reuocari sententiam de partibus non visam, quia cum ex
8 partis assertione ea adiudicet beneficium † regulare clerico sæculari, non potest esse iusta, & sine ista reuocatione
9 poterat etiam sustineri sententia Rotalis, † non enim erit sententia contra sententiam, si illa de partibus erit notoriè iniusta, & in consequentiam nulla. Quod dicitur de triennali possessione, non verificatur, cum initium suæ possessionis fit de mense Ianuarij 1591. & fuit citatus 19. Nouembris 1593. Et ex his conclusum pro confirmatione.

* *Coram R. P. D. Penia.*
a *In Regien. de Faciolis, coram Card. Pamphilio, & Albanen. Prioratus, coram bon. mem. Orano, de anno 1588. & Oueten. supr. citata coram Penia.*

Virdunens. Canonicatus.
Die Lunæ 15. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Extensio concordatorum non capit beneficia reseruata.*

2 *In collatione facta tamquam de vacante per obitum, an habeatur ratio momentaneæ acquisitionis factæ per resignationem, litteris non expeditis.*

3 *Immissio*

3 *Immissio in possessionem pendente adhuc tempore ad appellandum dicitur attentata, & non est manutenibilis.*

4 *Legatus non potest facere, vt leges non seruentur; nec statuere contra ius, nec tollere vim appellationis, vt num. sequen.*

6 *Attentata non reuocantur, vbi non constat de iure petentis reuocationem, quod tamen debet constare, vel per confessionem, uel per rem iudicatam.*

DECISIO MCCCVI.

FVit dubitatum, An sententia Triuerensis lata ad fauorem Friderici Parent, esset confirmanda, vel reuocanda, & pro reuocatione deducebatur non ius Friderici, tā in negotio principali, quàm super attentatis, propter executionem factam pendente appellatione: Et quantum ad negotium principale, deducebatur, prouisionem de dicto Canonicatu obtentam à Cardinali, esse nullam, cum prouisio pro illa vice pertineret ad Capitulum vigore concordatorum, & eorum extensionis factæ per Nicolaum V. nominatim ad Ecclesiam Virdunensem, vt testatur *Put. decis. 47. lib. 1. & Ioan. Paul. decis. 83.* Verum in
1 contrarium dicebatur † extensionem prædictam non capere beneficia reseruata, prout erat Canonicatus iste ratione vacationis in mense Iulij reseruato; & ideo collationem spectasse ad Illustrissimum Cardinalem vigore sui
* indulti, *Rota, dec. f. t. de offic. Legat. in antiq. cum aliis.* * &c licet prætenderetur ex aduerso cessare reseruationem, ex quo semel Cardinalis contulerat Adamo, qui postea literis non expeditis cesserat liberè in manibus dicti Illu-
2 strissimi Cardinalis, *Oldrad. consilio 57.* † tamen quia collatio facta erat Friderico, tamquam de vacante per obitum, non videbatur habendam esse rationem momentaneæ illius acquisitionis, *vt per Socin. cons. 57. lib. 4. Fab. decis. 66. & fuit dictum in vna Medulanen. de Tabernis, coram bon. mem. Orano.* Verum quia materia visa fuit difficilis Dominis, omissa disputatione super bono iure in negotio principali, de quo suo loco & tempore poterit videri; fuit dictum sententiam saltem ex capite attentatorum
3 esse reuocandam, † cum Fridericus post dictam sententiam pendente adhuc tempore ad appellandum fuerit immissus in possessionem, & sic non intrat consideratio desertionis; & ideo talis possessio non erat manutenibilis, *vt pluries fuit resolutum, & in specie in vna Ciuitatis Castelli bonorum 17. Nouembris, 1595. coram Card. Blanchetto, & in vna Calagurritana, 10. Nouembris eiusdem anni, coram R. P. Domino meo Pena.* Nec obstare Clausu-
4 lam, Sine vitio spolij, & attentatorum, quia † Legatus non potest facere, vt leges non habeant locum in casibus
5 expressis, cum non possit contra ius statuere, & † sic non poterat tollere vim appellationis, *Corn. consilio 121. nume-*
a *ro 51. libro 3. Rota decis. 103. part. 2.* a Nec obstat, quod
6 deducitur † attentata non esse reuocanda, vbi notoriè constat de non iure agentis, quia ad effectum prædictum necesse est, vt constet de non iure, vel per partis confessionem, vel per rem iudicatam, *Cassad. decis. de restit. spol. in fine. Put. 103. libro 1. & coram me in vna Nouarien. beneficiatus sancti Petri, 1. Maij 1569. & in pluribus aliis causis.* Quod autem non constet notoriè de non iure Thomæ, ex alio etiam satis liquet, quòd in sententia Triuerensis reseruatur ius competens Thomæ in petitorio; Ideo conclusum pro reuocatione attentatorum.

* *Aeneas de Falconib. de reseru. in 4. q. princ. in 6. effectu, num. 10. Alexan. cons. 7. nu. 17. lib. 6.*

a *Per glos. in c. fin. de hæretic. in 6. Canonistæ omnes in cap. fin. de offic. Leg. cum aliis citatis in decis. Spoletana hæreditatis, 22. Maij 1579. coram bon. mem. Cantuccio, in impr. Aluer. nouiss. 103. numero 28 part. 1.*

Aretina Bonorum.
Die Veneris 19. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas Apostolica supplet omnes sollemnitates in alienatione.*

2 *Processus super alienatione rei Ecclesiæ à Commissario formatus, non citata Ecclesia, est nullus.*

3 *Negatiua non potest dici probata per processum, qui integer non exhibetur.*

4 *Onus probandi negatiuam incumbit opponenti.*

5 *Locatio antiquitus facta pro maiori responsione quàm posita, quo casu non dicatur læsiua Ecclesiæ.*

6 *Læsio in alienatione bonorum Ecclesiæ probari debet de tempore contractus.*

7 *Ex obseruantia longi temporis omnia præsumuntur in alienatione bonorum Ecclesiæ ritè & rectè facta.*

8 *Signatura Iustitiæ non potest concedere licentiam alienandi bona Ecclesiæ, bene tamen potest iudices Commissarios subrogare.*

9 *Iudices Commissarij in confirmanda alienatione, possunt de consensu partis augere canonem ad maiorem Ecclesiæ utilitatem.*

DECISIO MCCCVII.

FVit resolutum non constare de inualiditate concessionis emphyteuticæ, de qua agitur; nam quod attinet ad caput sollemnitatis, cum alienatio fuerit facta aucto-
1 ritate Apostolica, † quæ supplet omnes sollemnitates, ad
* *Alex. cons. 41. lib. 1.* * non dubitari alienationem ex hoc capite sustineri; maximè cum vltra rescriptum Apostolicum concurrant tres tractatus facti ante alienationem, in quibus Monachi Capitulariter congregati affirmant bonum & vtile Conuentui eorum esse euidenter, sententiæ acquiescere, & illam acceptare, & ratificare, & in exequutionem deuenerunt ad confectionem instrumenti locationis, vt in summario, num. 7. Non obstant in contra-
2 rium deducta: Et Primò, † quòd Eremitæ non fuerint coram Iudicibus Commissarijs citati, prout ex tenore rescripti requirebatur: Ideoq. totum processum tamquam ita
3 liter factum, corruere; † nam de hac negatiua non constat, cum non exhibeatur iste processus integer, prout requiritur, ad hoc, vt ex actorum inspectione dicatur pro-
a bata negatiua, vt in similib. causis fuit pluries resolutū, a Immo potius ex his, quæ nunc exhibentur, contrarium apparet, cum adsit assertio monasterij continens Iudices in huiusmodi causa ritè & legitimè processisse examinatis multis testibus, & uisis iuribus, & instrumentis hinc inde productis, & seruatis seruandis, post quam assertionem infertur sententia, & demum proceditur ad tractatus & exequutionem. Secundò, quod dicitur de specificatione bonorum non facta, vti erat necessarium ex for-
4 ma rescripti similiter tollitur, † ex quo hæc negatiua non probatur, neque dubitari potest hoc onus incumbere opponenti propter sententiæ auctoritatem; *vt fuit aliàs resolutum in una Senogallien. Siluæ coram bon. mem. Domi-*
b *no Cotta.* b Tertiò dicitur, non fuisse obseruatam formā rescripti circa consensum Monachorum: Verum de contrario apparet ex instrumento locationis, quæ fuit facta
c ab ipsis Capitulariter congregatis, vt testatur Notarius, c nec constat, quod tunc temporis adfuissent plures habentes vocem, & interuenire volentes, & satis est, quod fuerint Capitulariter congregati, & similiter tolluntur omnia deducta circa formalitatem processus; nam decisio-
d nes allegatæ in contrarium, in causa Cortonen. d & alijs, procedunt, quando exhibetur integer processus, ex cuius inspectione apparet de defectu formæ in cōmissio-
5 ne traditæ. † Quantum ad caput euidentis vtilitatis, prætendebant Eremitæ probari euidens damnum, ex quo bona,

na, de quibus agitur, antiquis temporibus anno 1502. fuerant concessa titulo locationis ad triennium patri Ioannis Taccij pro annua responsione quingentorum stariorum grani, & nonnullarum appendicum: & idcirco concessionem factam anno 1526. pro annua responsione stariorum 225. fuisse euidenter lęsiuam Ecclesiæ. Verũ huic obiectioni, omisso, An instrumentum prioris locationis sit in forma probanti, & an probetur eius effectuatio, responsum fuit inter illam locationem & eam, quæ facta fuit Ioanni anno 1505. intercessisse annos quindecim, quo tempore contigit bellum vulgariter dictum, (la Guerra del Casentino) quod valde turbauit totum territorium, & innumerabilibus damnis affecit, adeo vt ipsi Eremitæ pro necessitatibus proprijs fuerint coacti bona prædicta deteriorata locare Ioanni, & ab eodẽ accipere Florenos 600.
6 Vnde † cum ista læsio non probetur de tempore contractus, prout necessarium est, & de euidenti causa mutationis appareat, redditur hæc probatio incerta, & nullius efficatiæ, *ut tradunt communiter Doctores, in l. 2. C. de rescind. uend. & fuit resolutum in causa Romana Casalis Turricel-*
e *læ, cum alijs per Informantes allegatis.* e Confirmatur hęc res ex pluribus: nam ex instrumentis apparet in priore locatione fuisse comprehensa nonnulla bona, quæ non fuerunt comprehensa in secunda, & nominatim pręedium (della Montecchia.) Præterea, in priori locatione non fuerat actum, vt meliotamenta cederent in vtilitatem Ecclesiæ, quod fuit dictum expressè in posteriori. Adest quoque hæc differentia inter vtramque, quòd in posteriore Ioannes numerauit Monachis 600. Florenos, & eos ab illorum restitutione liberauit, quod non aderat in
7 priori. Postremo hanc probationem elidi † ex cursu sexaginta annorum iuncta obseruantia, quæ facit, vt omnia præsumantur ritè & rectè facta, *ut fuit latissimè de-*
f *ductum coram me, in causa Romana Casalis Longhezzæ.* f neque huic obseruantiæ obstat, quod prætenditur eam fuisse per contradictionem interruptam, quæ probatur ex narratis in vltima concessione Papæ, quia illæ contradictiones percutiunt tempus ante annum 1526. post illud verò nullæ probantur contradictiones factæ à personis legitimum mandatum habentibus, & si quæ fuerunt extraiudiciales, quod tamen non verificatur, eæ non interrumpunt hanc obseruantiam, *ut fuit decisum in eadem*
g *causa Casalis Longhezzæ.* g Duæ aliæ obiectiones factæ contra Taccios similiter facilè diluuntur; quarum altera
8 est, quòd † Signatura Iustitiæ non poterat concedere hanc licentiam; nam hæc nihil aliud continet, quam subrogationem Iudicum; & *decisio facta in causa Auximana Prædij coram R. P. D. meo Orano*, tollit difficultatẽ. Altera verò, quòd Iudices Commissarij excesserunt fines mandati, cum auxerint Canonem, quem Papa mandabat
9 confirmari, quatenus in euidentem, † quia processerunt legitimè confirmando simpliciter locationem eo modo, quo facta fuerat, deinde augentes canonem de partis consensu ad maiorem vtilitatem Eremitarum, quod facere potuerunt pinguius adimplentes id, quod per se iam sustineri poterat sine augmento. Et ex his conclusum, vtrumque requisitum ad ualiditatem locationis adfuisse, iuxta dispositionem *cap. sine exceptione, 12. q. 2. & cap. 1. de rebus Eccl. non alien.* neque ex deductis pro Eremitis contrarium probari.

* *Et per Dec. cons. 341. num. 9. Paris. cons. 24. n. 4. lib. 4. Capic. decis. 16. num. 2. & seq.*

a *Vt per Aegid. decis. 287. & in Elnen. Mineriorum, 27. Nouem. 1585. coram bon. mem. Orano.*

b *Sub die 24. May 1577. quæ in impr. diu. nouiss. est 64. parte 1.*

c *Et Noturio de hoc creditur, Feder. de Sen. consil. 227. quem sequitur Abb. in c. quanto, nu. 7. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit. Ruin. cons. 217. nu. 15. lib. 1.*

d *In Cortonen. rescissionis locationis, 26. Ian. 1590. coram bon. memor. Orano, & in alia Cortonens. bonorum, de anno 1589. & 1590. & præsertim 9. & 28. Iun. 1589. coram Card. Plato.*

e *In Roman. Casalis Turicella, 10. Mart. & 28. Iunij, 1578. corã bon. mem. Cantuccio, in impress. diuers. nouiss. 65. & 78 part. secunda, & in eadem Casalis Turicellę supr. coram Illustrissimo meo Seraphino, 29. Aprilis 1594 numero 3. & in Papiens. fructuum, 1. Iulij 1579 coram Domino Lancellotto, & facit decis. Capic 16. n. 1. & Paris. cons. 24. n. 6. lib. 4.*

f *Pręsertim, sub die 28. Iunij, 1593. num. 3. & 27. Maij, 1594. numero 7. & fuit dictum in Neapolitana Fundaci 1. Iunij 1579. coram bon. mem. Robusterio, quę in impress. diuers. nouiss. est 179. p. 2.*

g *Sub dicta die 21. Maij 1593. n. 10. & 22. Maij 1594. n. 4.*

Bisuntina sepatationis, seu Augmenti dotis.
Die Lunæ 22. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur, quando tendit ad rem iudicatam impugnandam.*

2 *Stante re iudicata super separatione thori in consequentiam uenit lucrum dotale, seu dotis augmentum.*

DECISIO MCCCVIII.

1 FVit resolutum, † in casu isto non esse dandam remissoriam; nam cum super articulo separationis fuerint latæ tres sententiæ conformes pro separatione, ex causis tunc in actis deductis, censuerunt Domini remissoriam esse denegandam, cum tendat ad impugnandam rem iudicatam, *ad Ias. in l. patre furioso, numero 22. de his qui sunt sui uel alien. iur. Mohedan. decis. 199. Chisanens. 152.* Quod eo magis locum habet, cum Don Franciscus aliàs obtinuerit remissoriam super ijsdem articulis, & examinauit quinquaginta testes, quibus non obstantibus, fuit contra eum pronunciatum; ideo videtur calumniosa petitio, *Caputaq. decis. 63. parte 3. Cassad. decis. 3. de dilation. cum alijs allega-*
* *tis.* * Non obstat, quòd allegatur non facile ex præsumpta calumnia denegari remissoriam, quia hoc procedit, nisi exstaret res iudicata. Non obstat, quòd dicitur hanc esse diuersam causam, nempè, agi tunc ad effectum excludendi vxorem à petitione lucri dotalis per probationem reconciliationis; nam hæc non potest dici diuersa causa,
2 † cum firma stante re iudicata super separatione, in consequentiam ueniat lucrum dotale, seu dotis augmentum, *ad text. in l. etiam, C. de iure dot. & in l. inter socerum, §. cum inter, de pact. dotal. & ita concludit Decian. cons. 52. n. 51. lib. 1. & cons. 60. nu. 11. lib. 2. & expressè habetur in §. mitiores, Auth. de nupt. Vincent. de Franch. decis. 244. libro secundo.* ex quo arguitur etiam irreleuantia eius, quod pętenditur remissam fuisse per reconciliationem iniuriam adulterij per virum perpetrati, cum adhuc supersint alię vrgentiores causæ petiti diuortij. Et ita conclusum.

* *Rota decis. 29. de iudic. in antiq. Aegid. decis. 624. & fuit dictum in Auenionen. Pręposituræ, 1. Iulij 1594. coram bon. mem. Litta.*

Mediolanens. Parochialis.
Die Veneris 26. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *In gratia impetrata ex causa resignationis impetrans tenetur docere de publicatione, etiam quòd resignatio sit facta in manibus Ordinarij.*

2 *Quando unio declaratur nulla, non datur noua uacatio, sed remanet antiqua; secùs ubi ualida dissoluitur.*

3 *Deuolutio non mutat modum uacandi, sed præsupponit beneficium uacare, illudq. deuolui cum qualitatibus requisitis.*

4 *Inter resignationem factam in manibus Papæ ad fauorẽ, & eam quæ fit in manibus Ordinarij, nulla adest differentia ad effectum Constitutionis de publicandis.*

5 *Beneficium resignatum ex causa unionis non indiget publicatione.*

DECISIO MCCCIX.

CAusa fuit iterum proposita, super eo an D. Camillus teneatur docere de publicatione, in casu de quo agitur. Et Domini circa hoc caput recesserunt à resolutis, *
1 † cum enim gratia per eum impetrata fuerit ex causa resignationis in manibus Ordinarij, tenetur docere de publicatione, quæ est pars gratiæ, vt sæpius fuit resolutum a etiam quòd resignatio sit facta in manibus Ordinarij, *vt fuit dictum in causa Sabinen. beneficiorum, 5. Martij 1586. coram R. P. D. meo Gipsio*, & cum non ostendatur alia vacatio, non irritant Clausulæ generales in gratia appositæ, ita vt non sit locus Constitutioni fel. rec. Gregorij XIII. de publicandis. Neque facit decisio allegata in
b causa Virdunen. b † nam ratione vnionis annullatæ,
2 non datur noua vacatio, sed remanet antiqua; licet secus esset, si fuisset valida, & dissolueretur, *Cassad. 2. de vnion.*
3 *Put. 13. lib. 3.* neque etiam ratione deuolutionis, quia † deuolutio non mutat modum vacandi, sed præsupponit beneficium vacare, illudq. deuolui cum qualitatibus requisitis, *gloss. in Clem. 1. de suppl. negl. Præl. Rota decis. 774. num. 2. parte 3. in nouiss.* Neque etiam potest deduci vacatio ex dicta Cõstitutione, *in §. de beneficijs*, ex eo quòd Episcopus non expleuit negotium resignationis intra mensem, & infra tres menses non fuit facta publicatio, quo casu Cõstitutio inducit vacationem, quia talis vacatio debet dispositiuè narrari, neque intrat sub Clausulis generalibus, & est publicanda, vt cauetur in dicta Constitutione.
4 † Neque etiam placuit distinctio, quæ fit resignationem factam in manibus Papæ ad fauorem, & eam quæ fit in manibus Ordinarij, quia nulla adest inter has differentia in terminis Constitutionis, & vtraque est publicanda. Vnde fuit conclusum, quòd cum non detur alia vacatio, quæ possit venire sub Clausula, Seu alio quouis modo, gratiam non sustineri. Neque potest sustineri ex capite
6 Vnionis, † ex eo, quòd eo casu non sit necessaria publicatio, quia id procederet data validitate vnionis; hic vero contrarium supponitur, cum fuerit beneficium vti adhuc vacans impetratum, *Caputaq. decis. 345. part. 3.* Et ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 26. Octobris anni præteriti.*
a *Et præsertim in Calaguritana Thesaurariæ 10. Februarij 1579. coram S. D. N. Clemente VIII. & in Cæsaraugustana 1 Arcchialis, 14. Nouemb. 1583. coram bon. mem. Robusterio.*
b *In Virdunens. Canonicatus 13. May 1596. coram Cardinali Pamphilio.*

Barchinonens. Canonicatus.
Die Veneris 26. Martij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Gratia fundata super falsa causa, dicitur subreptitia.*
2 *Vbi per gratiam Papæ præiudicatur liberæ collationi Capituli necessaria est derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo.*
3 *In gratijs, quæ fiunt vigore decretorum sacri Concilij Tridentini, non est necessaria derogatio regulæ de iure quæsito, quando fiunt ex necessitate; secus si ex mera gratia.*

DECISIO MCCCX.

FVit conclusum gratiam Honofrij esse subreptitiam, cum enim *decretum sacri Concilij Tridentini sess. 5. cap. 1.* disponat, vt in Ecclesijs, in quibus nullum salarium vel præstimonium erat deputatū pro Lectore sacræ Theologiæ, vna præbenda pro eo assignaretur, & in Ecclesia Barchinonensi vsque de anno 1566. fuisset ordinatum stipendium pro lectore sacræ paginæ, non erat locus decreto Concilij; prout etiam sacra Congregatio in hac eadem
1 causa censuit; consequens est, vt dicamus, † gratiam fundatam super falsa causa, esse subreptitiam, *vt per Felin. in cap. ad aures, num. 9. de rescript. Oldrad. cons. 262. Card. cons. 96.* Neque huic rationi obstat, quod prætenditur ex aduerso, fuisse hoc totum narratum Papæ, rationi Capituli fuerint aliqua ad rem pertinentia narrata: tamen non fuit expressum hanc erectionem Lectoris salariati fuisse antiquissimam cum certo & perpetuo stipendio; ideo non ita de facili Papa nouam erectionem fecisset. Hinc enim sequitur id, quod censuit sacra Congregatio, non esse necessarium ex decreto Concilij erigere præbendam Theologalem; & ideo quamuis vera esset opinio *Ancharani cons. 293. num. 2.* quam tamen periculosam esse tradit *Sarnens. ad Regulam de annali, q. 42. num. 6.* tamen non applicaretur, cum totum factum integrè non fuerit narratum Papæ, ita vt dici possit eum in iure deceptum fuisse. Præte-
2 rea † cum per huiusmodi erectionem factam ad instantiam Honofrij præiudicetur liberæ collationi Capituli, necessaria videbatur derogatio Regulæ de non toll. iure quæsit. *& fuit resolutum in causa Perusina Vnionis, die 8.*
3 *Martij, 1596. coram Illustr. Blanchetto.* † Nec obstat, quòd in dispositionibus, quæ fiunt vigore decretorum Concilij, non sit necessaria derogatio, quia hoc procedit, quando fit ex necessitate, nō autem si fiat ex mera gratia, prout ista. Quod dicitur de appositione manus Papæ, non facit ad præsens dubium, in quo agitur tantum de validitate gratiæ Honofrij.

Nepesina Census.
Die Veneris 30. Aprilis 1599.

SVMMARIVM.

1 *Duæ sententiæ conformes vigore statuti Vrbis faciunt rem iudicatam.*
2 *Ob non confectionem inuentarij, hæres testamentarius tenetur etiam vltra vires hæreditatis.*
3 *Hæres soluens scienter posterioribus creditoribus, non procurata cautione de restituendo prioribus & potioribus, male soluit.*

DECISIO MCCCXI.

FVit resolutum solutiones allegatas non releuare ad fauorem Illustrissimæ Dominæ Æmiliæ, quę cum sit hęres testamentaria bon. mem. Domini Virginij, & contra
1 eam latę fuerint duę sententię pro Communitate Mazzani, † quę vigore statuti faciunt rem iudicatam; non potest prętextu solutionum allegatarum impedire executionem dictarum sententiarum: Primò, quia non cõstat de aliqua confectione Inuentarij, ex quo appareat nihil adesse in hęreditate, ex quo possit fieri solutio; Immo ex deductis in facto constat, multa fuisse per eam exacta, ueluti fructus tenutę Campimaris spatio sex annorum ante retrouenditionem dictę tenutę, ad rationem scutorum ducentum decem annuorum, necnon eius pretium post retrouenditionē, necnon fructus uineę Vallis, ex qua prętenditur eam habuisse scuta mille & septingēta; Pręterea fructus Mazzani & Vineæ Riui, quamdiu extitit in eorum possessione, & postremo bona mobilia Domini Virginij, quę uti uiri ex nobilissima familia orti, uerisimile est fuisse notabilis ualoris; sed hęc non sunt necessaria ad
2 hunc effectum, cum † ob non confectionem Inuentarij teneatur etiam ultra uires hereditatis. Secundò moti fuerunt Domini ex eo, quòd dato, & non concesso, fuisse per Dominam Æmiliam tot debita soluta, quæ absorberent
3 totam hęreditatem; † tamen cum soluerit posterioribus creditoribus non procurata cautione de restituendo prioribus & potioribus, uidetur scienter malè soluisse, *l. dolo, ad leg. Falc. glos. in l. fiu. §. & si præfatam, & ibi Alexand. in 7. C. de iure delib.* Quod autem sciret hoc debitum extare, apparet ex eo, quod ipsa citata, fuit relaxatum mandatum, & facta executio, & cępta subhastatio, quę omnia

asse-

asseruntur facta fuisse ipsa citata, & eius procuratore
comparente, quæ res an ita se habeat, facilè ex actis illius
iudicij verificari potest. Quare conclusum, non obstanti-
bus allegatis solutionibus, procedendum esse ad vlterio-
rem exequutionem.

Bracaren. Iuris patronatus de Padornello.
Die Veneris 7. Maij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio Iuris patronatus Ecclesiastici facta laico, non va-
let, non adhibitis sollemnitatibus in alienatione requisi-
tis, & ex causa euidentis vtilitatis.*

2 *Assertioni illius non statur, qui actum facere non po-
tuit.*

3 *Confirmatio alienationis bonorum monasterij in forma
communi, non ualet.*

4 *Iura monasterij sine consensu Abbatis distrahi non
possunt.*

5 *Commendatarius non potest donare bona suæ Com-
mendæ.*

6 *Ius patronatus, quod non est ex fundatione, & dotatio-
ne, est sublatum ex dispositione Sacri Concilij Tri-
dentini.*

DECISIO MCCCXII.

FVit resolutum non cōstare de Iure patronatus Illustr.
Domini Marchionis. Illud enim prætenditur compe-
tere ex donatione illi facta à monasterio de aono 1558.
in qua enunciatur consensus D. Andreæ de Norogna tunc
dicti monasterij Commendatarij; Verum cum bona Ec-
1 clesiæ non possint sine causa alienari, † & maximè trans-
ferendo ius patronatus Ecclesiasticum in personam laicā,
non valuit talis donatio, cum non fuerit facta cum debi-
tis sollemnitatibus, & ex causa euidentis vtilitatis, nec in-
tercessit persona legitima Abbatis, cū tunc ille esset Com
mendatarius, non autem Abbas, neque de eius consensu
aliter apparet, quàm ex assertione Prioris. Nec suffraga-
tur confirmatio expedita per Pœnitentiariam, quia cum
2 non constet de dicto consensu, † nec stetur assertioni illius,
qui actum facere non potuit, *ad Bart. in l. si forte, numer. 5.*
3 *de castr. pecul. Alex. in cons. 17. num. 5. & 6. lib. 4.* † Vtique
4 confirmatio in forma communi non suffragatur, † cum
sine consensu Abbatis non potuerint distrahi iura mona-
sterij, *cap. Abbatibus, 12. q. 2. cap. in venditionibus. 17. q. 4.*
5 † nec Commendatarius potuit donare, *c. sine exceptione,
12. q. 2.* Præterea ex dispositione sacri Concilij Tridentini
6 † Ius patronatus debet esse ex fundatione, & dotatione;
& ideo in personam Marchionis non potest esse nisi ex pri
* uilegio, vt Congregatio sacri Concilij censuit; * & ideo
censetur sublatum, per eiusdem Concilij dispositionem
sess. 24. c. 9. Et ita conclusum.

* *Sub die 6. Augusti 1578.*

Romana Cambiorum.
Die Lunæ 17. Maij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Pecuniæ acceptæ ad Cambium præsumuntur acceptæ pro
soluenda summa, quæ antea debebatur, & non pro de-
bito postea facto, declara tamen, ut num. 2.*

DECISIO MCCCXIII.

QVia in decisione facta in hac causa 28. Aprilis anni
1597. inter alia grauamina deducta contra calcu-
lum & relationem Bernabei, fuit dictum fuisse in dicta
relatione apposita cambia prouisionis debita Dominis de
Bandinis, cum tamen pro ea non deberentur, & ex hoc re-
dargueretur erroris dicta relatio, Domini de Bandinis
obtinuerunt à Rota particulariter audiri super hoc præ-
tenso errore, & prætendebant informantes pro hac parte
ex calculo dato apparere, numquam acceptas fuisse pecu-
nias ad cambium, nisi postquam dies solutionis prouisio-
num iam aduenerat, & de his fuerat datum debitum Do-
1 minis aduersarijs, † sed fuisse acceptas pro summa, quæ
deficiebat pro solutione censuum Cameræ Apostolicæ;
nam ex descriptione facta in libris ad computum debiti
prouisionum, censebatur facta illa solutio, *l. qui sine, de neg.
gest. Socin. sen. cons. 63. num. 5. lib. 4. cum alijs per informantes*
* *deductis,* * & diminuta erat summa transmissa, ita ut
necesse esset capere id, quòd deerat ad cambium, & ita
apparet pro soluendo censu tantum fuisse acceptas pecu-
2 nias ad cambium: † tamen hæc consideratio non placuit
Dominis; nam cum fuerit aliàs resolutum, pecunias, quæ
per appaltatores transmittebantur ad banchum Domino
rum de Bandinis, non potuisse in alium vsum conuerti, an
tequam ex illis esset exstinctum debitum census, vtique
virtualiter apparet fuisse capta cambia pro debito proui-
sionum, quia si illæ pecuniæ non fuissent imputatæ in ex-
stinctionem illius debiti, non fuisset opus pro concurrenti
quantitate capere pecunias ad cambium, quod cum fa-
ctum fuerit, videtur factum contra formam conuentio-
nis, quam tamen obseruare tenebantur, & ad hoc fuit al-
legata decisio *Ianuens. 32. numero 34.* Et ita conclusum
adhuc stare hoc grauamen consideratum secundo loco in
præfata decisione.

* *Facit Corn. cons. 131. num. 3. lib. 4. Rota Ianuens. decis. 16. num. 8. &
fuit dictum in vna Anconitana pecuniaria. 11. Februarij, 1594.
coram bon. mem. Orano.*

Calagurritana Panis.
Die Lunæ 17. Maij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ non afficiunt non citatum, qui postea uenit ad
causam cum noua commissione.*

2 *Ad exequutionem sententiæ procedi non potest contra nō
citatum, saltem per proclama.*

3 *Actio spolij non transit in eum, qui non est hæres spo-
liati.*

4 *Non requiritur tam exacta probatio circa ius percipien-
di decimas, sicut requiritur, si de decimis sit quæstio.*

5 *Exceptio dominij non impedit exequutionem sententiæ in
spolio, ubi petitur exequutio contra eum, qui spoliauit,
& condemnatus fuit.*

6 *Successor in dignitate tenetur interdicto, Vnde vi, sicut
antecessor.*

DECISIO MCCCXIV.

DOmini censuerunt satis constare ex testibus Dominæ
Comitissæ de Maioricatu, cui sunt annexæ decimæ
ad effectum impediendi exequutionem sententiarum la-
tarum contra Comitem prædecessorem. cum enim fuerit
* iam resolutum, * † sententias eam non afficere, cum
1 numquam citata fuerit de eo tempore, & veniret ad cau-
sam cum noua commissione, sequitur aduersus eam non
2 fuisse probatum spolium; & † ideo non posse cōtra eam
procedi ad exequutionem, cum ad hunc effectum requi-
ratur saltem citatio per proclama, *Achill. decis. 3. de re iu-
3 dic. Put. decis. 91. lib. 3.* † Neque potest dici, quòd successe-
rit in spolio, cum non sit hæres patris, sed possideat Maio-
4 ricatum ex propria persona, † neque requiritur tam exa-
cta probatio circa ius percipiendi decimas, quemadmo-
dum requireretur, si de decimis esset quæstio; hæc enim
causa panis præsupponit virtualiter decimas spectare ad
Comites de Onnate, quarum ratione tenentur, vt prætēn
ditur pro parte Abbatis & beneficiatorum, dare eis hunc
panem

panem, à qua præstatione fuerũt per Comitem seniorem spoliari, vt fuit in iudicio contra ipsum agitato probatũ, & faciunt tradita per *Felin. in c. uenient. il 2. num. 13. de testib. & Couarr. pract. quæst. c. 16. num. 1. in fine*. Nec facit,
5 quòd exceptio † dominij non impediat executionẽ sententiæ in spolio, quia procedit, vbi petitur executio sententiæ contra eum, qui spoliauit, & condemnatus extitit, *vt bene declarant Doctores, in cap. secundo, de ordin. cognit.*
6 Nec refert, quòd † successor in dignitate tenetur interdicto, Vnde vi, sicut antecessor, *vt notat Abb. in capit. cum*
8 *dilectus, num. 57. de ordin. cognit. cum alijs allegatis*, a quia non negatur beneficiatos posse agere spolio contra Comitissam recusantem tradere panem, sed necesse est probare contra eam huiusmodi spolium, cum probatio resultans ex actis factis contra Comitem seniorem, non afficiat eam, vt iam fuit resolutum: Ideo opus est nouo processu, & ita exceptio dominij & possessionis tendit tantum ad euitandam executionem sententiarum inter alios latarum, non autem ad elidendam actionem spolij, si quæ aduersus eam competit. Et ita conclusum.

* *Sub die 10. Nouemb. 1597. et 13. Ianuarij 1598.*
a *Hostiens. in allegato c. cum dilectus. nu. 27. in fi. et n. 38. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 160. uers. limitatur tertio.*

Bisuntina Separationis tori, seu Augmenti dotis, & Donationis propter nuptias.

Die Lunæ 24. Maij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, & augmentum dotis debentur mulieri, quando obtenta fuit separatio tori propter sæuitiam uiri, uel propter adulterium.*
2 *Separatio tori, & diuortium à pari procedunt.*
3 *Pœna c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. quando habeat locum, & quando non.*

DECISIO MCCCXV.

1 DOmini dixerunt † Dominæ Barbaræ deberi donationem propter nuptias, & augmentum dotis, etenim cum fuerit obtenta separatio tori propter sæuitiam, & adulterium viri, & ex alijs causis in actis deductis, & à Dominis visis; sequitur esse factum locum lucro donationis, & augmenti, *ad tex. in §. mittores, Auth. de nupt. Roland. conf. 50. num. 4. Vt i cent. de Franch. decis. 244. lib. 2. cum alijs citatis per Tessaurum decis. 130.* & licet dictus *text.*
2 *Auth.* loquatur in terminis diuortij; † tamen Doctores parificant separationem tori diuortio, *Iaf. & Dec. in l. 1. C. Unde vir & vx. Castr. cons. 347. num. 1. lib. 1. Zabarell. con silio 161. lib. 1.* Non obstat, quod ex aduerso prætenditur te-
3 missio † iniuriæ & reconciliatio, quo casu cessat pœna, *c. plerumque, & ibi glos. in uerbo, reconciliata, de donat. inter vir. & vxor.* quia non est concludenter probata intentio Comitis, qui super separatione tori habet contra se sententias & rem iudicatam. Non obstant criminationes obiectæ Dominæ Barbaræ; nam testes nihil probant concludenter ad effectum, de quo agitur, & solum deducunt leues quasdam suspiciones & mendicatas, quibus bene in facto & in iure fuit per Dominos Aduocatos responsum. Et ita conclusum.

Anconitana Computorum.

Die Veneris 4. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Societas quomodo probetur, & num. seq.*
2 *Societas, in qua quis pro sua portione ponit operam & industriam, & alius pecuniam, valet.*
3 *Prouisio assignata propter industriam personæ non est incompatibilis cum societate.*
4 *Non est incompatibile, quòd unus socius inter alios arbiter eligi possit.*

DECISIO MCCCXVI.

1 DOmini censuerunt Lucinum fuisse socium pro quinta parte societatis initæ de anno 1585. † idq; dixerunt probari concludenter ex capitulis societatis, quæ habentur in summario num. 3. *ad gl. in l. cum societatis, C. pro soc.* & quæ fuerunt per Lucinum subscripta, *Parif. in conf.*
2 *85. num. 1. lib. 1. Alexand. conf. 147. num. 3. lib. 2.* † Valet enim societas, in qua quis pro sua portione ponit operam & industriam, & alius pecuniam, *Bald. in l. 1. num. 21. C. pro soc. Alexand. consil. 131. numero 3. lib. 5.* Secundò probatur ex confessione libri rationum per Lucinum. Tertiò, ex bilancio per eum confecto anno 1586. vbi ait, (qui appresso farà il ristretto del bilancio della nostra raggione.) Quartò, probatur ex instrumento releuationis in summario Lucini, num. 4. In quo Lucinus clare enunciatur socius, & instrumentum bonæ societatis, & hoc instrumentum valde facit ad rem, cum releuatio illa, fuerit facta ratione obligationum veteris societatis, in qua non erat socius, & fuerunt debita & credita dictæ societatis transfusa in societatem nouam; & ideo illorum occasione non erat æquum Lucinum molestari posse. Non obstant in contrarium deducta; Et primò, quòd de anno 1587. Lucinus fuerit descriptus creditor in scutis 450. pro prouisio
3 ne, & industria suæ personæ, tum quia † neque hoc est incompatibile cum societate, cum posset esse ratione lucri suæ portionis; tum quia non probatur illam partitam fuisse descriptam à persona habente talem auctoritatem, maximè absentibus socijs, *Ro. in. conf. 101. in num. 13. lib. 1. Ripa in l. admonendi, num. 129. de iureiurando.* Non obstat, quòd fuerit à socijs constitutus procurator ad exigendum pecunias debitas societati, quia potuit hoc fieri ratione pecuniarum, & debitorum prioris societatis, & etiam ad abundantiorem cautelam, ne de eius potestate ei moueretur controuersia, cum societas non cataret sub nomine ipsius. Non obstat, quòd fuerit electus arbiter inter alios socios eadem ratione, quia controuersiæ oriebantur ratione ve-
4 teris societatis, † neque est hoc incompatibile, vt socius ab alijs socijs controuertentibus eligatur arbiter, & in summa probationes contra Lucinum sunt clariores, & vrgentiores ijs, quæ pro eo deducuntur.

Ariminen. Castrorum.

Die Lunæ 7. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Testes super ualore debent deponere de oneribus, et alijs deductionibus.*

DECISIO MCCCXVII.

1 DOmini censuerunt non esse sufficienter fundatam intentionem Illustr. D. Leonidæ, nam † ex testibus licet deponant de audita de valore 38. millium & 40. millium ducatorum; tamen non potest concludens ratio elici, ex quo nihil deponunt de oneribus, & alijs deductionibus, quæ ratio est habenda, & quæ neque etiam fuerunt articulata; ideo non probant valorem ad effectum, de quo agitur, *ut per Alex. conf. 54. num. 4. lib. 4. cum alijs allegatis in una*
* *Anconitana de Thomasiis*; & * ideo Rota uoluit, ut probarentur redditus Castrorum ad effectum constituendi eorum ualorem. Verum etsi fuerint factæ super hoc plures resolutiones; tñ quia pro parte Illustr. D. Marchionis allegatur, molendina fuisse per ipsum empta, & de hoc cõstare ex productione plurium emptionum in actis præsentatarum, necnon prætendit esse æstimandum vsumfructum dictorũ Castrorũ, qui ad ipsum vita sua durãte spectabat, & ita ualde diminuunt quantitatem redditũum, videtur

reddi

reddi turbida ista probatio, & non concludens, quod sufficit Marchioni, *ad text. in l. fin. C. de rei vendic.* Ideo visum fuit Dominis, vt particulariter videatur, an probetur emptio molendinorum allegata, & deinde poterit videri, An ob exhibitionem librorum petitorum, deferendum sit iuramentum in litem D. Leonidæ, & postremo erit videndum, an transactio corruat, ex eo quòd promissa fuit dos quattuordecim millium, quę tamen, vt prętenditur, fuit decem millium tantum.

* *In Anconitana Terrarum 21. Aprilis. 1589. & 17. Martij 1590. coram Cardin. Plato.*

Romana Legitimæ de Rouilijs.
Die Lunæ 7. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta parte absente, non probat.*
2 *Ex perceptione fructuum, & sustentatione onerum, quando probetur diuisio.*

DECISIO MCCCXVIII.

CVm bene & concludenter fuerit probata communio inter fratres de Rouilijs, tam ex dispositione paterna, quàm ex continuatione communis vitæ in eadem domo, & postremo ex descriptione inuentarij facta per D. Marcum Antonium; prout iam fuit resolutum; * Domini perstiterūt in sententia non constare de diuisione ex testibus, & alijs nouiter deductis, quia ex dictis testibus, secundus, & tertius nihil quod ad dissolutionem communionis pertineat, deponunt; nam licet aliquid dicant respectu emptionis librorum, & sponsionum factarum per Ioannem Baptistam; id potius respicit dispensationem fructuum, quam ipsa officia, & montes; primus autem, qui est singularis super vndecimò, dicit, quòd fructus officiorum & locorum montium erant proprij vniuscuiusque prout prouenîebant ex officijs, & montibus positis sub periculo eorum vitæ, & quòd audiuerat à patre dictorum de Rouilijs, partes officiorum esse inęquales, easq; volebat reduci ad ęqualitatem, sed cum nullam afferat concludentem rationem scientię, nisi de auditu & confessione extraiudicia-
1 li, † quæ facta parte absente nihil probat, *vt per Alex. consil. 132. num. 26. lib. 5.* eius depositio nihil releuat; præsertim cum repugnet confessioni Marci Antonij, *Caputaq. decis. 283. num. 6. par. 3.* & per testes D. Lucretiæ probetur Io. Baptistam solitum consignare fructus Marco Antonio, vt rei dumesticæ curam gereret, & vt dictum est, haec potius respiciunt vsumfructum, quàm diuisionem officiorum, & locorum montium. Nec obstat, † quòd ex posses-
2 sione cum perceptione fructuum probetur diuisio, quando accedit onerum sustentatio, *ad gloss. in l. pen. in verb. si maior, C. com. diuid.* quia procedit in exactione longi temporis, puta 10. ann. inter præsentes, & viginti inter absentes, vt probatur ex allegatis *per Men. de præs. lib. 3. præs. 60. num. 3.* Neq; obstat, quòd Io. Baptista resignauerit aliquot loca montium in personam Pauli filij cum reseruatione fructuum eorumq. dispositione, quia aut hoc factum est de consensu Marci Antonij, & non importat diuisionem, sed potius cautionem, ne tot bona vacabilia per mortem starent sub vnius persona, aut eo ignorante, & tunc minus potest arguì diuisio, & tandem videtur tollere omnem difficultatem descriptio librorum per Ioānem Baptistam emptorum, tanquam communium in inuentario; Ideo conclusum non constare de diuisione.

* *Die Mercurij 9. Decembr. anni præteriti.*

Romana Domus.
Die Lunę 14. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Facultas nominandi censetur concessa in defectum filiorum, & in illorum præiudicium fieri non potest.*
2 *Beneplacitum Apostolicum reseruatum, quatenus opus sit, non dicitur opus fuisse, quando non mutatur forma inuestituræ, sed solum persona.*
3 *Ex lapsu quadraginta annorum beneplacitum Apostolicum præsumitur.*

DECISIO MCCCXIX.

FVit conclusum sine difficultate D. Franciscum esse cōprehensum in prima inuestitura facta Valerio, & Alexandro de Dulcibus anno 1515. Ea enim fuit facta pro se, & duabus personis ab eis nominandis, & pro filijs personarum nominandarum, & in defectum filiorum, pro alijs duabus personis nominandis ab eodem primo loco nominato; itaut primo inuestiti soluerent ducatos vndecim de carlenis, & ipsis decedentibus, personæ ab ipsis nominatæ soluerent ducatos quattuordecim, & ipsis decedentibus eorum filij, & in ipsorum defectum aliæ personæ nominande soluerent ducatos vigintiquattuor: Cumq; Ioannes Vincentius fuerit subrogatus in locum dictorum Valerij & Alexādri anno 1542. cum ijsdem facultatibus, qui duos nominauit nempè posthumum suum, quatenus nasceretur, & D. Modestam eius sororem, quę post mortem Ioan. Vincentij possedit pacificè partem domus, de qua in prima inuestitura soluendo ducatos quattuordecim iuxta formam instrumenti ex hac serie facti apparet D. Franciscum donatarium vniuersalem bonorum dictæ D. Modestæ matris suæ esse comprehensum in dicta concessione, & tertio loco admissum ad hanc locationem; ideoq; esse in possessionem domus immitendam. Neque obstare, quòd ex aduerso prætenditur, D. Modestam nominasse ad hanc domum D. Brigidam filiam suam; nam talis facultas ei non competebat; tum ex eo quòd ea reseruata erat primo
1 loco inuestitis, tum etiam, † quòd facultas nominandi nō competebat, nisi in defectum filiorum, qui erant comprehensi in locatione, neque poterat ipsis per aliquam nominationem fieri præiudicium, *ad notata per Salicet. in l. fin. num. 15. C. de iure emphyt.* Præterea, cum prędecesserit ma-
2 tri, talis nominatio exspirauit † Non obstat, quòd in instrumento subrogationis Io. Vincentij fuerit reseruatum beneplacitum Apostolicum, quod non constat interuenisse; Primò, quia reseruatur, quatenus opus sit, & dici potest opus non fuisse, cum non fuerit immutata forma locationis, sed tantummodo mutatę personę, quas erat incertum an superuicturæ essent ijs, in quorum locum subrogaban-
3 tur. Secundò: quia † stante lapsu quadraginta annorum, beneplacitum quatenus esset necessarium prǽsumitur, *vt in pluribus causis fuit resolutum,* * stante contractus obseruantia. Non obstat, quòd essent filij Brigidę, qui succedunt in locum matris, quia ex forma locationis non potest fieri extensio de filijs ad nepotes, vocantur enim tantummodo filij, & ideo solum in ea comprehenditur Franciscus, neque vltra eius personam potest locatio durare. Et ita conclusum.

* *Et præsertim dictum fuit sup in Roman Casalis Longhez 27. Maij 1594. num. 7. & in Lunen. Sarzanen. terrarum 20. Iunij 1578. coram bon. mem. Cotta, & in alijs pluribus.*

Mediolanens. Parochialis.
Die Lunę 14. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Per resignationem factam etiam in manibus Ordinarij, omne ius & possessio à resignante abdicatur.*
2 *Vbi resignatio est valida, non potest dari alia vacatio ex persona resignantis, quàm per resignationem.*
3 *Resignatio parochialis admissa per Ordinarium præsumitur ex causa rationabili admissa.*

4 *Ordinarius, qui admiſſit reſignationem in ſuis manibus factam ab eo, qui non habet, vnde valeat ſuſtentari, tenetur alere beneficiatum, donec ei prouideatur.*

DECISIO MCCCXX.

FVit reſolutum, Conſtitutionem fel. rec. Gregorij XIII.
de Publicandis, obſtare, nec dari aliam vacationem
1 ex perſona Applani, quàm per reſignationem; † cũ enim
Applanus renunciauerit in manibus Ordinarij, fuit ab eo
abdicatum omne ius, & poſſeſſio, *c. ex tranſmiſſa, verſic.
verum quoniam. de renunciat. capit. ul. cum ſuſceptum. de re-
ſcript. in 6. Lap. Allegat. 14. Rota, deciſ. 14. de reſcript. in nou.
& deciſ. 5. de renunciat. in antiq. Caſſad. 4. num. 4. & 10. de
reſtit. ſpol.* Ideo cum iam ab eo abdicatum eſſet omne ius,
2 non poterit ex eius perſona, neque ex alia cauſa dari alia
vacatio, *Fel. in cap. 2. num. 23. de reſcript. Roman. conſilio
* 342. num. 1. & fuit dictum in cauſa Mediolanen.* * *coram
Illuſtriſſimo Plato, & in cauſa Placentina coram R. P. D.
meo Penia.* Non obſtat Conſtitutio fel. rec. Pij Quinti de
3 modo prouidendi parochiales, † quia cum fuerit per Or-
dinarium admiſſa, præſumitur ex cauſa rationabili, *capit.
in præſentia, de renunciat.* & in diſcuſſione cauſæ procedi-
tur extraiudicialiter, *Put. deciſ. 144. lib. 2.* Præterea, dicta
Conſtitutio non annullat reſignationes, ſed prohibet col-
4 lationes, † & interim mandat beneficiatum ali per Ordi-
narium, ſi non habet vnde valeat ſuſtentari, vt in deciſio-
ne Sacræ Congregationis Concilij. Nec obſtat deciſio
a in cauſa *Vir lunenſ. Canonicatus* a *allegata coram R. P. D.
meo Pamphilio*, quia in illo caſu præceſſerat vacatio ex
cauſa homicidij. Vnde nihil mirum, ſi non potuit capi ex
reſignatione ſubſequenti; & ideo capitur per Clauſulas,
gratia prius de facto verificata. Neque eſt verum Appla-
num aſſequutum fuiſſe aliam parochialem antè lapſum
temporis dati ad publicandum; hoc enim non probatur,
immò apparet fuiſſe aſſequutum longè poſt hoc tempus
effluxum. Et ita concluſum.

* *In Mediolanenſ. Præpoſitura, 28. Iunij 1589. & in Placentina Capellania, 11. Octobr. 1594. coram Penia.*

a *Sub die 13. May 1596.*

Interamnenſ. Prætenſæ Illegitimitatis.
Die Veneris 18. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem legitimationis duo concurrere debent, poteſtas, & voluntas.*

2 *Inueſtitura, in qua vocantur, filij, nepotes, pronepotes, & alij deſcendentes maſculi legitimi & naturales, & alij quicumque hæredes & ſucceſſores in perpetuum, includit etiam feminas ſaltem in defectum maſculorum.*

3 *In legitimatione à Principe obtenta, non ſunt exprimenda ea, quæ non poterant retrahere Principem à concedendo.*

4 *Expreſſio nepotum quando non intelligatur de neptibus ex filia.*

5 *Legitimatus ad feuda, an cenſeatur legitimatus ad Eccleſiaſtica, & quando.*

6 *Declaratur Bulla Pij V. de non infeudandis.*

DECISIO MCCCXXI.

DVæ deducũtur legitimationes pro parte D. Ioſephi,
quarum prior obtenta fuit à Principe Maſſæ; Alte-
ra verò à fel. rec. Gregorio XIII. Quantum ad priorem,
Domini pro maiori parte cenſuerunt ei non obſtare Con
ſtitutionem fel. rec. Pij V. contra illegitimos, ea ratione,
quia per eam inhabilitantur illegitimi ad ſucceſſionem
bonorum Eccleſiaſticorum, & tempore, quo emanauit
Conſtitutio, hæc legitimatio reſpectu ſucceſſionis nondũ
ſuum ſortita fuerat effectum, cum adhuc pater D. Ioſephi
in humanis ageret. Quantum ad poſteriorem legitima-
tionem, omnes Domini, vno excepto, exiſtimabant eam
1 ſuffragari D. Ioſepho, † cum ſimul concurrant poteſtas, et
voluntas, *iuxta conſ. Baldi 236. num. 2. lib. 1. Socin. conſil. 65.
* num. 4. lib. 3. cum ſimilibus.* * Tota autem difficultas con-
ſiſtit in ſolutione argumentorum, quæ in contrarium ad-
ducuntur: Et primò, non obſtat allegata ſubreptio, ex quo
in diſpoſitione obtenta à Principe Maſſæ, fuit narratum
feminas excludi à ſucceſſione feudi, quod tamen non eſt
a verum, attento, quòd † inueſtitura habita a Nicolao habet
Clauſulas ampliſſimas, vocat enim filios, nepotes, prone-
potes, & alios deſcendentes maſculos legitimos, & natura
les, & alios quoſcũque hæredes, & ſucceſſores in perpetuũ,
quæ verba includunt ẽt feminas ſaltem in defectũ maſcu-
lorum, *ut plures Rota reſoluit, maximè coram me in una
a Brixien. feudi*, a non eſt aduertendum, hanc narratiuam
non fuiſſe factam in diſpenſatione obtenta à Gregorio:
Ideoq. ſi aliqua ineſſet in ea ſubreptio, ea non influit in
hanc, in qua ſpecifice fuit expreſſum Iulium patrẽ carere
ſobole maſculina, licet haberet tres filias, quarũ duæ tunc
nuptæ erant, & alia erat monialis. Præterea, dato, ꝙ verba
inueſtituræ ſint apta comprehendere feminas: tñ uerum
eſt eas eſſe excluſas maſculis exiſtentibus, ẽt legitimatis, vt
expreſſe hr̃ in inueſtitura; neque erat neceſſe narrare Pa-
pæ, feminas in feudo ſuccedere poſſe, cũ hoc expreſſe non
legatur in inueſtitura, ſed veniat ex iuris interpretatione;
& iõ non erat talis circumſtantia, quæ neceſſario debe-
ret exprimi: ſatis eſt n. Papam intellexiſſe adeſſe filias; quo
3 tñ non obſtante, voluit legitimare filium, † neque expri-
mendæ ſunt aliæ circũſtantiæ, quæ non erant tales, vt poſ-
ſent retrahere Pontificem à conceſſione, *Bero. conſ. 168. nu.
5. lib. 2. Rol. conſ. 12. n. 44. lib. 4. cum alijs per informantes al-
b legatis*, b & ſufficit de eis in genere fuiſſe cogitatu, *Ruin.
c in conſ. 75. n. 16. lib. 3. Roland. d. conſ. 12. nu. 53. cum alijs.* c
Secundò, deducitur ſubreptio, ex quo tempore legitima-
tionis aderat D. Gabriel unus ex filiabus Iulij, nepos; &
tamen expreſſum fuit ab eo, ſe exiſtere ſine aliquibus fi-
lijs maſculis legitimis, & naturalibus, ſeu fratribus, vel ne-
4 potibus, † nam dicta expreſſio dẽt intelligi de nepotibus
ex fratre, cum ſtatim ſubdat ſe hr̃e filias, quarũ duæ erant
nuptæ, ex quo poterat Papa intelligere eas poſſe prolẽ ſu-
ſcipere; & tamen uoluit legitimare, *Bero. conſ. 67. n. 48. vol.
2. Roland. d. conſ. 12. n. 53.* Tertiò deducitur non fuiſſe petitã
expreſſè legitimationem pro feudo Eccleſię Romanæ, &
5 tamen † ſimpliciter legitimatus ad feuda non cenſetur le-
gitimatus ad eccleſiaſtica, *Palæott. de noth. & ſpur. c. 31. n.
d 33. cum alijs.* d nam, quòd Papa intellexerit de feudis ec
cleſiaſticis arguitur ex derogatione Conſtitutionis Pij V.
quæ declarat mentem Papæ, *Bald. in l. eam quam. nu. 25. C.
de fideicommiſſ. Cagnol. in l. 1. n. 32. de reg. iur.* Quòd autem
intellexerit etiam de feudis Romanæ Eccleſiæ arguitur
ex illis verbis circa approbationem infeudationis, & inue
ſtituræ: uoluit enim ex hac legitimatione ſuppleri defe-
ctus, ſi qui forſan ineſſent à principio in ipſa inueſtitura,
6 & notiſſima erat hæc familia Pontifici. † Quartò non ob-
ſtat, quòd deducitur ex Bulla Pij V. de non infeudandis.
quia ea Bulla emanauit fauore Cameræ Apoſtolicæ, cum
qua non agit̃, ſed inter particulares, neque põt legitimatio
hr̃e uim prorogationis, cũ legitimati fuerint cõprehenſi
in inueſtitura Nicolai V. ideoq. D. Ioſephus erat in ſtatu
implicito cõprehenſionis in inueſtitura, quia poterat legi
timari, & ſic deuenire ad ſtatũ explicitũ, *l. fin. ſi ex noxal.
cauſ. ag. Bal. in l. obſeruare, §. poſt hæc. de off. Proconſ. Soc. cõſ.
41. lib. 3.* Et ita concluſum pro ualiditate legitimationis.

* *Et per Menoch. conſ. 104. num. 4. vol. 1.*

a *Sub die Veneris 13. Ianuar. 1595.*

b *Et per Aymon. conſ. 68. num. 6.*

c *Facit idem Ruin. conſ. 81. n. 6. lib. 4. & Menoch. conſ. 20. n. 50. vol. 1.*

d *Addo Brun. conſ. 15. uol. 1. Burſat. conſ. 392. n. 57. & 64. uol. 4. & de eo. Alex. cõſ. 94. n. 5. li. 1. & conſ. 87. nu. 3. lib. 2. Decius conſ. 171. num. 5. Pariſ. conſ. 15. n. 121. vol. 1. Clar. in §. feudum. q. 82.*

Romana

Romana Mercedis.
Die Lunæ 21. Iunij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Salarium etiam non conuentum quando debeatur Aduocato.*

2 *Verba vrbana & curialia non præiudicant.*

3 *Pecunia mutuo rogata ab eo, qui inseruit, non arguit, quòd seruitium sit gratuitum, quando tunc temporis non est liquidum, quid & quantum pro salario debeatur.*

4 *Ex taciturnitate non resultat renunciatio; nisi concurrente legitima præscriptione.*

DECISIO MCCCXXII.

DVbium propositum habet plura capita, quorum primum est, An constet de seruitio D. Francisci, circa
quod non fuit dubitatum, quin constet de seruitio ex memoriali D. Horatij & eius litteris, & ex computis & attestatione Bombelli solicitatoris, & alijs in facto deductis, & hoc admittunt informantes pro D. Horatio, sed tãtum contendũt super initio huius seruitij, nam D. Beninus prætendit hoc seruitium incepisse ab anno 1571. & continuasse vsque ad annum 1586. Ex aduerso verò prætendebatur non esse sumendum initium a d. anno 1571. cum de illo tẽpore vti consanguineus, amicus, & superintendens gesserit negotia Oricellarij. Verum cum super hoc tempore res non sit omnino clara, & verificanda sit per D. Franciscum, non fuit capta resolutio, sed dictum, vt particulariter super hoc dubitetur. Secundum caput est, An pro tempore præstiti seruitij debeatur D. Francisco salarium, & prætendebatur per informantes pro parte D. Horatij non
1 deberi: † cum non appareat; quòd fuerit conuentum, immo potius videatur constare ex litteris, intentionem D. Francisci fuisse gratis inseruire ratione amicitiæ & parentelę, & quòd sperabat amplam remuneratione à DD. Fratribus de Oricellatijs: Verum Domini fuerunt cõcordes nihilominus deberi salarium etiam non conuentum, cum concurrãt requisita ex vtraque parte, nempè, quòd D. Horatius solitus erat pretio conducere, & D. Franciscus locare operas suas: Illud verificatur ex memoriali: hoc verò ex eo, quòd D. Franciscus erat procurator ex Collegio Dominorum procuratorium Curiæ Romanæ, & continuò agitabat in diuersis Tribunalibus Vrbis diuersorum causas, prout solent alij procuratores, *Put. decis. 44. lib. 2. & decis.*
* *1. lib. 3. & fuit sæpius in Rota resolutum.* * † Non ob-
2 stant nonnulla verba punderata per informantes, quia potius sapiunt vrbanitatem quamdam, & modum curialem tractandi cum uiris nobilibus, quàm quòd inducant pollicitationem aliquam seruitij gratuiti, vt etiam ex nõnullis eius litteris colligitur. Nec in contrarium facit, ꝙ
3 † interim dum istas causas tractaret D. Franciscus, rogauerit summam 250. scutorum mutuo à D. Horatio, quia cum non esset tunc temporis liquidum, quid & quantum ei deberetur pro salario, & immineret necessitas liberandi se à Fisco Florentino, maluit mutuo rogare, quàm de salario mentionem facere, quod potuisset nimis protrahere consequutionem pecuniarum, quibus indigebat: Ne-
4 que etiam potest argui taciturnitas, † cum ex ea non resultet renunciatio, nisi concurrat cum temporis legitima præscriptione: neque etiam potest dici tacuisse, qui medio tempore plura est consequutus, quæ in deductionem salarij debiti venire debent: Et ex his & alijs pro Domino Francisco deductis, censuerunt Domini non applicari de-
a cisionem factam coram R. P. D. meo Penia. *a* Tertium caput disputationis fuit circa quantitatem salarij, & Domini arbitrati fuerunt illud ad scuta duodecim monetę menstruæ, attenta qualitate personæ, & multiplicitate causarum. Nec facit in contrarium, quòd uidebatur constare de solito D. Horatij, qui soluebat tantum scuta sex auri D. Libertano, pro omnibus causis, vt affirmat in suo memoriali, quia id est intelligendum de salario conuento cũ illo tantum, non autem de eo, quod soluebatur alijs procuratoribus, & solicitatoribus, quorum opera eodem tempore vsum fuisse satis ex eodem memoriali apparet. Vnde cũ postea D. Franciscus uicem omnium istorum sustinuerit, æquum visum fuit habere rationem eius, quod alijs etiã præstabatur, quos ultra salarium uolebat Dom. Horatius participare de rata pecuniarum, quæ recuperarentur eorũ opera mediante. His igitur omnibus perpensis in hanc sententiam itum est, quamuis magis placuisset causam hanc, quæ est inter consanguineos, media concordia terminari, alioquin erunt particulariter examinandæ prætensiones vtriusque partis, cum etiam D. Franciscus prętendat sibi ultra salarium deberi participationes cõcessas à D. Horatio alijs procuratoribus.

* *Et præsertim sup. in Turritana Mercedis 20. Maij 1569. num 8. & in Roman pratensa mercedis 17. Nouemb. 1568. n. 1. & in Romana salarij 16 Iunij 1570. coram Bmarino.*

a *In Romana Mercedis Lunæ 18. Mart. 1591. coram D. Penia.*

Calaguritana Iuris ascendendi.
Die Lunæ 28. Iunij 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Semel examinatus ad beneficium, de iure non est amplius examinandus; secùs est hodie vigore sacri Concilij Tridentini, quando quæritur nouus titulus.*

DECISIO MCCCXXIII.

DOmini censuerunt clericos cœptos beneficiari comprehendi sub indulto fel. rec. Sixti V. cum enim disponat, ut quotiescumque uacabunt beneficia, integra, dimidia, seu quarta, aut aliàs quomodolibet nuncupata, patrimonialibus & naturalibus filiis concedi solita, nullus admittatur & recipiatur nisi præuio examine; hæc verba videntur clarissima; nam si pro assequutione unius præmissorum uoluit id obseruari, satis clarè etiam videtur voluisse, vt ascendentes eidem examini subijcerentur attenta consuetudine & statutis Ecclesiarum Diœcesis, in quibus introductus est ascensus, aliàs dispositio respectu dimidiorum & integrorum beneficiorum remaneret sine effectu, quia semper quarti aut dimidii prætenderent talia sibi deberi, nec potest dici in singularibus Ecclesiis quibusdam posse beneficia esse æqualia, quia in illis non datur ascensus, & ubi adsunt quarti & dimidii, necesse est, ut adsint integri beneficiati, nam quartum & dimidium beneficium dicitur, relatione habita ad integrum, & ita etiã Rota considerauit hoc præiudicium inferri per Bullam Sixti in positione causæ super validitate Indulti 29. Martii 1592. quod etiam confirmatur ex dispositione contenta in noua declaratione & indulto S. D. N. dum in cęptis beneficiari mediante examine excludit cõcursum in ascẽsu. Præterea, verba dictę Bullæ uidentur clariora, quàm vt possint euitari, ibi ut præsentent, & recipiant antiquiorem in ordine, si duo pluresve reperti fuerint æquè idonei, si verò minus, qui antiquus repertus fuerit magis idoneus, præferatur. Confirmatur etiam ex dispositione Concilij iuxta declarationem Illustrissimorum Cardinalium mandantis, ut cœptus beneficiari in quolibet ascensu denuo examinetur, *ut fuit resolutum in una Calaguritana coram R. P. D. meo Pamphilio, anno* 1587. Neque obstat, ꝙ in his non applicetur ratio indulti, quæ considerat frequentiam simoniacarum prouisionum, cum in ascensu certi sint illi, quibus debetur beneficium, quia ob dispositionis generalitatem, & particularem singulorum beneficiorum qualitatis expressionem sumus in casu, in quo lex disponit de ratione, non aũt ratio de lege, *iuxta doctrinã Baldi, quam refert, & sequitur Corn. cons. 90. num. 13. lib. 3.* Neque

obstat, quòd Breue loquatur de filijs patrimonialibus, &
naturalibus, quasi verò hæc denominatio non conueniat
ceptis beneficiari, cum nihilominus non desinant esse filij
patrimoniales, cum origo sit immutabilis, *l. assumptio, ad*
1 *Municipal.* Non obstat prætetea, quòd † de iure semel
examinatus, non est amplius examinandus, *cap. accepimus,*
de stat. & qualit. Palæott. decis. 83. Caputaq. decis. 367. lib. 2.
quia aliter fuit dispositum nouo iure Conciliari, ex eo
quòd in ascensione quæritur nouus titulus, *iuxta cons. Oldradi* 18. Non obstant statuta & consuetudines, quia illis
fuit derogatum etiam cum Clausula, Quorum tenores,
Felin. in cap. postulasti, num. 2. de rescript. cum similib.

Romana Euictionis Domus,
Die Lunæ 5. Iulij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Quando principalis obligatio est nulla, an, & quando obligatio fideiussoris sit etiam nulla, & nu. 4. 6. & 8.*
2 *Venditor non tenetur præcisè ad translationem dominij rei in emptorem; sed tantum ad interesse.*
3 *Dominium rei venditæ non transfertur in emptorem venditione, sed traditione.*
5 *Clausula, Omni meliori modo, & iuramentum cum obligatione Camerali, æquipollent obligationi uti principalis.*
7 *Prohibitio alienationis rei, quæ concernit solum commodum minoris, & non alterius personæ, facit quòd tutor & fideiussor de euictione teneantur, secundum communem.*

DECISIO MCCCXXIV.

QVædam Bartholomæa de Pelignis anno 1544. ven-
* didit domum, de cuius euictione agitur, vti suã pro-
priam, olim Francisco Salamonio pro pretio 250. scuto-
rum, & promisit de rato pro Faustina eius filia infante:
Ante pretij solutionem, & ratificationem Faustinæ de-
cessit D. Bartholomæa superstite Faustina, cuius asserti tu
tores & consanguinei prænarrata dictę domus venditio-
ne, cum decreto iudicis ratificauerunt venditionem dictę
domus tamquam maternę; & pretium exegerunt, & de
euictione pro dicta Faustina venditrice fideiusserunt,
quondam Dominus Stephanus Crescentius, & alij. Fau-
stina cum maior facta animaduertisset dictam domum
non fuisse maternam, sed paternam, & quòd asserti tuto-
res non erant veri tutores, mouit litem super uendicatio-
ne domus contra D. Io. Petrum de Caffarellis habentem
causam à Salamonio, & obtinuit contra eum & contra
Salamonium, qui ratione dictæ euictionis egerunt cõtra
Venerabile Hospitale sancti Saluatoris hæredem Domi-
ni Stephani Crescentij fideiussoris, & obtinuerunt in foro
Capitolino sententiam fauorabilem contra Hospitale; Et
cum in causa appellationis fuisset petitum votum bonæ
mem. Domini Orani, fuit per eum causa in Rota proposi
ta, & dubitatum, An sententia extra Rotam lata sit con-
firmanda, vel reuocanda: Et pro Hospitale deducebatur
sententiam tamquam iniustam esse reuocandam, quia cũ
contractus ab initio fuerit initus ex causa erronea & fal-
sa, & cum interuentu tutorum, qui non erant veri tutores,
1 fideiussio † accessoria venditionis nullæ fuit & ipsa nulla,
vt colligitur ex traditis *per Bart. in l. cum lex, num. 4. & 5.*
& 10. de fideiussor. Gabr. qui alios citat de Clausul. Concl. 10.
a *num. 4. cum alijs allegatis per informantes,* a quia cum ob-
ligatio fideiussoris sit accessoria non potest sustineri data
a principio totali nullitate contractus, *notant Doctores in*
l. non dubium, C. de legib. & super hoc versatur cardo to-
tius difficultatis. Verum hanc conclusionem non ita indi-
stinctè & absolutè veram esse censuerunt Domini, eamq.
multis modis limitari dixerunt, qui proposito casui appli-
cantur. Prima limitatio est, dictam regulam non procede
re, si contractus ab initio non est omnino nullus, sed vali-
dus, qualis est contractus, de quo agitur, nam venditio à
principio facta per matrem, non fuit nulla, licet facta de
2 re aliena; † non enim præcisè tenetur venditor dominiũ
rei in emptorem transferre, sed tantum ad interesse tene-
3 tur, *l. contractus, C. de fide instr.* † non enim venditione
transfertur dominium, sed traditione, *l. qui tibi, C. de his*
qui à non dom. man. & ideo huic obligationi personali po-
terat accedere validè fideiussor, & licet non accesserit
huic contractui, sed alteri contractui ratificationis, qui
videtur omnino nullus ob non seruatam sollemnitatem
statuti; tamen ex alio capite tollitur hoc obiectũ, ut mox
4 deducetur. † Secunda limitatio est, quando obligatio fi-
deiussoris est facta ab eo, uti principali, itaut stet de per
se separatim ab obligatione contractus, pro quo interpo-
nitur fideiussio, qui uidetur casus noster; nam licet in ea
5 non legatur obligatio cum Clausula, vti principalis, † ni-
hilominus consideratis Clausulis, Omni meliori modo,
cum interpositione iuramenti, & obligatione Cameræ in
amplissima forma, non est dubitandum hanc æquipolle-
re obligationi illi uti principali, *vt bene fuit deductum in*
noto Assetamenti, & potest addi Natta consilio 262. n. 19.
Gabr. Concl. 5. nu. 2. de minorib. & de fideiussor. Concl. 1. n. 44.
Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 88. nu. 5. Lambertengh. de
contract. glos. 16. num. 18. Molxdan. decis. 2. de fideiuss. cum
b *alijs hic per informantes allegatis.* b † Tertia limitatio
6 est, quando non militat tanta ratio in accessoria obliga-
tione, quanta in principali, vtpotè si fauore minoris annul
latur obligatio principalis ex priuilegio ei concesso ratio-
ne minoritatis; non tamen ideo corruit obligatio accesso-
ria, quæ non est æquè fauorabilis, ut post *Alex. and. & Fel.*
tradit Paris. in cons. 16. n. 111. & seq. lib. 2. & fuit resolutum
c *coram eodem bon. mem. Orano, in Romana de Prouanis,* c
& ratio est: quia † prohibitio alienationis concernit solũ
commodum minoris, & non alterius personæ: ideo tutor
& fideiussor de euictione tenentur, ut per *Bart. in l. non*
dubium, num. 28. C. de legib. Salicet. ibid. num. 11. de commun.
Alex. in cons. 66. nu. 7. lib. 4. & fuit dictum coram me, in una
Romana Saluiani Interdicti prima Iunii 1587. Non obstat,
8 † quòd prætenditur hic non adesse consensum fideiusso-
ris ex capite ignorantiæ & erroris, ex quo non habuit no-
titiam nullitatis contractus, quia stante Camerali obliga
tione non potest allegari, & in illis terminis loquitur *Pa-*
ris. in d. cons. 16. num. 111. Quare concorditer per Domi-
nos conclusum fuit, sententiam pro Domino de Caffarel-
lis latam esse confirmandam.

* *Præsens decisio ab Illustrissimo meo Seraph. fuit extensa, sed resolutio facta fuit coram bon. mem. Orano, qui morte superueniente illam extendere non potuit.*

a *Per text. in l. si unus, §. pactus, ff. de pact. & in l. si tibi, ff. de fideiuss. Aret. in §. 1. Instit. de actíon. Imol. in c. cum contingat, nu. 191. de iureiur. & Bald in l. non dubium, num. 22. de legib. Laurentius de Pinu cons. 71. n. 2. & 3. Cephal. cons. 437. n. 22. & 81.*

b *Et per Odd. de restit. in integr. q. 48. art. 7. n. 31. & seq.*

c *In Romana Census de Prouanis 8. Apr. 1598.*

Nullius, seu Theatina Beneficij.
Die Lunæ 5. Iulij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ritè procedens, priuat possessione per immissionem, etiam sine expulsione possessoris.*

DECISIO MCCCXXV.

DVbitatum fuit, cui esset dandum mandatum de ma-
nutendo, Antonio vel Scipioni, & fuit per Dominos
resolutum; neutri dandum, sed apponẽdum sequestrum,
& videndum de bono iure: Nam quantum ad posseßio-
nem Antonij, cum ea fuisset capta pendente lite inter
Scipionem & Iacobum, qui fuerat præsentatus inter alios
patronos;

pattonos ab ipsomet Antonio, non videtur carere suspi-
cione mali iuris impetratio facta per Antonium à Sede
Apostolica, & eius exequutio obtenta ab Episcopo Ripa-
no, cum ipsemet præsentasset Iacobum, qui vigore dictæ
præsentationis erat in possessione beneficij, & sic alio pos-
sidente eoq. non vocato fuit immissus, & consequenter ta-
lis possessio videtur carere iuris adminiculo. Prætereà,
cum ipse Antonius impedire vellet Scipionem, qui man-
datum de immittendo ab Episcopo Pennense obtinuerat
ne possessionem caperet, & causa fuisset commissa Thea-
tino, vt constito quòd Antonius esset intrusus lite penden
te, Scipionem in possessionem immitteret, ipse Theatinus
per sententiam declarauit mandatum Pennensis esse exe-
quendum, à qua fuit appellatum, sed reformata commis-
sione appellationis, & iterum exequutione cõmissa Thea
tino, fuit per eum datum Scipioni mandatum de immit-
tendo, cuius vigore amoto Antonio, fuit immissus 10. De
cembris 1594. & licet causa fuerit in Rota commissa; ta-
men ea fuit deserta per lapsum triennij: Vnde sequitur
non esse habendam rationem possessionis Antonij, cum
1 eam iudiciali ordine seruato amiserit: Index † enim ritè
procedens priuat possessione per immissionem, etiam sine
expulsione possessoris, *Ang. in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor, de acquir. poss. & ibi Imol. num. 1. & ceteri Doctor. Abb. in cap. cum quibus, num. 10. de sentent. & re iudic. cum*
* *alijs allegatis*, * maximè cum causa commissa per Anto-
nium fuerit deserta, *Ripa, in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 97. de acquir. poss.* Non obstat, quòd dicitur senten
tiam Pennensis & Theatini fuisse iniustam, quia donec
de tali iniustitia non liquet, negari non potest, hæc omnia
reddere possessionem Antonij turbidam; & ideo non esse
manutenendum; sed apponendum esse sequestrum, &
videndum de bono iure.

* *Addo Alex. in d. ... cum Prætor, num. 3. Ias. numer. 20. Compostel. & Io. And. in c. 1. de electione. & fuit dictum in Roman. Vineæ 23. Iunij 1581. coram Robusterio in impress. diuers. nouiss. 641 part. 1. & in Ipporigien. Capellania 3. Mar. 1578. coram Cantuccio, in impress. diuers. nouiss. 62. par. 2. & supra in Aquinatens. beneficij, 11. Decemb. 1579. num. 6.*

Ortonens. Pensionis.
Die Lunæ 5. Iulij 1599.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio manutentionis sufficit semiplena probatio, & vnus testis.*
2 *Mandatum probatur coniecturis, præsertim accedente scientia principalis.*
3 *Scientia ex litteris scriptis probatur.*
4 *Petitorium absorbet possessorium.*
5 *Pendente causa restitutionis in integrum non datur exequutio sententiæ, nisi pro expensis.*

DECISIO MCCCXXVI.

* FVit resolutum constare de quasi possessione mensæ Epi-
scopalis Ortonensis ad hoc, vt manuteneatur in exa-
ctione pensionis saltem pro centum quadraginta ducatis:
Nam primò probatur fuisse hanc summam exactam per
Episcopum Rebibam, dum esset Episcopus Ortonensis,
per Vincentium Roccam tertium testem super 10. inter-
rogatorio in summario, num. 4. & 5. qui in hoc iudicio ma
1 nutentionis sufficeret, in † quo sufficit semiplena proba-
tio, *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 23. ubi Ripa, n. 52. de caus. poss. & propr.* & *pluries Rota resoluit, & signanter co*
* *ram R. P. D. meo Litta, in una Roman. domus 1597.* * sed &
etiam respectu moderni D. Episcopi ista quasi possessio
probatur per unum testem in Curia examinatum, qui
deponit Ioannem Antonium fratrem Domini Marini nu
merasse Domino Episcopo septuaginta quattuor duca-
tos Regni ad comptum termini decursi S. Ioannis 1596.

Nec obstat, quòd non probatur fratrem habuisse ad hoc
2 † mandatum, quia illud ex coniecturis, & verisimilitudine
præsumitur, *ut post Bald. in l. 1. n. 2. C. de reb. alien. nõ alien. tradit Dec. cons. 36. n. 9.* Rota d. *cis. 2. de caus. poss. & propr. in antiq.* præsertim si doceatur principalem id sciuisse, *Gig. de*
3 *pension. q. 48. num. 3.* † De scientia autem Domini Marini
constat ex litteris ad Episcopum scriptis, *Cass. d. decis. 3. n. 4. de procurator.* Caputaq. *decis. 165. p. 1. in impress.* Neque
apparet solutionem fuisse factam metu mandati, id enim
quod in litteris dicitur, sine præiudicio, respicit quantita-
4 tem, non autem solutionem ipsam. † Neque obstat senten
tia lata per contradictas in petitorio, per quam videtur
absorberi possessorium, *c. cum dilectus, de caus. possess. & propr. Abb. in c. consultationibus, n. 9. de iure patron.* quia
5 fuit obtenta restitutio in integrum, † qua pendente non
datur exequutio sententiæ, nisi quantum ad expensas, ut
habetur in *decisione Chisanen.* 164. maximè quia non pla-
cuit Dominis, quod extorta fuerit sententia in Rota per
contradictas, cum pars haberet notitiam, quòd aderat in
Curia procurator Episcopi, qui produxerat mandatum
contra eamdem partem in actis Auditoris Cameræ. Et
ita conclusum pro manutentione pro prædicta summa.

* *Et in Roman. census 26. Apr. 1596. coram Pamphilio, & supra in Palentina decimarum 21. Octobris 1556. & quòd sufficiat unicus testis fuit dictum in Sorana beneficiorum 22. Aprilis 1587. coram bonæ mem. D. Orano.*

Calaguritana Spolij panis.
Die Veneris 5. Nouembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *In causa spolij non potest procedi contra hæredem spoliatoris, qui in spolio non successit uti hæres, sed ex alio titulo, & qui non fuit citatus in prima instantia, contrarium tamen ut hic, num. 2.*
3 *Per Clausulam, Quam, & quas, in commissione restitutionis in integrum posita, censetur data iurisdictio tam super principali, quàm super accessorijs.*
4 *Maritus pro uxore tamquam coniuncta persona sine mandato de iure experiri potest.*
5 *In commissione noua, quæ dependet à prima, non est necessaria alia citatio.*

DECISIO MCCCXXVII.

1 FVit dubitatum, † an in ista causa spolij possit procedi
contra D. Comitissam de Onnate: Prætendebant. n.
informantes pro ea non posse: Primò, quia in actis nul-
la adest commissio, quæ afficiat D. Comitissam, ita vt pos-
sit in prima instantia contra eam non citatam in partibus
procedi; nam priores commissiones & sententiæ latæ fue
* runt contra patrem ipsius, & fuit decisum * eas non affi-
cere D. Comitissam, quæ numquam in causa fuerat cita-
ta; & que ueniebat non uti hæres patris: sed vti domina
Maioricatus, ad quem spectant decimæ, & oblationes.
Secundò, quia commissio præsentata coram me, continet
tantum articulum exequutiuum, cum Clausula, appella-
tione remota; Vnde cum hæc pretensio spolij contra Co-
mitissam sit noua prætensio, & noua causa, non posse in
ea procedi sine noua citatione, iuxta *decis. 14. & 16. de do-*
2 *lo & contum. in non. Achil. decis. 13. eod. tit.* † His tñ non
obstantibus, fuit per Dominos conclusum posse procedi in
causa spolij cõtra D. Comitissam absque alia citatione de
3 nouo exequenda in partibus; nam † cum D. Comes mari-
tus Comitissæ impetrauerit commissionem appellationis
à sententijs latis in spolio contra Comitem seniorem, nec
non nullitatis, & iniustitiæ, ac restitutionis in integrũ, cum
Clausula, Quam, & quas, & illa commissione vsus fuerit,
eiusq. vigore obtinuerit remissoriam, & articulos dederit
concernentes non solum exceptionem aduersus senten-

tias, sed etiam merita totius negotij principalis; vtique
non potest negari iurisdictionem datam fuisse, tam super
negorio principali, quam super exceptionibus, & non so-
lum vti reum, sed etiam vti actorem processisse in causa,
etiam uti in prima, *Cassad. decis. 1. nu. n. 2. de exception. Ro-
ta decis. 20. in fine, de re iud. in nou. Put. decis. 138. libro te tio.*
nam in articulis datis pro parte Comitis vti mariti,
coniunctæ personæ Donnæ Catharinæ Comitissæ, fuit
articulatum decimas, & primitias Ecclesiæ de Onnate,
fuisse ab immemorabili perceptas à Comitibus, & Domi
nis Oppidi titulo Maioricatus, & tamquam res, & fru-
ctus siue bona annexa eidem Maioricatui, & familię de
Gueuatra. Quod comprobatur, nam in hac eadem cau
sa coram me, 10. Nouembris 1597. fuit dictum, Comitem
vigore Clausulæ, Quam, & quas, potuisse ad causam veni-
re, tamquam in prima, nec fecisse acta sua, neque senten-
tias, neque sibi præiudicasse. Vnde cum in partibus D.
Comitissa dederit mandatum vnà cum marito pro exe-
quutione dictæ remissoriæ, clarum est, eam omnia prius
per ipsum gesta ratificasse, ac esse perinde, ac si ipsamet
eam obtinuisset, & produxisset, ut fuit dictum in causa
Mediolanen. Capellaniæ 3. *Iulii 1595. coram R. P. D.*
4 *Pamphilio*, quod eo magis dicendum est, † cum pro ea
maritus de iure tamquam coniuncta persona experiri
posset, *Bartol. in l. maritus, in prima lectura, num. 2. & Sali-
cet. num. 4. C. de procurator. cum aliis cong. stis per Tiraquell.
de retr. ct. lig. §. 10. gloss. unica.* Hinc quoque sequitur, ex
vsu dictæ commissionis causam effectam fuisse commu-
nem; & ideo eadem Clausula, quam & quas, Abbatem &
beneficiatos contra eam vti posse, & potest procedi in cau
sa spolij prætensi contra ipsam, vel citato procuratore Co
mitis, uel per contradictas, *Rota, 17. de dolo, & contum. in
nou. Achill. 18. de rescript.* Neque obstat, quòd causa fue-
rit auocata per aliam commissionem mihi directam, quia
non fuit immutata substantia in ea contentorum, sed tan
5 tum adiecta Clausula, appellatione remota: † Vnde cum
sit dependens à prima, non est necessaria alia citatio, vt
per *Rotam decis. 15. de rescript. in nou.* Nec hic adest muta-
tio iudicij considerabilis, cum commissio omnia compre-
hendat, & Comitissa impediendo exequutionem senten-
tiarum, videtur ipsa, quantum in se est, in spolio paterno
sese confouere, & spoliare. Nec obstat, quòd dicatur ob-
tentam fuisse remissoriam ad effugiendam exequutionē,
quia non poterat procedi ad exequutionem, nisi ea cita-
ta, & facto nouo processu contra eam. Quare conclusum
in causa spolij contra D. Comitissam sine alia citatione in
partibus exequenda procedi posse. Neque est dubitãdum,
ne bonum ius ipsius indefensæ pereat, adest enim procu-
rator Comitis, qui omni diligentia & vigilantia causam
hactenus defendit, & defendere in posterum nõ negliget.

Sub die 10. Nouemb. 1597. & 13. Ianuar. 1598.

Abulens. Capellaniæ.

Die Veneris 12. Nouembris 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Frater professus non potest præsentare ad beneficium iuris patronatus, nisi de licentia sui superioris; sed totum ius præsentandi transfert in monasterium, & in eius superiorem.*

2 *Inferior non potest concedere licentiam, quæ à Generali suę religionis fuit denegata.*

3 *Non potest quis iuuari licentia obtenta ab eo, cuius officium exspirauit.*

4 *In iure patronatus sacerdotali, necessaria est præsentatio, vel sacerdotis, uel saltem constituti in tali ætate, ut possit fieri sacerdos.*

DECISIO MCCCCXXVIII.

FVit resolutum Francisco non posse adiudicari Capel-
laniam, de qua agitur, nam præsentatio de eo facta,
nullius est momenti, cum emanarit à fratre Didaco de
Valdes, quem etiam si admittamus ab Emanuele descen
1 dere: tamen † cum esset professus in Monasterio Sancti
Dominici de Indijs Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede,
Redemptionis captiuorum, totum ius præsentandi trans-
latum fuerat in Monasterium, & ad eius superiorē, *Auth.
Ingressi, C. de sacrosanct. Eccl. c. cum ad monasterium, de stat.
regul. & per Lambertin. de iure patr. parte 1. lib. 2. artic. 11. q.
2. num. 12.* Nec iuuari potest licentia Prouincialis; primo,
quia eius iurisdictio nõ poterat excedere fines Regni Ca
stellæ in Hispanijs, super quibus habebat iurisdictionem,
non autem super monasterijs Indiarum, *c. fin. de constit. in*
2 *6.* Secundo, quia † Generalis Ordinis aditus pro obtinen
da licentia, illam noluit concedere; Ideo inferior contra
eius uoluntatem non potuit eam concedere, *cap. ut nostrũ,
cap. ut debitis, de appellat. Gambar. de Auctor. Legat. libro 6.
num. 708. Nenizan. cons. 116. num. 1.* Tertiò, quia cum Di-
3 dacus † vsus est hac facultate, iam exspirauerat officium
eius, qui licentiam dederat, *cap. præsenti, de offic. delegat. in
6.* & in hoc fuerunt concordes omnes Domini. Ex alio
quoque capite aliqui ex Dominis existimabant hanc prę-
sentationem esse inualidam: nam ex verbis fundationis
4 videtur hoc ius patronatus esse sacerdotale: † Et ideo
fuisse necessarium prǽsentare Capellanum, uel Sacerdo-
tem, uel saltem constitutum in ætate tali, ut possit fieri Sa
cerdos, *glos. in cap. ei cui, in verb. ætate, de præbend. in 6. &
ibi Ioan. Andr. num. 5. Butr. num. 12. Franc. numero 13. Ge-
min. num. 10. & alii allegati in causa Romana Cappellarum,*
14. Nouembris, 1586. coram R. P. D. meo Pamphilio.
Quantum ad Petrum, nihil fuit resolutum, sed restricta
fuit difficultas ceteris reiectis, An præsentatio Generalis
fuerit in tempore, quod ex eo pendet, An hoc ius patrona
tus, quamdiu est apud monasterium, sit iudicandum ad
hunc effectum Ecclesiasticum, uel laicale.

Interamnens. Bonorum, seu Fideicommissi.

Die Lunæ 15. Nouembris 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Positi in conditione, non censentur uocati, nisi ex coniecturis aliud sit dicendum, prout quando fideicommissum factum fuit filijs, eorumq. descendentibus, ut num. 2.*

Item quando factum fuit ratione conseruationis agnationis, & nominis familiæ, ut num. 3.

Item, quando testator in defectum filiorum legitimorum uocauit naturales, & spurios legitimandos, ut numero 4.

Item, censentur uocati, quando sumus in casu, in quo si aliter diceremus legitimati rescripto principis, tam ex testamento, quàm ab intestato concurrerent cum legitimis, contra uoluntatem testatoris, ut num. 5.

Item, quando ex uerbis fideicommissi colligitur testatorem uoluisse, non existente nominato ad fideicommissum, uel non exequente eius uoluntatem, substituere locum pium, ut num. 8.

Item, quando in uocatione filij filiæ, uocauit etiam descendentes ab eo, ut num. 9.

Item, quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum, ut num. 10.

Item, quando testator bis & ter, & pluries, eosdem filios posuit in conditione, ut num. 11.

Item, quando testamentum factum fuit in loco, ubi per statutum disponitur, quòd filij in conditione positi cẽseantur uocati, prout est in statuto Urbis, ut num. 12.

6 *Legitimati rescripto Principis succedunt cum legitimis; maximè si legitimatio præcessit natiuitatem legitimorum, & naturalium, nisi dictum sit de filijs legitimus*

mis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis.
7 *Appellatione legitimorum & naturalium veniunt legitimati.*
13 *Coniecturæ, quæ singulæ non prosunt, simul coniunctæ iuuant, ad effectum vt positi in conditione censeantur vocati.*
14 *Resolutio iure dantis, resoluitur ius accipientis.*

DECISIO MCCCXXIX.

Domini dixerunt factum esse locum fideicommisso
ex testamento Marci Antonij de Rusticis, ad fauo-
1 rem Francisci nepotis Antonij: nam † quamuis regula
sit, quòd positi in conditione non censentur vocati; tamen
ex coniecturis ab ea recedi solet. Coniecturæ verò in præ-
2 senti facti specie multæ & vrgentes concurrunt; † Pri-
ma est, quòd sumus in fideicommisso facto filijs eorumq.
filios descendentes suos posuit in conditione, quam conie-
cturam magni faciunt multi Doctores relati *per Illustriss.
D. Cardinalem Manticam, de coniectur. lib. 11. tit. 3. De-
cian. consil. 9. num. 1. & cons. 44. num. 5. lib. 3.* Et considerata
fuit *per Rotam coram me, in Bononien. de Felicinis, 18. Fe-
* bruarij 1591. & in Maceraten. coram bon. mem. Gypsio.* *
& quamuis multi hanc reijciant, quos refert *Tessaur. decis.
96. num. 7.* tamen isti quoque fatentur concurrentibus alijs
non esse contemnendam, ratione præsumptæ affectionis
erga propriam descendentiam, vt fatetur *idem Tessaur.
ibidem, sub finem dicto num. 7. Card. Mantica loco supra
3 allegato.* † Secunda coniectura hanc priorem valde coa-
diuuans, desumitur ex eo, quod hoc fideicommissum fa-
ctum fuit principaliter ratione conseruationis agnatio-
nis, & nominis familiæ, quod colligitur ex vocatione vnius
ex filijs masculis Liuiæ filiæ suæ, adoptando eum in suam
familiam, cum onere deferendi nomen & arma familiæ,
*Idem Card. Mantica lib. 6. tit. 15. num. 15. Gabr. consil. 123.
num. 27. lib. 2. Ripa in l. ex facto, num. 164. de vulg. & pup.
Cephal. consil. 251. num. 50. Surd. consil. 67. num. 35. & cons.
4 241. num. 42.* † Tertia coniectura est, quòd testator in de-
fectum filiorum legitimorum, vocauit naturales & spu-
rios, legitimandos: Vnde cum istos minus dilectos voca-
uerit, verisimile est magis dilectos vocare voluisse,
*argumento text. in l. publicius, §. Titia, de cond. & demonstrat.
Aymo. cons. 52. num. 6. & 9. Mandell. cons. 86. num. 12. cum
a alijs multis per informantes allegatis.* a Et quatenus hæc
5 coniectura per se non sufficeret; † Quarta coniectura hãc
egregiè corroborat, quòd si aliter diceremus, legitimati
rescripto Principis tam ex testamento, quàm ab intestato,
concurrerent cum legitimis, quod tamen noluisse testato-
rem apparet ex eo, quòd eos tantum vocauit in defectum
6 legitimorum; nam † ita legitimati succedunt cum legiti-
mis, *vt tradit Bald. in l. si te parens, C. de suis & legit.* ma-
ximè si legitimatio naturalis præcessit natiuitatem legi-
timorum & naturalium, *vt post Speculator. & Ioan.
Andr. & alios latè tradit Martin. Laudens. in tractatu de le-
gitimat. num. 140. & Ludouic. à Sardis, in tractat. de natur.
liber. cap. de legitimat. per rescript. effect. num. 17. vers. Vnde-
cimo quæritur,* & licet *in decision. Florentin. 73. num. 80.*
compilator reprobet hanc coniecturam, nisi dictum fue-
rit sine filijs legitimis & naturalibus, & ex legitimo matri
monio natis. quia † appellatione legitimorum & natu-
7 ralium veniunt legitimati: tamen ex quo apparet testato-
rem noluisse, vt naturales legitimati concurrerent cum
legitimis & naturalibus veris; cum illos tantum in istorũ
defectum vocauerit; apparet hanc coniecturam isto casu
esse maximi ponderis, quam etiam approbant multi Do-
ctores relati *per Cardin. Manticam vbi supra, num. 2. & per
8 Surd. consil. 162. num. 7. vers. in facto autem.* † Quinta cõ-
iectura satis vrgens ex contextu verborum fideicomissi in
ea parte, in qua Antonio sine filijs decedenti, & filio Liuiæ
non existenti; aut non exequenti testatoris voluntatem
substituit Fraternitatem S. Luciæ, ponderando quòd sub
vno contextu posuit in conditione filios Antonij, tam le-
gitimos quàm legitimatos, & cum certum sit legitimatos
prius fuisse in defectum legitimorum vocatos, satis appa-
ret ex tacita mente testatoris, fuisse etiam vocatos legiti-
mos, vt eadẽ determinatio pariformiter fiat in vtrisque,
9 *l. iam hoc iure, de vulg. & pup.* † Sexta coniectura ex eo
desumitur, quòd in vocatione filij Liuiæ vocauit etiam
descendentes ab eo, quod cum factum fuerit respectu
minus dilectorum, multo magis dicendum, idem esse re-
spectu magis dilectorum, argumento eorum, quæ dicta
10 sunt in tertia coniectura. † Septima coniectura est, quòd
testator digressus est ad plures gradus substitutionum;
b prout bene per informantes deducitur, b & hanc conie-
cturam amplectitur *Anchar. consil. 74. & alii per Card.
Mant. relati loco supra citato, num. 13.* & hanc cum alijs
amplexa est *Rota coram eodem In Nucerina fideicommis-
11 si, 14. Aprilis, 1591.* † Octaua deducitur, quod bis, &
ter, & pluries, eosdem filios posuit in conditione, & ex
hac repetitione arguunt Doctores inferri ad vocationem,
*Idem Card. Mantica, num. 25. Modernus Aquilanus in suo
12 tractat. lib. 5. cap. 7. num. 8.* † Nona etiam non est omit-
tenda, quod testator suum condidit testamentum in Vr-
be, vbi habebat etiam nonnulla bona, & hic viget statu-
tũm, vt filij in conditione positi censeantur vocati. Ex tot
tantisq. coniecturis conclusum fuit per Dominos, hoc ca-
su nepotem Antonii in conditione positum fuisse voca-
tum, etiam quòd non omnes fortasse essent concludentes;
maximè cum agatur ad inclusionem filiorum, non autem
ad inducendum aliquod grauamen, & sic sumus in fauo-
13 rabilibus, *vt per Gabr. consil. 123. num. 24. lib. 2.* † & quę
singula non prosunt in hac materia, simul collecta pro-
sunt, *Card. Mantica, ibid. num. 26. Clar. in §. testamentum, q.
29. in fine, latè Gabr. de probation. Concl. 1. in princ.* Non ob-
stat *consil. Oldradi 21.* quoniam non applicatur ad casum
istum, neque tractat hanc quæstionem. Minus obstat *de-
cisio bon. mem. Domini Rob. sterij, in Bononiensi de Pepulis,*
c c quia præter quam quod eo casu non concurrebant tot
coniecturę, memini fuisse reuocatam in dubium eamdẽ
decisionem, & postea partibus litem non prosequentibus,
nihil fuisse vlterius in ea controuersia factum. Et ex his
sequitur circa effectum duon, sententiam in Saluiano ad
14 fauorem Antonii non esse exequendam; nam † resoluto
iure datoris per purificationem fideicommissi, resolutum
est etiam ius accipientis, *L. si res, quibus mod. pign. vel hypot.
sol. Bart. in l. 4. §. sed & Marcellus, de in diem adiect. & ha-
betur in decisione bon. mem. Lauretani, quæ per informantes
allegatur.*

* *In Maceraten. Fideicommissi 2. Decem. 1594. & 23. Ianuarij 1595.*

a *Optimè faciunt Menoch. consil. 393. num. 29. & consil. 152. num. 11. post Rum. qui latè, & testatur de communi consil. 242. num. 11. lib. 3. Curt. iun. consil. 16. num. 7. Idem Mandel. consil. 476. num. 16. Ioseph. de Rusticis, in tractat. de fil. in condit. posit. lib. 5. cap. 6. num. 19. Zanch. in repetit. l. filiusfam. §. diui, de leg. 1. num. 75. & fuit dictum in allegata Macerat. fideicommissi, coram Gypsio.*

b *Digressus enim ad plures gradus substitutionum fuit satis, quòd herdi grauato substituit naturales legitimandos, deinde filium Liuiæ, eius non adimplẽte, in quibusdam substituit Confraternitatem, & confraternitati in quibusdam alijs non adimplenti substituit Conuentum fratrum, & illi Conuentui non adimplenti Capitulum alterius Ecclesiæ, Ex qua digressione ad plures gradus substitutionum clara est coniectura, quòd filij positi in conditione censentur vocari, vt post Anchar. citatum in allegat. consil. 74. defendit Menoch. cons. 135. num. 5. & 530. num. 10. Curt. iun. consil. 12. num. 6. Milanensius in decis. Regni Siciliæ, 1. num. 135. cum alijs relatis per Illustriss. Cardin. Manticã in allegat. lib. 11. tit. 33. num. 13. & sequuta est Rota in allegata Nucerin. fideicommissi coram eod. Cardin. Mantica.*

c *Sub die 23. Nouemb. 1566. & 4. Iun. 1575.*

Pasmenſ. Status.
Die Mercurij 24. Nouembris 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis depoſitio varia & inconſtans redditur ſuſpecta.*
2 *Teſti, qui prius dicit ſe non recordari de anno & menſe, & poſtea deponit rem factam fuiſſe de tali & tali anno, fides eſt deneganda.*
3 *Teſtis uilis, pauper, homicida, ſubditus, & qui uiuit expenſis illius, pro quo deponit, non eſt idoneus.*
4 *Teſtis reddens rationem, quare ſic deponit, nempè (perche non uorria fallare per la debolezza del ceruello) & poſtea deponens de alijs per plures annos ante geſtis, dicens (che ha buona memoria) non eſt idoneus.*
5 *Falſitas in teſte dicitur error doloſus.*
6 *Teſti inimico non eſt fides adhibenda.*
7 *Teſti inſtructo & ſubornato fides non adhibetur.*
8 *Teſtis dicens ſe feciſſe proteſtationem ſponte ſua, non autem ab aliquo perſuaſum, ſi fateatur ſe cum aliquo alloquutum, qui ei perſuaſerit, quòd talem proteſtationem faceret, dicitur inſtructus, & ſubornatus, & contraria deponere.*
9 *In impugnanda legitimitate eorum qui ſunt in illius quaſi poſſeſſione reſpectu ſucceſſionis bonorum, teſtes nullā pati debent exceptionem.*

DECISIO MCCCCXXX.

FVit dubitatum, An Cæſar della Villa, Galeatius de Nardo, & Peregrinus de Ferrarijs ſint teſtes idonei, & quæ fides illis ſit adhibenda; & fuit per Dominos concluſum iſtis teſtibus non eſſe fidem adhibendam, & contra Cæſarem conſideratum fuit multas adeſſe exceptiones releuantes: Et primo exceptio ſubornationis teſtium, de qua deponunt tres teſtes examinati anno 1536. nempè Bernardinus Montaninus, Ioannes de Vbertis, & Toninus Faſanus in ſummario, num. 4. Verum quia dicitur ex aduerſo in illo iudicio non fuiſſe citatos Rangonos, licet replicetur proceſſum actorum eſſe deperditum: Viſa fuit hæc exceptio corroborari ex dicto presbyteri Baptiſtę de Ferrarijs in examine ſuo ad inſtantiam Rangonorum de anno 1546. ſuper tertio, dicentis ſe intellexiſſe ab ipſo, (che haueua inſtrutto de li teſtimonij per farli eſſaminare in detta cauſa, ma non ſo ſe li habbia inſtrutti à dire la bugia, ò la verità.) Item ex dicto Iacobi de Ferrarijs ſuper quinto de auditu à Cæſare, & à pluribus alijs quòd inſtruebat teſtes, & licet ſuper fide, & exceptionib. iſtius teſtis fuerit dubitatum: tamen Domini non fuerunt concordes, vt in deciſione facta 20. Nouembris 1596. Item ex dicto Vincentij Mannani ſuper quinto, ubi deponit de auditu ab ipſo Cæſare, & de publica uoce, & fama, & ſuper 21. Et fuit in ſpecie diſputatum ſuper exceptionibus iſtius teſtis die 26. Iunij 1597. & reſolutum eum eſſe idoneum, & etiam iſti duo vltimi teſtes deponunt, Cæſarem obtinuiſſe quandam Bullam abſolutionis à falſitate, cum non inueniret ſacerdotem, qui eum abſoluere vellet, & Vincentius ait ſe vidiſſe articulatam Bullam. Secun-
1 do ponderata fuit depoſitio eiuſdem Cæſaris, † quæ videtur varia, & inconſtans ex eo, quòd modo deponit ſe non vidiſſe Bernardinum & Martham inuicem ſe commiſcentes: ſed vidiſſe tantum intrantes cameram & oſtium claudentes, ex quo credit eos inter ſe rem Veneream habuiſſe, & deinde ſuper uigeſimotertio articulo deponit, quòd Bernardinus dormiebat cum Martha in eius camera, prout proprijs oculis uidit, & licet hæc fortè poſſint aliquo pacto conciliari; tamen uidetur reddi ſuſpectiſſima eius
2 depoſitio in eo, † quòd prius dicit ſe de anno & menſe non recordari, & poſtea deponit hoc factum fuiſſe de anno 1503. & 1504. cum alijs in facto deductis; ex quibus videtur fides ei deneganda, iuxta tradita p *Boſſ. de oppoſ. contra teſtes, num. 122. Bero. q. 58. cum alijs per eos allegatis.* * Tertiò, deducitur exceptio, quòd Cæſar tempore examinis & poſt erat familiaris Comitis Ludouici, & illius expenſis viuebat, & erat eius ſubditus, & inimicus Pallauicinorum, quæ tamen exceptio probatur per duos teſtes ſupra relatos, nempè Iacobum, cuius fides adhuc pendet ſub iudicio Dominorum, & Vincentium a Rota
3 approbatum. Contra Galeatium deducitur, † eum eſſe vilem, pauperem, homicidam, ſubditum Comitis, & qui eius expenſis uiuebat, ſed quia iſtæ exceptiones probantur per eoſdem duos teſtes tantum in præſenti poſitione deductos: Domini conſiderabant, eum nō videri idoneū ex depoſitione ſua facta in Ciuitate Parmæ, & in Ciuitate Cremonæ, ponderando maximè proteſtationem per
4 eum factam, † in qua reddit rationem, (perche non vorria fallare per la debolezza del ceruello) & nihilominus poſtea deponit de pluribus rebus per plures annos antea geſtis, & dicit (che ha buona memoria.) Fuit etiam ponderatum manifeſtum mendacium ſuper cognitione Bernardini, quem dicit ſe cognouiſſe iam ſunt anni 25. & quòd vidit ipſum habitare vioente Io. Franciſco patre in Villà Suſpirij, quod eſſe non poteſt, cum teſtis ſit examinatus anno 1532. & ſic cognitio percutit annum 1507. & tamē pater deceſſerat per decem annos antea, nempe anno 1497. Nec placet, quod dicitur, hoc per errorem dictum;
5 nam etiam † falſitas eſt error doloſus, & hoc maximè cū etiam eius depoſitio tituber in cognitione Margharitę, vt in facto deducitur. Poſtremo tollitur de fide huius teſtis, quòd in eius examine fuerunt omiſſa multa interrogatoria, nempè nonum, duodecimum, decimumtertium, trigeſimumquartum, & quadrageſimumquintum, non obſtante proteſtatione, quòd deberent ſuper omnibus ſigillatim interrogari. Contra Peregrinum deducitur, vltra
6 quòd eſt pauper & vaſſallus, † inimicitia cum Pallauicinis ex eo, quòd fuerat verberatus à Sigiſmundo, cum mazza ferrea, & ei fuerunt ablata ab Vberto duo plauſtra vi-
7 ni, & duo ſacci farinæ: Præterea, ex eius depoſitione † conſtat, eum fuiſſe inſtructum, & ſubornatum, vt in facto
8 deducitur, & † contraria deponit, dum dicit ſe ſponte ſua feciſſe illam proteſtationem, (& non perſuaſo da alcuna perſona) & tamen poſtea fatetur ſe ſuper ea re alloquutum fuiſſe cum Dominico Portio, qui dixit ei, vt eam facceret: Poſtremò, fuerunt omiſſa plura interrogatoria, vt de altero teſte dictum eſt. Ex quibus concluſum fuit, huic teſti fidem non eſſe adhibendam. Et ex his Domini cenſuerunt iſtis teſtibus non eſſe fidem adhibendam, cum tot contra vnumquemque eorum militent exceptiones;
9 ex quibus apparet eos non eſſe idoneos, † maximè in hac materia, in qua impugnatur legitimitas eorum, quos reſolutum fuit fuiſſe in quaſi poſſeſſione legitimitatis reſpectu aliorum bonorum, & ceſſionis Bernardini.

* *Optimè facit Specul. tit. de teſtib nu. 1. Nell. de teſtib. par. 1. nu. 6. Io. Mar. Montic. de teſtib. in verb. ſubornator.*

Romana Fructuum Legitimæ.
Die Veneris 3. Decembris 1599.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima de iure naturæ debetur etiam auo materno.*
2 *Filiatio quando ex nominatione patris in teſtamento, & legitimatione probetur, & num. 8.*
3 *Legitimatio obtenta nullâ facta mentione exiſtentiæ filiarum legitimarum eſt nulla; ſecùs eſt, ſi ſit facta cum Clauſula, Sine præiudicio uenientium ab inteſtato, quia tunc dicitur in genere cogitatum de filiabus, ut numero 9.*
4 *Regularis de familia habente facultatem legitimandi, non poteſt ſine licentia ſui Superioris legitimare.*

5 *Fructus*

5 *Fructus percepti per hæredes, qui suos fecerunt, non veniunt in restitutione.*

6 *Institutio, quæ propter nullitatem legitimationis non sustinetur, facit locum substitutioni, nec legitimatio retrotrahi potest ad tempus mortis testatoris, in præiudicium substituti; nisi sit obtenta de patris voluntate, quia tunc retrotrahitur, vt nu. 11.*

7 *Legitima petita in iudicio vnà cum fructibus, si iudex assignet legitimam tantum, & nihil dicat de fructibus, peti non possunt; declara tamen, vt num. 13.*

8 *Per exhibitionem libri paterni, in quo reperitur adnotata natiuitas filij, vti filij, filiatio probatur, Item ex legitimatione, necnon hæredis institutione.*

10 *Per legitimationem filij non dicitur per patrem præiudicari filiabus, cum possit eas dotatas excludere, & extraneum instituere.*

12 *Priuilegium Dominorum de Campegijs de Bononia legitimandi non solum est Imperiale, sed fuit etiam concessum a Leone X. & valet etiam in terris Ecclesiæ.*

14 *In quæstione status, quæ differtur in tempus pubertatis, datur immissio in possessionem legitimæ, præstita cautione de restituendo in euentum succumbentiæ.*

15 *Legitima ascendentium pari passu ambulat cum legitima descendentium.*

DECISIO MCCCXXXI.

LVcius Martius Narus in suo testamento vniuersales
hæredes fecit Illustr. D. Victoriam, & D. Hieronymã
1 eius sorores, † & reliquit quondam D. Iulio Cardello e-
ius auo materno legitimam ei de iure debitam, & post
eius obitum D. Iulius Cardellus habens duas filias fœmi-
nas legitimas, & D. Fabricium filium naturalem legiti-
matum auctoritate Archiuij Curiæ Romanæ condidit
testamentum, in quo dotauit dictas suas filias, & hæredẽ
suum vniuersalem instituit præfatum Fabricium, cum po
testate quod possit de nouo, & pluries, si opus esset facere
se legitimare: Defuncto D. Iulio, Fabricius adhuc infra
pubertatem constitutus, mediante persona tutorum adijt
hæreditatem patris sui cum beneficio legis & inuentarij:
Deinde Anno 1561. in foro Capitolino petijt à dictis
DD. Victoria, & Hieronyma legitimam debitam patri
suo à Lucio Martio in testamento relictam vnà cum fru-
ctibus; Aduersariæ opposuerunt eum non esse filium præ-
fati Iulij, mouentes quæstionem status; contra quas fuit
replicatum ex remedio Senatusconsulti Carboniani, &
reseruata hæc quæstio in tempore pubertatis, & interim
immissus in possessionem dictæ legitimæ data cautione
de restituendo in euentum succumbentiæ. Postmodum
Anno 1591. Idem Fabricius porrecto nouo libello in Cu-
ria Capitolij egit contra aduersarias ad fructus legitimæ
sibi debitos, & non solutos, quos ipsæ perceperant ante
factam consignationem bonorum sibi postea in solutum
datorum; Et in dicto iudicio à Senatore reportauit senten-
tiam fauorabilem, de cuius confirmatione, me proponen
te actum fuit in Rota; & causa diligenter examinata, con
clusum sententiam Senatoris esse confirmandam, non
obstantibus exceptionibus, quæ contra eam deduceban-
2 tur; Nam primo negabatur filiatio Fabricij, † quam ex
sola nominatione in testamento, & legitimatione dice-
3 bant non probari. Secundo dicebatur, † legitimationem
Fabricij obtentam ab Archiuio esse nullam, quia in ea,
nulla fuerat facta mentio existentiæ duarum filiarum le-
gitimarum Iulij, *ad cons. Alex. 67. num. 7. lib. 1. Dec. cons.
289. nu. 5. & in Rota fuit pluries dictum, & in specie coram*
* *bon. mem. Bubalo, in vna Sabinen. Castrorum.* * *& coram
me in Portuen. bonorum, & coram R. P. D. meo Pamphilio
in Camerinen. prædij.* Tertiò quia pro parte D. Fabricij, si-
ue eius hæredum allegabatur altera legitimatio Domi-
norum de Campegijs, contra illam opponebant fuisse ob-
tentam a quodam fratre Vbaldo Regien. de cuius man-
4 dato non constat; † neque sine licentia sui Superioris, cũ
esset regularis, poterat minimus illud exercere. Præterea, cũ
fuerit impetrata de anno 1577. & exhibita in actis anno
1598. longè post litem motã, & sententias obtentas, non
posse suffragari ad validanda ea, quæ prius fuerant nul-
liter, & iniustè facta, cum vsque ad diem legitimationis
5 Campegiorum non potuerit consequi † fructus, qui fue-
runt interim percepti per hæredes, qui suos fecerunt, nec
tenentur ad restitutionem, *Alexan. cons. 5. num. 10. lib. 7.
Aldobrand. cons. 112. nu. 34.* Quarto allegabatur substitu-
rio in testamento facta ad fauorem Illustr. D. Alexandri
Vrsini; qui fuit per Iulium substitutus Fabricio vulgari-
6 ter, pupillariter, & per fideicommissum; Vndè † cum su-
stineri non possit institutio, stante nullitate legitimatio-
nis Archiuij, factum fuisse locum substitutioni ad fauorẽ
D. Alexandri, *Socin. iun. cons. 100. num. 16. lib. 3. Dec. cons.
416. nu. 5.* In cuius præiudicium non potest retrotrahi ad
tempus mortis testatoris legitimatio obtenta à Campe-
gijs; maximè cum dicta legitimatio facta sit sine præiudi-
cio vniuscuiusque fideicommissi, & substitutionis, super
qua pendebat lis inter Alexandrum, & Fabricium, cuius
7 nulla fuit facta mẽtio. Quinto deducebatur † fuisse à prin-
cipio petitam legitimam vnà cum fructibus, & iudicem
assignasse legitimam tantum, & nihil de fructibus dixis-
se; Ideo eos amplius peti non posse, *l. terminato, C. de fru-
ctib. & lit. expens. Alexand. consilio 27. numero 11. libro 5.
Dec. consilio 8. numero 7.* His tamen non obstantibus, Do-
mini censuerunt sententiam esse iustam, & confirmandã;
8 nam † quãtum attinet ad filiationem Fabricij, ea fuit pro-
bata per exhibitionem libri paterni, in quo adnotata erat
natiuitas Fabricij, vti filij, & aliorum filiorum legitimo-
rum ipsius Iulij; & ex legitimatione, necnon hæredis insti
tutione, & pro tali fuit agnitus à sororibus, quæ acquieue-
runt testamento paterno habitis ab eo suis dotibus: ex
quibus omnibus constitutus fuit in quasi possessione fi-
liationis: Ideo solum tollendæ sunt obiectiones, quæ fiũt
contra eius legitimationem, & contra sententiam Sena-
9 toris; Et primò non obstat, quod dicitur, † legitimationẽ
habitam ab Archiuio fuisse nullam ob non factam men-
tionem filiorum, quia cum facta fuerit cum Clausula, sine
præiudicio venientium ab intestato, dicitur in genere co-
gitarum de filiabus, *vt per Cuman. cons. 117. in fine, Capic.
decis. 22. nu. 7. Ruin. cons. 68. num. 4. & cons. 73. nu. 11. lib. 1.*
10 quod maximè procedit, † cum præiudicium, quod consi-
deratur, nõ sit illatum per legitimationem, sed per pater-
nam dispositionem, qui poterat illas dotatas excludere à
successione instituto extraneo, vigore statuti Vrbis, *Ruin.
d. cons. 68. nu. 3. & fuit resolutum coram bon. mem. D. Robu-
a sterio, in vna Romana de Ruscio, 10 Ianuarij 1567.* a Ve-
rum hæc responsio non videtur tuta, ex his quæ dicta fue-
runt *in Camerinen. coram R. P. D. meo Pamphilio, 13. No-
uembris 1596.* Ideo fuit dictum difficultatem tolli ex legi-
timatione impetrata à Dominis de Campegijs, quæ licet
sit post mortem testatoris, & post litem introdactam; ta-
11 men † quia obtenta est iuxta patris voluntatem expres-
sam in suo testamento, ea retrotrahitur ad tempus testa-
menti, *vt post Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber.
& posth. tradit Ludouic. de Sardin. tract. de natural. liber. tit.
de legitimat. per rescript. effect. num. 2. & 7. Put. decis. 483.
12 nu. 2. lib. 2.* † Nec verum est priuilegium Campegiorum
esse Imperiale; & ideo non valere in terris Ecclesiæ, quia
idem priuilegium concessum fuit etiam à Leone X. &
b in diuersis causis in Rota fuit deductum; *b* & ideo ces-
sant deducta in tertio fundamento, & ex eius productio-
ne constat de ratificatione; & sic cessat obiectum de de-
fectu mãdati illius, qui eam impetrauit. Tollitur quoque
quod deducitur de substitutione D. Alexandri, quia causa
in Capitolio ventilata, fuit contra eum pronunciatum, &
ipse acquieuit sententiæ. Quod verò opponitur *de l. termi-
nato,*

13 *nato, C. de fructib. & lit. expens.* non obstat, † cum senten-
tia illa fuerit lata in Carboniano, in quo iudicio non ve-
niunt fructus, sed agitur tantum de possessione, quod cla-
14 rè colligitur ex verbis sententiæ, † cum in ea differatur
quæstio status in tempus pubertatis, & immittatur in pos-
sessionem legitimæ præstita cautione de restituendo in
euentum, quòd apparuerit legitimam ad eum non per-
tinere, *Menoch. de adipisc. remed. 1. nu. 22. & 23.* Ideo hodie
non impeditur, quin possit prosequi iudicium principale
super fructibus, qui debentur à die mortis testatoris, *gloss.
in l. in fideicommiss. iuram, ad Trebell. Alex. cons. 127. nu. 2.
lib. 6. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu. 270. C. de
15 reuoc. donation.* † quod etiam locum habet in legitima
ascendentium, quæ pari passu ambulat cum legitima de-
scendentium, *Ias. in Auth. Nouissima, n. 37. C. de inoff. test.
Padilla in l. cum quam, nu. 77. C. de fideicomm. Clar lib. 3. §.
testament num. q. 38. Molina de primogenit. Hispan. lib. 2. c. 15.
nu. 16. Natta cons. 156. num. 7. Gib. cons. 45. nu. 5. & 6. lib. 1.*
Et ex his conclusum, sententiam Senatoris esse iustam, &
confirmandam.

* *In Sabinen. Castrorum 1. Aprilis 1588. & 5. Nouembris 1589. & in
Pertuen. bonorum 27. Nouemb. 1577 num. 17. & in Camertuen.
prædij seu pecuniaria 14. Nouemb. 1596.*
a *Et 14. Aprilis eiusdem anni in impress. diuer nouiss 569. par. 1.*
b *Præsertim supr. in causa Bononien. de Bologninis, de anno 1566.*

Romana Repetitionis Dotis.
Die Veneris 3. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Res data in dotem æstimata, regulariter transit in domi-
nium mariti, nec maritus ad restitutionem rei æstima-
tæ, & in solutum datæ, sed tantum ad pretium tenetur.*
2 *Aestimatio rei, an, & quando faciat emptionem, & vendi
tionem.*
3 *Quando æstimatio rei facit venditionem datur actio ad
pretium.*

DECISIO MCCCXXXII.

HAnc causam proposiii vna tantum parte informan-
te, & Domini pro maiori parte censuerunt senten-
tiam extra Rotam latam esse confirmandam, cum cẽsus,
de quibus agitur, essent dotales, & Mutius maritus dotem
sibi datam promisit tenere, custodire, & conseruare hy-
pothecando omnia bona sua in forma, &c. Vnde potuit
Domina Pacifica agere ad recuperationem cẽsus, de quo
agitur, venditi per Mutium maritum Reu. Monachis S.
Eusebij, tanquam male alienati, & sine eius consensu,
quod facere non potuit maritus, cum essent dotales; &
ideo restituendos esse vnà cum fructibus à die moræ litis:
1 Fuit tamen excitata difficultas, † An iste census fuerit da-
tus æstimatus, ita vt effectus fuerit proprius ipsius Mutij,
cum regulariter res data in dotem æstimata, transeat in
dominium mariti, *vt fuit resolutum in vna Spoletana dotis
* coram me,* * adeo quòd postea non tenetur ad restitutio-
nem rei æstimatę, & in solutum datæ, sed tantum ad pre-
tium; *l. quoties, & in l. dote, C. de iure dot. & fuit dictum in
præfata causa Spoletana, & in causa Interamnen. fundi do-
2 talis, 20. Febr. ar 1589. coram Illustriss. Plato;* nam † æsti-
matio facit venditionem, *l. plerumq. §. si ante, de iure dot.
Co arr. pract. qq. c. 28. num. 1.* Ideo videndum esset, Num
hoc casu æstimatio ista fecerit transitum in venditionem,
nam fortè fuit æstimatus census ad alium effectum, nem-
pè, redemptionis ipsius, quam sibi competere voluit Do-
3 minus Agabitus dotans. † Verum etiam hoc casu, quo trã
siuisset dominium, Domini dicebant dari actionem ad
pretium, *per text. in l. in rebus, & ibi gl. in verbo, æstimatæ,
C. de iure dot. Ias. in §. actionum, n. 84. Instit. de action.* cum
maritus pro dotis restitutione hypothecauerit omnia bo-
na, & maximè cum probetur eum decoxisse. Verum cum
hac via agendo, Domina Pacifica non possit consequi fru-
ctus; Ideo necesse est videre, An ęstimatio fecerit emptio-
nem in casu isto. Et ita resolutum.

* *In Spoletana dotis, seu legitima, 15. Nou. 1596. num. 1.*

Romana Census.
Die Veneris 10. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & exstinctio census non præsumitur, contrarium
tamen, vt hic.*
2 *Datio in solutum habet vim solutionis.*
3 *Declaratur Negusant. de pignor. 3. membr. 6. part. princi-
pal. nu. 31. non procedere quando creditores ipsi institе-
terunt pro subhastatione.*
4 *Creditor, qui institit pro subhastatione rei debitoris, si non
exegit, sibi imputare debet.*
5 *Ex dilatione petitionis, & solutionis fructuum, iuncta ven
ditione rei, pro qua debentur fructus, debitor præsumi-
tur liberatus.*
6 *Actio personalis contra debitorem de iure communi spa-
tio triginta annorum exstinguitur.*
8 *Pro censu non datur hypothecaria contra alia bona debito-
ris, quando instante creditore fundus fuit distractus,
& venditus cum recognitione singularis successoris.*

DECISIO MCCCXXXIII.

FVi requisitus de voto meo dando in hac causa, quod
tamen nolui dare, nisi communicato negotio cum
RR. PP. DD. meis, cum versemur in statu coniecturali,
qui sæpe est valde incertus, & periculi plenus. Factum ita-
que se habet anno 1545. Nari emerunt censum à Valen-
tinis, Anno 1559. fuit intentatum Iudicium discussionis
contra DD. Valentinos, & in causa iudicati captum Ca-
sale, super quo fuerat census impositus, & fuit subhastatũ,
& deliberatum bon. mem. Cardinali Sabello pro pretio
scutorum 3087. cum dimidio, & fuerunt graduati credi-
tores Valentinorum numero duodecim, inter quos sexto
loco descriptus est Pompilius Naris Dominus istius cen-
sus, de quo agitur. Reperitur etiam, quod in præfata gra-
duatione fuit graduata decimo loco Domina Clementia
de Molatia pro suis dotibus, & repertum solutis anterio-
ribus creditoribus superfuisse tantum ex pretio Casalis
scuta 306. quæ fuerunt soluta eidem Dominæ Clementię,
seu cuidam D. Antonio causam ab ea habenti per eum-
dem Cardinalem, vt ex publico instrumento apparet: Po-
stea anno 1569. reperitur instrumentum inter Dominum
Prosperum della Genga, & D. de Naris, in quo narratur
acquisitio dicti census facta per quondam Pompilium,
vt supra dictum est, narratur etiam iudicium discussionis
cum subhastatione sequuta, & deliberatione facta prędi-
cto Cardinali Sabello, à quo Nari asserunt se fuisse vsque
in illum diem satisfactos de fructibus dicti census, & his
narratis deueniunt ad dicti census venditionem ad fauo-
rem D. Prosperi mediantibus trecentum scutis per eum
solutis. Postremò Anno 1598. D. Prosper egit aduersus D.
Franciscum Valentinum pro fructibus census decursis:
Excepit Valentinus de census exstinctione. Item de præ-
scriptione, tam in vim statutorum, quàm iuris communis.
His stantibus fuit dubitatum, An prædictus census cen-
seatur exstinctus, vel potius Dominus Valentinus tenea-
1 tur ad solutionem fructuum decursorum, † Et quamuis
regulariter solutio, vel exstinctio non præsumatur, cum
sint quid facti, *ad vulgat. l. in bello, §. factæ, de capt. & postl.
reuers.* tamen quidquid dicendum sit de pręsumptione
exstinctionis, Domini censuerunt Valentinos fuisse libe-
ratos à prædicto censu, idq. multis argumentis deductum
fuit;

fuit; Et primò ex graduatione creditorum inter quos de-
scriptus est Pompilius Narus sexto loco pro pretio scuto-
rum 330.dicti census, instante Domino Pompilio, vnà
cum alijs creditoribus, & lata desuper sententia gradua-
toria, citatis ad actum subhastationis, & deliberationis
creditoribus, inter quos est Pompilius, vt in fide Notarij
exhibita. Vnde cum Casale fuerit subhastatum pro satis-
faciendo dictis creditoribus, satis apparet, ex hac in solu-
2 tum datione liberatos Dominos de Valentinis,† cum hęc
* habeat vim solutionis, *Bald. in l. fin. C. ad leg. Falcid.* * Ne-
que obstat, quòd non appareat pretium fuisse solutum
3 Naris; † Et ideo non fuerint Valentini liberati, *ex doctri-
na Neg. sant. de pignor. 3. membr. 6. part. princip. num. 31. in
10. limitat.* volentis, quòd consentiens venditioni non præ-
iudicet sibi in hypotheca, quia hic ipsimet creditores in-
4 stiterunt pro subhastatione, & † ideo ipsis imputandum,
si nõ exegerunt, prout poterant, *vt per Tiraq. de retract. lign.
§. 1. gloss. 14. num. 126.* sed potius passi sunt, quòd Cardina-
lis solueret ipsis fructus, vt patet ex ipsorum confessione
in instrumento venditionis perpetuandu censum cum
Cardinale. Secundò hoc comprobatur ex cessatione solu-
tionis fructuum census respectu Valentinorum; nam ab
illa die deliberationis Casalis factæ Cardinali, numquam
interpellati fuerunt ad solutionem, immo dictos fructus
receperunt à Cardinale; ideo † præsumitur ex huiusmodi
5 dilatione petitionis, & solutionis eos habitos pro liberatis,
*Paris. cons. 83. nu. 27. lib. 1. & cons. 137. nu. 12. lib. 4. Afflict.
decis. 3. num. 21. in 9. coniectur. Bero. cons. 19. nu. 9. lib. 3. cum
alijs per Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. nu. 19.*
Tertiò corroboratur hæc coniectura ex eo, quòd Cardi-
nalis intererat census exstingui, vt Casale liberum conse-
queretur; ideo non erat securus, si pretium reliquisset pe-
nes Valentinos, contra quos vti deterioratæ conditionis
effectos procedebator; & ideo aut præsumitur ex pretio
satisfecisse Naris, aut saltem illud volentibus, & consen-
tientib. Naris, penes se retinuisse, quod patet ex eo, quod
continuauit per tot annos soluere fructus, quod non fecis-
set, si Valentini consequuti fuissent pretium: Vnde cum
scientibus, & citatis Naris fuerit subhastatum Casale, &
ipsi fuerint graduati, & consenserint, quòd pecuniæ rema-
nerent apud Cardinalem contenti solutione fructuum
census, non possunt amplius agere contra Valentinos, qui
desierant esse obligati; *vt per Nauar. in tractatu de vsur.
nu. 116. q. 12.* & adest etiam alia præsumptio, quòd Cardi-
nalis, in cuius manibus erat pretium census, illud penes
se retinuerit in satisfactionem oneris realis super Casale
per eum empto impositi, vt ex eo creditori satisfaceret,
* *vt fuit alias consideratum in Rota, in eo, qui bona debitoris
administrat in causa Romana de Frangipanibus contra Il-
lustr. Dominam Margaritam Strotiam.* Quartò satis inveri-
simile videtur, quod Dominus Prosper familiaris tunc Il-
lustrissimi D. Cardinalis, voluerit emere debitum Cardi-
nalis vel censum debitum ab ijs, qui defecerant; Ideoq.
valde verisimile est hoc instrumentum venditionis fuisse
simulatum ad obtinendum in eius personam anteriorita-
tem hypothecæ in euentum, quòd aliquis alius creditor
hypothecarius insurgeret. Quintò facit, quòd si iuris com-
munis dispositionem attendamus, certum est post Casa-
lis alienationem non potuisse conueniri Valentinos actio-
6 ne reali: Vnde † cum sola superesset actio personalis, ea
est exstincta spatio triginta annorum, *l. sicut, & l. omnes,
7 C. de præscript. triginta ann.* Non obstat, si dicatur † rema-
nere actionem hypothecariam contra alia bona Valenti-
norum, *ex Couarr. lib. 3. Variar. c. 7. nu. 6.* tamen id non po-
test habere locum, vbi instante creditore fundus censualis
fuit distractus cum recognitione successoris singularis.
Sextò supradicta etiam corroboratur ex solutione facta
Dominæ Clementiæ de scutis 306. quæ supererant ex pre-
rio Casalis, quòd verificari non potest, nisi imputando
scuta 330. solutionis census, de quo agitur; plura enim his
non computatis superfuissent. Vltimò, valde vrget con-
ditio personarum; nam non est verisimile Dominum Pro-
sperum per tantum temporis spatium neglecturum peti-
tionem fructuum istius census, si re vera existimasset eos
sibi esse debitos. Quare non est opus aggredi materiam
præscriptionis, cum ex his satis superq. videatur constare
Valentinos à præstatione istius census liberatos fuisse.

* *Addo Purpurat. in l. singularia, sub num. 81. vers. secundo limita. ff.
si cert. pet. Gabr. concl. 1. nu. 45. de nouation. & fuit dictum in Ro-
mana alimentorum 2. April. 1593. coram Card. Pamphilio.*

Gerundens. Beneficij.
Die Mercurij 15. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *De effectuatione præsentationis constare dicitur, quando
per obitum præsentati alius fuit præsentatus.*
2 *Enunciationes antiquę habent vim famæ, & probant.*
3 *Probatis extremis præsentationum, an tempus medium,
quando non apparent præsumptiones, deseruiat, & con-
iungatur cum ipsis extremis.*
4 *Notarius successor in officio, potest scripturas antecessoris
publicare absque aliqua extractione compulsorialium,
& sufficit sola recognitio.*
5 *Scripturæ antiquæ Notarij ex obseruantia capiunt ro-
bur.*
6 *Regula reseruatoria octo mensium non comprehendit ius
patronatus laicale.*
7 *Ius patronatus mixtum ad effectum regulæ reseruatoriæ
octo mensium reputatur laicale, & sufficit sola quasi
possessio præsentandi.*
8 *Probatio descendentiæ patronorum ad effectum præsen-
tandi non requiritur, stante quasi possessione præsen-
tandi.*

DECISIO MCCCXXXIV.

FVit resolutum constare de iure patronatus ad effectũ,
de quo agitur, habemus enim initium fundationis
dicti iuris patronatus per Arnaldum de Ceruiano, qui
instituit duo beneficia pro duobus sacerdotibus, quæ insti
tutio videtur effectum sortita, quia vacante vno ex prædi
ctis beneficijs in mense Nouembris, anno 1296. Berenga-
rius de Ceruiano tamquam patronus præsentauit quem-
dam Valerianum, & alter beneficiatus præsentauit Petrũ
Bernardi de Fulgonibus, per cuius obitum de anno 1341.
Raymundus alter beneficiatus assequutus fuit per optio-
nem illud beneficium iuxta testatoris dispositionem, &
ad aliud tunc per dimissionem vacans fuit præsentatus,
1 & institutus quidam Perpimanus, † deinde etiam con-
stat, quòd per obitum prædicti Raymundi anno 1384. fuit
ad dictum beneficium præsentatus Frãciscus de Busque-
tis, qui fuit per Episcopum institutus: Et sic ex istis satis
apparet tum de existentia iuris patronatus, tum de eius
effectuatione, *per cons. Oldrad. 229. sępius à Rota approba-
tum.* His accedit modernus status beneficij, nam de anno
1552. fuit institutus ad præsentationem patronorum qui-
dam Monserratus per Vicarium Episcopi Gerundens. de-
inde per resignationem liberam eiusdem Monserrati de
anno 1561. fuit institutus quidam Antonius Peioan, qui
deinde ex causa permutationis illud dimisit, & ad præ-
sentationem patronorum fuit institutus quidam Ioannes
Sabbater, & demum de anno 1578. per eius dimissionem
fuit præsentatus quidam Michael de Agullana, qui de
eo fuit institutus; & in omnibus istis præsentationibus, &
institutionibus habetur relatio ad antiquam Iuris patro-
2 natus institutionem: Vnde † concurrunt tum antiquæ,
tum recentes enunciationes, ex quibus probatur dictum
ius patronatus, cum habeant vim famæ, *Cassad. decis. 2. nu.
* 4. de probation.* * *& fuit dictum in Gerundens. benefici. 20.*

Iunij

Iunij 1597. coram bon. mem. Orano; maximè in casu isto, in
quo nulla potest adesse suspicio vsurpationis Iurispatro-
natus, *Achill. dec. 4. de iure patr. Mohed. 12. eod. tit.* & licet
inter antiquas institutiones, & modernas adsit interual-
lum 160. annorum, intra quod non docetur de aliquibus
3 institutionibus: † tamen cum in contrarium nullæ dedu-
cantur prouisiones liberæ, possunt hæc tempora coniun-
gi ad effectum probationis, quæ non sumitur ex præscri-
ptione, sed ex titulo antiquissimo, & effectuato. Non ob-
stat, quod opponitur, iura non esse in forma probata, quia
fuerunt publicata, & subscripta per Franciscum Planes
scribam scribaniæ Episcopalis Gerundens. qui testatur re-
perisse hæc iura inter alias scripturas publicas eiusdem
4 scribaniæ, & † tamquam successor in officio potuit publi-
care; & satis est esse recognita; neque requiritur extractio
vigore compulsorialium, *vt fuit resolutum in causa Gerun-
den. Vini 15. Martij 1598. coram R. P. D. meo Penia*; Vltra
5 quòd † istæ scripturæ ex obseruantia capiunt robur, *vt
aliàs in pluribus causis fuit decisum ex cons. Bald. 400. nu. 5.*
a *lib. 4. & 402. nu. 9. lib. 5.* a *& in specie in materia Iurispa-
tronatus 1. Martii 1599. coram bon. mem. D. Orano.* Hinc se-
6 quitur non habere locum reseruationem, † cum reserua-
tio regulæ octo mensium non comprehendat beneficia
Iuris patronatus, prout habetur *per Verall. decis. 405. lib. 1.*
7 *in manuscript.* Neq. obstat, † quòd Ius patronatus sit mix-
tum, quoniam ad hunc effectum reputatur laicale, *vt per
Achil. 1. de iure patr. in impress. Put. 157. lib. 3. & Verall. d.*
b *decis. 405.* b Et etiam ad hunc effectum videtur sufficere
sola quasi possessio præsentandi, *vt per Zabarell. cons. 69.
num. 4. Caccerin. cons. 23. de præbend. Mohed. decis. 179. Put.
206. lib. 1. Simonett. de rescript. q. 70. Tanis decis. 3. & fuit di-
ctum in Vicen. beneficij, 19. Nouembris 1599. coram R. P. D.*
8 *meo Pamphilio*: † Neque etiã hoc casu necessaria est pro-
batio descendentiæ patronorum, ex quo reperitur in qua-
si possessione præsentandi, *Crescent. 9. de iure patron.* Et ita
conclusum constare de iure patronatus ad effectum, de
quo agitur,

* *Addo Dec. cons. 174 nu. 4. Crauet. cons. 322. nu. 2. Alb. cons. 6. num.
21. & seq. Ferret. cons. 292. num. 4. & 5. Achil. dec. 7. nu. 4. de iu-
re patron.*

a *Et ex Aym. cons. 101. nu. 4. & 158. nu. 1. & 2. fuit dictum in Bonon.
fideicommissi de S. Petro, 9. May 1597. coram R. P. D. Penia.*

b *Adde Crescent. decis. 3. de iure patr. Rocch. de iure patron. in verbo,
competens, q. 24.*

Abulens. Capellaniæ.
Die Veneris 17. Decembris 1599.

SUMMARIUM.

1 *Lapso termino ad docendum de prosequutione appellatio-
nis, Iudex à quo potest citra vitium attentatorum suã
sententiam exequi, non obstantibus impedimentis.*
2 *Impedimenta, propter quæ non potuit quis prosequi ap-
pellationem, non suffragantur ad effectum, vt censeatur
attentata, sed ad excusationem à causæ desertione.*
3 *A pronũciatione super desertione causæ datur appellatio.*
4 *Sequestrum appositum regulariter non reuocatur, nisi lite
finita, declara tamen, vt hic, & num. 6.*
5 *Sequestrum factum de facto contra ius, officio iudicis de
facto reuocatur.*

DECISIO MCCCXXXV.

1 DOmini censuerunt nulla adfuisse attentata; nam † la-
pso termino ad docendum de prosequutione, Iudex
a quo citra vitium attentatorum potuit exequi suam sen-
tentiam, *vt tradit Federic. de Sen. cons. 27. nu. 2. Rota 13. &*
2 *25. de appellat. in nou.* & hoc procedit † etiam non obstan-
tibus impedimentis allegatis, quæ quidem suffragantur
Francisco ad effectum, vt excusetur à desertione causæ,
sed non ad effectum, vt censentur attẽtata, *vt per Modern.
de atten. appell. pend. l. intitat. 14. nu. 6. par. 2. c. 12.* Neque ob-
stat, quòd terminus fuerit præfixus personæ non legitimę,
quia hoc non subsistit in facto, cum ille haberet manda-
tum ad prosequendam causam appellationis tam coram
Nuncio, quam coram quibuscumque Iudicibus. Neque
obstat, quòd prætenditur pronunciatum super desertione,
3 † a qua pronunciatione datur appellatio, quia neque hoc
subsistit in facto, quia licet in petitione fiat mentio deser-
tionis; tamen nihil dicitur de ea in decreto, & ex hoc ca-
pite maximè fuit reuocata decisio facta coram bo. mem.
* Gipsio, * quia fundata in facto, quod aliter se habere
compertum est; & ideo reuocanda ex eisdem tam decisio,
quàm sequestratio iniustè facta; maximè cum iam fuerit
degustatum de meritis negotij principalis, in quo fuit fa-
cta decisio contra Franciscum. Neque obstant *decisiones
4 Putei 77. lib. 1. & 256. lib. 2.* in quibus habetur, † seque-
strum appositum non reuocari, nisi in fine litis, quia est
aduertendum in illis decisionibus agi de reuocatione se-
a questri appositi vigore Clementinæ, *a* quòd non appo-
nitur, nisi post obtentam sententiam; & ideo dummodo
non sit nulliter appositum, non potest reuocari; nisi reuo-
cata sententia propter præsumptionem resultantem ex
sententia, qui non est casus noster; cum hic nulla præcesse-
rit sententia, cuius calore sustineatur sequestrum, & hanc
distinctionem videtur sentire *Curt. in tractatu de sequestr.
5 c. 2. num. 54.* vbi tradit, quòd † sequestrum factum contra
ius de facto, officio iudicis de facto reuocatur. Secundò
6 respondetur † fuisse reclamatum, protestatum, & appel-
latum à decreto sequestrationis, qui casus videtur excipi
in decisione Putei 256. Neque consensus procuratoris hoc
casu, quatenus adesset potuit præiudicare principali, *Pe-
regrin. decis. 157. lib. 2.* Confirmantur prædicta, nam aliud
est in sequestro apposito propter pręsumptionem resul-
tantem ex sententia diffinitiua lata in petitorio vel pos-
sessorio; aliud verò quando fuit appositum officio iudicis,
propter offensam iudicis; nam hoc casu non intrat rigor
Clementinæ, & non trahitur vnus casus ad alium, etiam
in eo qui dicitur tale sequestrum violasse, *ita tradit Mo-
hed. dec. 329. aliàs 1. de sequestr. poss. & fruct.* Itaque cum hic
cesset ex deductis offensa iudicis, & ex eisdem reuocata
fuerit decisio, æquum est vt quod de facto obtinuit, de
facto reuocetur. Et ita fuit per Dominos conclusum.

* *Sub die 5. Iunij anni præteriti 1598.*

a *Hoc est Clemen. vnic. de sequest. poss. & fruct.*

Nullius, seu Vrbinatens. Iurisdictionis.
Die Veneris 14. Ianuarij 1600.

SUMMARIUM.

1 *Quod post cõcessionem venit implendum, non est conditio,
vel modus, & eius defectus non vitiat; sed est agendum
ad implementum.*
2 *Ex lapsu temporis omnia præsumuntur adimpleta; maxi-
mè concurrente obseruantia.*
3 *Onus probandi non implementum; spectat ad agentem, qui
in eo se fundat.*
4 *Assertio Papæ de facto alieno, & cum Clausula, Accepto
per nos, potius iudicatur assertio partis, quàm Papæ.
Idem est de Clausula, Sicut accepimus.*

DECISIO MCCCXXXVI.

FVit dubitatum, An constet de priuilegio exemptio-
nis Abbatis Terræ Durantis, & si sic, An constet de
illius reuocatione in casu & ad effectum, de quo agitur. Et
quantum ad priorem partem dubij, ad quam Domini re-
strinxerunt disputationem, omissa posteriori super reuo-
catione, de qua erit particulariter videndum; fuit resolu-
tũ cõstare de exemptione, neque de hac re dubitari posse,
cum

cum habeamus expressum priuilegium exemptionis Bonifacij Papæ IX. in quo exemit Monasterium Sancti Christophori ab omni iurisdictione, & potestate, & lege diæcesana Episcopi Vrbinatens. subijciendo illud immediatè Sedi Apostolicæ; Vnde sibi vendicat locum *cap. si Papa de priuileg. lib. 6.* Verum contra hoc priuilegium pro parte Reuerendissimi Domini Archiepiscopi obijcitur illud esse conditionale, vel saltem modale; nempe, ex eo quod imponitur onus hominibus Castri Durantis, & aliorum Castrorum ibi nominatorum, vt debeant emere pro mensa Episcopali infra vnum annum à die concessionis computandum, tot possessiones, & bona stabilia, quòd eorum verus valor, & pretium emptionis ascendat ad summam, & quantitatem mille ducatorum auri, quæ in recompensam dictæ mensæ assignauit: Vnde videtur dicendum, Abbatem, qui vult iuuari dicto priuilegio, docere debere de implemento huius conditionis, *gloss. in cap. significasti, 33. quæst. 5. Bart. consil. 117. Felin. in cap. ex parte, num. 25. de rescript.* Verum huic obiectioni fuit responsum eam non obstare: Primò, quia non est appositum hoc onus per viam modi, vel conditionis, ex quibus resultare possit nullitas concessionis exemptionis; quia primo Papa concedit purè & absolutè priuilegium exemptionis, deinde imponit
1 hoc onus in Clausula separata: † Vnde quando post concessionem aliquid venit adimplendum, non est conditio, nec modus, *vt latè deductum fuit in vna Cauallicen. coram bon. mem. D. de Rubeis, 27. Februarij 1576.* sed est agendum ad implementum, *Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, n. 5. de condit. & demon. cum alijs in dicta decisione allegatis.*
2 Præterea † ex lapsu tanti temporis omnia præsumuntur impleta, maximè concurrente obseruantia, quæ probatur ex multiplicitate actuum, de quibus in summario Abbatis, *& fuit per Rotam admissa in decisione facta in hac causa coram bon. mem. Domino Gipsio 4. Maij 1594.* Et hoc
3 maximè procedit hoc casu, in quo † onus probandi non implementum spectat ad dominum Archiepiscopum, cum sit fundamentum suæ intentionis, & sit Actor, cum Abbas sit in quasi possessione exemptionis, *l. Iulianus, §. offerri, de action. empt. l. cum proponas de 2. C. de pact. Alex. consil. 49. num. 4. lib. 2. Aym. consil. 251. num. 10.* Non obstat, quòd pro parte Archiepiscopi prætendatur probata ista negatiua ex assertione, de qua in bulla Martini V. quia
4 † illa assertio, cum sit de facto alieno, & habeat Clausulam, Accepto per nos, potius iudicanda est assertio partiũ quàm Papæ, quod colligi potest ex alia Bulla, quæ prius emanauerat directa Abbati sancti Angeli, in qua idem affirmatur cum Clausula, Sicut accepimus, & mandatur eidem, quatenus præfata vera esse cognouerit, reuocet, &c. Ex quibus apparet hoc fuisse Papæ suggestum, non autem ab eo ex certa scientia expressum, *vt per Imol. Vitalin. & alios in Clem. 1. de probation. cum deductis per Gabriel. eod. tit. Conclus. 2. num. 40.* Ex quibus concludũ, constare de priuilegio; & de eius reuocatione particulariter videndum.

Cæsaraugustan. & Dertusen. Cabimentorum.
Die Lunæ 24. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio non trahitur ad non expressa.*
2 *Aequissimum est Commendas illis dari, qui sunt de loco, vbi sunt Commendæ.*
3 *In diuisione necessarius est consensus eorum, de quorum præiudicio agitur, & num. seq.*
4 *Dictio (sui) importat personalitatem.*
5 *Magnus Magister religionis per diuisionem Commendarum non potest præiudicare militibus sine eorum consensu.*
6 *Beneficia nouiter erecta in Episcopatu diuiso, possunt etiã obtineri ab ijs, qui ante diuisionem soliti prius erant obtinere in eo non diuiso.*
7 *Causa expressa in proœmio, dicitur causa finalis.*
8 *Consuetudo particularis est obseruanda in loco, vbi viget.*
9 *Concesso territorio censetur concessum ius territorio inhærens, etiam si aliter non exprimatur.*
10 *Diœceses Episcopatuum non sunt distinctæ iuxta terminos dominij temporalis, sed aliquando vna diœcesis se extendit intra fines alterius dominij.*
11 *Milites non sunt domini Commendarum, sed simplices administratores.*
12 *Ex eo, quòd bona vnius Ecclesiæ sint sita in territorio alterius Ecclesiæ, non per hoc confunditur Iurisdictio.*

DECISIO MCCCXXXVII.

FVit hæc causa agitata de anno 1545. in Rota inter Castellanum & milites Castellaniæ Empostæ, & Prioratum & milites Cathaloniæ, & tunc fuit causa discussa probationibus tunc deductis, tam ex prouisionum instrumentis, quam ex testibus examinatis: Verum non fuit productum, neque habita notitia instrumenti diuisionis celebrati de anno 1319. sub Elione de Villanoua Magno Magistro, qui dismembrauit à Castellania Empostæ quoddã territorium, & de nouo in eo constituit & creauit Prioratum Cathaloniæ, eiq; assignauit dictum territorium distinctum & separatum à territorio Castellani Empostæ. Hoc itaque instrumento reperto, Principatus Cathaloniæ obtinuit à S. D. N. reuidendam causam, & dubitari, An dictum instrumentum diuisionis contineat tantum diuisionem Iurisdictionis, An verò etiam diuisionem Cabimentorum, & fuit in præsenti disputatione circumscripta obseruantia, super qua reperiuntur *decisiones Putei 331. 332. 333. & 399. lib. 2.* * Et pro parte Principatus Cathaloniæ prætendentis non fuisse diuisa Cabimenta, sed tantũ diuisam Iurisdictionem, plura argumenta deducebantur; & Primò dicebatur in instrumento prædicto nullam fieri mentionem diuisionis Cabimentorum: Vnde cum inspecto antiquo statu ante diuisionem, quo omnes Commendæ Aragoniæ & Cathaloniæ erant sub vnico Prioratu comprehensæ, adesset communio Commendarum, & Cabimentorum inter milites vtriusque Regni, non est ab ea communione discendendum prætextu diuisionis Iurisdictionis, quæ circa Cabimenta nihil disposuit, aut innoua-
1 uit, † nec trahenda est ad non expressa *argument. l. præcipimus, C. de testam. Alex. consil. 151. num. 5. lib. 2.* Secundò, huic argumento videtur assistere iuris communis dispositio, cum Castellania Emposte, & plures aliæ Commendæ sitæ sint in quadam parte spectante ad Principatum
2 Cathaloniæ, non autem ad Regnum Aragoniæ; † Ideoq. æquissimum esse, vt in ea parte possint Cathalani habere Commendas in propria eorum patria, *cap. ad decorem, & ibi glos. in verb. vndecumque de institut. Sylu. de benefic. parte 3. quæst. 76. num. 1.* Tertiò, videbatur per hanc diuisionem non fuisse præiudicatum iuri singulorum militum; nam etsi per Castellanum Empostæ fuerit præstitus consensus in huiusmodi diuisione Iurisdictionis, quod facere
3 poterat, † non tamen fuit per milites singulares præstitus consensus diuisioni Cabimentorum, qui tamen, cum de eorum præiudicio ageretur, erat necessarius; & ideo non censeri factam talem diuisionem ex defectu potestatis: solemus enim metiri voluntatem à potestate, quod ex eo videtur suaderi, quòd in renunciatione legitur Catha-
4 lanos renunciare † iuri suo, quæ dictio importat personalitatem, *Natta, consil. 508. num. 24. Gabr. de verb. signif.*
a *Conclus. 1. num. 81.* a † & Magnus Magister non poterat sine consensu militum eis præiudicare, diuidendo Ca-
b bimenta, *Caputaq. decis. 219. num. 5. part. 1.* b nec Castellanus renunciare iuri competenti militibus sine consensu

Capituli

Capituli, *c. fin. de pact. in 6. c. cum dilectus, de relig. dom. vbi*
c *gloss. in verbo, reprimit. cum similibus*: c Quod tanto magis est præsumendum, cum ille Castellanus Empostæ, qui tunc temporis consensit diuisioni, esset Cathalanus, quem non est verisimile voluisse nationi suæ tam insigne inferre præiudicium, maximè cum præstitisset homagium Principi, & Comiti cum iuramento de non consentiendo in aliquo, nec aliquid faciendo, quod redundaret in aliquod præiudicium Principis, & Comitis illius Principatus, & Comitatus. Quartò, deducebatur simile † diuisio-
6 nis, quæ fit aliquando vnius Episcopatus constituendo alium Episcopum, assignato ei territorio, & diœcesi propria; nam personæ, quæ prius solitæ erant obtinere in illo Episcopatu, possunt etiam obtinere in nouiter erecto, *vt habetur in extrauagant. Ioan. XXII. cap. 1. & ibi glo. de concess. præbend. & facit Auth. de Administr. offic. in sacr. appell. per tot. & præcipuè in §. illud tamen sancimus.* Quintò, desumebant etiam argumentum ex eo, quod in diuisione cauetur expressè, vt quidquid domus, Prioratus, & Castellania habent vltra vel citra limites ibi constitutos, sint & pertineant ad domos, ad quas prius pertinebant, non obstante diuisione, ordinatione, & limitatione prædictis: Vnde arguendo à rebus ad personas, dicendum est, quòd noluerint tollere iura prius singularibus militibus competentia, prout non sustulerunt iura realia ipsarum domorum seu Commendarum. Postremò, proponebatur magna inæqualitas, tam respectu numeri, quàm respectu redditus Commendarum, cum Castellania remaneat cũ septuaginta Commendis valoris sexaginta millium ducatorum, & Prioratus cum viginti Commendis, valoris viginti millium ducatorum in redditibus, ex quo sequitur inuerisimilem esse hanc diuisionem, *vt per Alex. consil. 21. nu. 24. Bald. de præscript. parte 1. 3. part. principal. q. 10. nu. 44.* His tamen non obstantibus, itum est in contrariam sententiam, nempe, instrumentum diuisionis comprehendere etiam Cabimenta tam ex natura rei, & qualitate Prioratuum religionis, quam ex quadam necessaria con-
7 sequentia, nam licet pro vtraque parte deducatur † argumentum sumptum à causa expressa in proœmio, quæ dicitur finalis, *l. fin. vbi Bald. in 2. no. ab. de hæred. instit. cum*
d *alijs*, d & pro parte Principatus contendatur eam esse restrictam ad id, quod cum propter largitionem Sedis Apostolicæ, & vnionem, & incorporationem bonorum, rerum, ac iurium, quę fuerant ordinis militiæ Templi, val de aucta, & amplificata fuisset Castellania Empostæ, ita vt propter locorum multitudinem, & disgregationem, per vnum Castellanum, seu quemuis alium Præsidentem, Commendæ gubernari non possent; ideo fuisse deuentũ ad hanc diuisionem, eamq; referendam esse ad id, quod expressum est, & potius ad diuisionem Iurisdictionis Priorum, non autem ad res, & Cabimenta, de quibus nulla fit mentio: Tamen ex aduerso pro Castellania dicitur diuisionem respicere tam bona quàm personas, cum difficultas administrationis principaliter considerata fuerit ratione amplificationis vnionis, & incorporationis bonorum, quæ fuerunt ordinis Militiæ Templi; ergo si hæc fuit potissima ratio, cum per vnum Præsidentem Commendæ gubernari non possent, necessarium fuit diuidere iurisdictionem, & administrationem respectu bonorum, & Cõmendarum, & consequenter Cabimentorum, quod ostenditur clarè ex dispositiua, quæ distinguit territoria Prioratus, & Castellaniam excipiendo res, & loca, quæ prius ordinatum fuerat ad Castellaniam pertinere, licet sita essent in Cathalonia, Verum hoc clarius demonstratur ex eo, quòd cum inter partes non controuertatur fuisse diuisam Iurisdictionem, & administrationem bonorum; sed in ea tantum versetur controuersia, An fuerint quoque diuisa Cabimenta, non videtur posse inficiari, ea fuisse diuisa, cum Iurisdictio Priorum, & Castellani non sit restricta ad personas tantum, vel ad bona tantum, sed vtrumque complectatur, tam personas quàm bona, *vt patet ex*

cap. 2. tit. de visitationib. vbi committitur Priori, & Castellano Empostæ, vt in visitatione inquirat, quomodo possessiones, & prouentus Commendæ administrentur, quomodo se gerat Commendatarius, & generaliter de vita eius, & moribus. Hinc infertur, quòd cum non possit quis se cabire, aut meliorare, nisi prius ostenderit Commendas, quas quocumque titulo possidet, meliorasse; *vt habetur in c. 16. tit. de Commendis.* Vltra alia quæ ad hunc effe- f
ctum requiruntur, vtique consequens est, vt non possint se cabire in alieno Prioratu, in quo Prior nullam habet iurisdictionem inquirendi neque de persona, neque de Cõmendis possessis per illum, qui non est subditus suæ iurisdictioni: Et hæc est ratio, quare in locis, in quibus Commendæ sunt communes, smutitio fit in lingua, in quibus autem sunt distinctæ smutitio fit in Prioratibus inter milites eiusdem Prioratus, ad effectum cognoscendi, an is, qui petit Commendam de Cabimento, habeat qualitates requisitas ad obtinendum, quod aliàs in Rota fuit in hac eadem causa deductum, & comprobatum, quod tamen ex abundanti dictum sit; satis enim videtur ex deductis constare, qualis sit Priorum in milites, & Commendas sui Prioratus Iurisdictio, & in euentum quòd res haberet aliquam difficultatem, quod non admittitur, onus docendi contrarium spectaret ad Principatum, qui vices actoris gerit, cum Castellania iamdudum in causa ista obtinuerit sententias, & rem iudicatam. Quòd autem talis interpretatio sit secundum naturam rei, de qua agitur, & ex quadam consequentia, videtur colligi posse ex eo, quòd cum in Religione sint octo linguæ, *vt habetur in tit. de Bailiuis*. Commendæ, quæ de cabimento dicuntur, g
nõ conferuntur nisi militibus subditis Prioratui, sub quo sita est talis Commenda; & hoc obseruatur in omnibus singulis linguis præterquam in linguis Prouinciæ, & Italiæ; vbi Prioratus, & Commendę sunt communes, *vt habetur sub tit. de Prioribus. c. 4.* Quod etiã obseruatum fuit in lingua c
Aragoniæ, quæ antiquis temporibus ante erectionem Prioratus Cathaloniæ habebat sub se Castellanum Empostæ, & Priorem Nauarræ, & eorum Prioratus, & Commendæ erant distinctæ respectu Cabimentorum, ita vt non posset Aragonensis cabire in Prioratu Nauarræ, ne-
8 que è contra Nauarrus in Aragonia, & † ista particularis consuetudo istius linguæ debet obseruari, *vt per Oldrad. cons. 159. nu. 9. Paris. cons. 13. nu. 29. lib. 1.* quæ consonat iuris communis dispositioni, vt de Prouincia diuisa habetur *in tex. in l. si eadem Prouincia. de offic. assess. & quod ibi notant Doctores, Bald. Paul. Ang. & alij, Castrens. cons. 187. col. 1. incip. Notandum est, lib. 2.* Et facit, quòd concesso ter-
9 ritorio, censetur concessum esse ius territorio inhærens, etiam si aliter non exprimatur, *Oldrad. cons. 252. num. 8. Alex. cons. 105. num. 2. lib. 6. cum alijs per informantes alle-*
e *gatis*. e Quare consonum videtur naturæ horum Prioratuum, vt postquam fuerunt diuisi, intelligantur sortiri eamdem naturam cum alijs eiusdem linguæ, iuxta consuetudinem in similibus seruari solitam; maximè stante aperta differentia, quæ est inter alias linguas, & linguas Prouinciæ, & Italiæ, cuius consuetudinis fidem facit Magnus Magister Claudius de la Sangle loco supra citato; Et ideo non potest aliquis Prior nec Castellanus Empostæ aliquã Commendam, domum, vel membrum in alio Prioratu, nisi Magni Magistri, & Conuentus consensus accesserit, habere, vel tenere. Debet enim vnusquisque suis limitib. contentus esse, nec promotiones aliorum conuenit impedire, ista sunt verba præcisa *cap. 3. de Commend.* quæ multum videntur ad casum nostrum facere; nam si ita disponunt respectu Priorum, qui sunt capita militum existentium intra fines eorum Prioratus, multo magis debet habere locum in ipsis limitibus. Neque in contrarium deducta obstare videntur; nam quod dicitur inspiciendum esse statum antiquum, secundum quem cabimenta erant communia, non facit, quominus ea deinde fuerint diuisa, nam tunc omnes erant sub eodem Prioratu, qui cũ fuerit

diui-

diuisus, consequens est, vt etiam Cabimenta censeantur diuisa ad tollendam confusionem administrationis. Nec facit, quòd expresse non fuerit actum de Cabimentis; nā hoc satis includitur, ex diuisione Commendarum, & iurisdictionis, vt supra deductum fuit. Neque obstat, quòd Castellania Emposte sita sit in territorio Principatus Cathaloniæ, quia in his non attenditur diuisio territorij respectu dominij temporalis, sed respectu iurisdictionis militiæ super Commendis eo pacto distinctis, prout bene visum fuit Magno Magistro, & Consilio generali, quem-
10 admodum videmus † Diœceses Episcopatuum non esse distinctas iuxta terminos dominij temporalis, sed plerumque vnam diœcesim sese extendere intra fines alterius dominij, *glos. in Clem. Romani, in verbo, Diœcesis, de elect. Hostiens. in c. super eo, post princip. de paroch. Hieron. de Monte, de finibus quæst. 75. nu. 9.* & in hac re extat exemplum in eadem Diœcesi Dertusensi, quæ se extendit intra Regnum Valentiæ. Neque est absurdum, quòd milites Cathalani non possint cabire in territorio Castellaniç, quia hoc non est absolutè verum; nam Cathalani, qui degunt in illa parte Castellaniæ, sunt etiam capaces Commendarum in ea, & in toto Prioratu Castellaniç sitarum, nec tamen sunt capaces Commendarum Prioratus Cathaloniæ, quia hæc diuisio facta est non secundum territorium dominij temporalis, sed secundum diuisionē Prioratuum, quod apparet, quia aliàs satis absurdum esset, quòd Castellania Emposte, quç est caput militum Regni Aragonum, sita sit in ea parte, quç est territorij Cathaloniç. Non obstat, quòd per Castellanum non potuerit fieri prçiudicium singulis militibus, qui prius poterant habere cabimentum in toto prioratu Castellaniç; maximè cum renunciarit tantum iuri suo, quia totum hoc negotium gestum fuit auctoritate Magni Magistri, & Priorum, ac dignitatum, penes quos est potestas administrandi omnes Commendas religionis, prout in alijs casibus per ipsos factum fuit, nempè in desmembratione a Prioratu Castellç nonnulla loca, in quibus nouum Prioratum constituerunt, *prout habetur sub tit. de Bauliuir, cap. 45. in fine.* quod si huic rei necessaria esset maior auctoritas, ea ex antiquitate prçsumi potest, *vt sæpius in alijs causis resolutum fuit.* Non obstat prçiudicium militum singulorum, quod ex hac diuisione deducitur, si tollatur eis ius cabimenti in lo-
11 cis, in quibus prius illud habebant, quia † cum ipsi non sint domini Commendarum, sed simpliciter administratores, *vt habetur in cap. 1. de Commend.* istud ius non est considerabile ad effectum impediendi, quo minus Magnus Magister, & Consilium disponant arbitrio suo circa administrationem bonorum Religionis, quorum dominium est penes ipsam Religionem, sed hçc obiectio nō videtur habenda in cōsideratione, quia si talis diuisio fuit nulla, ex eius productione non potest impugnari ius Castellaniç, quod ex alijs rationibus fuit in Rota canonizatum. Non obstat argumentum, quod desumitur ex reseruatione bonorum particularium sitorum extra limites constitutos, & spectantium ad Commendas vltro citroq. positas, ex qua arguitur non fuisse intentionis diuidentiū prçiudicare Commendis particularibus, quia hoc nihil commune habet cum diuisione iurisdictionis, cum etiam
12 † sçpè videamus vnam Ecclesiam habere bona sita in territorio alterius Ecclesiç, neque per hoc confunditur iurisdictio, & potius hoc argumentum videtur facere contra Prioratum Cathaloniç; nam si in re minoris momenti expressè fuit facta hçc declaratio, vtique si voluissent cabimenta remanere communia, verisimiliter hoc expressissent. Postremò, non obstat inçqualitas considerata, nam si proportionabiliter hçc diuisio est constituenda, apparet quòd vbi sunt pauciores Commendç, ibi pauciores esse milites; & vbi plures, numerum quoque militum esse maiorem; neque per hoc lçduntur milites particulares nationis Cathaloniç, cum etiam Cathalani, qui sunt in illo angulo, in quo situm est Castellum Emposte participent de Commendis omnibus sitis in toto Prioratu Emposiç intra fines Regni Aragonum, sed vt dictum est, ius istorum non est tale, vt possint impedire Magnum Magistrum, & Consilium, quo minus arbitrio suo de his omnibus disponant, prout necessitas, & vtilitas requirere videtur. Et ita conclusum.

* *Et vt etiam habetur per Ant. August. in Epith. de regular. n. 8.*

a *Facit Socin. iun. cons. 163. nu. 10. lib. 2.*

b *In Informationibus habetur Verall. decis. 219. nu. 5. part. 1. Oldrad. consilio 128.*

c *Pro hoc facit c. cum venissent, de constitut. & ibi glos. in uerbo, alterare Rota diuers. nouiss. decis. 22. num. 6. & 13. parte 2.*

d *Facit text. l. 1. ff. de iust. & iur. Bart in l. demonstratio falsa, §. quod autem. uers. item puto, ff. de cond. & demonst. Crauett. cons. 192. nu. 21. uers. 3. arguitur.*

e *Et per Rocch. de iure patron. in uerbo, ipse. q. 23. Lambertin. in 2. part. lib. 1. art. 11. q. 5 princip. fol. mihi 155.*

Aretina Bonorum.
Die Lunç 31. Ianuarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *In rescripto, si in euidentem, attenditur sola ratio vtilitatis Ecclesiæ.*

2 *Consensus Rectoris in alienatione rei Ecclesiæ sufficit, quòd interueniat etiam post obtentum rescriptum.*

3 *Pro sententia alienationis rei Ecclesiæ, & illius executione longo tractu temporis vallatæ, & obseruatæ præsumitur.*

DECISIO MCCCXXXVIII.

* DOmini in hac positione fuerunt concordes, esse standum in decisis, * eis enim placuerunt rationes in decisione aliàs facta deductç. Neque obstare, quod deducitur circa defectum consensus; nam in secundo rescripto directo Decano Florentino, cuius vigore fuit confirmata locatio, narratum fuit Eremitas recusasse semper, & recusare consentire, adeo quòd Papa intellexit, vt procedere-
1 tur ad exequutionem litterarum, † constito de euidenti vtilitate, quç est vnica ratio, quç attendi solet in istis re-
2 scriptis, vt pluries fuit resolutum, † & sufficit, quòd deinde Eremitç consenserunt sub die 11. Februarij 1526. *ad tradita per Bald. in cons. 475. num. 2. lib. 1. Tiraq. post leges connub. glos. 6. num. 10. & faciunt tradita per D. Sarin ent. de reb. eccles. par. 1. c. 3. num. 1.* Non obstat, quod deducitur
3 de defectu causç euidentis vtilitatis, quia † cum prçsumptio sit ad fauorem sententiç, & exequutionis vallatç tam longo tractu temporis, quo fuit obseruata, id quod deducitur pro parte Eremi, non cōcludit negatiuam, & placuerunt responsiones datç in alia positione respectu prçcedentis locationis, cum intercesserit spatium 13. annorum, quibus potuit valde mutari status terrarum accedētibus circumstantijs ibi consideratis. Neque obstat, quod dicitur non fuisse seruatam formam rescripti, ex quo non fuit confirmata locatio iam facta, sed auctus canon, quod videtur nouum inducere cōtractum, quia hoc tollitur ex lectura sententiç; in qua iudex simpliciter cōfirmat dictam locationem anni 1505. deinde de consensu conductoris * faciendo meliorem conditionem Monasterij auget canonem ad alia staria quinquaginta, quod facere potuit, & in summa confirmata fuerunt omnia in dicta decisione deducta.

* *Sub die Veneris 19. Martij anni præteriti.*

Romana Pecuniaria.
Die Veneris 4. Februarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua probat inter easdem partes.*

2 *Quietantia creditoris probat solutionem.*

3 *Opponens de non solutione negatiuam probare tenetur.*

DE-

DECISIO MCCCXXXIX.

FVit dubitatum, an constet sufficienter de solutione scutorum trium millium enunciata in instrumento societatis affictus inter Dominum Antonium Portium Ioannem Franchinum, & Capitaneum Rutilium. Hæc causa fuit introducta occasione petitionis factæ à D. Antonio conuenientè D. Io. Franchinum ad solutionem rubrorum quadraginta sex grani, in quo iudicio Franchinus opposuit non esse verum, Antonium soluisse in contanti Venerabili Capitulo Sancti Ioannis scuta 1500. quæ exceptio, cum ageretur de solidandis inter eos computis, retardauit solutionem dicti grani, & petitum fuit votum Rotæ; Ideo causa proposita, & discussa Domini fuerunt concordes, quòd constet sufficienter de dicta solutione. Et primo ex confessione Franchini contenta in dicto in-
1 strumento societatis, † in quo enunciatur hæc solutio, quę enunciatio inter easdem partes probat, *Bart. in l. ex hac scriptura num. 16. de donation. Alex. cons. 219. num. 24. lib. 6.*
2 *Aymo. de antiq. temp. §. propositum, num. 19.* Secundò, † ex quietantia Capituli, cui solutio fieri debebat, quæ probat contra omnes, *Ucrall. decis. 196. lib. 1. cum alijs per Tiraq. de retractu lign. §. 1. glos. 18. num. 82.* Tertiò, ex alio instrumento confecto die 13. Ianuarij 1591. in quo discioccatores faciunt quietantiam D. Antonio de scutis quindecim receptis ab eo pro residuo scutorum trium millium habitorum pro discioccatione rubrorum quadringentorum terræ in tenuta delle Castella, neque est contraria hæc enunciatio quietantiæ; nam cum obligatus esset Capitulo facere hanc discioccationem, satis videtur soluisse Capitulo, qui pro obligatione contracta cum Capitulo soluit. Præterea, ex alio visum fuit Dominis probationem
3 D. Antonij esse concludentem, † cum D. Franchino opponenti de non solutione incumbat onus probandi negatiuam, *Iasan l. in illa stipulatione, nu. 14. de verb. obligat. Aymo. cons. 112. num. 6. Bertrand. cons. 116. nu. 4. lib. 6. Cephal. cons. 4. num. 1. lib. 5.* Demum etiam consideratum fuit hanc exceptionem non competere Franchino, qui cum haberet verisimiliter notam qualitatem Casalis conducti, non curauit de participatione expensarum factarum, sed magni fecit inire societatem cum pactis, & conuentionibus in instrumento contentis sine alia verificatione expensarum factarum; ex quo sequitur, quòd hodie talis exceptio vel non releuat, vel sapit subterfugium ad euitandam solutionem grani, pro quo conuenitur, nam quod dicitur verba illa in instrumento apposita, (essendosi sborsati) esse conditionalia, & resoluenda in hanc sententiam, si fuerint exbursata, non est verum, quia immo sunt præsuppositiua, neque aliter secundum rectam sermonis structuram intelligi possunt, cum sequatur obligatio pura, & simplex contrahentium; quo verò tempore fuerit facta solutio, satis colligi potest ex instrumento facto sub die 13. Ianuarij 1591. eam præcessisse hoc tempus cum cantet pro residuo. Et ita conclusum.

Ariminen. Castrorum.
Die Lunæ 21. Februarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Ad probationem valoris attenditur tempus quinque annorum ante, & quinque post.*

2 *Iuramentum in litem defertur, quando facto aduersarij intentio agentis probari non potest.*

hac causa in stilo 1630

DECISIO MCCCXL.

CVm pro parte Illustr. D. Leonidæ peteretur sibi deferri iuramentum in litem contra Illustriss. D. Marchionem, ex eo quòd ipse non exhiberit libros redditum Castrorum Montis Iani, & Roncofrigidi, ex quibus poterat haberi certa notitia redditus dictorum Castrorum, & per eam probatum fuisset huiusmodi libros exstare in manibus officialium, & Factorum Marchionis; Ideoque Domini dixerunt * Marchionem teneri ad dictorum librorum exhibitionem: dictus D. Marchio exhibuit quosdam libros causarum criminalium ab anno 1561. vsque ad annum 1577. & libros damnorum datorum ab anno 1564. vsque ad annum 1569. & ab anno 1573. vsque ad annum 1576. quo anno facta fuit renunciatio, super qua pendet controuersia, & per hanc exhibitionem prætendebat se satisfecisse mandato Rotæ de exhibendis istis libris; pars verò aduersa contendebat non esse satisfactum, cum non
1 fuerint exhibiti omnes libri omnium redditum; † neque istos percutere annos quinque ante, & quinque post dictam renunciationem, quod videtur requiri ad probationem veri valoris, neque in istis libris contineri introitus
2 Montis Iani; Ideoq; sibi deferendum esse † iuramentum, cum facto aduersarij non possit intentionem suam probare; præsertim, cum teneretur Marchio reddere rationē administrationis bonorum maternorum ipsius Dominæ Leonidæ; Ideo in hac controuersia fuit de ordine Dominorum datum dubium, An per exhibitionem dictorum librorum fuerit satisfactum monitorio, & decisioni in casu, & ad effectum, de quo agitur. Verum proposito dubio Domini non fuerunt concordes, nonnullis inhærentibus decisioni, & monitorio; maximè ex eo quòd non exhibebantur libri redditum, sed tantum Iurisdictionis, neque libri introituum Montis Iani: Alijs vero renuentibus in
2 dubium decisionem factam; a maximè in ea parte in qua fuerat dictum Marchionem vti administratorem teneri ad reddendam rationem, cum non videatur talis decisio sustineri posse, cum tunc temporis Marchio esset dictorum bonorum dotalium vsufructuarius, non autem administrator; propterea non fuisse probatum libros esse penes Marchionem, sed penes Officiales, & Factores; Ideoq. eum ad illos exhibendos non teneri, cum libri redditum post redditam rationem administrationis remanere soleant penes illos, qui administrarunt. Quare in hac varietate fuit per Dominos ordinatum, vt iterum videatur, an probetur libros prædictos extare, siue extitisse penes Dominum Marchionem, & si sic, An ad illorum exhibitionem teneatur.

* *Sub die Lunæ 21. Aprilis 1567.*
a *Sub dicta die 21. Aprilis 1597.*

Vertulana Expensarum.
Die Lunæ 28. Februarij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ pro consequendis expensis prius factis, & non solutis, debentur.*

DECISIO MCCCXLI.

DOmini dixerunt resolutionem huius dubij pendere
1 ex eo, † an expensæ, de quibus agitur, fuerint factæ pro vlteriore litis prosecutione, vel pro consequendis expensis prius taxatis, & non solutis. Primo casu censuerūt eas deberi, & pro eis ad vlteriorem exequutionem procedendum. Secundo casu, si fuit litigatum pro consequendis expensis ad rationem ducatorum de Camera, dictū fuit eas non deberi, nam in Curia soluntur ad rationem decem Iuliorum, etiam quòd pro illis relaxatum fuerit mandatum; Ideo curent partes, vt Notarij videant, in quo istorum casuum versemur, & referant.

Parmen. Status.
Die Lunæ 6. Martij 1600.

SVMMARIVM.

1 *In decisionibus Rota non admittitur argumentum à contrario sensu.*

2 *Testes quantum fieri potest sunt reducendi ad concordiam nisi adsit vehemens suspicio subornationis.*

DE-

DECISIO MCCCXLII.

FVerunt pro parte Dominorum de Rangonibus propositi quinque errores, quos prætendunt inesse decisioni factæ sub die 4. Nouembris 1598. Primus error deducitur ex eo, quòd habetur in decisione esse ex intentione Dominorum de Rangonibus docere de falsitate depositionis testium, de quibus tunc actum fuit ad reintegrandum fidem examinis Anni 1532. Dicunt enim intentionē eorum fuisse deducere falsitatem ad tollendā fidem examinis Pallauicinorum. Verum hæc oppositio non placuit Dominis, tum quia ex falsitate dictorum testium non statim sequitur testes reprobatorios Pallauicinorum falsum dixisse; tum etiam quia cum testes reprobatorij inducti fuerint ad tollendam fidem examinis anni 1532. vtique dato etiam quòd ista esset intentio, quam prætendunt; tamen inspecto effectu tendit ad defensionem dicti examinis, quod poterat vulnerari p dictos testes reprobatorios. Vnde rectè dictum fuit, hanc esse intentionem Rangonorum inspecto effectu principali, & fine disputationis, vt data veritate dictorum per testes in examine anni 1536. corruat fides examinis anni 1532. & è contra, data eorū falsitate, remanet fides dicti examinis libera ab impugnatione fubornationis. Secūdus error deducitur ex eo, quòd in decisione dicunt haberi, non constare ex processu Placentiæ 1536. de defectu citationis Rangonorum. Verum hoc non ita habetur in decisione, sed tantum dicitur non constare de inualiditate processus; Verum quia re vera hoc senserunt Domini, & fuit in alijs decisionibus dictū, & difficultas videtur ex eo pendere, An dictus processus sit integer, nec ne, & ad quem spectet onus producendi integrum, ideo placuit Dominis, vt circa istum articulum particulariter dubitetur, An dictus processus Anni 1536. sit validus, ad effectum, de quo agitur, nempè, vt afficiat Dominos de Rangonibus. Tertius error deducitur ex contrarietate, quæ est inter hanc decisionem, & aliam factam sub die 4. Iunij 1593. nam tunc dictum fuit, contrarietates, quæ circa dicta testiu m deducebantur, posse conciliari; In hac verò dicitur adesse in substantialibus plures diuersitates. Verum Domini dixerunt hanc rem non esse alicuius momenti, cum sæpe eueniat, vt dubijs iterum propositis discedatur à priori resolutione ex nouiter deductis. Neque obstat, quod quarto loco deducitur, erratum fuisse in eo, quòd in dicta disputatione de anno 1593. non fuerit præsupposita subornatio, ex quo arguunt Informantes, quòd in ista fuerit præsupposita, quia nihil tale dicitur, neque opus erat disputare hoc vltimum dubium

1 Anni 98. si præsupposita fuisset subornatio, & † in decisionibus Rotæ non solet admitti argumentum à contrario sensu, sed quod dictum fuit, habet hunc sensum, non esse mirum, si testes prius redacti ad concordiam nunc reijciātur, quia tunc non fuerat detecta per dubiorum propositionem subornatio, prout postea factum fuit; & ideo cessat, quod regulariter dici solet, † testes quantum fieri potest, reducendos ad concordiam, ne sibi ipsis videantur cōtrarij; hoc enim non procedit vbi adest vehemens suspicio subornationis. Quintus error consideratus est in eo, quod dicitur, quòd Com. Ludouicus erat terribilis, & violentus, & valde timebatur ab omnibus, cum tamen *coram Puteo decis 380. lib. 3.* dictum fuerit, non constare de eius terribilitate: Verum fuit resolutum, satis visum Dominis constare de terribilitate Comitis ex depositionibus presbyteri Baptistæ de Ferrarijs, & Raymundi del Pozzo testibus Rangonorum, quibus nunc accedit Breue Pauli III. Verum dato etiam, quòd fuisset in hoc erratum, hunc errorem tanti non esse, vt idcirco corruat decisio, cum fuerit deductum pro adminiculo, non autem pro principali probatione intentionis Pallauicinorum. Et ita conclusum.

2

Romana Pecuniaria de Carrauagijs.
Die Veneris 10. Martij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Sine præiudicio iurium suorum, in instrumento restruans iura antiqua, est contraria, & incompatibilis cum instrumento concordiæ, per quam inducitur nouatio primæ obligationis, & nu. seq.*

3 *Clausula, Sine præiudicio iurium suorum, posita in concordia, quam interpretationem recipiat.*

DECISIO MCCCXLIII.

FVit resolutum Carrauagios non posse agere contra hæredes Mangilij vigore instrumenti, de quo agitur, celebrati die 10. Martij 1595. in quo promiserat Mangilius se soluturum Carrauagijs totum id, quod ipsis debebant Boli, nempe ducatos 7673. Nam cum Bolis decoctis fuerit inter Bolos, & Mangilium eorum fideiussorem ex vna, & Carrauagios aliosq. creditores ex altera deuentum ad concordiam 19. Aprilis eiusdem Anni, per quam creditores cesserunt Mangilio omnia bona illorum de Bolis, & ipse promisit soluere integram summam debitam intra sex annos cum dimidio creditoribus promittentibus vicissim dictos Bolos, & Mangilios non molestare cum instrumento, & obligatione Camerali, per hanc concordiam censuerunt Domini fuisse recessum ab illa priori obligatione contracta sub die 10. Martij, cuius vigore agere prætendunt; maximè cum præter concordiam iuratam Carrauagij constituerint procuratorem ad exigendum pagas maturatas iuxta formam dictæ concordiæ iuratæ; necnō expressè per Breue S. D. N. confirmatæ, *l. si præcedente, §. Lucius Titius, vbi Doctor. mandati.* Non obstat, quod deducitur pro Carrauagijs, ipsos consensisse concordiæ cum

1 † Clausula, Sine præiudicio suorum iurium, contra Dominos de Bolis, & alios quoscumque; Nam aut ista Clausula tamquam directè contraria, & incompatibilis cum priore instrumento, venit reijcienda, *vt per Aym. cons. 19.*

2 *nu. 2. Put. decis. 380. lib. 1.* † cum manifestè per secundum instrumentum fuerit inducta nouatio, *Aretin. cons. 21 nu. 1. Dec. c. 463. nu. 5. Pedemont. decis. 142. num. 11.* † Aut com-

3 moda interpretatione est concilianda; nempè, quòd in euentum, quòd concordia non obseruaretur, possent semper Carrauagij redire ad priorem obligationem, & se iuuare contra Mangilium priore instrumento, quod per concordiam ad hunc effectum noluerunt esse extinctum, & hanc interpretationem recipere debet instrumentum declarationis factæ per Mangilium sub die 18. Aprilis, ad euitandam fraudem, quę aliàs manifesta redderetur, nam alioquin clarè appareret istas conuentiones factas fuisse collusiuè ad inducendos alios creditores ad concordandum, qui fortè non consensissent, nisi vidissent Carrauagios, quorum maius erat creditum, concurrere cum alijs, Ideo ad tollendam collusionem, & simulationem, hanc interpretationem esse amplectendam, maximè stante obseruantia.

Interamnens. Bonorum.
Die Veneris 10. Martij 1600.

SVMMARIVM.

1 *In probanda identitate rei, non requiritur valde exacta probatio.*

2 *Identitas rei ex quibus probetur.*

3 *Bona defuncti capta per creditores, & per hæredem redempta, non dicuntur amplius fideicommisso subiecta.*

4 *Pro extinctione debitorum fideicommittentis bona grauata alienari possunt.*

5 *Idem est pro dotibus constituendis filiabus.*

DECISIO MCCCXLIIII.

DOmini conuenerunt in eo, quod probetur identitas molendinorum ad granum, & ad oleum; Verum

aliqui dubitabant, reſpectu ceterorum bonorum, nihilo-
minus ad effectum, de quo agitur, per modum inclinatio
nis ex dictis Dominorũ videbatur colligi poſſe, ſatis pro-
1 bari identitatem reſpectu omnium, † cum in hac mate-
ria non requiratur adeo exacta probatio, *Afflict. decis. 23.*
nu. 3. Decian. conſ. 17. n. 9. lib. 3. hic verò multa concurrunt,
2 nam † ex libro æſtimi; qui probat, *vt latè deducit Peregr.*
de fideicomm. art. 44. n. 12. apparet contines pontis flumi-
nis, & viæ publicæ cõuenire iſtis bonis. Coadiuuatur quo-
que iſta probatio ex contiguitate cum bonis, quorũ iden-
titas eſt indubitata. Concurrit prӕterea laudum, quod fa-
cit aliquod adminiculum; ſed præcipuè fuerunt habitæ in
conſideratione plures confeſſiones emanatæ à D. aduer-
ſario, dum excipiendo allegabat bona vendita eſſe ſubie-
cta fideicõmiſſo. Verum cauſæ difficultas in eo præcipuè
verſatur, q appatet, nonnulla ex iſtis bonis fuiſſe per Cõ-
munitatem Interamnæ capta pro ſatisfactione debiti te-
3 ſtatoris, † quæ deinde ab Antonio eius filio fuerunt re-
dempta; Ideoq. ea non amplius cenſeri ſubiecta fideicom
4 miſſo, † cum liceat pro extinctione debitorum fideicom-
mittentis bona grauata alienare; & cum prætẽdat Illuſtr.
Ioannes Baptiſta ſe ab anterioribus creditoribus de facto
moleſtari, & hæc ab illis euinci poſſe vti potioribus, dicit
non releuare reſpectu iſtorum bonorum probationem
identitatis. Ex aduerſo verò replicatur, non agi nunc de
bonis comprehenſis in priori venditione, in qua compre-
henditur maior pars iſtorum redemptorum, ſed de bonis
5 comprehenſis in poſteriori venditione, † quæ vere ſubie-
cta ſunt fideicommiſſo, & vendita fuerunt Domino Ioan
ni Baptiſtæ ex cauſa permiſſa, nempe, pro conſtituendis
dotib. filiabus Antonij, & licet pro euictione prius vendi-
torum poſſit opponere Dominus emptor ſe nolle ſoluere
pretium vltimo emptorum; tamen quia pars contentatur,
quòd ipſe retineat penes ſe valorem dictorum bonorum
redemptorũ, qui dicitur aſcendere ad ſcuta circiter quat-
tuor millia, & q pro reliqua ſumma mandatũ Auditoris
Cameræ exequatur, de hac re erit iterum cum Dominis
agẽdum, cum ſatis æqua videatur huiuſmodi prætenſio.

Calaguritana Spolij panis.
Die Lunæ 13. Martij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Quis non dicitur ſpoliare, quando concurrit iuſta cauſa denegationis ſolutionis, & quæ dicatur iuſta cauſa.*
2 *Laici percipientes decimas tenentur præſtare alimenta beneficiatis Eccleſiæ inſeruientibus, ad quam de iure communi ſpectant decimæ.*
3 *Oblationes non imputantur in congruam ob earum incertitudinem.*
4 *Non poteſt quis ſibi ius dicere ſpoliando de facto.*
5 *Spoliatus ante omnia venit reſtituendus.*
6 *Contra ſoluere recuſantem, & ſpoliantem competit reſtitutio ſecundum communem opinionem.*

DECISIO MCCCXLV.

FVit dubitatum præſuppoſito quòd conſtet de primo
extremo beneficiatorum percipiendi panem recen-
tem, An dictus panis fuerit ſubrogatus in locum panis
oblationum: ita vt excludatur ſpolium reſpectu Dominæ
Comitiſſæ in caſu, & ad effectum, de quo agitur. Prӕten-
ſio Dominæ Comitiſſæ eſt, mediante hac exceptione ſub-
1 rogationis excludere actionem ſpolij, † ex quo concurrẽte
iuſta cauſa denegationis ſolutionis, quis non dicitur ſpo-
liare. *c. quærelam, cum ibi notat. de election. & fuit aliquando*
reſolutum in Rota, in cauſa Conuenarum coram bon. mem.
Grato, de anno 1565. Iuſtam verò videri cauſam denegatio
nis panis recentis, cum fuerit ſubrogatus in locum panis
oblationũ, qui prius percipiebatur per Comites, & deinde
fuerunt ab ipſis ablatæ vigore ſententiarum Rotalium.
Hic itaq. ſeſe offert duplex inſpectio; quarum prior eſt,
an talis ſubrogatio concludenter probetur. Altera eſt, da-
to q probetur, an releuet. Et quantum ad priorem, Domi
ni cenſuerunt ex teſtib. nouiter per D. Comitiſſam exami-
natis, hanc ſubrogationem concludenter non probari; nã
vnus quidem probare vr dictam ſubrogationem, duo ve-
rò nihil concludunt, alter verò, qui de conuentione depo-
ſuit, eſt de auditu; & ideo non eſſe ſufficientem hanc pro-
bationem, quæ ex his ſolis teſtib. colligitur, circumſcriptis
alijs examinatis in iudicio moto cũ Comite ſeniore, quo-
rum de ſtricto iure non vr habenda ratio, cum iam Comi
tiſſa obtinuerit, acta in illo iudicio ſibi non præiudicare;
ex quo ſequitur, neque ẽt ijs ſe poſſe iuuare, vt ſeruetur iu-
dicij æquitas. Præterea, ex aduerſo ex teſtib. datis pro par-
te Abbatis, & beneficiatorum, probatr concludenter panẽ,
& alimenta a Comitib. præſtita fuiſſe dicto Abbati, & be-
neficiatis ratione ſeruitij, q ab eis in Eccleſia præſtabatr,
q eſt valde veritati, & rationi conſonum, cum Comites
percipiant omnes decimas, *vt fuit deciſum tam coram Re-*
* *uerendiſſ. Peruſino,* * *quàm coram me,* a & cum hæc pro-
a batio percuttat ẽt tempus ante prætenſam conuentionẽ,
ex ea ſatis vr talis probatio eneruari, ita ut non ſit conclu-
dens ad effectum excluſionis ſpolij, q præſupponitur eſſe
plenè probatum. Verum dato, & non conceſſo, q de tali
conuentione, & ſubrogatione plenè conſtaret iunctis pro-
bationib. in priore iudicio factis; Tñ deueniendo ad alte-
ram partem inſpectionis, An hęc probatio releuet, Domi-
ni cenſuerunt hanc probationẽ non releuare. Primò, quia
2 negari non poteſt, † Comites, qui percipiunt decimas, te-
neri de iure ad præſtanda alimenta beneficiatis inſeruiẽ-
tib. Eccleſiæ, ad quam de iure communi ſpectant deci-
mæ, *Rebuff. de Congrua, nu. 80. Couarru. lib. 1. var. c. 17. nu. 6.*
& fuit pluries in hac cauſa dictum; perceptio verò oblatio-
num per eos facta fuit de facto, & contra iuris diſpoſitio-
nem, & non poteſt compenſari cum ſolutione panis ex a-
lia præexiſtenti cauſa debiti, *vt fuit deciſum coram D. Pe-*
ruſino; ex quo ſequitur hanc exceptionem non releuare
ad effectum, de quo agitur; nam cauſa denegationis præ-
ſtationis panis recentis, eo q ablatæ fuerunt Comiti obla-
3 tiones, non eſt iuſta, cum eæ Comiti non deberentur, † &
non ſoleant computari in Congruam ob earum incertitu
dinem, *Felin. in c. cum Venerabilis, nu. 57. de exceptionibus.*
quod cõfirmatur ex eo, q per teſtes probatur ſolitos fuiſ-
ſe arrendatores decimarum ſupplere quantitatem panis,
quoties ex oblationib. non aderat ſufficiens quantitas pro
victu beneficiatorum, & ita tollitur argumentum, in quo
fundatur præcipuè exceptio Comitiſſæ de ceſſatione cau
ſæ præſtationis. Secundo facit, quia articulus iſte ſubroga-
4 tionis reſpicit petitorium, & † non licet interim Comitib.
ius ſibi ipſis dicere ſpoliando de facto beneficiatos, qui tã
longo tpe fuerunt in poſſeſſione percipiendi panẽ, de quo
agitur, *vt bene deducitur in deciſione bon. mem. Domini Orio*
5 *lenſ. in Romana Cenſus 8. Febr. 1577.* † Et ideo ante om-
nia veniunt reſtituendi. Non obſtat, q beneficiati nunq̃
fuerint in poſſeſſione aduerſus Comitiſſam, quæ ſuccedit
in Marchionatu ex inueſtitura, non autem ex ſucceſſione
paterna, quia onus ſoluendi panem eſt reale Maioricatus,
cuius ratione prætẽdit Comitiſſa ad ſe ſpectare decimas;
6 & ideo Maioricatus tranſiuit ad eam cum ſuo onere, † &
contra eam ſoluere recuſantem, & ſpoliantem competit
reſtitutio, ſecundum communem opinionem, de qua *per*
Abbat. in c. cum ad ſedem, n. 26. & 27. de reſtit. ſpol. Pur. dec.
b *419. nu. 1. lib. 2. cum alijs per Informantes allegatis.* b Et ex
his concluſũ ſine difficultate exceptionẽ propoſitã non re-
leuare, quo minus Abbas, & beneficiati veniãt reſtituẽdi.

* *In Calagurit. liquidationis oblationũ die 23. Maij, & 25. Iun. 1590.*
a *In eadem Calaguritana oblationum, Lunæ 21. Iun. 1593. & in eadem Calaguritana alimentorum 7. Nouemb. 1594.*
b *Gloſſ. in allegat. c. cum ad ſedem, Alex. in l. rem quæ nobis, nu. 8. vbi Iaſ. num. 19. qui de commun. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 51. num. 1. lib. 1. Afflict. deciſ. 361. num. 33. Caſſad. deciſ. 7. de reſtit. ſpol. Lap. allegat. 52.*

Terdo.

Terdonens. Præpositurę.
Die Veneris 17. Martij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *A sententia priuatoria beneficij ob non residentiam non datur appellatio ad effectum suspensiuum, quod verum, si sit iuris ordine seruato lata, vt num. 6.*

2 *Sententia lata contra absentem à residentia requirit trinam citationem per publicum edictum in loco beneficij.*

3 *Ad priuationem beneficij ob non residentiam, quomodo procedi debeat, & num. 5.*

4 *Comparitio tertij ad excusationem absentis, non concludit scientiam absentis, si non constet de mandato.*

DECISIO MCCCXLVI.

Fvit resolutum Camillum esse manutenendum in possessione Præpositurę; nam de eius possessione ante priuationem constat publico instrumento, neque ea contro-
1 uertitur, sed tantum ex aduerso dicitur, † cum per sententiam latam ob non residentiam priuatum fuisse omni iure & possessione, & ab ea non dari appellationem ad effectum suspensiuum, *c. relatum, & c. conquerente, de cler. non resid. Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de reform.* Verum Domini vnanimiter contrarium censuerunt; nam dixerunt hanc
2 sententiam fuisse nullam; † cum enim fuerit lata contra absentem, requirebatur trina citatio per publicum edictum in loco beneficij, *c. ex tua, de cler. non resid. & fuit aliàs coram me resolutum in causa Salamantina del Pedroso, 5. Decem. 1567. & à sacra Congregatione Concilij in vna*
3 *Vmbraticen.* † Deinde requirebatur, vt expectaretur per sex menses, antequam deueniretur ad priuationem, *d. c. ex tua*, quæ forma hic non fuit seruata, nam vnica citatio exequuta fuit in loco beneficij, deinde infra duos menses nimis festinanter processum ad priuationem, non perpensis prius causis excusationis, an essent legitimæ nec ne. Neque obstat, quòd præfata procedant, vbi proceditur contra ignorantem, non autem contra eum, qui habuit certam & indubitatam scientiam emanatæ citationis, quia
4 non probatur hæc scientia, † quod enim allegatur de comparitione fratris proponentis excusationem, non concludit scientiam Præpositi, cum non constet de eius mandato; immo adest præsumptio in contrarium, cum Præpositus habita notitia sententię constituerit procuratorem quemdam alium ad appellandum, qui in tempore appel-
5 lauit † & ideo cum hoc sciret, & tunc erat personaliter ci-
* tandus. Aut ignorabat, & erat ter citandus * in loco beneficij per edictum, *iuxta distinctionem glos. in e. quoniam frequenter, in verbo, Canonibus. definitum, Vt lite contest.* quorũ neutrum factum fuit; nam si præcessisset personalis citatio, vtique etiam non expectatis sex mensibus potuisset Ordinarius procedere ad priuationem, *vt fuit resolutum in causa Zamoren. Capellaniæ, 12. Iunij 1589. coram Illustr. Mantica*, & hoc obseruatur tam in eo, qui est absens cum licentia, quàm sine licentia, *vt probatur in dicta glos.*
6 Non obstat, quod † sententiæ exequutio non potuerit suspẽdi per appellationem, quia hoc locum habet vbi sententia lata est seruato iuris ordine, quia sententia nulla, nullum parit iuris effectum. Quare conclusum Camillum esse manutenendum.

* *Pro quo facit decis. impr. facta in causa Salamatina del Pedroso 5. Decem. 1567. nu. 1. quæ est decis. 27.*

Romana Repetitionis Dotis.
Die Lunę 20. Martij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Pro bonis datis in dotem æstimatis, an & quando in casu recuperationis dotis detur vtilis rei vendicatio.*

2 *In iudicio rei vendicationis veniunt fructus, à die motæ litis.*

DECISIO MCCCXLVII.

1 Fvit resolutum † Dominæ Pacificæ competere in subsidium, vtilem rei vendicationem contra bona data in dotem licet æstimata, etiam contra tertios possessores pro recuperatione suæ dotis; probata tamen decoctione, & quòd non adsunt alia bona, *l. in rebus, & ibi Bald. num. 18. C. de iure dot. Roland. consil. 62. num. 12. & seq. lib. 2. Marsil. singul. 691. Ias. in §. actionum, num. 84. Instit. de action. Bald. Nouel. in tract. de dote, parte 7. priuil. 23. &*
2 *Arius Pinel. in l. 1. parte 3. num. 15. C. de bon. matern.* † & in hoc iudicio veniunt fructus à die motæ litis, & circa ista nulla adest difficultas, sed videndum est, an ista requisita sint probata ad effectum, vt hac via, & hoc remedio succurratur D. Pacificæ; Ideo de hac re particulariter erit agendum.

Vercellens. Subsidij.
Die Lunæ 20. Martij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, Sublata, cum derogatoriarum derogatorijs in indulto posita, quòd nullo modo censeatur derogatum.*

2 *Gratia habens Clausulas prægnantiores, licet anterior, semper præualet.*

DECISIO MCCCXLVIII.

Fvit resolutum quantum ad primum dubium, an gratia reseruationis pensionis Reuerendiss. D. Episcopi Astensis, super fructibus Canonicatus, faciat illum esse immunem, & exemptum à solutione subsidij Apostolici concessi Sereniss. Duci Sabaudiæ; ita vt ad contributionem non teneatur; prædictam gratiam non præiudicare in aliquo, subsidio debiti Serenissimo Duci, propter præ-
1 gnantiam Clausularum in indulto contentarum † cũ Clausula, Sublata, & derogatoriarum derogatorijs, quæ faciunt, vt dicto indulto nullo modo derogatum censeatur, *Bart. in l. fin. C. de cano. frum. Vrb. Rom. lib. 11. Gundisal. de leg. q. 7. num. 32. Gambar. de off. Legat. lib. 8. tit. de potest. legat. in leg. cond. num. 44. vers. quintus casus. Cassad. decis. 38.*
2 *num. 6. super regul. Put. decis. 69. de præbend.* † & vbi Clausulæ sunt prægnantiores, ea gratia, quæ eas continet, quamuis anterior, semper præualet, *& fuit dictum coram me in vna Astoricen. Archidiaconatus, 19. Martij 1576.* Præterea, satis apparet de mente Papę nolentis præiudicare Duci, postquam in eadem gratia reseruationis vult, quòd Ludouicus Archidiaconus ratam tangentem Episcopum, de suo proprio soluat, absque spe aliquid vmquam postea repetendi, vel defalcandi; prout ipse promittit; adeo quòd hoc casu apparet nullatenus agi de præiudicio Serenissimi Ducis, & ipsum posse iure suo vti, exigendo id, quod vigore sui indulti ei debetur à quacumque persona. Quantum verò ad posterius dubium, An Archidiaconus teneatur eumdem Episcopum releuare à solutione dicti subsidij; Domini censuerunt teneri, ex quo specialiter hoc fuit cautum in reseruatione, & ad hoc ipse se obligauit cum amplissimis Clausulis, quæ non sunt per indultum sublatę; cum tollat tantum eas, quæ ipsi indulto præiudicare possint. Non obstat, quòd specificè nõ fiat mentio de hoc indulto, quia immo de eo ad hunc effectum satis videtur facta mentio, cum fiat mẽtio de subsidio etiam caritatiuo, & excusato, quauis auctoritate, & ex quacumque vrgentissima causa, etiam pro expeditione contra Turcas, & alios infideles, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, & contemplationem, etiam motu proprio concesso, etiam quòd in eo expressè caueatur, vt pensionarij contribuere teneantur, nam cum non agatur hic de præiudicio Ducis, vtique maior expressio non erat necessaria, *Federic. consil. 47. numero tertio quem Rota sequitur, vt per Gambar. loco allegato, numero trigesimo nono.*

Non obstat, quòd deducitur, superuenisse aliam prorogationem indulti, quia dato hoc verum esse, non tamen tollit particularem obligationem: maximè cum Clausulæ recipiant tantum validitatem indulti ad fauorem Ducis. Quare cum volenti non fiat iniuria, imputet sibi Archidiaconus, qui cum hac obligatione reseruationis præfatę consensit.

Parmens. Status.
Die Veneris 14. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Litteris eius, qui sit de sublimiorib. Magistratib., creditur.*
2 *Senator Romæ dicitur de sublimioribus magistratibus.*
3 *Assertio Papæ plenè probat.*
4 *Processus non afficit non citatum.*
5 *Doctori testanti de consuetudine non creditur.*

DECISIO MCCCXLIX.

FVit conclusum, processum, de quo agitur, respectu iurisdictionis, esse validum, cum de iurisdictione con-
1 stet, non solum † ex litteris Senatoris, cui, † cum sit ex
2 sublimioribus magistratibus, creditur, *c. nobilissimus, 97. di-*
3 *stin. Gabr. de probation. Concl. 3. num. 15.* † Sed etiam &
Papæ attestationi in suo rescripto motu proprio emanato, in quo asserit, se antea causam commisisse Senatori, quæ assertio plenè probat, *Clem. Litteris, de probation.* An verò afficiat D. de Rangonibus, fuit per Dominos conclusum pro negatiua, cum non appareat eos fuisse citatos,
4 † ad effectum enim, vt afficiat, necessaria est citatio *Cyn. in l. 1. in fine, C. qui accus. non poss. Bart. in l. Lucius Titius, de his qui not. infam. Corn. cons. 261. num. 27. lib. 4. Roland.*
* *cons. 13. n. 10. lib. 2. cum alijs per informantes allegatis.* *
Neque obstat scientia ex aduerso allegata, per ea quæ fue-
a runt dicta *coram me in causa Tudertina pecuniaria* a quia hæc sententia non probatur, nisi post processum factum contra testes, licet sit ante sententiam. Neque obstat con-
b suetudo *de qua testatur* Clar. b *&* *Bossius.* quia † Docto-
5 ri de ea testanti non creditur, & ita Rota seruat, *Mohed. de cis. 2. de consuetud.* vltra quòd videntur testari de consuetudine status Mediolani. Et hoc stante, omissa fuit inspectio, an processus sit integer, nec ne, & ad quem spectet onus producendi integrum; sed fuit reseruatum, vt videatur. An ita sint debilitati isti testes ex iuribus & sententia, de qua in dicto processu, vt eis fides non sit adhibenda.

* *Et pro hoc facit Bart. in l. 2. n. 1. C. de fide instr.*
a *Sub die Lunæ 19. Ianuarij, 1598. num. 5.*
b *Clar. in § fin. q. 53. §. quartus est casus, prope fin. vers. bene verum est. Boss. tit. de oppo. contra test. num. 1. circa med. ver. & circa illud. num. 6. & 7.*

Romana Pecuniaria seu prętensę Arrogationis.
Die Veneris 14. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Statutum annullans contractus factos à filijsfamilias, an, & quando habeat etiam locum in arrogatis.*
2 *Filiusfamilias obligando se in forma Camerę dicitur à principio contrahere naturalem obligationem, & ob id si soluit, non repetit, etiam quòd statutum impediat ortum ciuilis.*
3 *Per obligationem naturalem contractam error excluditur, & agnoscens obligationem ad eam tenetur, & n. 7.*
4 *Exceptio non opposita non præiudicat.*
5 *Obligatio minoris, per statutum annullata, ex superuenientia maioris ætatis non conualescit; ex consensu tamen expresso superueniente conualidatur.*
6 *Filiusfamilias sui iuris effectus, potest contractum antea factum, quod propter statutum est nullum, ratum habere ad instar Macedoniani.*
8 *Metus mandati non excludit consensum.*
9 *Voluntas coacta est voluntas.*
10 *Præsumptio voluntatis coactæ tollitur ex actu geminato sine protestatione.*

DECISIO MCCCL.

DVbitatum fuit stantibus nonnullis prępresuppositis, an esset procedendum ad vlteriorem exequutionem mandati Auditoris Camerę contra D. Butium Tascam,
* & licet in hac causa resolutum fuerit * † Statutum Vr-
1 bis c. 152. lib. 1. annullans contractus filiorum, habere locum etia in arrogatis; tamen prętendebatur pro parte cōtraria posse procedi contra D. Butium, ex quo ipse similibus societatum contractibus pluries accesserat, & in specie, quòd factus sui iuris, post obitum patris arrogatoris, hunc contractum, de quo agitur, approbauerat, suscipiendo terminum triginta dierum, & promittendo se soluturum cum obligatione in forma Camerę, & Iuramento. Et fuit per Dominos decisum in hoc casu esse locum vlterio-
2 ri exequutioni mandati Auditoris Camerę; nam † negari non potest, quin à principio contracta fuerit naturalis obligatio, licet statutum impediat ortum ciuilis; & ideo quis potest hoc debitum agnoscere, ita ut soluendo non repetat, *l. naturaliter, de condict. ind. b.* maximè vbi fidem suam soluendo liberat; *l. fideicommissum, eod. tit.* Vnde cum D. Butius liberatus à patria potestate ratum habuerit hunc contractum, confitendo debitum, & petendo dilationem ad soluendum, & reficiendo expensas mandati. & obligando se cum iuramento in forma Camerę cum susceptione mandati exequtiui, vtique non potest se ab hac obliga-
3 tione prętextu statuti eximere, † cum ex suo nouo consensu ratione obligationis naturalis, per quam error excluditur, teneatur, *argumento l. Iudex, eodem tit. de condict. indeb. & locum habet text. in l. ad solutionem, C. de exequut. rei iudic.* Neque potest mandatum argui iniustitiæ, cum neque coram Auditore Cameræ fuerit oppo-
4 situm de statuto, quę † exceptio cum fuerit omissa, non potest hodie reddere mandatum nullum; immò, expressè approbatum fuit per termini susceptionem,
5 † & licet statutum nolit obligationē ex superuenientia maioris ætatis conualescere; tamen non ex tractu temporis, sed ex consensu expresso conualidatur hæc obligatio, *vt tradunt Doct. in l. quod ab initio, post glos. de reg. iur. l. 2. C. si maior fact. Bart. in l. obseruare, n. 4. de off. Procons. Dec. cons. 367. n. 4. Sal. in l. 1. C. eod. Paris. cons. 49. n. 20. & 61. li. 1. Sur. decis. 69. n. 22.* qui refert Doctores tenentes ratificationem facere, vt valeat ab initio, sed omissa hac disputatione, sa-
6 tis est, quòd valeat à die ratificationis, † & ad instar Macedoniani, prout eius habetur ratio in statuto, in quo filiusfamilias sui iuris effectus potest contractum ratum habere; Et ex his tolluntur obiectiones circa vim ratificatio-
7 nis, *facit Bellam. cons. 24. col. 2. Abb. cons. 71. lib. 1.* † Non obstat allegatio erroris, quia ea tollitur ratione præcedentis obligationis naturalis, quæ facit, vt etiam per errorem solutum non repetatur. *d. l. naturaliter.* Non obstat, quod dicitur factam fuisse obligationem metu mandati, quia adeo expressa & clara est susceptio termini, vt non possit
8 tergiuersari, † & metus mandati nō excludit consensum,
9 quia † voluntas coacta, est voluntas *§. furtiuarum, cum*
10 *glos. Instit. de vsucap. l. mulier, §. peto, quod met. causa.* & † tollitur hęc coactionis præsumptio ex actus geminatione sine protestatione facta. Et ita conclusum pro exequutione mandati Auditoris Cameræ.

* *Sub die 2. Iun. 1599. videlicet, statutum lib. 1. cap. 152. comprehendere filios arrogatos.*

Cordubens. Pensionis.
Die Lunæ 17. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Quo casu quis non teneatur ad pensionem, & num. 2.*
Impe-

3 *Impeditus adipisci possessionem facto Capituli, satisfacit pensionario, cedendo ei actionem contra Capitulum.*

DECISIO MCCCLI.

ANtonium non teneri ad solutionem terminorum de
1 quibus in dubio; † nam pro terminis decursis in vita
prędecessoris non tenetur, cum non probetur aliqua dili-
2 gentia contra prædecessorem; † neque tenetur pro tempo
re, quo fuit impeditus adipisci possessionem facto Capitu
li, cum onus pensionis sit reale, *c. querelam, & ibi. Abb. in*
3 *3. notab. de elect.* † & satisfit cedendo actionem pensiona-
rio contra Capitulum, *Put. de pension. b. decis. 15. & decis. 11. num. 13. lib. 1.*

Salamantina Capellaniæ.
Die Veneris 21. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Per mortem ciuilem mandatum procuratoris exspirat.*
2 *Per reiterationem terminorum, sanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum.*
3 *Regula, quòd sententia contra sententiam non ualet, non procedit, quando sententia est nulla.*
4 *Citatio per contradictas non ualet, quando citatus est præsens, & citans non ignorat præsentiam.*
5 *Per compositionem factam cum fisco ad se redimendum à vexationibus, non oritur acceptatio sententiæ, uel confessio criminis.*

DECISIO MCCCLII.

FVit dubitatum de validitate, vel inualiditate senten-
tiæ Rotalis, latæ ad fauorem D. Hieronymi: Et primo
1 contra sententiam deducebatur defectus mandati; † ex
quo post constitutionem procuratoris Hieronymus fue-
rat ab Auditore Cameræ condemnatus in pœnam vltimi
supplicij; ideo per mortem ciuilem mãdatum exspirauit,
Rot. decis. 28. de procurat. in nou. sed hæc nullitas non pla-
cuit, quia terminus ad sententiam seruatus fuit ipsomet
2 Hieronymo instante, qui petijt & obtinuit sententiã † per
reiterationem terminorum sub eadem citatione factam:
Vnde sanatur nullitas, si quę adesset terminorum prius p
procuratorem seruatorum, *Cassad. decis. 8. numer. 10. de rescript.* Secundò opponebatur contra sententiã, eam fuisse
latam ad fauorem eius, qui per binas sententias, nempè
Ordinarij Salamantini, & Auditoris Cameræ fuerat pri-
uatus beneficijs obtentis, & inhabilitatus ad obtinẽdum:
Ideo nullam, præcipuè cum sit sententia contra sententiã.
Verum huic obiecto fuit responsum, sententiam Ordina-
rij fuisse prius reuocatam, tamquam nullam, & iniustam
per bon. mem. D. Oranum, cuius sententia transitum fecit
in iudicatum; & ideo eam non obesse: Nec obstare, quòd
non fuerit lata contra Franciscum aduersarium; sed tan-
tum contra prouisos de beneficijs Hieronymi; quia cum
neque dicta sententia fuerit lata ad fauorem Francisci, ne
que fuerit in hoc iudicio producta, de ea non est habenda
ratio. Sententia verò Auditoris Cameræ fuit merè contu
macialis, & resoluta per comparitionem infra annum, &
ante sententiam Rotalem; Præterea notoriè est nulla, cũ
fuerit confirmatoria sententiæ Ordinarij, declarando be-
ne iudicatum, & male appellatum; & tamen non fuerunt
reproducta acta facta coram Ordinario: Neque etiam
processus remissorialis fuit productus parte citata; ideo
3 non afficit: † Vnde cessat oppositio, quod est sentẽtia con
tra sententiam, stante dictarum sententiarum nullitate;
maximè cum de illis non fuerit oppositum, *Put. decis. 120.*
4 *lib. 1.* † Tertiò opponebatur de nullitate, ex quo Franci-
scus fuit citatus ad sententiam per contradictas; cũ tamẽ
ipse esset præsens in Curia, & notus Garziæ procuratori
Hieronymi, *ut fuit decisum in causa Perusina bonorum coram R. P. D. Penia 17 Februarij 1592.* Verum neque hæc
oppositio placuit Dñis, cum enim antea Franciscus esset
absens à Curia, ad quam dr̃ accessisse die penult. Martij,
& sententia fuerit lata die 13. Aprilis non probatur scien-
tia huius accessus; maximè cùm ex testibus pro Francisco
examinatis, qui nihil de scientia probant, colligatur Fran-
ciscum partim domi retentum, quia non habebat vestes
clericales, partim ob infirmitatem, quia iacebat in lecto
decũbens: Itaque ex hoc capite sñiam nullitatis argui nõ
5 posse. Postremo non obstat, quòd Hieronymus fecerit cõ-
positionem cũ Fisco, per quã fuerit fassus crimen, de quo
fuerat accusatus; quia hoc potuit facere ad redimendum
se à vexatione: Neque hic oritur acceptatio sententiæ, vel
confessio criminis, *Gabr. de malef. concl. 2. n. 1. & seq. lib. 7.*
Et ex his conclusum pro ualiditate sententiæ Rotalis.

Aquinatens. Beneficij.
Die Veneris 21. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Ecclesiastica in dubio præsumuntur libera.*
2 *Ius patronatus est seruitus beneficij, quæ non præsumitur.*
3 *Episcopus habet intentionem fundatam, super omnibus beneficijs suæ diœcesis, etiam regularibus.*
4 *Beneficia, quæ reperiuntur taxata in libris Cameræ, dicuntur libera.*
5 *Beneficium, quod habuit Abbatem & Conuentum, & quod alids à Papa fuit commendatum, non potest dici esse de iure patronatus, nisi in fundatione caueatur ex priuilegio Apostolico.*
6 *De collationibus factis iure Regaliæ nulla debet haberi ratio, si non ostendatur tale ius competijsse ante Concilium Lugdunense, nec intrat tale ius, nisi sede Episcopali vacante, ut num. seq.*

DECISIO MCCCLIII.

FVit dubitatum, An Ecclesia S. Petri de Campilia sit li
bera, vel potius de iure patronatus, & fuit per Domi-
nos sine difficultate conclusum esse liberam; tum ex eo, q
1 † in dubio Ecclesiastica beneficia præsumuntur libera,
Innocen. in c. cum uenerabilis, de except. & ibi ceteri Docto-
* *res,* * tum etiam quia † iuspatronatus est quędam ser-
2 uitus beneficij, quæ non præsumitur, *Abb. cons. 59. n. 1. lib.*
a *2. Gigas cons. 48. num. 16.* a † & cum sit in Diœcesi Aqui-
3 natensi, Episcopus habet intentionem fundatam, *c. omnes*
b *basilicæ, 16. q. 7.* b etiam in Regularibus de iure commu
ni, *c. monachis, de præbend. c. 1. de cap. monach. cum similibus.*
4 Facit etiam, quòd † hoc beneficium reperitur taxatum in
libris Cameræ, ergo liberum, *Sarnen. in regul. de ualor. q. 1.*
Item ex regesto veteri Aquinatensis Ecclesiæ constat ab
5 antiquissimo tempore † hoc beneficium fuisse monaste-
rium; & habuisse Abbatem & Conuentum, & Abbas
iurabat fidelitatem Episcopo Aquinatenti, & fuit sæpius
à Papa commendatum, ut recensetur in facto, ex quo se-
quitur nõ esse de iure patronatus, cum resistat iuris dispo-
sitio; nisi in fundatione hoc caueatur ex priuilegio Apo-
6 stolico, *c. nobis, de iure patr.* † Nec ostenditur quasi posses-
sio vti de iure patronatus, quia collationes factæ a Prore-
gibus factæ sunt iure Regaliæ, quorum non est habenda
ratio, *per text. in c. si quis deinceps. 16. q. 7.* & non ostenditur
hoc ius competijsse ante Concil. Lugdunẽse *iuxta termi-*
7 *nos c. generali, de elect. in 6.* † & quatenus intraret ius Rega
liæ, illud nõ hẽt locũ, nisi sede Epali vacante. Quare cõclu
sum pro libertate beneficij: De effectu suo loco videbitur.

* *Abb. in c. cum Ecclesia Vulterana, nu. 8. in fine, de election. Idẽ Abb. cons. 76. in princ. vers. circa primum, part. 2. Dec cons. 117. num. 2. Roceb. de iure patr. in verbo, construxit, q. 20. nu. 29*

a *Idem Gigas cons. 49. num. 24.*

b *Et facit text. in c. cum ex iniuncto, in fin. de heret. in 6. cum alijs per Rolan. cons. 47. n. 21. lib. 1.*

Asculana Fideicommissi bonorum.
Die Veneris 28. Aprilis 1600.

SVMMARIVM.

1 *Institutio mulieris facta, donec vitam vidualem duxerit, ob transitum ad secunda vota resoluitur, & hæreditas vnà cum fructibus consolidatur in personam eius, qui eueniente casu substitutus fuit, vt nu. seq.*

3 *Vbi restitutio hæreditatis, vel legati venit facienda, ob trãsitum ad secunda vota, à quo tempore fructus restitui debeant.*

DECISIO MCCCLIIII.

FVit resolutum sententias extra Rotam latas esse con-
firmandas ad fauorem Ioannis Pacifici; nam cum
* fuerit resolutum coram R.P.D. meo Mellino, * † insti-
1 tutionem Dominæ Constantiæ vsque ab initio ob transi-
tum ad secunda vota resolutam fuisse, *vt per Ruin. consil.
170. lib. 3. quod Rota sequuta est in pluribus causis*, & sic to-
ta hæreditas consolidata sit in personam Candidi filij, cui
quandocumque sine filijs decedenti, substitutus est Ioan-
2 nes Pacificus, qui casus euenit, † non est ambigendum, ei
deberi hæreditatem Baldassaris vnà cum fructibus; sal-
ua tamen dote, & legitima debita Constantiæ, quæ veniẽt
detrahenda, vel compensanda in liquidatione facienda.
Nec obstat iudicium criminale aliàs motum super appo-
stilla addita in testamento, quia præterquam quòd Io. Pa-
cificus obtinuit vltimo loco absolutionem; ea non per-
tinet ad casum istum: neque ex substitutione in illa con-
tenta succedit Ioannes Pacificus, vt bene deducitur, sed
ex substitutione contenta in corpore testamenti in ea par-
te, in qua nullum prorsus adest vitium: quòd verò dicitur
de prædio Ancherani non facit ad rem, quia illud prædiũ
non est de bonis, de quibus nunc agitur. † Quantum ad
3 condemnationem fructuum, an sit facienda à die obitus
testatoris, an à die contractarum nuptiarum secundarum;
licet in legatis relictis sub illa conditione, donec vitam vi-
dualem duxerit, Doctores teneant resolui in plura legata
annua, quorum primum censetur purum, *vt per Bald. in l.
fin. n. 2. & ibi Cyn. Ang. & Castr. C. de iudic. vid. toll. & per
Ias. in l. si fundum, §. si pater, num. 11. de lega. 1. Natta cons.
459. num. 17. Tar. ij. cons. 95. num. 44. Peregr. de fideicom. art.
11. num. 123.* tamen aduertendum est, aliud esse in hære-
dis institutione, & ratio est: quia in legatis fit illa annua
distributio; sed in institutione hæredis secus: repugnat e-
nim naturæ institutionis, quæ non potest fieri distinctè
per annos, sed est vna, & perpetua, prout hanc differentiã
optimè tradit *idem Bald. in d. l. fin. num. 3. Salicet. ibid. nu. 4.*
& Doctores supra citati omnes loquuntur in legatis, non
in hæredis institutione, & ideo cum institutio sit resoluta
ab initio, ab eo die etiam debentur fructus. Quare con-
clusum pro confirmatione sententiarum; nam reliqua,
quę respiciunt dotem, & legitimam, relinquuntur in arti-
culo liquidationis, cum hac pars non controuertat, quo
minus debeantur.

* *Sub die 14. Nouemb. & 16. Decemb. 1594.*

Calaguritana Beneficij de Iocano.
Die Veneris 5. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Vbi petitum est iuramentum calumniæ, eius omissio vitiat, & annullat processum, & sententiam.*

2 *Iuramentum calumniæ non datur, postquam est conclusum in causa, nisi in summarijs; vel nisi iudex ex officio etiam post conclusum in causa deferat, quod potest facere, vt num. 3.*

4 *Ex prestatione iuramenti de veritate dicenda non excusatur quis à iuramenti calumniæ præstatione.*

5 *Iuramentum de veritate dicenda non respicit totam causam, prout respicit iuramentum calumniæ.*

6 *Vbi quis intentionem suam plenè probauit, non potest cogi iurare de calumnia.*

7 *Causa super beneficio quibus casibus non dicatur beneficialis, cum duob. sequent.*

10 *In vnione ad vitam non supprimitur titulus.*

11 *Per oppositionem non acquiritur ius ad rem, nec in re super beneficio, ita vt possit illud peti tamquam suum.*

DECISIO MCCCLV.

CAusa iterum super eisdem proposita, Domini steterũt
* in decisis, * & ex duabus sententijs, de quarum va-
liditate agitur, censuerunt, priorem esse nullam, posterio-
1 rem verò validam. Prioris nullitas oritur ex eo, quòd † vbi
petitum est iuramentum calumniæ, eius omissio vitiat, &
annullat processum, & sententiam, *vt sæpius fuit resolu-
a tum, a quidquid dicat Aret. in l. 2. §. sed quia, & ibi Salicet.
C. de iuram. calum. Marian. Socin. in c. ceterum, nu. 10. extra
eod.* & ista nullitas attenditur, etiã quòd non sit ex tribus,
quia potius concernit iustitiam quàm processum. Nõ ob-
2 stant responsiones, quæ dantur: Et primo, quòd † iuramen
tum non datur postquam conclusum est in causa, nisi in
summarijs, *Io. Andr. Gemin. Franc. & alij, in c. 1. de iuram.
calumn. in 6.* quia hoc casu non est attendenda ista conclu-
sio, quam neque ipse iudex habuit pro finali conclusione,
cum de nouo fecerit alias conclusiones, & quod plus est,
3 mandauit, vt beneficiati iurarent, † & certum est iudicem
posse ex officio hoc iuramẽtum etiam post conclusionem
deferre, *vt tradunt omnes, in d. c. 1.* Secundò non obstat alia
responsio, quòd fuerit responsum positionibus cum iura-
4 mento de veritate dicenda, quia † ex præstatione iuramen
ti de veritate, non excusatur quis à iuramento calumniæ,
5 *d. c. 1. §. quamuis.* Vltra quòd † iuramentum de veritate
non respicit totam causam, prout respicit iuramentum
6 calumniæ. Neque etiam obstat tertia responsio, † quòd
iam beneficiati probauerunt intentionem suam plenè, &
sic *iuxta doctrinam Baldi in c. 2. de probation.* non erant co-
gendi ad iurandum, quia stante decreto iudicis apparet
eum non habuisse pro absoluto probatam esse intentionẽ
beneficiatorum, ita vt excluderetur omnis calumniæ su-
spicio. Quantum ad posteriorem sententiam Domini eã
habuerunt pro valida, nonobstãte defectu iurisdictionis,
de quo opponitur, ex eo quòd Reuerendiss. Nuncius non
haberet facultatem committendi causas beneficiales: nã
7 fuit dictum, † hanc causam non esse beneficialem, quia
Gaspar vti præsentandus, prætendebat sibi debitum esse
beneficium, non autem petebat illud tamquam suum,
8 *Bald. in Auth. Litigiosa, nu. 1. C. de litig.* † & quando lis est
super præsentatione, cui aliquis se opponit ad impedien-
dum institutionem, causa non dicitur beneficialis, *vt fuit
dictum coram bon. mem. Oradino in causa Archidiaconatus
de Ragutino 24. Aprilis 1559 quam allegat Lancellott. de at-
9 tentatis lit. pend. in præfat. nu. 89.* † Nec obstat, quòd hic
agatur de supprimendo titulum; quia non ideo dicitur
causa beneficialis, etiam quòd Ecclesia sit numerata, sicut
quando agitur de vnione, per quam extinguitur titulus,
Aegid. dec. 617. & in casu, in quo agebatur de diuidendo
titulum in duos dimidios, & sic de alterando numero cõ-
tra præsentatum, *fuit dictum in causa Calagurit. beneficij de
Vrarte, 27. Martij 1585. corã bon. me. Robusterio.* Non ob-
stat *Cassad. 3. de iudic. & Ant. August. in repertor. loco alle-
b gato, b* quia ibi vnio erat ad vitam, † per quam non sup-
10 primitur titulus. Neque facit, quòd Gaspar sit filius pa-
11 trimonialis, & se opponat, quia † per oppositionem non
acquiritur ius ad rem, nec in re super beneficio, ita vt pos-
sit illud petere tamquã suum, *Sarnen. de non toll. iure quæs.
q. 1. n. 10. Cassad. 18. de præbend. Mohed. 22. Put. 268. lib. 2. &
c fuit decisũ in cã Placẽtina Cãtoriæ de anno 1594. primo corã
d Illus. Card. Arigonio, c deinde corã me, d* Et ita cõclusũ.

* Sub

* *Sub die Lunæ, 8. Nouembris anni præteriti.*

a *Et in specie dictum fuit supr. in Ciuitatens. constructionis Capellæ, 20. Febr. 1589. & in Esina restitutionis dotis 13. Mart. proximè præteriti, coram bon. mem. D. Lilio. Immo, tale iuramentum non potest allegari fuisse tacitè remissum, ut per Marant. in prax. q. 6. art. 2. nu. 2. & fuit decisum in Vrbinaten. iuris visitandi, 18. Decemb. 1598. coram bon. mem. D. Orano.*

b *Ant. Aug. in epit. tit. de iud ordin. & sum. n. 9.*

c *Coram Card. Arigonio sub die Lunæ 31. Ian. 1594.*

d *Sub die Lunæ 24. Octobr. eiusdem anni 1594.*

Aretina Bonorum.
Die Veneris 12. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Ubi quid sonat in delictum, & quando agitur ad pœnam priuationis, probatio debet esse concludens.*

2 *Testes, qui ignorant statum terrarum tempore concessionis, non probant deteriorationem.*

3 *Incisio arborum fructiferarum ex sui natura non est actus deteriorationis.*

4 *Vinea, quæ ob senium fuit facta sterilis, non ob id potest dici deteriorata.*

5 *Permutatio vsus, & godimenti Vineæ; item nec pignoratio dicuntur propriè alienatio ad effectum caducitatis.*

6 *Deterioratio modica non attenditur ad effectum caducitatis.*

DECISIO MCCCLVI.

FVit resolutum, non constare de alienationibus, & deteriorationibus bonorum, de quibus agitur, ad effectũ
1 caducitatis: † Ista enim debent probari concludenter, cũ
sonent in delictum, & agatur ad pœnam priuationis vtilis
dominij, & meliorantentorum, *l. fin. C. de probation. Cassad.*
decis. 5. n. 3. super regul. Paris. cons. 104. nu. 8. lib. 4. Nam quãtum ad deteriorationes; quòd deducitur Taccios vendidisse operarijs Beatæ Virginis de Castilione vnum Oppietum pulchrum, & magnum pro scutis 84. in loco della Cardetta, vt per septimum, octauum, nonum, decimum, & vndecimum testes, & pariter fecerunt incidere duo alia Oppieta in loco Rucani, ista oppositio non placuit,
2 † ex quo testes ignorant statum terrarum tempore concessionis factæ Taccijs; & ideo non probant, *& fuit plaries decisum, & nouissimè coram me in causa Ariminen. Castrorum.* * † Neque iste actus incisionis est ex sui natura
3 actus deteriorationis, cum vsusfructus istarum arborum
infructiferarum consistat in earum incisione pro tabulis, & trabibus habendis. Secundo, quod deducitur, domos fuisse deterioratas, & ferè solo æquatas non placuit; tum quòd non probatur ab initio ibi adfuisse domos; tum etiã quia ex instrumento captæ possessionis per Eremitas de anno 1591. patet eas fuisse integras: Vnde si postea fuerunt deterioratę, id videtur ipsis Monachis imputandum.
4 Tertio † quod deducitur de vinea deteriorata, non meretur allegari, cum ex sui natura vineæ ob senium sterilescant; & tamen vigesimus, & vigesimus primus testes, dicunt prædictam vineam, tẽpore quo possidebatur à Taccijs, fuisse in bono statu, solus duodecimus, qui dicit eam deteriotatam penes Taccios, addit multo magis fuisse deterioratam penes Eremitas, Quantum ad prætensam alienationem, quæ prætenditur ex dictis testium sub numero quinto, quia testes partim sunt de auditu, partim
5 singulares, & partim probant † de permutatione vsus, &
godimenti, & de pignoratione, non autem de vera alienatione, & quod excludit omnem difficultatem, non probatur pretium illud terræ recuperatum à Monachis, fuis-
6 se de concessis in emphyteusim. Et ex his, † cum non probetur deterioratio notabilis, & modica non attendatur, *vt per Clar. in §. emphyteusis, q. 26. in fine,* neque alienatio considerabilis; fuit per Dominos vnanimiter conclusum nihil releuans deduci pro parte Eremitarum.

* *Sub die Lunæ, 7. Iun. anni præteriti.*

Romana Educationis.
Die Lunæ 15. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Onus educandi pupillum spectat ad matrem, & auiam ratione affectionis.*

2 *Idem ius est in proauia, quod in auia, & in fauorabilibus venit appellatione auiæ.*

3 *In materia educationis multum tribuitur arbitrio iudicis, qui illi parti fauere debet, quæ nullum in successione habet interesse.*

4 *In materia educationis filij licet iudici aliquando recedere à iudicio testatoris.*

5 *Iudex sequi debet voluntatem paternam in materia educationis pupilli; declara tamen, vt hic, & nu. 9. & seqq.*

6 *Ex quibus colligatur verba testatoris non esse dispositionẽ, sed præparationem ad testandum, cum seqq. & per tot.*

7 *Possunt simul stare, quòd aliquid tractetur, & nihilominus non disponatur.*

8 *Voluntas testatoris non dicitur perfecta, donec coram testibus rogatis fuerit declarata.*

9 *Declaratur Corn. cons. 175. nu. 13. lib. 2.*

10 *Quando dicatur plus dictum à testatore, quàm scriptum.*

11 *Voluntas testatoris explicata tempore præparationis ad testandum, non in ipso actu testandi, non habetur pro legitima, nec perfecta, neque iuris sortitur effectum.*

12 *Arbitrarium est iudici, an velit sequi vel recedere à voluntate testatoris, quæ non transiuit in dispositionem.*

13 *Doctr. Bald. in l. 2. C. de confirm. tut. quomodo intelligatur procedere.*

14 *Doctr. Ias. in l. si quis in fundi vocabulo. nu. 36. de legat. 1. declaratur.*

15 *Reprobatur Curt. iun. cons. 303. & 304. & communiter recipitur Oldrad. cons. 119.*

DECISIO MCCCLVII.

CAusa hæc super eo articulo penes quem Excellentiss. Infans filius bon. mem. Marci Antonij Columnæ Iunioris, sit educandus, fuit per me quinquies proposita, & tandem post longam discussionem fuit per Dominos conclusum hunc pupillum esse educandum penes Excellentissimam D. Camillam proauiã, & Illustriss. D. Card. Montaltum auunculũ; pro cuius sententię comprobatio-
1 ne fuit primo loco per Dominos consideratum, † pro hac
parte facere iuris cõis dispositionem circumscripta paterna dispositione, de qua postea agetur: Ea enim deferi hoc onus matri, & auiæ ratione affectionis, ob quam alijs pręferuntur, *l. 2. C. vbi pupill. educ. deb. & l. 1. ff. eod. Castr. cons. 356. in fin. lib. 1. Corn. cons. 291. num. 14. lib. 1. Paris. cons. 56.*
* *nu. 29. lib. 1. Grammat. decis. 55. n. 3. cum alijs,* * qui licet lo-
2 quantur in auia; † tamen idem ius est in proauia, quæ venit appellatione auiæ in fauorabilibus, *Bart. in l. 3. § affinitatis, n. 3. & ibi Bal. de postul. Corn. cons. 20. lib. 2. Matthesil. in tractat. de extens. in 1. col. circa fin. Andr. Gammar. in tra-*
a *ctat. de extens. 54.* a & post eam non adest aliquis proxi-
3 mior, q̃ Illustriss. D. Cardinalis. Et qm̃ † in hac materia
multum tribuitur arbitrio iudicis, qui ex circumstantijs iudicare põt, quid magis pupillo expediat, *vt habetur in d. l. 1. §. penult.* videtur arbitrium multum fauere huic parti inspectis personarũ qualitatibus, & ꝙ nullum interesse habeat in successione, ꝙ perpenditur *in l. fi. C. vbi pupill. educ. deb. Bald. cons. 487. lib. 5. Menoch. de arbit. Casu 198. n. 15. Pa-*
4 *ris. cons. 56. n. 6. lib. 1. Bero. cons. 180. n. 18. lib. 2.* ex quo † aliqñ licet iudici recedere à iudicio testatoris, *d. l. 1.* & postremo, ꝙ hactenus diligentissimè, & amantissimè repéritur apud Excellẽtissimã proauiam educatus. Tota difficultas versat in prætensione partis aduersæ deducentis voluntatẽ patris fuisse, vt educaret penes Illustriss. D. Martiũ. Idq. conatur ostendere ꝑ testes in hac causa examinatos, preci-

puè primum, secundum, tertium, quintum, & octauum.
5 † Certum autem est iudicem regulariter sequi debere
voluntatem paternam, si de ea cõstet, *per tex. in d. l. 1. Corn.*
conf. 175. n. 11. lib. 3. Decian. conf. 49. n. 11. lib. 1. Crot. conf.
272. n. 4. lib. 2. cum alijs per Informantes pro hac parte allega
b *tis;* b Ideo videndum, An & quando hæc voluntas pro-
betur, quod pendet ab ea inspectione, An ista voluntas, de
qua ponunt testes, fuerit perfecta, & dispositiua circa edu
cationem, an verò declarata in præparatione ad testan-
dum tantum. Et Domini censuerunt non fuisse volunta-
tem dispositiuam ex pluribus. Et Primò, quia per testes
6 examinatos constat, quòd † tunc quando illa verba, ex
quibus deducunt voluntatem testatoris, dicta fuerunt,
agebatur de præparatione ad testandũ, vt probat primus
iuxta octauum, & alij, ex quorum dicto apparet hoc tra-
ctatũ fuisse non adhibito Notario, nec testibus; ita quòd
apparet fuisse nudam præparationem ad testandum, non
autem dispositionem in actu testandi factam, quæ non
est habenda pro perfecta, *iuxta conf. Oldr. 119. communiter*
approbatum, & per Ias. conf. 155. in 4. qui bene declarat hanc
7 *materiam;* † potest enim simul stare, & quòd aliquid
tractetur, & nihilominus non disponatur; *& ideo tradit*
8 *Bologn. conf. 53. n. 3. vers. tertio præsuppono;* † non enim est
perfecta voluntas, donec fuerit declarata coram testibus
9 rogatis; † & ideo non habet locum, quod deducitur *ex*
conf. Corn. 175. num. 13. lib. 2. nam intelligi debet, quando
iudici constat de voluntate perfecta testatoris. Secundo,
ex facto ipso videtur colligi rei veritas iuxta intentionem
testatoris & adstantium, fuit enim perquisita mens testa-
toris ad effectum, vt redigeretur in scriptis, & postea re-
dacta legeretur coram eo, & de ea rogaretur Notarius co
ram testibus. Vnde cum huic tractatui non fuerit præsens
Notarius, non poterat de ea rogari sine testatoris appro-
batione; neque testes non fuerant præsentes, quod tamen
10 cum non fuerit factum, † non potest dici plus dictum
quàm scriptum, cum nihil tale fuerit dictum coram No-
tario, quod possit dici ab eo omissum fuisse, & ad hunc ef
fectum, necesse est quòd talis voluntas siue tacita siue ex-
pressa eliciatur ex indicijs, & coniecturis insurgentib. ex
verbis ipsius testamenti vel codicillorum *per text. cum gl.*
vbi Bart. & Alber. in l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. Peralt. in l. si
quis, in princ. num. 152. vers. quintus casus, de legat. 3. Ter-
11 tiò, quamuis testes de voluntate testatoris deponant, † ni
hilominus cum talis voluntas explicata fuerit tempore
præparationis ad testandum, non in ipso actu testandi, &
deinde in ipso actu testandi nihil super hac re dispositum
fuerit, talis voluntas non habetur pro legitima, neque pro
perfecta, neque iuris sortitur effectum, *iuxta dictum conf.*
Oldrad. 119. & Decij 159. & Ias. 155. in 4. vt fuit dictum co
ram me in causa Romana de Picchis, 1. Iunij 1583. id enim
censetur de voluntate testatoris omissum, *Bart. in l. cum*
proponebatur, num. 2. de leg. 2. nam multa tractantur, vt di-
ctum est, quæ non perducuntur ad effectum, vel ab ijs re-
ceditur, *Dec. conf. 105. num. 7. & conf. 488. num. 9. Rimin.*
iun. conf. 196. n. 7. lib. 3. Quartò, consideratum fuit, testes fa
cilè æquiuocasse capiendo dispositionem & verba testa-
toris tendentia ad deputationem tutorum pro dispositio-
ne circa educationem; nam Dominus Alterius, qui præ-
sens aderat, non audet affirmare hoc fuisse dictum per te-
statorem, & Ill. D. Thesaurarius, qui continuo stetit iuxta
testatorem, neque vnquam ab eius ore discessit, dicit se ni
hil tale audiuisse; quod tamen est ferè impossibile, si verũ
est, quod testes dicunt ter fuisse super hoc negotio inter-
pellatum testatorem, & apparet verba illa prolata à testa-
tore, (ella non si rimaritarà) fuisse dicta ab eo, dum agere-
tur de subrogando in eius locum alio tutore. Et ex his tol-
litur, quod dicitur sufficere de qualiquali voluntate testa-
12 toris circa educationem, quia † cum non sit talis, quæ
transiuerit in dispositionem, arbitrarium est iudici eam se
qui, vel ab ea discedere, prout sibi expedire videbitur, *iux*
ta terminos d. l. 1. Et contrariæ auctoritates procedunt in
voluntate deliberata, non autem in voluntate deliberan-
13 te & imperfecta, † Et ita procedit doctrina *Bald. in l. 2. C.*
de confirm. tutor. cum consilijs per Dominos Aduocatos Illu
c *striss. D. Martij allegatis.* c † Nec doctrina *Ias. in l. si quis*
14 *in fundi vocabulo, num. 36. de leg. 1.* applicatur, cum non
simus in contrarietate dispositionum, vltra quòd reproba-
15 tur *per Rip. sub num. 21.* † Neque etiam facit *conf. Curt.*
iun. 303. & 304. quia impugnat Oldrad. cuius opinio est com-
muniter recepta. Postremò, non obstant fides vltimo loco
datæ, quia ex his duobus testibus, nihil plus potest colligi,
quàm quod ex alijs colligitur; neque possunt trahi ad vo-
luntatem dispositiuam, quia essent contrarij ceteris, qui
deponunt id in præparatione & tractatũ testandi dictum
fuisse. Et ex his conclusum fuit per Dominos intrare arbi-
trium in fauorem Excellentiss. D. Camillæ & Illustriss. D.
Cardinalis Montalti.

* *Et est text. in §. eius quoque, in Auth. de nupt. Castr. consil. 8 per tot. lib. 2. Dec. conf. 23. nu. 90. & 91. Signor. conf. 42. nu. 2. Menoch. de arbitr. casu 168. n. 4. Borgnin. de tut. & cur. n. 301. vers. 2. penes auiam. Surd. de alim. tit. 4. q. 13. num. 24.*

a *Addo Bart. in l. si quis sub conditione num. 6. ff. de testam. tutel. Alex. in l. Gallus. §. instituens ff. de lib. & posth.*

b *Est text. in l. 1. §. si omnes, vers. apud eum educetur, ff. de ventr. in-spic. l. 1 ff. ubi pupil. educ. deb. Io. Dilect. de ar. testandi tit. 7. cautela 1. in fine. Borgnin. de tut. & curat. n. 304. vers quin tunc non est. Surd. in tract. de alim tit. 4. q. 16. fol. 150. Men. conf. 61. sub n. 12.*

c *Corn. consil. 175 præsertim num. 13. uol. 1. Dec. conf. 159. num. 3. & 572. num. 1. Paris. conf. 79. num. 16. lib. 2.*

Interamnen. Legitimitatis.
Die Lunæ 15. Maij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratur bulla Pij V. reuocatoria facultatum testandi & disponendi de rebus Ecclesiasticis, feudalibus & emphyteuticis in illegitimos.*
2 *Illegitimi licet de iure communi sint incapaces acquisitionis feudorum, & aliorum bonorum Ecclesiasticorum per viam successionis; secus tamen est per viam acquisitionis à principio.*
3 *Declaratur Camerar. in cap. Imperialem, §. præterea, de probib. feud. alien. per Frider.*
4 *Bulla exorbitans à iure communi, & dura, non est trahenda ad casum non expressum.*
5 *Clausulæ amplissimæ non comprehendunt plus, quàm principalis dispositio comprehendat.*

DECISIO MCCCLVIII.

FVit dubitatum, an per Bullam fel. rec. Pij V. fuerit pe-
nitus sublatum ius Domini Iosephi proueniens ex
inuestitura Nicolai V. in casu, de quo agitur, in qua con-
cessum fuit in Vicariatum perpetuum Castrum Pediluci
q. Matthæo Podiano, pro se quoad vixerit, eoq. cedente
vel decedente, filijs eius, & nepotibus, ac pronepotibus, &
alijs ex eo descendentibus masculis legitimis, & naturali-
bus, seu legitimatis, & alijs quibuscumque hæredibus &
successoribus, &c. superuenit postea Bulla fel. rec. Pij Pa-
pæ Quinti reuocatoria facultatum testandi & disponen-
di de rebus ecclesiasticis, feudalibus, & emphyteuticis in
illegitimos, concepta per verba amplissima. Deinde Do-
minus Iosephus Podianus ad instantiam Domini Iulij
sui patris, fuit per fel. rec. Gregorium XIII. legitimatus
etiam ad feuda, cumque dubitaretur super dictæ legiti-
mationis validitate; fuit per Dominos restricta difficul-
tas ad dubium supradictum, quod versatur super intelle-
ctu præfatæ bullæ Pij V. Et causa per Dominos discussa,
fuit pro maiori parte Dominorum conclusum ius proue-
niens ex inuestitura, non fuisse per Bullam sublatum; nam
1 † examinando contextũ ipsius Bullę, videtur Papa voluisse
auferre quæcumque priuilegia, licentias, dispensationes,
& in-

& indulta, faciendi testamenta, donationes, legata, & quascumque alias dispositiones de dictis bonis in quoscumque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimatos, eosq; hæredes instituendi, seu quòd ab intestato succedant: & hæc est prima pars dispositionis in Bulla contentæ, quæ nullo pacto videtur posse applicari casui, de quo agitur, cum non agatur de aliquo priuilegio, licentia, dispensatione, vel indulto tangente ius illud primæuum competens ex Nicolai V. inuestitura, vt infra deducetur. Secunda pars, quæ est cum prima cõiuncta, & incipit ibi, (ceterasq. huiusmodi facultates) respicit annullationem priuilegiorum, habilitationum, & capacitatum succedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticis ecclesiasticis, personis secularibus, Officialibus, Curialibus, & Vrbis Romæ ciuibus, & palatia, ædes, aliaq. bona in eius districtu habentibus, qui vigore priuilegiorum Sixti, Innocentij, Alexandri, Iulij, Leonis, & aliorum enumeratorũ poterant de bonis suis ad fauorem illegitimorum disponere. Et hæc pars non tam respicit habilitationem illegitimorum, quàm facultatem disponendi in illegitimos, quæ ex dictis priuilegijs competebat, etiam seclusa eorumdẽ legitimatione. Vndè clarum videtur hanc partem non respicere casum propositum, nec de habilitatione illegitimorum loqui, nisi respectu eorum, qui ex aliquo priuilegio ratione officij competente prætenderent se esse capaces, reliqua dispositio respicit tantum personam eorum, qui poterant ex particulari priuilegio disponere in fauorem illegitimorum. Tertia pars, quæ incipit, ibi, (Ac pariter tollimus) non facit ad quæstionem propositam, tollitur enim facultas Legatis, Nuncijs, Notarijs, Comitibus, Collegijs, & Officijs talia indulta concedendi. Quarta pars, quæ incipit, (Ad hæc nulla esse, &c.) Annullat testamenta, & dispositiones quascumque & successiones ab intestato, quæ effectum sortitæ non fuerunt; sed neque iste est casus noster, cum non agatur de iure ex successione prouenienre; vt mox declarabitur. Deinde prosequitur eamdem prohibitionem prouidendo, ne per circuitum, vel personæ capacis suppositionem fiat fraus huic Constitutioni, & disponit, ad quos prædicta bona in casum contrauentionis deuoluantur. Et hæc est summa eorum, quæ in Bulla continentur. His ita constitutis, etsi colligatur ex tenore Bullæ non annullari inuestituras Summorum Pontificum factas ad fauorem illegitimorum, sed tãtum facultates testandi, donandi, & disponendi in illegitimos priuilegio speciali concessas: Item habilitationes illegitimorum ad successionem ex testamento, vel ab intestato, & alias: tamen pro maiori materiæ explicatione Domini
2 dicebant, quòd † etsi de iure communi illegitimi sint incapaces feudorum, & aliorum bonorum Ecclesiasticorũ, per viam successionis, non tamen sunt incapaces acquisitionis eorum à principio, quando ab Ecclesia inuestiũtur, non enim prohibitum est concedere feudum, vel emphyteusim naturali, quod ex eo liquet, quòd inter Doctores controuertitur; An si feudum fuerit à principio cõcessum bastardo, possint in eo succedere bastardi, de qua quæstione tractat *Bald. in cap. qui in Ecclesiarum, col. vlt. de Constitut. Ias. in l. 2. § liberos, de in ius vocan. & in l. generaliter, §. fin. in fine, C. de instit. & subst.* Et quamuis fortè opinio Baldi affirmatiua non sit tuta: tamen ad effectum propositæ difficultatis satis est ostendere aliud esse, habere ius ex inuestitura, aliud ex successione; nam licet naturales sint successionis incapaces, non sunt tamen incapaces inuestituræ, potest enim Ecclesia facere inuestituram ei, qui nõ est legitimus, absque eo quòd requiratur aliqua habilitatio: nullo enim iure cauetur, vt non possit naturalis inuestiri, licet à successione arceatur, *capit. naturalis, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn.* † Hanc autem distinctionem com-
3 probat *Camerar. in repet. cap. Imperialem, de prohib. feud. al. per Frider. in §. præterea, fol. 94. vbi sub littera M. explicat, quid sit feudum ex pacto & prouidentia. Deinde fol. 95. sub littera N. tradit,* in ijs feudis vocatos non succedere iure successorio, & uniuersali, aut pro hærede, sed proprio iure beneficio dantis, à quo illud, & non à parentibus habent, *allegat Socin. cons. 19. lib. 1.* deinde sub littera S. dicit, quòd licet hæc dicatur successio, tamen non est verè successio, cum vnus non capiat ab alio, neque ex testamento, neque ab intestato, sed est quoddam ius successorium feudale, quod à domino feudi prouenit, & pro quo datur vtilis rei vendicatio ex propria persona eueniente casu mortis eius, qui est in præcedenti gradu uocationis, quæ comprobari possunt ex his, quæ tradit *Castr. cons. 462. nu. 4. uers. secundo modo, & idem Castr. postea, in vers. sed verum est dicere,* ait legitimatum comprehensum in inuestitura, venire ex propria persona, & ex concessione sibi facta per mortem patris, non autem tamquam eius successor, etiam quòd non esset expressum in legitimatione, quòd succederet in feudis, neque enim per legitimationem infertur præiudiciũ, sed per illum, qui primam concessionem fecit, & loquitur in fortioribus terminis; vult enim, quòd appellatione legitimorum ueniant legitimati. Et ex his videtur tolli fundamentum, quod fit in Bulla, cum in ea solum tollantur habilitationes ad disponendum in illegitimos, & habilitationes, & capacitates illegitimorum ad succedendũ, tam ex testamento, quàm ab intestato; sed de inuestituris ab initio factis ad fauorem illegitimorum nulla fit mentio.
4 † Ideo non est trahenda ad casum non expressum, cum sit exorbitans à iure communi, & dura, vt consideratum fuit in *Romana de Perusebis coram bon. mem. Robusterio, 29.*
5 *Februarij* 1580. † Non obstant Clausulæ amplissimæ ab Informantibus ponderatæ: quia omnes restringuntur ad terminos principalis dispositionis, quæ cum hunc casum non comprehendat, neque etiam per Clausulas comprehenditur. Et ex his videntur tolli in contrarium deducta, quæ omnia tendunt ad tollendam vim legitimationis, nõ autem tollunt vim primæuæ inuestituræ, ex qua oritur ius Domini Iosephi. Reliqua verò fundamenta, quæ fiunt in Vicariatu, & in eo, quòd ista non sint bona Ecclesiastica, & quòd simus in feudo emptitio, non placuerũt Dñis.

Vasionen. Prioratus, seu Confidentiæ.
Die Mercurij 17. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandam confidentiam, necesse est ut probetur pactum, seu tractatus præcedens.*
2 *Ad probationem confidentiæ admittuntur coniecturæ, si sint concludentes.*
3 *Vbi agitur ad priuationem propter confidentiam, requiritur plena & concludens probatio, etiam quòd agatur ciuiliter.*
4 *Testes examinati pro informatione Curiæ non repetiti cum citatione partis, non attenduntur.*
5 *Confidentia ex quibus probetur, cum sequentib.*
6 *Probatio confidentiæ sufficit quòd colligatur ex probatione mentis & intentionis resignantis.*
7 *Confessio iudicialis sufficit ad probandam confidentiam.*
8 *Resignatio beneficij potest esse confidentialis in foro iudiciali, ex Constitutione Pij V. in foro verò conscientiæ non esse*
9 *Coniecturæ ad probandum simoniam, quæ sint.*
10 *Confessio continens facta diuersi temporis, & diuersæ speciei, potest diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte non.*

DECISIO MCCCLIX.

FVit dubitatum, an constet de confidentia, cuius probatio potissimum ex constitutis Gulielmi Catalani inquisiti deducebatur. Et pro parte negatiua deducebaẽ,
1 † necessarium esse ad probandam confidentiam, ut probatetur

baretur pactum, seu tractatus præcedens resignationem, *ad glos. in c. tua nos, de simon. & in cap. veniens, il 1. ubi Dec. de test.* Idem *Dec. conf. 118. num. 4. Paris. conf. 31. numer. 21. lib. 4. Put. decis. 171. num. 9. lib. 2. Mohedan. decis. 167. & fuit dictum in Cusentina Confidentiæ coram bon. mem. Orano. & in Tullen. Parochialis, coram me, 28. Maij 1593. & in Calaguritana Confidentiæ, coram R. P. D. meo Penia, 14. Decembris, 1592. & in eadem, coram R. P. D. meo Pamphi-*
2 *lio, 28. Iunij 1593.* Et † licet admittantur ad probationem coniecturæ: eæ tamen debent esse concludentes, * vt per *Verall. decis. 202. parte 1. & fuit dictum in Firmana Capellaniæ 1582. coram S. D. N. Clemente VIII. 7. Maij, & in Britonorien. Commendæ 22. Decembris, 1588. coram bonæ mem. Dom. Gipsio, vnà cum alijs allegatis per informantes.*
3 † Quæ maximè procedunt, ubi agitur ad priuationem, tunc requiritur plena & concludens probatio, etiam quòd agatur ciuiliter, *Abb. in d. cap. veniens, il 1. nu. 4. cum alijs, quæ latè deducta fuerunt in præsatis causis, & postremo in vnna Casalensi Prioratus, coram bon. mem. D. Gipsio, a* Quæ cum ita de iure sese habeant, dicebant nullam adesse tractatus præcedentis probationem, & coniecturas, quæ deducuntur, non esse vehementes & necessario concludentes; † Nam quæ deducuntur ex testium depositionibus, non sunt attendendæ, cum sint nulliter examinati pro informatione Curiæ, & non repetiti cum citatione partis, vt fieri debuerat, *Caputaq. decis. 207. num. 9. parte 2.* His tamen non obstantibus, contrarium fuit conclusum, & pro
5 hac parte fuit consideratum, † Perinettum, qui beneficiū resignauit, ante resignationē dixisse Gulielmo, quod volebat ei resignare beneficium, quòd si contigisset vnum ex filijs Domini de Barroulx esse qualitatis, ut posset illud
6 tenere, eum de eo recognosceret, † ex quibus verbis apertè colligitur mens & intentio resignantis, quæ ex dispositione Constitutionis fel. rec. Pij V. sola sufficit ad probationem confidentiæ: Nec releuat, quòd Gulielmus subdit se dixisse, vt Deus sibi gratiam impertiretur, absque eo tamen, quòd quidquam ei promiserit, quia illa uerba ab ipso prolata incalescunt in hunc sensum, quòd accommoda
7 uerit quodammodo fidem suam requisitioni sibi factę, † & hanc concessionem, cum sit iudicialis, sufficere ad probandam confidentiam, probatur ex *decis. Caputaq. 242. lib. 4. & fuit dictum coram me, in una Legionens. Canonicatus, 2. Decembris, 1569.* Neque obstare verba illa (absque eo quòd quidquam ei promiserit) quia uidentur adiecta, hæc verba constituto, non autem responsioni factę Perinetto, uerbà enim Gallica sunt hęc: (stans toutes fois luy auoir rien promis,) que bene sunt interpretata: Verum dato quòd adiecta essent responsioni; tamen ea non tollit intentionem dimittentis beneficium, quæ sola sufficit, ut supra dictum est; *Nauar. conf. 27. num. 2. de simon. & conf. 28. num. 3. eod. tit.* sufficit enim notam esse resignatario in-
8 tentionem resignantis, *Gabr. conf. 172. lib. 2.* † & licet in foro conscientię non faciat confidentiam, *ut per Nauar. in Manuali, c. 23. num. 109.* tamen in foro iudiciali secus, ex Constitutione Pij V. † His accedunt coniecturę, quę
9 deducuntur in facto, nempè; expeditio resignationis facta ex pecunijs resignantis: Item aliquorum fructuū perceptio, quę probantur ex confessione eiusdem Gulielmi, & continentur in Bulla Pij V. & licet nonnullę excusa-
10 tiones afferantur: tamen † quia sumus in confessione cōtinente facta diuersi temporis, & diuersę speciei, potest diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte non, *Cepol. Cautela 60. Boer. decis. 359. num. 3.* Accedit, quòd resignatarius, nunquam resedit in Prioratu, sed maluit inseruire pro mercenario in alio beneficio, quod non est verisimile factūrum fuisse, si se dominum verè esse existimasset. Multum facit etiam, quòd dedit mandatum ad resignandum ad fauorem unius ex illis, pro quibus rogatus fuerat, & licet non perducta fuerit ad finem resignatio; tamen hoc verisimiliter factum fuit ad declinandam facti suspicionem. Accedunt prętereà testes, qui aliquod adminiculum faciant, pręsertim cum admonitus Gulielmus, An vellet eos habere pro ritè examinatis, defensionibus renunciauerit: Ex quibus omnibus censuerunt Domini probatam esse confidentiam.

* *Et huiusmodi coniectura debent esse tales, quòd sint reum de crimine conuincentes, ita ut nihil aliud impertare possint, cap. eorum, 10. q. 3. c. euidentia, de accus. Alex. de Neuo, conf. 64. num. 2. Felin. in c. super his, n. 17. de accusat. Clar. in §. simonia, nu. 12. vers. intellige tamen, Verall. decis. 201. n. 2. & 4. par. 1.*

a *Et hic addi possunt gl. in verbo, illorum, in allegat. cap. ueniens, Alex. conf. 2. num. 41. lib. 1. Natta, conf. 299. num. 13. in fine, lib. 2. & fuit dictum in præallegatis causis, & in Imolens. Confidentia, 24. Febr. 1592. coram Card. Pamphilio, & in Tullens. monasterij, 27. Ian. 1597. coram R. P. D. Penia.*

Nullius, seu Mediolanens. Remedij redintegrandę.

Die Mercurij 17. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Canonis, Redintegranda, 3. quæst. 1. an præscriptione tollatur; & pro affirmatiua est communis opinio, vt num. 7.*
2 *Spoliator dolosus & uiolentus, nulla præscriptione etiam mille annorum, se tueri potest, secundum receptissimā Canonistarum opinionem; declara tamen, vt n. 15.*
3 *Omnes actiones tam de iure ciuili, quàm Canonico, quadragennaria præscriptione tolluntur.*
4 *Leges abhorrent dominia rerum stare semper in incerto, & litium immortalitatem.*
5 *Præscriptio, sicut tollit dominium, quod est maximi præiudicij, multo magis actionem possessoriam, quæ est leuioris præiudicij.*
6 *Possessio antiquissima actoris probari potest per testes de fama & auditu.*
8 *Declaratur Can. Redintegranda, 3. q. 1.*
9 *Naturalis & uerus sensus conditionis temporis, refertur potius ad qualitatem rei, quàm ad temporis quantitatem.*
10 *Dictio (perpetuo) in præscriptione intelligi debet de spatio triginta annorum, uel quadraginta, prout actiones competere possunt.*
11 *Pactum de retrouendendo quandocumque & perpetuò, spatio triginta annorum excluditur.*
12 *In materia præscriptionis nulla est differentia inter Ius Ciuile & Canonicum, excepto casu malæ fidei.*
13 *Præscriptio non solum inuenta fuit propter dominium, sed etiam propter possessionem, cum multo debilior sit possessio, & minori tempore amittatur, quàm dominium.*
14 *In iudicio spolij an admittatur exceptio dominij.*
15 *Nulla præscriptio aduersus dolum & malam fidem opponi potest.*

DECISIO MCCCLX.

FVit mihi per memoriale S. D. N. commissum, ut arduā illam quæstionem, & adeo inter iuris interpretes controuersam in Rota proponerem, An Remedium Canonis, Redintegranda, 3. q. 1. sit impræscriptibile, vel potius aliqua præscriptione tollatur: Et causa per Dominos exactissimè discussa, fuit conclusum, omnibus idem sentien-
1 tibus, vno tantum excepto, † hoc remedium præscriptione tolli, quemadmodum & ceterę actiones quantumuis priuilegiatę. Sed antequam ad rationes decisionis veniam, non erit inutile rationes, quæ mouent Doctores contrarium sentientes deducere, ut earum cum contrarijs argumentis collatione facta, veritas facilius eruatur.

Primum

Primum itaque & præcipuum fundamentum huius sen-
tentiæ fit *in d.cap.redintegranda*, in illis verbis; (quacum-
que temporis conditione) ex quibus colligunt nullo tem-
pore hoc remedium præscribi. Secundò deducitur *aucto-
ritas glossæ fin.& Doctorum,qui eam sequuntur,in cap.soli-
citè,de restitut.spoliat.* quæ vult perpetuò agi posse hoc re-
medio. Tertiò nituntur auctoritate Rotæ,quę sępius hăc
sententiam est amplexa, vt videre est *in decisionibus Cas-
sad.6.de restit.spoliat. Put.118.lib.1. Mohedani 18. de re-
stit.spoliat. Simonett.60. Verall.296.lib 1. & Mohedanus*
ait repertam fuisse annotationem Ludouici Romani, at-
testantis idem antiquis temporibus Rotam censuisse, &
deinceps in pluribus causis auctoritatem antiquarum
decisionum Rota est sequuta. Quartò videtur hæc opi-
nio niti ratione rationabilis odij, quo digni sunt illi, qui
2 aliorum bona,& possessiones inuadunt, † qui ideo nul-
la tuti sunt præscriptione, quæ neque dari potest etiam
post decursum tempus mille annorum, si à principio spo-
liator fuit dolosus, vel violentus iuxta receptissimam Ca-
nonistarum opinionem. Postremò allegantur auctorita-
tes plurimorum Doctorum, qui hanc sententiam defen-
dunt, quorum fit mentio in solutione agnimentorum hu-
ius partis.Contraria verò opinio nititur multis, vrgentis-
3 simisq. argumentis & auctoritatib. Et Primò,quia † tam
de Iure Ciuili, quàm Canonico omnes actiones tolluntur
præscriptione quadragenaria, *vt probatur in l.sicut, & l.
omnes, C.de præscript.triginta, vel quadrag.an. Auth. Quas
actiones, C.de sacrosanct. Eccles. cap. ad aures, & cap. illud,
& cap. quia indicante, de præscript. cap.placuit il 1. & cap.
post quingentos,16. quæst.3.* in quibus iuribus ponderan-
tur dictiones vniuersales, qualemcumque actionem tol-
lentes; Et maximè *in cap. ad aures*, vbi omnis prorsus ex-
cluditur actio; quæ verba ponderat *Ruin. consil. 103.
num.7.lib.5. & facit Ias.consil.115. num.27. lib.4. Aymo,
4 consil.294. Roland.consil.72.num.20.lib.2.* Secundò, † le-
ges abhorrent dominia rerum stare semper in incerto, *l.1.
de vsucap.§.1.Instit.cod.l.cum notissimi, C.de præscript. tri-
ginta ann.* & etiam litium immortalitatem, *l.fi.& ibi gl.in
5 verbo,finis,pro suo.* Tertiò, † cum temporis pręscriptio
tollat dominium, quod est maximi præiudicij, *vt per
Bart. in l. rem alienam, de pign. actione* multo magis debet
tollere hanc actionem possessoriam leuioris præiudicij, *vt
arguit Castr.consi.205.num.3.lib.1. Socin.in l.rem qua nobis,
num.18.de acquir.possess. Paris.consil.1.num.155.lib.1.Balb.
de præscript.4.parte princ.quæst.20.num.1. Roland. consil.
72.num.19.lib.2.& consil.6.num.8.lib.3.* Quartò, multum
hanc sententiam comprobare videtur, si consideremus,
quid in hoc remedio,& quomodo veniat; nam cum suf-
ficiat probare duo extrema, nempè possessionem anti-
6 quissimam actoris, & possessionem recentem rei, † &
illa probari possit etiam per testes de fama, & de auditu,
qui in antiquis admittuntur, & sæpè eueniat, vt propter
antiquitatem,& sinistros casus bellorum, incendij, pestis,
& similium,instrumenta,quibus possessores sese tueri pos-
sent, sint deperdita, vel etiam vetustate consumpta, certè
ex tali perpetuitate huius remedij facilè Domini proprijs
bonis iniustè priuabantur in maximum pręiudicium Rei
publicæ, *vt per Mohedan. decis.17. de restit.spoliat. Sar-
mien.de reddit. Eccl.parte 1.cap.4.num.11. & Select. inter-
pret.lib.2.cap.13.num.2.* & quod est valdè absurdum, re-
medio possessorio adeo priuilegiato circa probationum
qualitatem tollitur dominium legitimè præscriptum, &
redditur inutile aduersus omnes iuris regulas,quibus per
petuò traditum est, petitorium absorbere possessorium,
7 & nihilominus hic contrarium eueniat. † Quinto,nega-
ri non potest,si numeremus authores hanc opinionem se-
quentes, hanc esse magis communem, prout testatur *Ga-
br.Conclus.5.num.64. de restit. spoliat. Contard. de moment.
possess.§.4.limitat.2.num.26. vsque ad num.29. Pontan. de
Spol.lib.3.cap.2.num.91. Decian.consi.63.num.2.lib.5.Crot.
consil.47.num.29.lib.1. Honded.consil.82.num.49.* His ra-
tionibus adducti Domini hanc sententiam amplexi sunt.
Superest solum respondere his,quæ in contrarium dedu-
cta fuerunt. Et primò,quia basis contrariæ sententiæ tota
8 constituitur *in cap.Redintegranda*, † videndum est de in-
tellectu illorum verborum, (*quacumque temporis conditio-
ne,*) quæ reguntur ab illis verbis in fine positis (*perdidisse
9 noscantur,*), & certum est, † naturalem & verum sen-
sum conditionis temporis referri potius ad qualitatem
amissionis, quàm ad temporis qualitatem, *l. 1. §. deni-
que ait, de aq. plu. arc. l. testium, in princ. de testibus Re-
buf.in l.conditionalis,62. vers.quarto,de verbor.signif.* quod
eo magis dicendum,quòd referantur ad deperditionem,
qui non temporis cursum,sed initium amissionis respice-
re videtur, prout & aliæ qualitates ibi appositæ, captiui-
tatis,doli,violentiæ,& quarumque iniustarum causarum,
quod sensisse videtur *ibidem Archidiaconus*. dum dicit,
fortè ibi erăt guerra, vel metu latronum nemo audebat
ibi morari; & hæc verba importare qualitatem tempo-
ris,& non præscriptionem, de qua in eo textu non ageba-
tur, *tradit Contard.de moment.poss.§.4.limitat.2. num.28.
post Bellamer.& Ioan.de Turrecrem.Castr.consil.105. num.
3.parte 1.& bene Galles.de Exerc.Iuris.lib.3.num.56.Mo-
der.in remed.t5.recuperand.num.422.* Et demum ita vide-
tur sensisse *Gratian.* huius Canonis compilator,qui in sum
mario suo ante hunc Canonem non apponit dictionem,
temporis,sed simpliciter ait,ablata quacumque conditio-
ne in eodem loco, vnde surrepta fuerant, reuocanda esse,
& hunc verum & germanũ sensum appellat *Nicol. Gran.
ad Vestr.lib.7.cap.3.num.41.* * Neque est verisimile Pon-
tificem vna vocula, eaq. ambigua voluisse totam mate-
riam præscriptionum subuertere, vt in hac eadem mate-
ria pręscriptionis tradit *glos. in cap. 1. §. præterea,in verbo
præscriptione,de capitul.Conradi.* vbi verba illa,nulla obstan
te præscriptione interpretatur de decennali, vel vicenna-
li, non autem de trigennali aut quadragennali annorum
præscriptione,hac ratione mota,ne totam materiam prę-
scriptionũ multis vigilijs excogitatam subuertere & radi-
citus euellere videatur, *quam glossam communiter esse ap-
probatam constat ex traditis per Tiraq.de Retractu conuent.
§.1.glos.2.num.12.* quod ex eo confirmatur,quòd posterio-
res Pontifices *in cap.ad aures, & alijs supra allegatis*, tri-
gennariam,& quadragennariam pręscriptionem omnem
prorsus actionem excludere voluerunt; adeo quòd etsi
verba illa, (conditione temporis,) importarent præscrip-
tionem, nihilominus iis ex sequentibus Constitutionibus
derogatum fuisse apparet. Secundò,non obstat auctoritas
glossæ & sequacium, *in cap.solicitè,de restit.spol.* vbi ait ad
damnum,siue pœnam perpetuò agi posse,quia nulla con
ditio temporis opponi potest Canoni *Redintegranda, 3.q.
1.* nam sublato fundamento,quod fit in dicto *Canone*,tolli
10 tur etiam opinio glossæ,quæ illi innititur. Pręterea, † cũ
vtatur dictione (perpetuò) ea est intelligenda,prout in si-
a milibus terminis *a* passim vsurpatur, vt ista perpetuitas
includatur spatio triginta annorum, vel quadraginta,
quemadmodum actiones perpetuæ dicuntur illæ, contra
quas sola præscriptio triginta vel quadraginta annorum
opponi potest, *Instit.de perpet.& temp.action.* & cõcordan
tes textus desumi possunt *apud Brisson.de verb. signif. in
verbo perpetua actiones.* & potest etiam intelligi de actio-
nibus,quæ competunt aduersus violentos & dolosos,cum
loquatur de damno illato,& de pœna, qui non est casus,
de quo agitur,vt in fine dicetur. Quare Doctores,qui sim
pliciter referunt, & sequuntur hanc glossam, non mul-
tum faciunt pro hac parte, cum sint intelligendi iuxta
vulgarem significationem dictionis,(perpetuò)in hac ea-
dem materia præscriptionis,non obstăte quacumque vni-
11 uersalitate,& prægnantia verborum, † vt in pacto de re-
trouendendo, quandocumque & perpetuò, censuit Rota
spatio 30.ann.excludi, *ex cons.Baldi 303.lib.1.in causa Rea
tina tenutæ, 13. April. 1579. coram Illustriss. Lancellotto,
& 12. Decembris 1588. coram R. P. D. meo Tamphilio.*

& glos-

& glossam ita sensisse est verisimile, postquam fecit
mentionem temporalium, & perpetuarum actionum, iux
ta Iuris Ciuilis dispositionem, quæ clara est. nec ab ea re-
b cedit Ius Canonicum, *b ut ex allegatis per Doct. in cap. ad*
12 *aures, & alijs apertè colligitur,* & † in materia præscriptio-
nis excepto casu malæ fidei, nulla est differentia inter Ius
Ciuile, & Canonicum, *vt tradunt Ant. & alij. in capit. de*
13 *quarta, de præscript.* Neque obstat, quòd † præscriptio secū
dum aliquos fuerit inuenta propter dominium, non pro-
pter possessionem, quia hoc esse falsum conuincitur ex *c.*
iubemus, 16. q. 3. & ex l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll. & ex
l. competit, C. de præscript. trig. uel quadr. annor. immò multò
debilior est possessio, & minori tempore amittitur, vt per
Innoc. in c. querelam, & ibi Bellamer. num 10. *& alios rela-*
14 *tos per Contard. ubi supra, num.* 31. Neque obstat, † quòd
in iudicio spolij non admittatur exceptio dominij, quia
exceptio præscriptionis, non solum dominium, sed etiam
possessionem respicit; & ideo non minus est admittenda,
quàm exceptio illa, quòd quis facto suo ceciderit à posses-
sione. Tertio loco non obstat auctoritas Rotæ, quia si be-
nè considerentur decisiones allegatæ, apparebit contrariā
sententiam obtinuisse cum magna controuersia, & diffi-
cultate, & earum compilatores pro maiori parte contra-
rium sensisse. Quare non est habenda ratio eorum, qui au
ctoritate Rotæ moti hanc sententiam amplexi sunt, quæ
quamuis plurimum semper valuerit, prævalere tamen de
ber ratio, & veritas tot alijs non contemnendis fulcita au
ctoritatibus. Non obstat ratio odij rationabilis aduersus
inuasores rerum alienarum, quia hanc præscriptionem
intelligunt Domini procedere contra actionem spolij sim
plicis prouenientis ex probatione dictorum extremorum
iuxta stylum Rotæ, non autem vbi constaret de vi, dolo,
15 & mala fide, † cum nulla præscriptio aduersus dolum &
malam fidem opponi possit, *c. fin. de præscript.* & hoc for-
tasse sensit Papa in illo Canone, in illis verbis, (per quas-
cumque iniustas causas) & hanc exceptionem admittunt
Doctores allegati per *Contard. in d. limit. 2. num. 34. & 35.*
Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur, si tollantur è
medio Doctores, qui ex professo hanc quæstionem non
tractant, & qui simpliciter sequuntur *glossam in c. solicite,*
dicentes illud remedium esse perpetuum, quæ verba non
excludunt præscriptionem triginta, vel quadraginta anno
rum, vix reperietur aliquis præter solum *Imol. in cap. 2. de*
restit. spol. qui contrarium apertè senserit ante decisionem
Cassadori, vt fuit animaduersum per Gallesium. Rursus
si tollantur Doctores, qui potius auctoritatem Rotæ se-
quuti sunt, quam pondus rationum in contrarium facien-
tium, apparebit longè pluribus auctoritatibus fulciam
esse partem contrariam, & id fatentur Doctores supra al-
legati, dicentes hanc esse magis communem. Et ita rece-
dendo ab antiquis decisionibus, fuit per Dominos cōclu-
sum, hanc opinionem æquiorem, & veriorem esse, & di-
gnam S.D.N. approbatione.

* *Idem Menoch. de remed. 15. nu 422. & per eumdem Castr. & Gallos. & alios supra citatos.*

a *Similiter etiam actiones rei persequutoriæ, & personales dicuntur perpetuæ, Butr. in allegato c. solicitè, num. 14. in fine, & tamen spatio 30 uel 40. annorum ad summum terminantur, l. sicut, l. omnes, & toto tit. de præscr. trig. uel quadr. ann. & hunc esse uerum sensum istius glossæ, tradit Ruin. cons. 44. nu. 16. vers & ita etiam. volum. 4. Bere. cons. 56. num. 40. lib 3. & faciunt latè congesta ad proposi tum per Paris. cons. 1 num. 155. lib. 4. & Rol. cons. 72. numero 20. & seq. lib. 2. non autem intendat dicere, quod actio uiuat in effectu in sempiterna sæcula, ut bene per Castr. in allegato consilio 105. numero 3.*

b *Ius etiam Canonicum pariformiter determinat perpetuitatem actionum, quo ad rei persequutionem de Iure Ciuili, quam quo ad pœnam de iure Canonico, vt sint perpetua eo modo, quo de Iure Ciuili perpetua sunt rei persequutoria. & sic usque ad trigintam, & quadraginta annos, vt per allegat. §. 1. Instit. de perpet. & temp act. l. miles, § qui iudicati. ff. de re iudic. l. Macedonianum, C. ad Macedonian. l. Prætor ait, §. hoc interdictum. ff. de oper. noui nunc.*

Abulens. Capellaniæ.
Die Mercurij 17. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Monachus translatus de uno monasterio ad aliud, an, & quando secum deferat iura sua ad secundum monasterium.*
2 *Bona & iura monachi ingressi monasterium, spectant ad illud, etiam si non sint duratura post obitum monachi.*
3 *Monachus ingressus monasterium; ad hoc ut possit disponere de bonis, quæ ad eum spectant, non sufficit licentia Abbatis seu superioris, sed requiritur licentia Papæ.*
4 *Monachus non potest præsentare ad beneficium iuris patronatus ex persona sua; sed præsentatio nomine monastery est facienda.*
5 *Bona fides operatur tantum, ut quis non amittat, non autem ut acquirat.*
6 *Credendum est uiro in dignitate constituto, & de re ad suā religionem spectante.*
7 *Professio monachi in dubio præsumitur ualida, nisi contrarium probetur.*

DECISIO MCCCLXI.

* DOmini censuerunt, standum esse in decisis * ex ratio-
nibus deductis in decisione. Neque obstare deducta
1 in contrarium. Et primo illud, quod dicitur, † Monachum
translatum de vno monasterio ad aliud, secum detulisse
iura sua ad secundum monasterium, quia hoc procederet,
si esset translatus ad monasterium diuersi ordinis; secus si
ad monasterium eiusdem ordinis, vt colligitur ex *gloss. in*
verbo, canonicè, in c. cum singula, § prohibemus, de præbend. in
2 *6. Abb. in c. quod à te, num. 8. de cler. coniug.* & † cum bona
& iura monachi ingressi monasterium spectent ad mona
sterium, *Auth. Ingressi, C. de sacrosanct. Eccl.* etiam si non
sint duratura post obitum monachi, *ut per Bartol. & Ias.*
3 *ibid.* † ad hoc ut possit Monachus de illis disponere; non
sufficit licentia Abbatis seu superioris monasterij, sed re-
quiritur licentia Papæ, qui solus potest licentiam imper-
4 tiri, *ut ait Ias. ibid. num.* 11. † adeo, quòd ex persona sua nō
poterat monachus præsentare, sed facienda erat nomine
monasterij, non autem nomine proprio. Nec potest susti-
neri præsentatio ratione bonæ fidei, quia præterquā quòd
5 bona † fides excusat tantum, vt quis non amittat, non au-
tem, vt quis acquirat, & satis excluditur ex denegatione
6 Generalis, † cui creditur tamquam viro in dignitate con
stituto, & de re ad suam religionem spectante, *cap. nobilissi*
mus, 97. distin. Caputaq. decis. 245. in 2. Crescent. 5. de fide in-
a *strum. a* Quod negatur Didacum emisisse professionem
in Indijs, est contra confessionem Francisci, & probatio-
nes super hac re deductas. Nec releuat dicere professionē
7 fuisse inualidam, † quia in dubio præsumitur valida, nisi
contrarium probetur. Reliqua bene tolluntur in præfata
decisione. Neque est agendum de iure Perri; qui vti reus
& possessor obtinet ex non iure aduersarij.

* *Sub die Veneris 12. Nouemb. anni præteriti.*

a *Et fuit dictum sup. in Parmon. status, in princ. 14. Aprilis præteriti.*

Romana Domorum.
Die Mercurij 24. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *In inuestitura facta ad tertiam ipsius generationem, non habetur ratio primi acquirentis, cum nemo seipsum generet, immo plures Doctores uolunt, quòd idem sit, etiā sine illa dictione (ipsius) vt num. 2.*

2 *Prora-*

3 *Prorogatio inuestituræ, quæ habet noua pacta, & nouas qualitates, quæ non erant in præcedenti concessione, non dicitur simplex prorogatio, sed noua concessio.*

4 *Talis præsumitur actus, qualis à partibus nominatur.*

5 *Magis inspicitur natura & substantia contractus, quã verba contrahentium, & uerba menti, non autem mens uerbis inseruire debent.*

6 *Filiorum appellatione in emphyteusi ueniunt nepotes.*

7 *Emphyteusis Ecclesiastica quomodo intelligatur non posse concedi, nisi tribus personis.*

8 *Vbi verba inuestituræ sunt clara, ea sunt attendenda, quando verò sunt dubia, interpretatio contra concedentem fieri debet.*

9 *Confessio patris non potest præiudicare filio uocato, & comprehenso in inuestitura quando appares de contrario.*

10 *Ex quantitate soluta pro obtinenda concessione emphyteusis cognoscitur, quantum se extendat concessio.*

DECISIO MCCCLXII.

FVerunt factæ plures locationes diuersarum domorũ, horti, salæ dirutæ, & reclaustri, à Venerab. Confraternitate Confallonis quondam Antonio Signio de anno 1495. vsque ad annum 1510. sub diuersis conuentionibus & solutionibus, partim ad vitam ipsius, & vnius hæredis, si filios masculos non habuerit, & tandem anno 1510. cumulando omnes prædictas concessiones in vnum, facta fuit prorogario ad tertiam ipsius Antonij generationem, pro qua promisit expendere ducatos 200. & soluit societati ducatos centum in cõtanti, necnon promisit annuatim soluere scuta sexaginta, Dubitatũ fuit an Antonius Franciscus dicti Antonij primi acquirentis pronepos fuerit cõprehensus in dicta concessione, siue prorogatione, quę concepta est sub illis verbis prorogauerunt ad tertiam genera
1 tionem masculinam ipsius. † Et fuit itum per Dominos in sententiam affirmatiuam, Antonium Franciscum comprehensum esse, cum in huiusmodi formula non sit habenda ratio primi acquirentis pro constituenda prima generatione, cum nemo seipsum generet, vt dicunt Doctores, quos mox citabo, sed prima generatio incipit à filijs, secunda a nepotibus, tertia verò in pronepotes desinit, &
2 hanc sententiam † etiam sine illo pronomine (ipsius) defendunt multi Doctores, sed cum illo pronomine res videtur carere difficultate, *vt per Bald. in Auth. Quas rumas, num. 4. C. de sa rosan. Eccl. Ias. in l. 2. num. 166. C. de iure emphyt. Ruin. cons. 146. num. 6. lib. 1. Dec. cons. 624. in princ. Goza l. cons. 25. num. 17. qui testatur de communi, Bellon. consilio 80. num. 7. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 34. Add. Paris. ad cons. Alex. 125. lib. 5. cum alijs allegatis per Gabr. de iure emphyt. concl. 4. num. 4. in 1 limitat. & per Rotam, quæ hanc Conclusionem amplexa est in causa Villæ Caprolæ, 20. Maij 1592. coram R. P. D. meo Penia, & in causa Assisien. emphyteusis, 13. Nouembris 1598. coram bon. mem. Gipsio.* Nec obstat allegata *decisio 18. Verallis, parte 2.* quia non loquitur in istis terminis, & consilium Castrensis est contra communem. Et hanc Conclusionem videntur admittere Informantes pro Confraternitate; sed ex nonnullis rationibus putant esse ab hac Conclusione recedendum in casu proposito: Et Primò ex eo, quòd sumus in prorogatione, non autem in noua concessione; & ideo interpretari debemus verba huius prorogationis secundum terminos priorum concessionum, ex quarum lectura appatet personam acquirentis semper fuisse habitam pro prima generatione, & filios pro secunda; & ideo addendam esse vnã generationem tantum, non autem duas. Verum huic ob-
3 iectioni duobus modis respõsum fuit. Et Primò, † nos non versari in simplici prorogatione, sed in noua concessione & inuestitura, cum fuerint inita nuua pacta, & nouę qualitates adiectæ; quæ non erant in præcedentibus, tam circa canonis augmentum, quàm circa quantitatem expendendam in rebus conductis, *ut per Bald. in l. 4. in princip. de damno infecto, ubi Alex. num. 9. Ang. in l. quod dicitur, versic. & est argumentum, de milit. test. im. Corn. cons. 92. post nu. 13. lib. 2. Dec. in l. lecta, num. 12. uersic. & hoc procedit, si cert. pet. Cæsar de Grassis, decis. 46. num. 31. cum seq.* nam illæ nouæ qualitates important recessum à primis inuestituris. *Paris. cons. 43. num. 11 lib. 1. Ant. Gabr. de Dilat. Concl. 2. num. 26.* nam tunc prorogatio simplex censetur vna & eadem cum priore inuestitura, quando fit cum ijsdem qualitatibus, *l. sed & si manente, de procurat. Bald. in l. Aemilius, num. 19. in §. notab. de minor. & in l. 1. §. & post operis, nu. 5. de nou. oper. nunc. Dec. cons. 497. num 1. & cons. 394. num. 5. Paris. cons. 43. num. 1 lib. 1. Curt. sen. consilio 57. numero 42.* Neque obstat, quòd contrahentes vsi sint verbo, proroga-
4 uerunt, & quòd † talis præsumitur actus, qualis à partib. nominatur, *Bart. in l. cotem, §. qui maximos, qu. est. 5. de pu-
5 blic. Oldrad. cons 159. Aretin. cons. 55. num. 1.* quia † magis inspicimus naturam & substantiam contractus, quam verba contrahentium, cum verba menti, non autem mens verbis inseruire debeat, *Bald. in l. 2. C. commodati.* sed dato etiam quòd essemus in prorogatione, si ea fit pro duabus generationibus expresse & nominatim, prout sonant contractus verba, quæ à Doctoribus communiter hanc interpretationem recipiunt, nihil obstat, quo minus hic contractus valeat ad fauorem pronepotis, cum in facultate Administratorum esset prorogare pro vna, vel pro duabus generationibus cum consensu Confraternitatis, vt mox deducetur. Secundò respondetur, negando præsuppositũ, quòd in prioribus concessionibus fuerint factæ concessiones & prorogationes pro una generatione tantum; nam in concessione facta de domo, seu sala diruta, 15. Aprilis 1510. ea conceditur ad tertiam ipsius generationem, quæ concessio pariter est intelligenda, vt capiat pronepotes iuxta communem Doctorum sententiam; neque est arguendum ex concessione facta 8. Nouembris 1495. in qua fit prorogatio concessionis reclaustri ad secundam generationem ipsius; & tamen in ea comprehenditur filius tãtum, non autem nepos, cum in ea dicatur, quod transeat ad eius filios masculos tantum, si eos habuerit, alioquin ad vnum hæredem extraneum; quia illa dictio (tantum) potest referri ad qualitatem masculinitatis ad exclusionẽ feminarum, & dato etiam, quòd veniret limitatiuè pro
6 comprehensis filiorum tantum, † præterquam quòd posset dici eo casu filiorum appellatione venire nepotes, *Alex. cons. 26. num. 8. lib. 5. Ruin. cons. 45. num. 16. lib. 1. cum aliis allegatis per Surdum, decis. 72. num. 16.* tamen hæc limitatio videtur apposita ad restringendam concessionem, & ad declarationem verborum, super quibus controuertunt Doctores; Vnde cum talis limitatio non legatur in concessione, de qua agitur, non est de ea curandum; eo maximè, quòd habemus horum verborum claram einsdẽ Confraternitatis interpretationem in quodam instrumẽto anni 1512. concessionis factæ vnius domus Antonio de Peteris, pro se, filijs, nepotibus, & pronepotibus suis masculis tantum, vsque ad tertiam generationem inclusiuè, ex quo instrumento constat pronepotes habitos pro tertia generatione. Neque vis facienda est in dictione illa, inclusiuè, quia etiam sine illa procedit communis Doctorum opinio, *ut fuit dictum in illa Farsen.* de dictione completa. Et ex his tollitur id, quod deducitur de stylo Notarij, cum non appareat ipsum vsum stylo vniformi, super quo possit fieri fundamentum. Secundò obijcitur de statuto societatis prohibentis concessionem ad tertiam generationẽ; sed facilè diluitur: nam adest exceptio, (Senza tutto il corpo, & espressa voluntà di tutta la Compagnia,) quę cum hic adsit, cessat obiectum. Tertiò non obstat, quod dicitur,
7 † emphyteusim Ecclesiasticam non posse concedi nisi tribus personis, *§. emphyteusim. Autben. de non alien.* quia dicta dispositio fuit extensa ad omnes descendentes, *Alex. cons.*

*conf.*110.*num.*19.*lib.*1. *Ruin.qui alios allegat, conf.*166.*n.*9. *lib.*1.*Couar.var.lib.*2.*c.*17.*num.*5. Quartò, quod dicitur, interpretatione fieri debere contra Antonium Franciscū:
8 nam † cum verba ex communi Doctorum interpretatione sint clara, nō est locus dispositioni, *l. veteribus, de pactis.* & quando essent dubia, fieri debet contra concedentem, *ut per Alex.conf.*125.*num.*16.*lib.*5.*Socin.consilio* 156.*num.*18.*lib.*2.*Paris.conf.*64.*num.*50.*lib.*1. Quintò obijcitur confessio Horatij patris Antonij Francisci, sed neque ea pro-
9 batur concludenter, † neque potest præiudicare filio uocato; cum de ueritate in contrarium appareat, *Ruin.consilio* 81.*num.*10.*lib.*3.*&* 142.*num.*2.*lib.*1. Vltimò, non obstat calculus datus, in quo proponitur quædam proportio harum prorogationum, secundum quam prætenditur le-
10 sio, Verum ea non benè probatur; † nam valdè notabilis est summa, quæ datur pro duabus generationibus, quamuis respectu partis bonorum sit pro unica tantum, ex qua potest summi coniectura uoluntatis contrahentium, *Natta conf.*460.*num.*14. Et non est habenda ratio redditus, qui hodie exigitur ex istis domibus, prouenit enim ex labore & impensa conductoris, cui industria & impensa propria non debent esse damnosa. Et ex his conclusum fuit per Dominos in hac concessione comprehendi Antonium Franciscum.

Mediolanens. Parochialis.
Die Lunę 29. Maij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Publicatio resignationis facta extra tempus datum ad publicandum, est nulla.*
2 *Impetrans beneficium à Papa tamquam deuolutum ob negligentiam Ordinarij, habet tantum tres menses ad publicandum, iuxta Constitutionem Gregorij XIII.*
3 *Constitutio Gregorij de publicandis resignationibus, est perpetua.*
4 *Beneficium deuoluitur cum suo onere, & sua qualitate.*
5 *Papa licet sit dominus beneficiorum, tamen si confert beneficium deuolutum, confert iure deuoluto.*
6 *Declaratur limitatio Felini in cap.licet, numero 2. de foro compet.*
7 *In publicatione resignationis exprimendum est nomen prouisi, aliàs publicatio est nulla.*

DECISIO MCCCLXIII.

1 FVit resolutum † publicationem esse nullam, cum fuerit facta extra tempus datum ad publicandum; licet enim resignatio fuerit facta in manibus Ordinarij, & postea collatio obtenta à Papa, tamquam deuoluta ob negligentiam Ordinarij; nihilominus impetrans non ha-
2 bet semestre, † sed tres menses tantum ad publicandum
3 iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII. † quæ debet esse perpetua, *iuxta textum in Clem.*1.*de suppl.negl.Prælat.* & hoc in deuolutionibus tenet *Felin. post Innoc. in c. cum*
4 *accessissent, num.*18.*de Constitut.* & ratio est; quia † beneficium deuoluitur cum suo onere, & sua qualitate, *Rebuf. de nominat.q.*8.*num.*9.*& in Pragmat.de Collat.§.si quis vero, in verbo, deuolutum.* & Papa in Constitutione sibi præscripsit hanc formam, in illis verbis: (alijs idoneis, ab ipsa Sede dumtaxat modo & forma prædictis concedantur.)
5 Quæ forma licet a Papa possit alterari, † cum sit dominus beneficiorum, *ut tradit Felin.in d.cap.cum accessissent, num.*19.*de constitut.* tamen aliud est, si iure deuoluto con-
6 fert. † Nec obstat limitatio *Felini in c.licet, num.*2.*de foro compet.* quia loquitur, quando potestas Papæ regulatur vi propria, & non iure deuoluta, at hic regulatur ut deuo-
* luta: *& ita fuit tentum in una Mediolanen.beneficij, corā*
7 *R.P.D. meo Corduba.* * † Adest etiam alia nullitas in publicatione, quia non est expressum nomē prouisi, quod requiritur in Constitutione. Et ex his conclusum, non constare de legitima publicatione.

* *Sub die 13. Ianuarij 1597.*

Mediolanens. de Cusanis.
Die Lunę 29. Maij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non datur ad impediendam immissionem, ex remedio l.fin.C.de edicto Diui Adr.toll.*
Item non datur, quotiescumque articuli sunt irreleuantes, ut num.seq.
Item quando adest uehemens suspicio calumniæ, ut numero 4.
3 *Dato uno articulo irreleuanti, ceteri non admittuntur.*
5 *Articulus tendens ad probandum id quod iam probatum fuit, sapit præsumptionem calumniæ.*
Idem est si articuli inuicem repugnent, ut num.7.
6 *Exceptio falsitatis non impedit immissionem ex remedio l.fin.C.de edicto Diui Adr.toll.*

DECISIO MCCCLXIV.

1 DOmini fuerunt concordes, † remissoriam nō esse dandam, ex pluribus. Et Primò, quia non datur ad impediendam immissionem *ex remedio l. fin. C. de edicto Diui*
2 *Adr.toll.Io.Paul.decis.*149. † Secundò, quia ferè omnes articuli sunt irreleuantes, excepto septimo & ultimo, *l.ad probationem, C.de probat. Caputaq. decis.*66.*p.*3. Nec ob-
3 stat, quòd † dato uno articulo releuanti, ceteri admittantur, quia licet dicti septimus & ultimus releuent; tamen
4 ex alio non sunt admittendi, ut mox dicetur. † Tertiò ex
5 vehementi præsumptione calumniæ, † quę dicitur; tum ex eo quòd articulus septimus & ultimus tendant ad probandum contra id, quod iam probatum extitit, nempè subscriptionem Cardinalis non fuisse veram, ut expresse etiam dicitur in informatione facti, quod tamen non potest probari, nisi per testes de iudicio suo deponentes, quæ non est admittendum, cum vltra testes de ueritate habeamus attestationem Illustrissimi Card. Plati, per quā om-
6 nis tollitur suspicio, & † exceptio falsitatis non impedit immissionem, *l.*2. *C. eod.tit. Menoch.de adipisc.remed.*4.
7 *num.*726. † tum etiam, quia articuli inuicem repugnant: nam continent hanc non esse scripturam Cardinalis; & tamen in ultimo habetur subscriptionem illam fuisse factam à Cardinali non sub illa die, sed per duos, uel tres dies ante obitum Cardinalis, quæ res ostendit, uel negationem manus esse calumniosam, uel si admittitur scriptam esse eiusdem manu, diuerso tamen tempore, non est releuans probatio, cum perfectio testamenti, & eius substantia tota pendeat ab hæredis institutione. Nec obstat, quòd causa commissa sit tam in possessorio, quàm in petitorio, appellatione remota; quia hodie non agitur de negotio petitorij, quod remanet intactum, sed tantum de immissione, quæ hoc prætextu retardari non debet. Et ita conclusum.

Bononiens. Fideicommissi de Scappis.
Die Mercurij vltima Maij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum imputatur in legitimam.*
2 *Legatum compensatur cum debito necessario.*
3 *Fructus percepti ex hæreditate pleno iure quæsita, non imputantur in legitimam descendentium; secùs est in legitima ascendentium, secundum magis communem opinionem, ut num.4.*

5 Legitima

5 *Legitima ascendentibus non debetur naturali vinculo, sed iure positiuo.*

6 *Filius licet non teneatur acceptare legitimam, neque in fructibus, neque in vsufructu, neque in pecunia; postquam tamen eos percepit, tenetur eos in dicta legitima imputare, & num. 15. & 20.*

7 *Vsusfructus legatus imputatur in legitimam; qualiter autem fiat imputatio, vide n. 14.*

8 *Vsusfructus recipit æstimationem, & per venditionem constitui potest, & nu. 12.*

9 *Vsusfructus legatus dicitur peruenire ex substantia testatoris.*

10 *Vsusfructus est pars dominij, & quomodo, & n. 25.*

11 *Fructus percepti post obitum testatoris; licet numquam fuerint in eius bonis, & ex eius substantia, ius tamen percipiendi in eius bonis erat, & potuit talenus in aliū transferri.*

13 *Quod obuenit hæredi per ius accrescendi de bonis testatoris, & ex eius iudicio, in legitimam imputari debet post acceptationem, etiam si sit filius.*

14 *In imputatione vsusfructus in legitimam, attenditur non quantitas hæreditatis percipiendorum, sed valor ipsius de tempore obitus testatoris æstimandus.*

16 *Officia, quæ sunt ad vitam duratura, computantur in legitimam.*

17 *Filio instituto in vsufructu tantum, legitima pleno iure in proprietate debetur, aliàs testamentum est nullum; secus est in casu imputationis post acceptationem.*

18 *Corn. cons. 265. lib. 1. quomodo intelligatur.*

19 *Declaratur Socin. cons. 64. lib. 2.*

21 *Fructus vsusfructus non imputatur in legitimam, sed eius æstimatio.*

22 *Vsusfructus constitutus ad certum tempus, puta quindecim annorum, imputatur in legitimam.*

23 *Per acceptationem vsusfructus non dicitur renunciatum legitimæ, sed in eam imputatur.*

24 *Filius alienans bona restitutioni subiecta tenetur ea sibi in legitimam imputare; per alienationem tamen non dicitur sibi in legitima præiudicasse.*

DECISIO MCCCLXV.

GAspar de Scappis nullos habens filios, in suo vltimo testamento titulo institutionis vsufructuariam omnium suorum bonorum reliquit D. Dorotheam eius matrem, eidemq. legauit multa alia bona mobilia, & se mouentia, hæredes verò proprietarios instituit Euāgelistam & Scap. um de Scappis, eisq. substituitaliös de eadem familia, qui nunc sunt in causa. Decessit D. Dorothea hærede instituta D. Domitilla filia, quare cum factus esset locus restitutioni bonorum ob finitum vsumfructū, fuit pro parte D. Domitillæ petita legitima super istis bonis ex persona matris. Ex aduerso fuit dictum in legitimam esse computanda non solum pecunias, supellectilia & alia bona legata, sed etiam vsumfructum; quod cum ex aduerso negetur, emanauit dubium, An fructus & legata facta Dorotheæ matri per Gasparem filium, imputentur in legitimam ipsius. Et sub die 10. huius mensis Domini

1 dixerunt; † legatum pecuniarum, supellectilium, & animalium esse computandum in legitimam, *ex regula l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoff. testam. Bart. in l. in quartam nu. 10. ad leg. Falcid. & ibi Ripa, nu. 140. Bolognet. n. 295. Ticur num. 180. Paris. cons. 93. num. 56. lib. 2.* & in specie in mobilibus, *Capra cons. 32. num. 7. Paris. cons. 1. num. 89. lib. 3. Curt. num. 180. num. 5. lib. 2. Petrus Ant. à Petra, de fideicomm. q. 15. num. 109. propè finem.* Et pro hac parte

2 vrgent duæ coniecturæ, vna quòd † debitum erat necessarium; ideo relictum censetur in compensationem: Altera, quia voluit sua bona integraliter peruenire ad substitutos; fuit tamen reseruatum videndum, an vsusfructus sit in legitimam imputandus. In hac difficultate nonnulli Doctores confundentes materiam fructuum cum materia vsusfructus, dederunt occasionem Informantib. confundendi duas quæstiones valde differétes: ideo pro propositi dubij resolutione est animaduertendum, longè diuersam esse quæstionem illam, an fructus ex hæreditate percepti computentur in legitimam ascendentium, ab illa, vtrum vsusfructus in legitimam imputetur; nam in illa quæstione agitur de fructibus perceptis ex hæreditate plo

3 no iure quæsita, † in quibus clara est sententia eos nō imputari in legitimam descendentium grauatorum onere restitutionis hæreditatis, & tantum controuertitur inter Doctores, an idem obseruandum sit in legitima ascendentium; in qua re magna & difficilis est inter Doctores controuersia, nonnullis volentibus, vtramque legitimam à pari procedere, quæ opinio humanior videtur, alijs verò vo-

4 lentibus, in hoc differre, & † in ascendentibus fructus in

5 legitimam esse computandos, † cum ipsis non debeatur legitima naturali vinculo, sed iure positiuo, *l. nam & si, de inoff. testam. & hanc sententiam amplectuntur magis communiter Doctores, nempè, Bald. Alex. Ripa, Franc. Fabian. de Monte, Picus, Berengar. Roderic. Roland. Cephal. Rimin. Petra, Crassus, & alij, relati per Surdum decis. 21. num. 11. & Peregrin. de fideicom. a. 49. num. 43. quibus addi possunt alij allegati ab Informantibus, & in specie de communi testatur Ioannes de Garonibus in 2. parte Auth. Ex testamento, num. 33. C. de sec und. nupt. & Emmanuel Costa, in repet. c. si pater, num. 37. in fine, de testam.* licet vterque contrarium sentiat, & Doctores Hispani differentiam statuunt inter vtramque legitimam, *Monchad. lib. 1. de success. creat. § 4. num. 13. Matthien. in l. 1. tit. 8. glos. 7. num. 2. & 3. libro 5. Recompilatio Gregor. Lopez in l. 8. tit. 11. glos. 8. parte 6. Anton. Gomez, variar. tomo 1. cap. 11. num. 6. & cap. 11. num. 36. Azevedo, in l. 1. tit. 8. num. 49. lib. 5. recompil.* Verum cum pro contraria parte adsint multæ & non contemnēdæ Doctorum auctoritates, nō est visum Dominis decidere hāc causam ex hoc capite, quamuis commnior opinio sit pro Dominis de Scappis, cum simus in longè faciliori casu, vt mox dicetur. Secundò est animaduertendum, Informantes laborare, dum sumunt argumenta à constitutione & assignatione legitimæ à principio, ad imputationem, quæ fit tunc, cum restituenda est alicui hæreditas, deducta le-

6 gitima: nam † licet legitimam non teneatur filius acceptare in fructibus, nec vsufructu, vt notat *glossa in l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam. & est text. in §. prohibemus, Auth. de triente & semisse,* neque in sola pecunia, *Bart. in l. suus quoque, de hæred. instit. Doctores in d. § repletionem.* Tamen vbi agitur de imputatione, secus est: nam postquam filius acceptauit dispositionem patris, quandò vult legitimam detrahere, tenetur in eam computare, quidquid ex bonis paternis ex patris dispositione est consecutus, etiā si titulo legati relictum fuerit, *l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoff. testam. Doctores in l. in quartam, ubi Bolognet. num. 295. ad leg. Falc. Crass. de success. §. legitima q. 20. Vasq. de success. creat. §. 30. num. 245.* His ita statutis, deueniendo ad

7 casum nostrum, censuerunt Domini † illum vsumfructū esse in legitimam imputandum; cum illum consequuta fuerit mater ex dispositione filij, & illum acceptauerit, & retinuerit toto tempore vitæ suæ, nam negari non potest, quidquid dicant nonnulli Doctores ex aduerso allegati, hunc esse ex substantia testatoris, cum tale ius formale

8 per ipsum super suis bonis constitutum fuerit, † & reci-

a piat æstimationem, a nam & constitui per venditionem potest, *ut est decisio Rotæ 2. de empt. & vend. in antiq.* quòd

9 † autem sit ex substantia testatoris, satis probatur *ex l. 4. de*

10 *vsufr.* ubi inquit Iurisconsultus, † Vsusfructus pars est dominij, & quamuis donec non constituitur, formaliter esse

esse nun censeatur: tamen causaliter inest in dominio no-
stro, quemadmodum is, qui ædes possidet, non dicitur sin
gulas partes possidere, sed domum, *l. eum qui ædes, de usu-
cap.* & tamen non potest negari singulas domus partes in
eius esse dominio; quod autem vsusfructus pars dominij
sit in quibusdam casibus, & effectum partis dominij ha-
beat, & de eo idem censeatur, quod de parte fundi, videa-
tur *Cuiacius, qui optimè hanc materiam tractat ad Papinia-
ni quæstiones lib. 17. l. 33. de usufr. §. si usumfructum. & lib.
18. ad l. 25. quand. dies legat. ced.* Ideo argumentum illud,
quod fit, legitimam deberi ex bonis ipsius testatoris, &
ex eius substantia, *l. scimus. C. de inoff. testam.* nullius est mo
11 menti; nam licet † verum sit, fructus perceptos post obitū
numq̄ fuisse in bonis testatoris: Ius autem percipiendi in
eius bonis erat, & potuit illud ius in alium transferre, ita
vt post mortem perpetuetur illa facultas fructuum per-
cipiendorum iudicio ipsius testatoris. Illud itaque argu-
mentum fortasse procederet, si ageretur de fructibus ab
hærede ex hæreditate perceptis, & faceret ad eam quę-
stionem, quam supra ab hac distinximus. Sed in casu isto
12 aliud est, cum vt dictum est, † vsusfructus & æstimari, &
vendi possit, & non applicatur quod dicitur fructus num
quam fuisse in dominio testatoris, quia non fructus impu
tantur in legitimam, sed ius illud formale vsusfructus ęsti
mandum, *iuxta l. hæreditatum, ad leg. Falcid. facit text. in l.
Mæuius. §. fundo legato, de legat. 2.* vbi ait Iurisconsultus,
vsumfructum emolumentum rei continere, *& hoc idem
probat textus in contrarium allegatus in d. §. repletionem,*
vbi habetur, repletionem fieri ex ipsa ipsa substantia, non
si quid ex alijs causis filius lucratus est, vel ex substitutio-
ne, vel ex iure accrescendi, vt puta vsusfructus; vnde appa-
ret textum loqui exempli gratia de vsufructu per consoli-
dationem acquisito & aduentitio, ut dicit Bald. qui casu
13 & non iudicio testatoris obuenit, † quòd si per ius ac-
crescendi obuenerit, tunc esset imputandum, cum ex bo-
nis testatoris, & eius iudicio obuenerit, vt clarè *dicit Bald.
& post eum Salic. num. 7. & Ias. in Auth. Nouissima, eo. tit.
num. 45.* qui vult imputari, si filius eum acceptauerit, idem
tenet *Ruin. cons. 194. num. 8. lib. 2.* & ideo apparet Docto
res desumentes argumentum à fructibus ad usumfructū,
14 hallucinatos fuisse; cum † in imputatione vsusfructus at-
tendatur, non quantitas hæreditatis percipiendorum, sed
valor ipsius de tempore obitus testatoris æstimandus, iux
ta *l. hæreditatum, ad leg. Falc. ut tradit Ias. d. n. 45. & Ruin.
dicto cons. 194. num. 8. lib. 2.* Et hęc quantum ad argumen-
15 tum desumptum ex *§. repletionem.* Quòd verò dicitur, † le-
gitimam constitui non posse in vsufructu, vel in fructibus,
vel in pecunia: id verum quidem est, si agamus de consti-
tuenda ab initio legitima, vt supra dictum est; verum se-
cus est in imputatione, quando agitur de restitutione hæ-
reditatis semel agnitæ, nam si aliquid ex hæreditate iudi-
cio testatoris consequutus est hæres, id ei in legitimam im-
putabitur etiam inuito, *Ang. in l. in quartam, col. 3. ad Tre-
bell. Gabr. de legit. concl. 4. n. 15.* Nec obstat, fructus percipiē-
dos numquam fuisse in dominio testatoris, & legitimam
deberi statim ab obitu testatoris, & ipso iure fieri reple-
tionem in bonis ipsius, quia cum à principio sit constitu-
tus vsusfructus ex bonis testatoris, & eorum pars censeat,
& eius temporis attendatur æstimatio, non autem pēdeat
ex futuro euentu durationis, & perceptionis fructuum, &
in eo concurrant omnia requisita ad effectum imputatio-
16 nis, in legitimam imputari debet, prout in simili † officia,
quæ sunt ad uitam duratura, computantur in legitimam,
vt fuit decisum coram me, in causa Romana de Piatetis,
b 17. Aprilis 1570. *b* Nam quæ dicuntur ex aduerso, locū
habent in fructibus, qui percipiuntur ex bonis hæredita-
rijs, non autem in iure formali vsusfructus à testatore in
bonis suis constituti, & ista est differentia, quæ est inter ca
sum nostrum, & quæstionem Doctorum de imputatione
fructuum in legitimam. Quantum ad auctoritates Docto
rum in contrarium allegatorum, non est difficilis solutio:
nam *Anchar. cons. 128.* super quo sit pręcipuū fundamen
tum, loquitur in casu, in quo controuertebatur de validi
17 tate testamenti, † in quo filius institutus fuerat in vsufru
ctu tantum, & respondit *Anchar.* & bene, deberi legitimā
ipsi filio in bonis testatoris pleno iure, aliàs testamentum
esset nullum, *ut ait sub num. 2. vers. ego uerò*: & ideo vult
institutionem intelligendam esse in proprietate, & non
in solo vsufructu; & sic loquitur in casu assignationis legi-
timę, & non in casu imputationis, ut supra distinximus.
18 † *Corneus cons. 265. lib. 1.* dum vult filias consequi debere
legitimam à principio in plena proprietate, & non in vsu
fructu, bene loquitur, sed dum non vult imputari vsum-
fructum in legitimam, ex eo quòd incertum est, quantum
ex fructibus capi potest, quia dependet ex tempore incer-
to: mouetur ratione falsa, & nullius roboris; non enim im-
putatio fieri debet fructuum perceptorum, aut percipien-
dorum, sed ęstimationis ipsius vsusfructus, iuxta *d. l. hære-
ditatum,* & prout supra dictum est. Verum etiam dici po
test, eum loqui in constitutione legitimæ à principio, non
autem in imputatione, nam sub *num. 3. in fine, uers. tamen.*
dicit filias non cogi acceptare illud relictum usufructus,
sed possunt dicere se uelle portiones suas in corporib. hæ-
reditariis. Et idem responderi potest ad *cons. eiusdem Corn.
176. lib. 3. Barbat. cons. 63. lib. 3.* non facit ad rem, cum sim-
pliciter dicat deberi legitimam filio in corporibus hære-
19 ditarijs, non in vsufructu. † *Socin. iun. cons. 64. lib. 2.* loqui-
tur in constitutione legitimæ, quæ licet petatur per hære-
des matris in usufructu bonorum omnium institutæ; ta-
men non constabat, quòd ipsa vmquam acceptasset hanc
institutionem in vsufructu: ideo respondet, ex eius perso-
na hæredes posse legitimam in corporibus hæreditatijs pe
tere; & confirmatur hoc ex ijs, quæ tradit sub num. 11.
20 & 12. † sed si acceptasset, utique contrarium dicendum
esset, ex traditis per *Ias. in d. Auth. Nouissima, num. 45. li-
cet sub num. 2. idem Socin. uideatur contrarium sentire,* sed
mouetur falsa ratione; nempè, quòd isti fructus non pos-
21 sint imputari, quod non negatur, † non enim fructus, sed
ęstimatio usufructus est imputanda, & eadem falsa ratio
ne mouetur obiter *Bero. cons. 41. num. 40. lib. 1. Ruin. consil.
194. lib. 2.* facit pro hac opinione, nam sub *num. 8. sequitur
sententiam Iasonis in d. Auth. Nouissima.* Sed ut manife-
stius redarguatur opinio contraria, considerari potest, quod
allegati Doctores fatentur, & in specie *Socin d. cons. 64. nu-
22 mero 7.* † usumfructum constitutum ad certum tempus,
puta quindecim annorum, imputari in legitimam, quia
certum est usque ab initio computādo fructus illius tem-
poris, quòd filius habebit legitimam: Ergo uera non est
ratio illa, quòd ideo super fructibus non potest constitui
legitima, quia numquam fuerunt in bonis testatoris, nam
neque hoc casu isti fructus fuerunt vmquam in bonis ip-
sius; vnde apparet aliam esse huius dispositionis rationē,
nempè, vt super re certa legitima constituatur, ex qua fru
ctus percipi possint, *Bald. in l. iubemus, num. 10. ad Trebell.*
23 Neque obstat, quod dicitur, quòd † per acceptationem
vsusfructus non fuit renunciatum legitimæ, quia neque
hoc prætenditur, cum agatur de imputatione in legitimā,
24 non de renunciatione, aliàs idem posset dici de filio, qui
alienat bona subiecta restitutioni, quòd teneatur ea sibi
in legitimam imputare; & tamen non dicitur per aliena-
tionem sibi in legitima præiudicasse: quare si alienasset
vsumfructum alicuius rei hæreditariæ, in restitutione te-
neretur uel redimere, uel sibi imputare. Et certè argumē-
tum hoc, quod usurpatur a Doctoribus allegatis in hac
materia, est omnino extra rem, & contrarium decidit
Ias. d. num. 45. Reliqui allegati ad hoc, quòd legitima in
vsufructu non possit relinqui, veluti *Crass. in §. legitima, q.
15. & Suarez in l. quoniam in prioribus, amplia. 3. num. 5. C.
de inoff. testam.* ex iam dictis euitantur, cum loquantur de
constitutione legitimæ a principio, non de imputatione,
quando fit restitutio post agnitam hęreditatem. Quod di
citur per *Bero. cons. 41. num. 40.* vsumfructum non esse in
bonis

bonis testatoris, *per l. quod nostrum, de usufru.* verum est re-
spectu iuris formalis, cum res nostra nobis seruire nõ pos-
25 sit, † sed est in bonis nostris tamquam pars siue dominij,
siue rei, seu fundi, *vt supra ex Cuiacio deductum fuit, & ex*
l. cum qui ædes, de vsucap. Rebuff. post alios in l. rectè dicimus,
uers. sed ut uerum fatear, de uerborum signif. Quare censue-
runt Domini rationes Doctorum fundatas in eo, quòd
vsusfructus non sit de substantia testatoris, vel quòd fru-
ctus percepti numquam fuerunt in bonis ipsius, vel quòd
ratione incertitudinis non sit imputandus, ex præfatis be-
nè tolli; cum vsusfructus sit pars rei, quæ est in bonis no-
stris, & non agatur de computandis fructibus, sed de im-
putando valore ipsius vsusfructus æstimando, habito re-
spectu ad tempus obitus testatoris; & ideo non attendi
incertitudinem fructuum percipiendorum. Et ita pro im-
putatione vsusfructus in legitimam conclusum fuit.

* *Addo Peregr. de fideicom. art. 36 num. 121. & facit text. in l. etiam, §. pen. in fin. ff. de bon. libert. ubi in specie loquitur de relicto titulo legati, prout fatis Surd. consilio 388. numero 18. libro tertio. Crass. de success. §. legitima, quæst. 20 numero 1. Vasq. de success. creat. §. 30. nu. 245.*

a *Vt fuit dictum in Romana fructuum portarum, 14. Octob. 1585. corã bon. mem. Gipsio, & per Valaott. in decision. diuers. nouiss. 689. nu. 3. lib. 3. p. 3. Gabr. cons. 155. nu. 17. lib 2. Corn. cons. 8 numero 12. libro 2.*

b *Et idem supr. in Romana legitima, 16. Octobr. 1581. & in Romana Officij, 19. Octobr. 1598.*

Terdonens. Præpositurae.
Die Lunæ 5. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Contra absentem à residentia, qui non fuit personaliter citatus, vel per trinam citationem per edictum rite citatus, ad priuationem procedi non potest.*

2 *Ex mandato dato ad causam, & comparitionibus procuratorum sanantur defectus citationis, si qui interuenerint, & oritur probatio habitæ notitiæ citationis; declara tamen, vt hic.*

3 *Processus nimis festinanter factus contra absentem, vt priuetur beneficio, non expectato spatio sex mensium, excusari non potest, maximè si per procuratorem allegatæ fuerint causæ excusationis.*

DECISIO MCCCLXI.

* Domini persistunt in resolutis, * † Cum enim Camil-
1 lus numquam fuerit personaliter citatus, & trina cita
tio per edictum non fuerit ritè exequuta, consequens est
2 ad priuationem minus legitimè processum fuisse. † Neque
potest sustineri ex scientia citationis emanatæ, quam de-
ducunt ex aduerso Informantes pro Tornerio, ex manda
to dato ad hanc causam, & comparitionibus procurato-
rum Camilli, ex qua sanatur defectus, si quis interuenit
ad decis. 11. de dolo & contum. in nou. & fuit dictum coram
me, in causa Lunen. Sarzanens. 23. Octobris, 1598. quia ad
hunc effectum, vt ex mãdato dato ad causam, oriatur pro-
batio habitæ notitiæ citationis, requiritur mandatum spe
cificum ad illam causam, vt colligitur ex verbis decisionis
prædictæ, ibi (procuratores ad causam huiusmodi prose-
quendam constituant,) *& colligitur ex notat. per Vatium,*
de Nullitatibus, tit. fiu. num. 123. Verum isto casu satis ex
tenore mandati colligitur procuratorem fuisse constitutũ
genericè respectu molestiarum sibi illatarum, quæ possũt
intelligi circa iurisdictionem, super qua plura emanarunt
præcepta. Nec refert, quòd ratificauerit gesta per alios; nã
hinc non insurgit scientia principalis, neque etiam ex eo,
quòd responderit citationi priuationis, quia hoc vigore
generalis mandati facere potuit. Neque obstant aliæ mo-
nitiones deductæ, quia non possunt trahi ad hoc iudicium
de nouo contra Camillum cœptum, & coadiuuantur præ-
dicta ex eo, quòd ex litteris scriptis ad Sacram Congrega-
tionem, constat Ordinarium sciuisse, vbi moraretur Ca-
millus; & ideo debebat curare, ut ibi citaretur, & seruan-
da erat forma in Concilio præscripta, vt aliàs dictum fuit.
Sed dato etiam citra veri præiudicium, quod ritè proces-
3 sum fuisset respectu citationis: † tamen excusari non po-
test iste processus à nimia festinatione, & præcipitatione;
maximè cum per procuratorem allegarentur causæ excu-
sationis, quæ ueniebant discutiendæ, etiam quod per pro-
curatorem comparitum fuisset, *Capra concl. 91. nu. 46.* quæ
fuit ratio Conciliaris dispositionis præfinientis spatium
sex mensium. Et ita conclusum standum esse in decisis.

* *Sub die Veneris 17. Martij proximè præteriti.*

Aquinatens. Iurispatronatus.
Die Veneris 9. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis per testes non dicitur sufficienter articulata, si testes non dicant, quòd non audierunt, nec uiderunt contrarium.*

2 *Iuspatronatus in beneficio regulari esse non potest; nisi ex priuilegio Apostolico.*

3 *Immemorabilis continet tempus infinitum, & ab infinito, si demptur finitum, remanet infinitum, ut sub nu. seq.*

4 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij.*

5 *Iuspatronatus iuxta decreta sacri Concilij Tridentini debet probari ex fundatione, uel dotatione.*

6 *Iuspatronatus per non usum amittitur.*

DECISIO MCCCLXVII.

FVit dubitatum, an constet de Iurepatronatus Excel-
lentissimi D. Ducis Soræ in Ecclesia S. Viti, & præci-
puum fundamentum pro eius parte fiebat in præsupposi-
to dubij, in quo articuli dati super probatione possessio-
nis immemorabilis fuerunt præsuppositi pro verificatis,
cuncta probatione prouisionum factarum per Episcopum
pro tempore Aquinatensem ad præsentationem Marchio
nis Piscariæ anno 1530. & 1544. ad præsentationem Mar-
chionis, seu Marchionissæ Vasti, & demum anno 1594.
per S. D. N. Clementem VIII. ad præsentationem Ducis
Soræ, & sic continuatarum per tempus 64. annorum; Ex
quibus videbatur satis superq. probari iuspatronatus, etiã
quòd simus in casu, in quo solet præsumi vsurpatio, cum
prætensi patroni essent Magnates, & Domini temporales
terræ, in qua situm est beneficium. Contrarium tamen
fuit resolutum per Dominos ex istis probationibus non
constare concludenter de iurepatronatus; nam quamuis
1 articuli fuerint habiti pro verificatis: tamen † præterquã
quod non uidetur sufficienter articulata immemorabilis,
iuxta doctrinam glos. in cap. 1. de præscript. in 6. cum non di-
catur, quod testes non audierunt, neque viderunt contra-
rium: illud maximè viget in contrarium, quod ex scriptu-
ris & bullis antiquis constat hanc Ecclesiam fuisse olim
Monasterium Ordinis Sancti Benedicti, commendatum
ab anno 1457. vsque ad annum 1517. & sic per annos 70.
continuos sine ulla mentione iurispatronatus, quæ Com-
mendæ probantur effectuatæ ex multis, & præcipuè ex
nouis Commendis factis per obitum priorum Commen-
datariorum ad *cons. 229. Oldradi,* vt bene deducitur in fa-
cto, & sic redditur impossibilis probatio immemorabi-
lis; tum ex eo quod extat memoria contrarij status bene-
2 ficij; tum etiam quia † non potuit adesse iuspatronatus in
beneficio regulari, nisi ex priuilegio Apostolico, *capit. no-*
bis, de iurepatron. & ibi Abb. & alij, & fuit decisum in
Albanens. Monasterij coram bon. memor. Domino Orano,
3 *26. Nouembris* 1588. Neque obstat, quòd dicitur, † im-
memorabilem continere tempus infinitum: ideoq; dedu-

4 ctis temporibus prouisionum Apostolicarum, † quæ non mutant statum, adhuc remanere immemorabilem, quia si ex infinito demas finitum, adhuc remanet infinitum, *Clara l.conf.254.num.18.* quia non agitur hic de remouendo tempore, sed de probatione contrarij eius quod articulatur, cum ex huc corruat assertio illa, quæ continetur in quinto articulo, quòd semper prouisiones tam Ordinarij quàm Papæ emanarunt ad præsentationem, & de consensu Dominorum temporalium illius loci; hoc enim deprehenditur falsum ex dictis scripturis, & ita corruit fundamentum quod fit in immemorabili. Hinc sequitur probationem, quæ deducitur ex collationibus ab an-
5 no 1530. hucusque, non esse in hoc casu sufficientẽ, † cum non probetur iuspatronatus ex fundatione & dotatione, iuxta decretum Sacri Concilij Tridẽtini; præsertim cum de præsentationibus non constet; nisi per enunciationes contentas in collationibus, & præcipuè cum non fuerit hoc casu habita magna fides Episcopi litteris ex causis deductis in facto, & sic quantum ad hoc non adsunt legitima documenta à Concilio requisita *Achill. decis. 8. de Iure patron.* Addebant aliqui ex Dominis, quatenus ab
6 initio adfuisset aliquod iuspatronatus, † illud per non vsum fuisse amissum, cum per septuaginta annos non fuerint vsi patroni suo iure, *ad Mohedan. 10. de iurepatronat.*
* *Put. 7. de iure patron. cum alijs.* * Et ita conclusum non constare de iurepatronatus.

* *Chiroga decis. 133. incip. die 4. Martij, in vna Florentina.*

Anconitana Computorum.
Die Veneris 9. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus probetur recessus à societate, & num. 5.*
2 *Constitutio salarij non conuenit socio, sed arguit locationem operarum.*
3 *Societas dissensu dissoluitur.*
4 *Sufficit librum mercatorum fuisse scriptum à deputato ad scribendum, licet non sit scriptus a socio.*

DECISIO MCCCLXVIII.

CVm inter Ioannem Andream Rauam, Petrum Bellum, & Ioannem Baptistam Lucinum, anno 1585. inita fuisset societas, in qua Lucinus fuit per socium pro quinta parte receptus, & anno 87. sequenti prætendatur fuisse à Ioanne Andrea Raua liberatum à dicta societate vsque ab initio, ac si numquam fuisset in socium adhibitus, & loco portionis illius, pro qua fuerat socius, fuisse sibi salarium constitutum 450. scutorum monetæ pro duobus annis præteritis. Fuit dubitatum, An constaret Lucinum fuisse socium hoc tempore, & quidem non controuertebatur à principio Lucinum fuisse socium, sed difficultas redigebatur, an constaret recessum fuisse à dicta societate; ita ut esset vsque ab initio ex consensu partium distracta, perinde ac si numquam fuisset in ea comprehensus Lucinus. Et causa bis proposita, Domini censuerunt fuisse vsque ab initio de partium consensu disdictam, & resolutã societatem; & moti fuere ex infrascriptis argumentis. Pri-
1 mò, quia † ex litteris Lucini ad Rauam, & responsione Rauæ constat ipsum requisiuisse Rauam, vt liberaretur ab illa societate, & sibi assignaretur aliqua honesta prouisio, cui requisitioni per triplicatas litteras de annò 1586. respondet Raua, quod si non vult participare de societate; faciet, vt inseruiat pro certa prouisione, arbitrio alicuius mercatoris, & licet ex his litteris non probetur concludenter recessus a societate, quia multa tractantur, quæ ad effectum non perducuntur: tamen ex sequentibus apparet talem tractatum sortitum fuisse effectum. Nam secundò deducitur Lucinum in libris societatis fuisse creatum creditorem scutorum 450. pro sua mercede duorum annorum, & sic concordat cum tractatu præcedenti, nec
2 † conuenit talis constitutio salarij socio, sed arguit locationem operarum, *ut per Petrum de Ubald. tract. de duob. fratrib. 4. par. num. 6. Natta cons. 176. num. 6.* nam socio non datur certum lucrum, sed debet participare de lucro & damno, prout fert euentus, *l. cum duobus, §. quidam sagarium, pro socio. l. si merces, § qui maior, locati.* & certum est,
3 † societatem dissensu dissolui potuisse, *l. uerum, §. si. pro soc.* Nec dici potest hanc summam fuisse pro lucro suæ portionis, cum nondum fuisset finita societas, & non fuerant facta computa, ita ut posset sciri, an adesset aliquod lucrũ
4 societatis. Nec obstat, quòd † partitæ fuerint scriptæ à quodam Morlacco non autem a Raua; tum quia ille erat deputatus ad scribendum, *Castrens. cons. 514. lib. 2. Socin. cons. 291. num. 14. lib. 2.* tum, quia in bilancio manu Rauę subscripto, illa partita apposita fuit, & sic approbata; vltra quòd dicta partita est descripta in libro magno, qui totus
5 scriptus est manu prædicti Morlacci. † Tertiò accedit, quod 10. Augusti 1587. fuit disdicta societas inter Rauam, & Petrum Bellum tantum, per publicum instrumentum, nulla facta mẽtione Lucini, quæ res arguit eum non fuisse tunc temporis habitum pro socio. Quartò probatur ex compromisso facto in Lucinum & Marchettum, ad diuidendum dictam societatem Rauæ & Belli, quæ fuit diuisa in duas partes æquales. Vndè necessario sequitur, nullum alium adfuisse socium; nam si Lucinus fuisset socius, vtique ei pars sua assignari debuit, tam lucri, quã damni. Præterea, Lucinus constitutus fuit procurator a Raua ad exigendos debitores sibi in dicta diuisione assignatos. Quintò comprobatur ex eo, quòd per publicum instrumentum Lucinus obtinuit à Raua releuationem ab omni damno, quod posset contingere ex dicta societate respectu creditorum dictæ societatis, quod quidem erat necessarium Lucino, quamuis respectu Rauæ & Belli nulla adesset societas; tamen respectu creditorũ, qui contraxerant cum societate non erat liberatus, *l. omnem pro socio.* Sextò, facit dictum vnius testis, deponentis de confessione Rauæ, quòd talis societas cum Lucino non habuerat effectum. Et ex his conciliantur omnia, quę alias
* in contrarium in hac causa fuerunt coram me deducta. * Et ita conclusum.

* *Sub die 4. Iunij, & confirmata die 10. Decemb anni præteriti.*

Pampilonens. Parochialis de Iansi.
Die Veneris 9. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. cum quæritur, de exequut. rei iudic. locum habet, quando causæ sunt diuersæ.*

DECISIO MCCCLXIX.

FVit resolutum tres sententias latas ad fauorem Catharinæ de Zauallettta contra Antonium & incolas de Iansi, non obstare dicto Antonio, & incolis; quominus possint prosequi causam appellationis à sententia Officialis Pampilonensis lata ad fauorem Ferdinandi de Dolarea, subrogati per litteras Apostolicas in locum Ioannis de Zaualletta olim præsentati à Catharina: Nam ista causa est omninò diuersa ab illa, quæ fuit agitata, & per tres conformes finita ad fauorem Catharinæ; nam in illa agebatur de pertinentia iurispatronatus, in ista verò agitur de validitate sententiæ canonizatoriæ iuris Ferdinandi latæ per Officialem Pampilonens. & simul stare potest, & quòd iuspatronatus spectet ad Catharinam, & non ad incolas, & quòd nihilominus gratia Ferdinandi sit nulla, & inualida, & non iustificata. Vnde si Ferdinandus vult opponere de re iudicata ad effectum impediendi cursum causæ appellationis, non potest: tum, quia ipse, neque Ioannes, in cuius locum subrogatus est, non sunt nominati in sententijs; tum etiam quia cõmissa repe-

ritur

ritut causa restitutionis aduersus dictas tres sententias.

1 † Postremò, ex quo istæ causæ, vt dictum est, sunt diuersæ, & intrat dispositio *l. cum quæritur, de exequ. rei iudic.* potest tamen Ferdinandus vti dictis sententijs ad iustificationem suæ gratiæ, nempè, ad probandum consensum præstitum per Catharinam suæ prouisioni, esse validum; sed hoc non facit, vt ijs vti possit ad excludendum Antoniũ, & incolas à prosequutione causæ appellationis, de qua agitur. Nec obstat, quòd stante re iudicata constet de non iure Antonij, & incolarum; & ideo non sint audiendi, cum nullum habeant interesse; quia cum pendeat causa restitutionis in integrum, interest Antonij, & incolarum, ut beneficium non occupetur à nouo impetrante, vt in euentum quòd possint de eorum iure docere in causa restitutionis, facilior sit eis recuperatio possessionis beneficij, de quo agitur. Et ita conclusum.

Balneoregiens. Bonorum.
Die Mercurij 14. Iunij 1600.

SUMMARIUM.

1 *Ad probandum, quòd locus sit in districtu, an & quando admittatur mensuratio, & num. 3. & 6.*

2 *Probato communi vsu, illi semper standum est; maximè si probatio ex stylo sit coadiuuata.*

4 *Idem importat quadraginta millia passuum, quod quadraginta milliaria, & idem est milliare, & mille passus.*

5 *Statutum intelligi debet secundum communem usum loquendi.*

6 *Declaratur doctrina Bart. in tract. de testib. num. 55.*

DECISIO MCCCLXX.

Fuit dubitatum, an sit locus mensurationi in casu, de quo agitur. Prætendebat Illustrissima D. Octauia Vrsina de Marescottis succedere vnà cum fratribus in bonis Castrorum Polimartij & Pennæ, vti sitorum extra districtum Vrbis, & sic non venire sub statuto Vrbis, excludente filias feminas dotatas existentibus fratribus. Super

1 † qua re, An essent, nec ne, in districtu Vrbis infra quadraginta milliaria, fuerunt hinc inde examinati testes, & quia per testes Illustrissimi D. Cotradini probatũ fuerat hęc Castra esse infra quadraginta milliaria, ex aduerso fuit facta instantia probandi contrarium per mensurationem; ideo emanauit supradictum dubium, contendentibus informantibus pro D. Corradino, nõ esse admittendum in casu isto hoc genus probationis, *prout aliàs fuit resolutum coram R. P. D. meo Iusto, 10. Aprilis 1595.* Quare iterum proposito dubio, Domini pro maiori parte censuerunt non esse locum mensurationi, cum enim fuerit probatum ex communi vsu ista Castra esse infra quadraginta milliaria, non est admittenda probatio contraria per mensurationem, ex eo quòd non est releuans, cum in hac materia attendatur communis vsus, non autem ipsa veritas, *ut tradit Castr. in l. 1. num. 4. Ang. num. 2. Fulgos. n. 2. Alex. n. 6. ff. si quis cautionib. Innocent. in c. nonnulli, num. 2. & ibi Abb. testans de communi num. 6. de rescript. Alex. consil.*

2 *22. num. 6. lib. 4. Felinus*, qui dicit, † probato communi vsu, illi semper standum esse, *in c. olim, sub num. 4. vers. & sequitur Alex. de except. Federic. de Sen. cons. 201. num. 7.* maximè quòd ista probatio per testes de communi vsu est coadiuuata ex stylo Curiæ Capitolinæ, in qua dantur citationes exequendæ in Castro Polmartij, quod non fieret, si esset extra districtum, ut ostensum fuit in copijs exhibitis pro

3 parte D. Corradini. † Nec obstat, quòd in d. l. 1. Doctores admittant mensurationem, quia id habet locum, quando non constat de distantia secundum vulgarem vsum, & sic tollitur, quod dicitur, quòd probatio probationem non excludit, quia est intelligendum de probatione concludenti, non de ea, quæ facta non releuat. Nec ideo recur-

4 rendum est ad mensurationem, † ex quo statutum loquitur de quadraginta millibus passuum, quia idem importat, ac si dictũ fuisset quadraginta milliaribus, sunt enim vnum & idem, milliare & mille passus, nisi quòd illud est magis in ore vulgi, hoc verò frequentius apud Latinos Authores, & etiam certum est, istos passus esse Geo-

5 metricos, non autem communes, † & statutum intelligi

6 debet secundum communem vsum loquendi. † Non obstat *doctrina Bart.* super qua fit potissimum fundamentum, *in tract. de testib. num. 55.* vbi ait, si vulgi opinione, & fama inter loca certus milliarium numerus nuncupatur, illi standum esse, nisi probetur contrarium: credendum est enim illud vulgare & antiquum à certa antiquorum mensuratione sumpsisse exordium, & subdit: est autem ei, qui illud postular mensurari, suis expensis mos gerendus, &c. Nam si bene cõsideretur dictum Bartoli, dum ait, nisi contrarium probetur per mẽsurationem, & nec ita potest intelligi, quin eius dictum implicet contradictionẽ, postquam vult, vt stetur vulgi opinioni & famæ: Ideo illud est intelligendum, quando cõtraria vulgi opinio & fama probaretur. Solet enim plerumque euenire, vt per testes probentur famæ contrariæ, & quod subdit, morem gerendum ei, qui suis expensis vult mensurare, intelligendũ est, quando non constat quænam sit vulgi opinio & fama, *vt benè explicat Abbas loco supra citato*, dicens, si non apparet, quo modo vulgus accipit dictas, tunc in defectum vulgarium, recurrendum est ad legales. Quæ verò deducuntur ex *Castren. & Doctorib. in d. l. 1.* de modo mensurandi, non faciũt ad hanc quæstionem; loquuntur enim in casu in quo præsupponitur, ꝙ probatio fiat per mensurationẽ; Et eo magis dicebant Domini esse amplectendam hanc opinionem, quia aliàs daretur occasio multarum litium, si recederetur à communi opinione distantiæ locorum per mensurationem. Quare conclusum esse standum in resolutis. *

* *Coram R. P. D. Iusto, sub dicta die 10. April. 1595.*

Nullius seu Vrbinatens. Iurisdictionis.
Die Mercurij 14. Iunij 1600.

SUMMARIUM.

1 *Suspensio priuilegij quando per mortem Papæ non exspiret.*

2 *Clausula denotans solam perseuerantiam voluntatis, veluti, Donec voluero, differt à Clausula requirente nouam dispositionem, veluti donec aliud in præmissis duxerimus ordinandum.*

3 *Voluntas concepta sub nomine proprio, finitur per mortem; secùs est, si sit concepta sub nomine dignitatis, quæ numquam moritur.*

4 *Papa semper concedit sub nomine dignitatis, & non nomine proprio, quando concedit auctoritate Apostolica.*

5 *Suspensio priuilegij concessa intuitu alicuius, dicitur personalis, & eo mortuo exspirat.*

DECISIO MCCCLXXI.

Causa proposita, an constaret de priuilegio exemptionis Abbatis & monasterij Castri Durantis, Domini sub die 24. Maij proximè præteriti resoluerunt de eo constare, prout in resolutione desuper facta continetur, & licet tunc etiam dictum fuisset suspensionem Martini adhuc durare; tamen quia super hac re Reuerendiss. D. Archiepiscopus institit denuò audiri, iterum proposui cam strictè super hac suspensione. Et fuit per Dominos cõclusum, standũ esse in decisis, non obstantibus ex aduerso deductis; nam suspensio Martini, quę suspendit reuocationẽ priuilegiorum exemptionum, cõcepta est per hæc verba, (auctoritate Apostolica ex certa scientia, motu simili suspendimus per præsentes, donec aliud in præmissis duxerimus ordinando.) Ex quib. verbis colligitur responsio ad

1 primum fundamentum, quod fit ex aduerso; nempè, † hãc
suspensionem morte Papæ euanuisse, iuxta doctrinam
Saliceti, in l. fin. num. 14. C. de contrah. empt. quia cum dica-
tur in suspensione, donec aliud in præmissis duxerimus
ordinandum, ista ordinatio requirit actum positiuum no
uæ voluntatis, de quo cum non constet, vtique durat su-
spensio, neque morte exspirat, ita distinguunt *Doctores
aliàs allegati, in c. si gratiosæ, de rescript. in 6. ubi Io. Andr.
num. 2. & 3. Gemin n. 8. Franch. n. 10. & facit tex. in l. 4. de
manumiss. vind. & Gemin. in c. si delegatus, circa fin. de offic.
deleg. in 6. I as. in l. si centesimis, §. si ita stipulatus, n. 14. vers.
2 secundò moueor. de verb. oblig.* & ita distinguitur † inter
Clausulam denotantem solam perseuerantiam volũtatis,
veluti donec voluero, & Clausulam requirentem nouam
dispositionem, qualis est ista. Et tolluntur etiam deducta
ex *doctrina Bart. in d. l. centesimis.* Sed & alio etiam modo
respondetur, eam posse procedere, † si talis uoluntas esset
3 concepta sub nomine proprio, sed ubi concipitur sub no-
mine dignitatis, quæ numquam moritur, secus est, & hoc
probatur doctrina Felini *ex aduerso allegata, in c. ex litte-
ris, num. 9. uers. sed pro utili, de Consit.* Quòd autem hæc
dispositio sit concepta nomine dignitatis, apparet ex illis
verbis, auctoritate Apostolica, † & certum est, Papam no
4 mine dignitatis has exemptiones, reuocationes, & suspen
siones cõcedere, non autem nomine proprio. Non obstat,
quod dicitur, † hanc suspensionem fuisse personalẽ intui-
5 tu Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin. * & ideo eo mortuo
exspirasse, *l. sed si hoc, §. fin. de cond. & demonstr. Dec. consil.
621. num. 4. cum alijs,* quia verius est fuisse contemplatum
interesse, non solum Abbatis, sed etiam monasterij, vt pa-
tet ex illis verbis: (Cardinalis, & dilectorum filiorum
Conuentus eiusdem monasterij, &c.) Non obstat, quod
opponitur, alias reuocationes Bonifacij, & aliorum Pon-
tificum non fuisse suspensas, quia illæ reuocationes semel
fuerunt per Martinum V. sublatæ, & priuilegium exem-
ptionis restitutum & innouatum, licet postea super hac
gratia emanassent alia rescripta, causam super tali innoua
tione eiusq. reuocatione committentia, quatenus in præ-
iudicium Episcopi Vrbinatensis, & eius mensæ vergerent.
Demum causa ad se auocata, reuocauit dictam innouatio
nem, & postremo hanc reuocationem, cassationem, &
annullationem, litteras, ac decretum, & omnia inde se-
quuta suspendit, sub forma supra tradita. Ex qua facti se-
rie apparet, non fuisse necessariam suspensionem priorum
reuocationum, iam per Papam semel sublatarum, & so-
lum deinde sequuta indiguisse hac suspensione; obiectio
verò posset locum habere, si non fuisset habita mentio, uel
notitia priorum reuocationum. Et ita conclusum, stan-
dum esse in resolutis.

* *Iste fuit Cardin. Lucidus Abbatia S. Christophori Castri Durantis tunc Commendatarius.*

Romana Lignorum.
Die Lunæ 19. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Probatio facta quòd potest res ita esse, non excludit, quin etiam possit ita non esse.*

2 *Contra probationem non admittuntur præsumptiones.*

DECISIO MCCCLXXII.

HÆc causa fuit bis proposita, nempè 2. Iunii 1599. &
19. Iunij 1600. & fuit bis resoluta ad fauorem Pale-
sij, respectu summæ scutorum 682. demptis ex ea scutis
256. iuxta relationem periti ab Auditore Cameræ depu-
tati. Cum enim in hoc iudicio restitutionis impetratæ per
Illustr. Dominum Federicum, ipse sit Actor, tenetur con-
cludenter probare hanc partitam non fuisse bis per Pale-
sium solutam; nam Palesij intentio fundata est in libro
Cardinalis, & in quietantia habita à Zucchetto, de cuius
mandato dicta summa fuerat soluta incisoribus, & expor
tatoribus lignorum, & ex libri Cardinalis inspectione ap-
paret, non fuisse appositas istas solutiones, præterquam di
ctorum scutorum 256. Nec releuat prætensio Domini
Federici, quòd ista summa sit comprehensa in partitis de-
scriptis ad creditum Palesij in banco Domini Ceuli, quia
1 præterquam quòd † nititur in eo solo, quòd potest ita es-
se, quæ probatio non excludit, quin etiam possit ita non
esse, adest inuerisimilitudo maxima, cum fieri non pos-
sit, vt eadem pecunia fuerit soluta incisoribus & exporta-
toribus, & soluta in contanti in banco Ceuli ad creditum
Palesij, notus est enim stylus mercatorum, qui non descri-
bunt aliquem creditorem ex solutione facta alijs perso-
nis ipsis non interuenientibus; diuersitas autem persona-
rum in facto est manifesta, *l. triticum, & ibi Doctores, de
2 uerborum oblig.* Quare † cum fundata sit intentio Pale-
sij in libro Cardinalis, & in quietantia ministri, non ad-
mittũtur præsumptiones ad tollendã hanc probationem,
Aegid. decis. 617. Put. 406. libro secundo. Neque ex libro
Zucchetti, dato quòd probaret contra Palesium, sumi po
test aliqua probatio nisi possibilitatis, quę non concludit;
& ideo fuit per Dominos dictum, sententias latas pro Pa-
lesio confirmandas, & contrariam sententiam esse reuo-
candam. Circa aliquam partitam scutorum 420. non fuit
aliquid resolutum, cum ea in dictis sententijs non con-
tineatur.

Bononiens. Fideicommissi de Matthesilanis.
Die Lunæ 19. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Cons. Oldradi 21. est communiter receptum, quando non concurrunt coniecturæ in contrarium, & n. 2. & 9.*

2 *Prohibitio alienationis regulariter à fideicommisso præcedenti regulatur, nisi subsequantur alia fideicommissa facta substitutis, quia tunc prohibitio refertur etiam ad alia fideicommissa sequentia.*

4 *Ex prohibitione alienationis, an, & quando inducatur fideicommissum simplex, & absolutum, uel in casu tantum contrauentionis.*

5 *Verba testatoris posita post prohibitionem alienationis, quòd semper una stirps censeatur alteri substituta, in casu lineæ deficientis masculinæ, omni meliori modo, inducunt fideicommissum purum & simplex.*

6 *Sub conditione si sine filijs decesserit, filiæ feminæ etiam uocantur.*

7 *Dubia dispositio testatoris per claram declaratur, non è contra.*

8 *Per prohibitionem detractionis legitimæ & Trebellianicæ in una tantum parte, seu fundo hæreditatis, non dicitur recessum à priori generali fideicommisso.*

DECISIO MCCCLXXIII.

QVamuis, *consilium Oldradi 21.* sit communiter re-
1 ceptum, volentis † exspirare fideicommissum re-
lictum sub conditione, si sine filijs decesserit, hærede de-
cedente cum filijs, licet postea ipsi quoque decesserint
sine filijs; tamen illud procedit, quando non adsunt ali-
quæ coniecturæ, ex quibus constet testatorem voluisse
omni casu fideicommissum absolutum relinquere, nam
coniecturis concurrentibus receditur à dicta regula; dum
modo sint tales, ex quibus constet de testatoris uoluntate.
Vnde consideratis & diligenter examinatis verbis testa-
menti quõdam Francisci de Matthesilanis, Domini vna-
nimiter venerunt in sententiam, fuisse inductum fidei-
commissum in fauorem Dominorum Sfortiæ & Ioannis
Stephani de Matthesilanis, eiq. locum factũ fuisse per obi
tũ Alexãdri usufructuarij: Primo. n. loco testator vocauit

Vincentium eius filium,cui fubftituit eiufdem filios legitimos & naturales,& etiam in illorum defectum filios na
1 turales,& fpurios,& filios filiorum in infinitum, vulgariter,pupillariter,& per fideicommiffum. Addidit postea prohibitionem alienationis bonorum, cum expreffione, quia voluit bona perpetuò conferuari dictis fuis liberis,& defcendentibus mafculis,& alijs fubftitutis,vt infra,& fic in eius familia & agnatione in infinitum ordine, quo fupra. Secundò, decedente Vincentio fine liberis,vel defcendentibus mafculis, fed cum filiabus,vult quòd eo cafu bona fua,quo ad vfumfructum tantum,prouenjant in totum ad dictas filias,quo ad vixerint, & illis mortuis vel non extantibus vult,quòd eo cafu bona fua, quo ad medietatem vfusfructus tantum, perueniant ad Dominum Alexandrum fratrem ipfius teftatoris,& pro alia medietate dicti vfusfructus ad Dominas Prudentiam & Diamantem forores ipfius teftatoris, donec Dominus Alexander & forores vixerint,& inter eos voluit locum effe iuri accrefcendi in dicto vfusfructu. Subdit deinde aliam fubftitutionem fub his verbis: Dictis verò hæredibus vfufructuarijs fubftitutis in cafibus præfatis,omnibus mortuis, tunc & eo cafu idem Dominus Francifcus teftator inftituit, & fubftituit Ioannem,& Io.Stephanum fratres & filios Hermetis de Matthefilanis pro dimidia parte, & pro alia dimidia Bonifacium, & Sfortiam fratres & filios alterius Alexandri de Matthefilanis, & ipforum omnium liberos ordine fucceffiuo,vt fupra in infinitum,cum eadem prohibitione de non alienando eiufdem teftatoris bona vt fupra,quam femper repetitam effe voluit, ita quòd femper vna ftirps cenfeatur fubftituta alteri, modo quo fupra, in cafu lineæ deficientis mafculinæ,omni meliori modo. Addit poftremò aliam prohibitionem detractionis Legitimæ & Trebellianicæ fuper quadam poffeffione Plumarij,& Calcariæ,cum expreffione, quòd vult perpetuò effe fubiecta fideicommiffo,& debere conferuari,& manuteneri in domo & familia illorum de Matthefilanis. Ex hac ferie teftamenti plures fuerunt confideratæ coniecturæ per Dominos,ex quibus cenfuerunt non effe locum dicto confilio
2 Oldradi. † Certum eft enim,non habere locum dictũ confilium, fi appareat teftatorem voluiffe fubftituere etiam filijs filiorum deficientibus,vt per *Gabr.de fideicom.Concl.7.num.4.Craff.in §.fideicommiffum.q.8.* hanc autem voluntatem colligi cenfuerunt ex verbis apertis fideicommiffi. Primò,quia in priori prohibitione alienationis, teftator reddit rationem; quia voluit dicta bona perpetuò conferuari dictis eius liberis,& defcendentibus mafculis, & alijs fubftitutis, vt infra, & fic in eius familia & agnatione in
3 infinitum,ordine,quo fupra. Ex quibus verbis,licet † regulariter à fideicommiffo præcedenti,vt per *Dec.conf.636.* * & fuit pluries in Rota obferuatum; tamen ifto cafu apparet hanc prohibitionem non effe regulandam à folo fideicommiffo præcedente, fed etiam referendam ad alia fideicommiffa poftea adiecta per illa verba, (ac alijs fubftitutis,vt infra.) Ex quo patet, quòd quidquid fit de illa quæftione, An ex tali prohibitione inducatur fideicõmiffum purum & abfolutum, an in cafu tantum contrauentionis,de qua latè per *Modernos, Peregrin. in tractatu,de*
4 *fideicommiff.art.14.num.14. cum fequent.* † tamen hoc cafu negari non poteit induci fimplex & abfolutum fideicommiffum,cum addita fint illa uerba,quia voluit dicta bona perpetuò conferuari dictis liberis & fubftitutis, & fic in familia & agnatione,ordine, quo fupra; nam confideratio iftius ordinatæ conferuationis, conuenit tantum fucceffioni fideicommiffariæ; non autem fucceffioni penali,in qua turbatur ordo fucceffionis. Secundò, clarius & magis expreffè hoc idem confirmatur ex fecunda prohibitione alienationis adiecta fubftitutioni filiorum Her-
5 metis & Alexandri, † in qua leguntur poft prohibitionem hæc verba, (ita quòd etiam femper vna ftirps cenfeatur fubftituta alteri,modo quo fupra,in cafu lineæ deficientis mafculinæ omni meliori modo, vt fupra.) Quæ verba nulla poffunt tergiuerfatione euitari,quin inducant fideicommiffum purum & fimplex in cafu deficientis lineæ mafculinæ: Immo ex illis apparet vltimò fubftitutos non fuiffe fubftitutos vfufructuarijs, fed abfolutè omnibus inftitutis & fubftitutis deficientibus, qui cafus cum euenerit,paret factum effe locum fideicommiffo. Diuerfus au-
6 tem eft ifte cafus ab illo,fi fine filijs decefferit, † fub quo vocantur filiæ feminæ,& habet fuam particularem & expreffam determinationem, quæ dato quòd prius fideicommiffum effet conceptum fub illo cafu tantum, fi fine liberis decefferit; illud tamen ampliat, extenditq. ad cafum deficientis lineæ mafculinæ; & licet addita fint illa verba,(vt fupra;) tamen ex his non eft deftruenda difpofitio clara, fed potius ex hac illa fuperior interpretanda eft,ut talis fuerit à principio teftatoris voluntas, cum du-
7 bia † difpofitio per claram, non è contra,fit declaranda; & fic apparet teftatorem in Claufula illa, (dictis verò hæredibus vfufructuarijs fubftitutis,omnibus mortuis,) non fenfiffe de vfufructuarijs tantum,fed de omnibus hæredibus,& vfufructuarijs & fubftitutis,vt per *Bartol.in l.fi cui,§.1.de legat.1. Alex.in l.fin. verf.fed aduerte, C.de hæred.inftit. Dec.conf. 513. numero undecimo, cum allegatis.* Ter-
8 tiò concurrit difpofitio contenta in vltima parte inftitutionis, † in qua prohibet detractionem Legitimæ & Trebellianicæ ex quadam eius poffeffione; & reddit rationem; quia vult perpetuò effe fubiectam fideicommiffo,& debere conferuari & manuteneri in domo & familia de Matthefilanis,neque ex hac fimplici prouifione receffum fuit à priori generali fideicommiffo. quia cum abfolutè non poffet teftator prohibere detractionem legitimæ ex fua hæreditate,neceffe fuit hac particulari prouifione, vt detraheretur ex hac poffeffione,fed interim confirmat
9 fideicommiffum relictum familiæ in infinitum. † Quartò, concurrunt generales coniecturæ, quas Doctores in hac materia ponderare folent,nempè, proceffus ad plures gradus fubftitutionum, *ut per Aym.conf.98. Socin.150.num.4.lib.2.cum alijs,qui latè cumulantur per Modern: Aquilan.conf.1.num 44.* Item quòd verba teftatoris habent tractum fucceffiuum, *ut per Alex.conf.43.lib.3.Dec.confilio 480.& alios quos citat d.Modern.num 45.facit decifio Foro*
a *liuienf.coram S.D.N.* a Et ex his conclufum,fententiam extra Rotam latam pro Matthefilanis effe confirmãdam.

* *Et per Socin.in conf.53.numero 9 lib.3.Goz ad.conf.30.numero 16.verf.non obftat.Cepol.conf.17.num.24.Menoch conf.327.n.7.& conf.347.num.12.Gabr.conf 132.q.3.num 21.lib.1.& conf.138.nu.26 cum feq.uol 2.& tenuit Rota in Albanen.fideicommiffi,14.Iun.1574 coram Cotta.& in Romana fideicommiffi, de Maximis,26 Octob.1593 coram Robufterio,relatis in nouiff.diuerf.49.& 158 p.1.*

a *In Foroliuienf.fideicommiffi,19.Mart.1576. coram Aldobrandino, quæ in impr.diuerf.eft 568 p 1.*

Mediolanenf.Parochialis.
Die Veneris 6.Iunij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Noua prouifio non fuffragatur ei, qui antea erat in poffeffione,nifi iuftificetur in ijs,in quibus uenit iuftificanda,per totam.*

DECISIO MCCCLXXIV.

1 FVit decifum, † nouam prouifionem non fuffragari Camillo in cafu, de quo agitur,ex pluribus: Primo, quia non eft iuftificata narratiua, quòd nullos percepetit fructus, cum tamen fuerit in poffeffione, *Rota decif.25.de præbend. in nou.& fuit decifum coram R.P.D.meo Penia in Panormitana Archidiaconatus, 22.Maij,1592.* Secundò, quia non eft iuftificata refpectu valoris, cum teftes non percutiant tempus gratiæ, *Felin.in c.ad aures,num.44.limitat.2.de refcript.* Tertiò,quia in gratia adeft Claufula,Dũmodo tpe gratiæ,&c.& tamen iam antea præceffetat gratia Ap.

plani de anno 1596. tertio Id. Decemb. Vltimò, quia cum debuisset Camillus publicare suam nouam prouisionem, *iuxta decisionem Illustr. ss. Cardinalis Mantic. in causa Spoletana beneficiorum. 16. Iunij, 1595.* illam non publicauit, nam illa, quæ exhibetur, apparet facta litteris non expeditis, vt bene in facto deducitur. Et ideo conclusum, nouam prouisionem non suffragari.

Romana Educationis.
Die Veneris 23. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrarium est iudici, apud quem pupillus educari debeat.*
2 *Educatio pupilli dicitur pars curæ.*
3 *Declaratur doctrina Bartol. in l. 2. numero 40. de vulg. & pupill.*

DECISIO MCCCLXXV.

* Domini steterunt in decisis * non obstantibus allegatis pro parte Excellentiss. D. Martij; nam licet in aliquo casu *Oldradi consil. 119. & Iason. consil. 155. lib. 4.* non omnino sit similis casui nostro, tamen in eo bene conuenit, & applicatur, quòd ista fuit quædam præuia præparatio ad testandum, non autem certa dispositio & voluntas redacta in scriptis; quinimmò magis clarus videtur iste casus; nam in casu Oldradi dici posset, non ideo fuisse redactam in scriptis dispositionem, quia fuit morte præuentus, hic verò non fuit morte præuentus testator, immò condidit testamentum, & nullam in eo fecit mentionem de hac educatione. Vnde magis videtur dicendum, eum nihil super hac re disponere voluisse; & ideo succedit conclusio
1 firmata per Dominos, quòd hoc casu, † licet iudici arbitrari, apud quem pupillus educari debeat: maximè cum testium depositiones debilitentur ratione æquiuocationis, quæ est multum verisimilis; nam primus testis interrogatus dicit se non recordari præcisè de educatione, &
2 sic potuit æquiuocare, † cum pars curæ sit educatio, *Bald. in l. omnes, C. ad Trebell.* Secundus testis est valde varius circa verba testatoris, nempè, (che il figlio restasse, che si alleuasse,) & tamdem iudicat, quia dicit se ita intellexisse, cum debuerit dicere, testatorem ita intellixisse, & verba poterant etiam intelligi de cura, ad *Paris. consil. 16. libro 1. Caputaq. decis. 270. num. 5. par. 1.* & eodem pacto videtur loqui tertius testis, & quartus. Quintus testis, vltra quòd dubitatiuè loquitur, deponit de cura & educatione, & demum iudicat; & idem dici potest de sexto teste. Et in summa deponunt per valdè diuersa verba, nempè (che restì, che si alleui, che il Signor Martio hauesse cura, che si dia al Signor Martio, che si lasci al Signor Martio.) Quibus accedit inuerisimilitudo considerata ex depositione Illustriss. & Reuerendiss. D. Thesaurarij; Ideo in re tam ancipiti non est recedendum à dispositione iuris communis, quæ facit pro Excellentiss. D. Camilla, & Illustriss. D.
3 Cardinali Montalto. † Nec obstat doctrina *Bart. in l. 2. n. 40. de vulg. & pupil.* quam *Alex. & alij sequuntur.* quia loquitur de verbis prius prolatis à testatore, à quibus potest recipere interpretationem dispositio dubia contenta in testamento, qui non est casus noster: Ideo conclusum standum esse in decisis.

* *Sub die Lunæ 15. Maij proximè præteriti.*

Imolens. Capellaniarum.
Die Lunæ 26. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Communio non præsumitur.*
2 *Capellaniæ sub diuersis intitulationibus debent vnaquaque suam habere dotem.*
3 *Instrumentis magis statur, quàm testibus, quando testes non deponunt de causa scientiæ concludenter.*
4 *Testis dicitur inimicus, qui se examinauit in causa criminali in officio Sanctæ Inquisitionis contra eumdem, nec fidem meretur.*
5 *Communio bonorum non arguitur ex eo quòd simul in communi fructus percepti fuerint.*

DECISIO MCCCLXXVI.

Fuit conclusum non probari concludenter bona istarũ
1 Capellaniarum esse communia; nam † cum ista communio sit contra præsumptionem iuris, ut per *Bart. in l. Titius, §. altero, de admin. tut. Anchar. consil. 148. & alij allega-*
2 *ti per Cephal. consil. 150. num. 8.* nam † cum sint duæ Capellaniæ, & sub diuersis intitulationibus, vnaquæque debet habere suam dotem, quod videtur bene probari ex instrumentis locationum diuersis, & separatim factis vnicuique
3 iusque Capellæ, † quibus magis est standum quàm testibus; nam isti testes non deponunt de causa scientiæ concludenti, cum secundus de hac re interrogatus dicat se ne scire, tertius deponit de credulitate, quartus respondit, ne.
4 scire, (che siano reputati & tenuti per tali,) † quintus testis non uidetur mereri fidem, cum sit inimicus, & se examinari fecit in causa criminali in Officio S. Inquisitionis contra Vrsolinum. Neque confessiones Rectorum sunt concludentes, non solum ex eo quòd factæ fuerunt in iudicio confidentiarum, & sic diuerso ab isto; sed etiã, quia
5 † ex eo quòd simul in communi possederint fructus, non arguitur communio bonorum, cum ex causa voluntaria hoc fieri potuerit, ex quo habebant vnicum laboratorem, *Alexand. consil. 151. num. 4. lib. 4.* & ex eadem causa, non est mirum, si fuerunt confusè descripta in Catasto Tussignani. Veritas autem videtur ex eo colligi, quòd adest silua separata, quæ dicitur Bosco di S. Hieronymo, ut per eosdem testes probatur. Quare conclusum non probari communionem.

Viterbiens. Prædij.
Die Mercurij 28. Iunij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Modicitas pretij non dicitur probata ad effectum rescissionis venditionis, si per testes deponatur de proprio iudicio, & quadam priuata affectione, licet deponant etiã de communi æstimatione.*
2 *Modus legitimus probandi valorem per testes, est, quòd deponant de communi reputatione.*
3 *Ædificia sita in prædijs rusticis, non habentur in consideratione, nisi uti quid accessorium, & non æstimantur sicut prædia vrbana.*
4 *Testes, qui ignorant quantitatem & qualitatem terrarum, & uinearum, non probant communem valorem.*
5 *Idem est si ignorent quantum communiter soleant æstimari terræ laboratiuæ & uineatæ.*

DECISIO MCCCLXXVII.

Agebat Dominus Alexander Luchinus contra D. Iacobum Antonium de Ponte, ad rescissionem contractus venditionis cuiusdam prædij in territorio Viterbiẽsi siti sub prætextu læsionis ratione modicitatis pretij; quare fuit dubitatum, † an constaret de tali pretij modicita-
1 te. Et causa pluries proposita, tamdem fuit resolutum nõ constare; nam licet testes primo examinati, & etiam alij vltimo examinati deponant prædium excedere ualorem trium millium scutorum: cum tamen venditum sit pro mille & quingentis, & non solum deponant de suo iudicio, sed etiã de communi æstimatione, *l. pretia rerum, ad leg. Falcid.*

Falcid.Couar.lib.2.c.5.variarum.Arius Pinell.lib.2.par.3.
c.3.num.17.C.de rescind.uend. & cum testibus concurrant
depositiones peritorum: tamen cum testes videantur de-
ponere de proprio iudicio, & quadam priuata affectio-
ne,non probant, *l.mortis causa,§.fin.ff. de donat. caus. mort.*
cum alijs quos refert Pinell.in d.l.2.parte 3. cap. 4. num. 18.
2 † & licet deponant aliqui de communi reputatione, qui
est modus legitimus probandi valorem,ad *Socin.consi.13.*
*num.2 lib.2.*tamen ex ratione,quam deducunt, apparet
3 eos deceptos, † cum habuerint rationem domus, seu Pa-
latij in prædio existentis,ac si esset prædium vrbanum; &
tamen non erat habenda tanta ratio, quia ædificia sita in
prædijs rusticis habentur in consideratione, vti quid ac-
cessorium,& licet reddant prædium pretiosius; tamē non
æstimantur, prout æstimantur prædia vrbana, *Ari. Pinel.*
in d.l.2.parte 3.c.4.num.28.& Franc.Solsona in Lucerna lau
demiorum in 3.cellula,num.16.& fuit dictum in causa An-
conitana Terrarum de anno 1590.coram Illustriß.Plato,17.
4 *Martij,& 21.Aprilis 1589.* Præterea † isti testes nihil
concludenter probare possunt, cum ignorent quãtitatem,
5 & qualitatem terrarum,& vinearum, & † in specie ter-
tius testis ignorat,quantum communiter soleant æstima-
ri terræ laboratiuæ & vineatæ. Vnde non potest probare
valorem communem, & in his terminis fuit pluries alle-
gatum *cons.Alex.53.num.4.lib.6.& fuit decisum in d.An*
conitana terrarum de Thomasijs, & in causa Tiburtina Ca-
stri anno 1595.coram R.P.D.meo Litta,& nouissimè coram
* *me,in causa Arminen.Castrorum,* * *& in pluribus alijs cau-*
sis. Et postremò non deducunt pretium pacti de retroue
dendo in venditione appositi. Quantum verò ad dictum
peritorum, Domini non habuerunt eius rationem, quo-
niam non percutiunt tempus contractæ venditionis, &
etiam videntur habuisse maiorem rationem ædificij, quā
haberi debeat in prædijs rusticis,vt supra dictū est. Qua-
re his omnibus perpensis fuit conclusum non probari mo
dicitatem pretij ad effectum rescissionis contractus.

* *Sub die Lunæ 7. Iunij 1599 & melius sub die Lunæ vlt. Maij 1593;*

Anconitana Census.
Die Mercurij 28. Iunij 1600.
SVMMARIVM.

1 *Solutio censetur facta de pecunijs debitoris, quando quietantia cantat eius nomine per manus tamen tertij.*

2 *Cedens, qui nullum ius habet in re, quam cedit, nihil cedit.*

DECISIO MCCCLXXVIII.

DOminus Franciscus Masius conuentus pro solutione
quarumdam pecuniarum solutarum per Guzzoli-
num,occasione cuiusdam census per ipsum super suis bo-
nis impositi intuitu Masij, qui bonam fidem recognoue-
rat,opposuit de compensatione, ratione quarumdã sum-
marum per ipsum vti fideiussorem Guzzolini solutarum
cuidam Hebræo: Ideo fuit dubitatum, an constaret de
credito D.Masij. Et per Dominos,qui causam viderant,
fuit tentum,non constare concludenter ad effectum retar
dandæ exequutionis mandati Auditoris Cameræ,pro illa
summa,quam Guzzolinus soluit in causam prædicti cen
sus pro D.Masio: Nam credita deducta per Masium consi
stunt in scutis 60. solutis pro Guzzolino cuidam Hebræo
creditori instrumentario Guzzolini. Item in credito scu-
torum 52.occasione interesse scutorum 202. habitorum à
Guzzolino sub accessione Bernardini Masij patris Fran-
cisci à Iosepho Bellouiro,pro quibus 52. scutis soluendis
contraxit debitum cum quodam Iacobo Hebræo scutorū
64. Item scutorum 150. pro complemento solutionis di-
ctorum scutorum 202. de quibus obtinuit cessionē à quo-
dam Moise Hebræo asserto procuratore dicti Iosephi. Ve
rum Dominis visum fuit de istis creditis concludenter nō
constare; nam quantum ad creditum scutorum sexagin-
1 ta, † cum solutio sit facta nomine Guzzolini per manus
Masij,ea censetur facta de pecunijs debitoris, vt per *Ber-*
trand.cons.582.lib.2. quem sequuta est Rota coram R.P.D.
meo Mellino, hoc anno in Romana Expeditionis Bullarum.
Aymo,cons.129.num.4. licet aliquid videantur facere in
contrarium litteræ Guzzolini in summario num.4.sed sa-
tis est ad hunc effectum, rem non esse claram pro Masio.
Quantum ad creditum scutorum 202. ad cuius computū
fuerunt soluta scuta 52.verè apparet fuisse soluta à Masio
cum protestatione repetendi, & quantum ad istam sum-
mam non videtur afferri concludens responsio. Quantum
verò ad scuta 150. pro quibus allegatur cessio illa, est val-
dè turbida,& suspecta; nam ex instrumento computorum
& transactionis factæ inter Iosephum creditorem & Guz
zolinum anno 1553. apparet fuisse factum calculum de
omnibus vsque in illum diem tractatis, & instrumentis
celebratis, & Iosephum remansisse creditorem florenorū
545.quos Guzzolinus soluere promisit intra quattuor an
nos,& postmodum anno 1558. confessus fuit idem Iose-
phus sibi fuisse satisfactū integraliter à Guzzolino, & con
sensit cassationi instrumentorum omnium,eumq.quieta-
uit. Ex quo sequitur,creditum illud scutorum 150. funda
tum super cessione habita ab asserto procuratore Iosephi,
cum sit hęc cessio facta anno 1583. non probari; tum ex
eo quòd non constat de mandato cedentis; tum quòd iam
illud debitum fuerat per principalemmet exactum, &
2 extinctum vsque de anno 1558 † Vnde cum cedens nul-
lum ius haberet,non potuit quidquam cedere, *Put.decis.*
343.num.2.lib.1. Nec quidquam certi potest haberi ex de-
positionibus testium Masij. Et ex his concludebant Domi
ni non cōstare de credito Masij præterquam in scutis 52.
Verum quia plures ex Dominis non uiderant causam,ego
eam iterum proponam.

Romana Domorum.
Die Lunæ 3. Iulij 1600.
SVMMARIVM.

1 *Noua concessio dicitur,& non prorogatio, quando fit diuersis pactis & conditionibus.*

Idem si mutatur pretium, vt num. 2.

Etiam si addantur nouæ personæ, vt nu. 3.

4 *Magis attenditur forma contractus, quàm partium denominatio.*

5 *Stante styli incertitudine, recurrendum est ad iuris communis dispositionem.*

6 *Interpretatio in dubio fieri debet contra concedentem, & contra venditorem.*

DECISIO MCCCLXXIX.

CAusa iterum proposita Domini censuerunt standum
esse in resolutis, * nempè Antonium Franciscum es-
se comprehensum in concessione,de qua agitur: Na duo-
bus potissimum fundamentis nituntur informantes pro
Archiconfraternitate infirmare decisionē: Primum est ex
eo,quòd sumus in prorogatione, non autem in noua con-
cessione, cui argumento licet in decisione facta satisfactū
fuerit; tamen ex abundanti adhuc fuit consideratum,
hanc non posse dici progationem, sed esse nouam conces-
1 sionem,ex pluribus. Primò,quia † cum prius essent plures
inuestituræ diuersarum domorum, sub diuersis pactis, &
canonum præstationibus, eæ omnes redactæ fuerunt in
vnum contractum,sub vno pretio, & canone, ac nouis
conditionibus, à prioribus omninò diuersis, quæ res fa-
cit,ut dici debeat nouus contractus, quamuis causam ha-
beat ab antiquis,*ut in allegata decisione bon. mem. Dom. de*
2 *Graffis, a & probatur in l.cum eisdem,cum duabus sequent.*
de edil.edicto. ~, ista omnia sunt ipsius contractus sub-
2 stantialia: † pretium enim est ex substantialibus, circa

quod, si fiat mutatio, uel alteratio, dicitur nouus contra-
ctus, *ut per Gabr. de dilation. Concl. 2. in 2. limitat. numer. 25.
Natta cons. 5 7. num. 3. Aymo. cons. 16 . num. 9. & 12. Fe-
lin. in c. de causis, num. 2. in 2. limitat. de off. deleg. & benè ex-
plicatur hæc materia in glos. Parisiensi. tit. 1. §. 23. numer. 40.*
3 & facit, quia † adiectio nouarum personarum, seu gra-
duum, efficit nouam concessionem, *ut per Aug. in l. apud
Iulianum, §. si quis alicui, de leg. it. 1. Aluar. Velasq. in tractat.
de iure emphyt. q. 49. num. 6.* neque confirmantur priores
concessiones, sed transfunduntur in vnam; bene facit *Nat
ta loco supra citato.* Neque obstat fuisse factam mentionē
4 prorogationis, quia vt aliàs dictum fuit, † magis attendi-
tur forma contractus, quam partium denominatio; Vltra
quòd etiam Antonius petiit simpliciter concessionē, non
autem prorogationem. Secundò obijcitur, interpretādum
esse contractum iuxta stylum eiusdem Notarij, qui in alijs
concessionibus antecedentibus habuit rationem personæ
Antonij pro una generatione; Hæc regula vera esset, si sty
lus & consuetudo Confraternitatis essent in omnibus vni
formes, sed de difformitate patet ex alias deductis, &
etiam facit additio dictionis (eius.) Neque obstat *consil.
Simon de Pr. t. 88.* consideratis differentiam inter conces-
sionem pro se, & filiis, in tertiam ipsius generationem, &
eam quæ fit in tertiam ipsius generationem sine mentio-
ne filiorum; nam ea tollitur ex *cons. Roini, 166. nu. 7 lib. 1.*
5 Et ideo † stante styli incertitudine, recurrendum est ad
6 iuris communis dispositionem, † & interpretatio fieri de-
bet contra concedentem & venditorem, *ut fuit resolutum
coram me, in una Eugubina terrarum, 18. Decembris, 1570.*
Quæ dicuntur de læsione, nihil commune habent cum
actione intentata ad deuolutionem, ob finitam genera-
tionem. Et ita conclusum.

* *Sub die Mercurij 24. Maij proximè præteriti.*
* *In decis. unica, de confess. num. 5. cum seqq.*

Segunti na Decimarum.
Die Lunæ 30. Octobris 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Qui nititur præscriptione, si cum ea concurrat priuile-
gium in illius possessione manuteneri debet, etiam si
possessio habeat resistentiam iuris, donec super petitorio
cognoscatur,*
2 *Probatio uniuersalis possessionis, non operatur in concur-
su particularis probationis.*
3 *Cap. nuper, de decim. quomodo dicatur procedere.*

DECISIO MCCCLXXX.

PRætendebant Prior & Fratres monasterij B. Mariæ de
Duerò Ordinis Præmonstratensis, exemptionem à so
lutione decimarum cuiusdam prædij non ita pridem ab
ipsis empti, quod situm erat in Parochia de Centinera, &
de quo Rector & Episcopus soliti erant percipere deci-
mas., & petebant se in quasi possessione exemptionis ma-
nuteneri, stante quòd per testes pro eorum parte exami-
natos prætendebant se probare generalem exemptionem
à solutione decimarum de bonis per eos possessis, &
etiam nitebantur priuilegio quodam Ioannis XXII. pro
titulo, ad effectum, vt locum haberet dispositio, *c. cum per-
sonæ, de priuileg. in 6. cum ibi notat. per Doctores*, ubi habe-
1 tur, eum † qui nititur præscriptione, si cum ea concurrat
priuilegium, esse manutenendum in possessione, etiam si
possessio habeat resistentiam iuris, donec cognoscatur pe-
titorium, *ut fuit resolutum coram me, in una Salamantina
Iurisdictionis, 17. Decembris, 1582.* Allegabant etiam sen-
tentias ad eorum fauorem latas, & instabant pro manu-
tentione exemptionis. His tamen non obstantibus, Do-
mini censuerunt, eos non esse manutenendos, sed Recto-
rem & Episcopum, quibus assistit ius commune, & qui
ante prędij emptionem erant in possessione leuandi deci-
mas ex illo prædio. Nec obstare generalem consuetudinē
per testes probatam, quia vltra quòd controuertebatur,
an essent legitimè examinati, & quòd per eos non proba-
tur illa vniuersalis possessio, sed est tantum de aliquibus
prędijs particularibus, non percutiunt prædium de quo
2 agitur, † & probatio illa uniuersalis non operatur suum
effectum in concursu particularis probationis, ut *fuit aliàs
coram me resolutum, in vna Hispalen. decimarum* * *de anno*
1567. neque etiam posse iuuari allegatione priuilegij Io-
annis XXII. quia in illo non continetur expressè, quòd
fratres possint emere de nouo prædia post generale Con-
cilium, & ea habere exempta à solutione decimarum
3 † contra dispositionem *cap. nuper, de decim.* neque illa ver
ba priuilegij, quæ habent, exemptionem à præstationi-
bus decimarum iam de possessionibus, & de hæreditati-
bus habitis ante & post Concilium, quàm de cetero ha-
bendis, & ab alijs, siue ante, siue post Concilium acquisi-
tis, & acquirendis, apta sunt comprehendere acquisita
mediante emptione post Concilium, contra expressam
prohibitionem *d. cap. nuper.* Sed intelligenda de acquisitis
alio titulo licito, puta ex relicto pro fundatione monaste
rij, uel alio modo non prohibito; & ideo cum non concur-
rat probatio in specie possessionis exemptionis de hoc
prędio, neque uerba priuilegij sint clara pro fundamento
eorum prætensionis, dandum esse mandatum de manu-
tenendo Rectori & Episcopo interim, dum in petitorio
examinatur, quo pacto sit intelligendum priuilegium,
& an ab aliqua obseruantia recipiat interpretationem. Et
ita conclusum.

* *Sub die 12. Aprilis 1567.*

Verulana Expensarum.
Die Veneris 19. Ianuarij 1600.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio ad uidendum supersederi in exequutione, non facit
vt ideo probetur cœpta exequutio.*
2 *Clausula apposita in supersessoria, firma remanente exe-
quutione, intelligi debet, quatenus esset facta.*
3 *Expensæ factæ super lite iniusta, non debentur.*

DECISIO MCCCLXXXI.

FVit resolutum, expensas non deberi, nisi iuxta sty-
lum Curiæ, ad rationem decem Iuliorum, nisi pro-
betur mandatum fuisse realiter exequutum in partibus.
Verum de hac reali exequutione in partibus facta, num-
1 quam doctum fuit; nam † quod allegatur fuisse citatum
Angelum ad videndum supersederi in exequutione, non
facit, vt ideo probetur cępta in partibus exequutio, cum
possit talis instantia fieri metu, ne procederet ad exequu-
2 tionem, & † eodem modo intelligitur Clausula apposita
in supersessoria; firma remanente, &c. quia intelligit, qua-
tenus esset facta. Et si verum esset fuisse capta pignora in
exequutionem, facilè probari posset, quod tamen Ange-
lus numquam potuit verificare; & ideo stante deposito
de ordine bon. mem. Domini Bubali facto, & receptione
pecuniarum per D. Angelum, fuit sufficienter satisfactus
3 de expensis, † & in consequentiam aliæ expensæ per eum
in hoc negotio factæ non debentur, cum sustinuerit litem
iniustam sub prætextu, quòd deberentur ei ad rationem
tredecim Iuliorum, quod est contra notorium stylum Cu
riæ, &c.

Aquinatens. Monasterij.
Die Veneris 26. Ianuarij 1601.

S V M M A R I V M.

1 *Laici non sunt incapaces iuris conferendi, eisque ius resti-
tuit, licet collatio fiat nomine Regis, vt num. 5.*

2 Reges

2 *Reges possunt conferre beneficia, quando habent priuilegium Papæ.*

3 *Ius conferendi beneficia à laicis, neque præscriptione neque consuetudine acquiritur.*

4 *Dispositio cap. consultationibus, de iure patron. quando non habeat locum, & quomodo intelligatur.*

6 *Ius conferendi est spirituale, & à laicis possideri non potest.*

7 *Ex collationibus de facto à laicis emanatis, non inducitur ius aliquod aduersus iuris diuini dispositionem.*

DECISIO MCCCLXXXII.

DOmini sine difficultate censuerunt nullum ius competere Domino Ioanni Zappater ex collatione ei
per Proregem facta super monasterio, de quo agitur, non
quidem ratione tituli, quia † talis iuris conferendi lai-
1 ci sunt incapaces, eisq. ius resistit, *cap. si quis deinceps, cap. per laicos, c. p. laicis, 16. q. 7. & iam fuit in hac causa resolu-*
tum; nam † licet ex priuilegio Papæ, Reges possint ali-
2 quando conferre beneficia, *cap. Adrianus, il 2. 63. distinct. cap. dilectus, il 3. de præbend. cap. cum inter. de consuetud. Io. Montaygn. de bigam. q. 1.* tamen ad hoc requiritur priuilegium, *d. c. si quis deinceps, 16. q. 7. Rebuff. de nominat. q. 21. num. 58. Sylua de benefic. parte 2. q. 25. ex traditis per Ioan. Andr. in c. 2. in fine de præben. in 6. Anch. in cap. 1. num. 3.*
3 *vers. item personam, de reg. iur. in 6.* † & ideo tale ius neque præscriptione, neque consuetudine quæritur *Abb. in d. c. dilectus, num. 6. de præbend. Alex. consil. 74. num. 17. & 19. lib. 4. Dec. consil. 134. num. 3. Felin. in cap. 2. num. 3. de maior. & obed. & in cap. dilecto, num. 1. de testibus Balb. de præscript. 1. parte, quæst. 7. num. 16. & fuit resolutum in causa Toletana, Iuris nominandi coram Illustr. Blanchetto, 27. Aprilis, 1584.* Vltra quòd de præscriptionis interruptione con-
4 stat, vt benè deducitur in facto. † Non obstat *dispositio c. consultationibus, de iure patron.* quia non concurrunt requisita, nempè, titulus saltem coloratus, præsentatio corã Ordinario, & bona fides, *vt per gloss. ibid. & Butr. num. 8. vers. quarto casu.* & quod est maximè animaduertendum, textus ille loquitur in terminis iurispatronatus, cuius lai-
5 ci non sunt capaces; † nos autem sumus in collatione facta a laico nomine Regis, quæ habet manifestam iuris re-
6 sistentiam, † & cum hoc ius conferendi sit spirituale, & spiritualia possideri non possint à laicis, *cap. Messana, de*
7 *election.* † non inducitur ius aliquod ex collationibus de facto emanatis, aduersus iuris diuini dispositionẽ, *c. quanto, de consuetud. Anchar. in c. si quando, de offic. deleg. in 6. Card. in Clem. 2. in princ. de magistr. Bald. in §. si clericus, de pace tenenda.* Et ita conclusum pro informante.

Pampilonens. Parochialis de Iansi.
Die Mercurij vltima Ianuarij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta intra decem dies datos ad appellandum, dicitur attentata, quando causa erat appellabilis.*

2 *Iudex dicitur mixtus exequutor propter Clausulam, Vocato, &c.*

3 *In subrogatione non in forma gratiosa, sed in forma dignum, iudex dicitur mixtus exequutor.*

4 *In subrogatione concessa in forma dignum, prius discutiendum est de iure authoris.*

5 *Per dimissionem possessionis factam cum protestatione, & reseruatione iuris sui, & factam coactè, quis non priuatur possessione.*

DECISIO MCCCLXXXIII.

1 FVit resolutum, † constare de attentatis, quia fuit capta possessio per Ferdinandum intra decem dies da-
* tos ad appellandum, *cap. non solum, de appellat. in 6.* * &
a causa erat appellabilis. *a* † Iudex enim erat exequutor
2 mixtus, propter Clausulam, Vocato Antonio, & alijs, *Card. cons. 63. num. 1. & 2. Felin. in c. de cetero, nu. 10. de re iu*
b *dic. b* & maximè quia Ioannes in cuius locum fuerat subrogatus Ferdinandus, numquam habuit possessionem,
3 † & subrogatio non erat gratiosa, sed in forma dignum;
4 Ideo † prius erat discutiendum de iure sui authoris, *Ro-*
c *ta decis. 10. Vt lite penden. in non. Mohedan. 10. cod. tit. c*
Neque obstant sententiæ latæ contra Antonium, quibus declaratur nullum ius ei competere, quia earum effectus fuit suspensus per commissionem restitutionis in integrũ.
6 † Neque obstat dimissio possessionis per eum facta; nam fuit cum protestatione & reseruatione sui iuris, & facta coactè propter Clausulam, Partio indicato, appositam in commissione restitutionis. Ex his sequitur hâc possessionem esse reuocandam, & non posse dari mandatum de manutenendo Ferdinando, *Caput. decis. 134. lib. 1. in*
d *manuscript. cum alijs allegatis.* d Et ita conclusum.

* *Et per gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accusation. Bertr. in repertor. in verbo, attentata pendente termino, Lap. alleg. 2. num. 7. Lancell. de attent. cap. 11. de attent. penden. term. ad appell. num. 16.*

a Vt per Put. decis. 98. lib. 2. & fuit dictum in Toletana Capellania, 9. Iulij 1567 coram bo. mem. Oradino.

b Adde Zabarell. consil. 63. num. 1. & 2. & fuit dictum in Abulen. & Zamoren. beneficiorum 17. Iunij. 1594 coram R. P. D. meo Penia.

c Idem per Cassad. decis. 2. num. 1. de caus. poss. & propriet. Lap. Allegat. 89.

d Et per Varall. decis. 134. lib. 1. in manuscript. & fuit dictum in Palatin. & Oxomen. beneficiorum. 18 Martij, 1591. coram R. P. D Penia, & in Boianen. præcedentis. 27 Iunij 1594. coram. bon. mem. Gipsio.

Mutinens. Status.
Die Lunæ 9. Aprilis 1601.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, similiter, inducit dispositionem similem præcedenti.*

2 *In transactionibus verba quantumuis generalia restringuntur ad personas, & causas in eis nominatim comprehensas.*

3 *Verba impersonaliter prolata possunt comprehendere vtramque partem.*

4 *Quando mens verisimilis disponentis & subiecta materia concurrunt cum verborum indefinita generalitate, tunc veniunt omnes illi, ad quos negotium pertinere potest.*

5 *Dictio, etiam, venit ampliatiuè, & non cumulatiuè vel restrictiuè.*

6 *Regula, l. mancipia, C. de seru. fugit. quando non habent locum.*

7 *Verba indefinitè prolata restringi non debent, sed sunt intelligenda distributiuè singula singulis referendo, vt num. seq.*

9 *In transactione stricta fit interpretatio, vt non egrediatur causas & personas in ea expressas.*

10 *Contractus pacis, & contractus transactionis sunt diuersi, & de vno ad alium inferri non potest, & nu. 17. contrarium tamen, vide num. 28.*

11 *Fautores, ministri, complices, & sequaces in capitulis pacis, manifestè sonant in adhærentes.*

12 *Papa in concordijs & conuentionibus per ipsum factis, non solet prætermittere suos sequaces & adhærentes.*

13 *Contractus recipiunt interpretationem à consuetudine.*

14 *Contractus pacis debet esse mutuus & reciprocus de sui natura, & per eam fit inuicem remissio, etiam cum adhærentibus, vt num. 30.*

15 *Pax pro omnibus verisimiliter esse facta censetur, ratione æqualitatis seruandæ, & tranquillitatis, quæ ex ea procuratur.*

16 *In pace inita per quemlibet supremum Principem, maximè habentem iurisdictionem in eum, cum quo facit pacem, adhærentes supremo Principi comprehenduntur, & num. 29.*

18 *Transactio, & tractatio inter se differunt tamquam actus inchoatus à perfecto.*

19 *In transactione veniunt omnia, quæ sub actione proposita venire possunt.*

20 *Appellatione transactionis omnis conuentio significatur.*

21 *Pax quodammodo potest dici transactio, & habet vim transactionis.*

22 *Pax differt à transactione, vti differunt diuersæ species sub eodem genere comprehensæ; tamen in multis conuenire possunt.*

23 *Vbi agitur de interpretatione verborum contractus, solet attendi verisimilis mens contrahentium.*

24 *Ex quibus cognoscatur contractum esse pacis non autem transactionis.*

25 *Bona inimicorum occupantibus concedi non solent, nisi in bello.*

26 *Bellum propriè dicitur, quod à supremo Principe indicitur, & denunciatur.*

27 *Recessus a lite iudiciali, vel controuersia extraiudiciali dicitur transactio.*

28 *Recessus à lite sicut dicitur transactio, ita recessus à bello armato dicitur pax.*

31 *Vnus & idem non potest dici adhærens vtriusque partis.*

32 *Sublata materia, & subiecto tollitur etiam prædicatum.*

33 *Non videtur remissum, quod non fuit cogitatum.*

34 *Ex sola intelligentia, quam quis habet cum aliquo Principe, non potest strictè, & propriè dici adhærens ad effectum committendi felloniam cum suo Principe.*

DECISIO MCCCLXXXIV.

FVit mihi à S.D.N. Papa Clemente VIII. commissum, vt proponerem in Rota dubium; Præsupposita sine veri præiudicio Fellonia per Dominum Marcum Pium olim Saxoli Dominum commissa contra Sereniss. Ducem Mutinæ illius Dominum, An dictus Dominus Marcus Pius fuerit comprehensus in capitulis initis inter Sanctã Sedem Apostolicã, & d.D. Ducem Mutinæ, ita vt ei fuerit remissa Fellonia. Nota est historia expeditionis susceptæ à S. Sede Apostolica pro recuperatione Dominij, & Status Ferrariæ deuoluti ad præfatam Sedem per obitũ bon. mem. Ducis Alphonsi; orta deinde cõtrouersia super feudo Saxoli inter Illustriss. D. Æneam Pium actorem ex vna, & Sereniss. Ducem Mutinæ ex alia super successione dicti Feudi. Prætendebat Sereniss. Dux, Dominum Marcum Pium commisisse crimen felloniæ, eo quòd adhæserit Sedi Apostolicæ, & in his terminis disputatur præsens dubium; nam si Fellonia ex aliquo alio capite fuit per Dominum Marcum commissa, quod non habeat implicitam adhæsionem Sedi Apostolicæ, ea non tangit præfatam Sedem, neque capitula cum ea inita, quæ nõ possunt trahi ad alias personas, quàm ad fautores, & adhærentes vtriusque partis, alias non esset locus præsenti dubitationi. Accedendo itaque ad rem ipsam, fuit per Dominos vnanimiter conclusum Dominum Marcum comprehendi sub dictis capitulis, quatenus incurrisset crimen Felloniæ, ex eo quòd adhæsisset Sedi Apostolicæ. Et pro hac parte fuerunt consideratæ infrascriptæ rationes. Primo, quia ex vi

verborum contentorum in secundo capitulo, quæ sic se
habent. (Et che similmente siano assoluti, & liberati i fau-
tori, ministri, complici, familiari, seguaci, & tutti gl'altri
che fossero caduti in qualsiuoglia pena,) comprehendun-
tur manifestè adhærentes, & tantum in eo fit difficultas
pro parte Domini Ducis prætendentis hoc capitulum lo-
qui de fautoribus, ministris, & complicibus, qui adhęse-
runt parti suæ, non autem de his, qui adhæserunt Sedi A-
postolicæ, & hoc plurimis satiam ostendere conantur; Pri-
mò, quia hoc capitulum venit consequutiuè ad primum,
in quo cauetur, (Che il Signor Don Cesare, sia assoluto
da tutte le censure, pene, &c. che fosse incorso per la sen-
tentia, ò per la scommunica contra di lui, & rimesso nel
suo stato pristino egli, & gli descendenti, & altri suoi &c.)
Deinde in secundo capitulo subiungitur, (& che similmẽ-
te siano assoluti &c.) Vnde colligitur hoc capitulum lo-
qui de personis eiusdem partis, quæ fuerant comprehen-
sæ in primo capitulo, & in sententia excommunicationis,
1 ex quo venit consequutiuè ad primum capitulum, † & v-
titur dictione, (similmente,) quæ inducit dispositionem
similem præcedenti, *§. similiter, Instit. de excusat. tut. l. cle-*
mens, de hæred. instit. l. 2. pro socio. Secundo, quia non potest
dici Dominum Marcum comprehensum in dicto capi-
tulo, qui non comprehendebatur in sententia excommu-
nicationis, neque in censuris fulminatis contra D. Cæsarẽ,
2 & adhærentes. Tertiò, quia † in transactionibus verba
quantumuis generalia restringuntur ad personas, & cau-
sas in eis nominatim comprehensas, *l. si de certa, & ibi*
Bart. in fine, Ang. num. 1. Salicet. & Castr. nu. 2. Ias. nu. 1. &
40. C. *de transaction. gloss. in l. emptor, §. Lucius, de pact.* ex
quibus concludebant dictum secundum capitulum non
posse intelligi, nisi de adhærentibus Domino Cęsari. Con-
trarium tamen censuerunt Domini ex eo, quòd illa ver-
ba; (Che similmente siano assoluti, & liberati i fautori,
3 &c.) † sunt impersonaliter prolata; adeo, quòd possunt
comprehendere adherentes vtriusque partis. Vnde succe-
dit *regula l. si seruus legatus, §. qui margaritam, de legat. 1.*
4 quòd † quando mens verisimilis disponentis, & subiecta
materia concurrunt cum verborum indefinita generali-
tate, tunc veniunt omnes illi, ad quos negotium pertine-
re potest, *Ruin. cons. 127. nu. 4. & cons. 101. num. 10. lib. 1. fa-*
cit tex. in l. 1. §. generaliter, de legat. præst. Quòd autem subie-
cta materia proportionata sit, ita vt possit comprehende-
re Dominum Marcum, apparet: quia data eius Fellonia,
inciderat in pœnas iuris communis, licet non incidisset
in sententiam excommunicationis, & hoc satis est ad hũc
effectum, cum in capitulo dicatur, (Che fossero caduti in
qualsiuoglia pena,) quæ verba comprehendunt etiam pę-
5 nas iuris communis, & quod sequitur, † (Anco di quelle,
nelle quali è dichiarato essere incorso il Signor Don Ce-
sare,) venit ampliatiuè, non autem cumulatiuè, vel restri-
ctiuè, *Bald. cons. 209. nu. 2. & 4. lib. 3. & facit text. in l. regu-*
la, §. & si licet, de iur. & facti ignor. maximè, cum maior
adesset ratio exprimendi liberationem adhęrentium Du-
6 cis, † quo casu non habet locum *regula l. mancipia*, C. *de*
seru. fugit. quòd dispositio non habeat locum, nisi verifice-
tur præsuppositum, *vt benè declarat Felin. in cap. nonnulli,*
num. 34. vers. sed contra, de rescript. Curt. iun. cons. 182. nu. 3.
Alciat. in c. nouit, nu. 7. de iudic. & cons. 16. & 32. num. 8.
tomo 1. lib. 2. & tanto magis hęc locum habent, quia non
potest assignari ratio diuersitatis, vt potius comprehendã-
7 tur adhærentes Ducis, quàm Sedis Apostolicę; Ideo † ver
ba illa indefinitè prolata, non debent restringi, *l. cum lex,*
& ibi Aretin. de testam. Calder. *cons. 1. de consang. & affin.*
Dec. cons. 5. n. 4. Roman. cons. 47. nu. 8. qui loquitur ferè in
terminis nostris, alias sequeretur absurdum, quòd melio-
ris conditionis essent, qui deteriori parti, quam ij, qui iu-
8 stiori, & præstantiori adhęserunt; & ideo † mentio illa pę-
narum est intelligenda distributiuè, singula singulis refe-
rendo, *Abb. in c. quibusdam, nu. 6. de pæn.* Neque obstat, quòd
9 versemur in trãsactione, † in qua fit stricta interpretatio,

& non

& non egreditur causas, & personas in ea expressas, * ex
deductis pro parte D. Cęsaris, quia omissa nunc quęstione
excitata per Informantes, an simus in contractu pacis, an
verò in contractu transactionis, † quę dicuntur esse diuer
10 sa, & de vno non posse inferri ad alium, ex cons. Socin. 99.
nu. 7. lib. 3. & Purpur. in l. 1. num. 96. C. de transaction. fuit
dictum, nos non versari in materia extensionis de casu ad
casum, nec de persona ad personam, sed in materia com-
prehensionis, cum clarè, & disertè in capitulis comprehen
dantur fautores, ministri, complices, familiares, & sequa-
11 ces, † quę verba manifestè sonant in adhęrentiam, Ang.
cons. 257. nu. 5. Iacob. de S. Georg. de Feud. in verbo, de adhe-
rentibus, num. 5. & 6. Felin. in rubr. de tregu. & pac. num. 11.
& solum est quęstio, de quibus adhęrentibus loquatur ca-
pitulum: nam quantum ad verba illa, ęquè vtrique parti
propriè conueniunt; Idcirco cessat, quod allegatur ex
Gemin. in c. ad Apostolicæ, num. 10. de re iudic. in 6. Franc.
ibidem, nu. 5. Anchar. t 1. notab. Abb. in c. 1. num. 29. & ibi
Dec. num. 57. de postul. Prælat. Ang. in l. quæ religiosis, de rei
vendic. Iacob. de S. Georg. de Feud. in verbo, de adhærentibus.
num. 3. Hieron. Gabr. consilio 182. num. 6. in princ. cum alys
a per Informantes allegatis. a quia loquuntur in casu, in
quo nulla de adhęrentibus facta est mentio, qui non est
casus noster, in quo de ijs fuit expressè actum; Et ideo non
est opus aggredi quęstionem illam, an inita pace com-
prehendantur adhęrentes, non facta de illis specifica men
tione, neque discutere, an sit vera distinctio, quę affertur
ex Ang. in d. l. quæ religiosis. quòd aut pax est concepta in
rem, vel in personam, nam isto casu adhęrentes sunt ex-
pressè nominati, & tantum est quęstio, de quibus sint in-
telligendi capitula, & ita diluuntur ea, quę contra pri-
mum fundamentum deducuntur. Secundò principali-
ter confirmatur hęc sententia argumento sumpto ab vsu
12 patrisfamilias, † non enim solet Papa in similibus con-
cordijs, & conuentionibus suos sequaces, & adhęrentes
pręterruittere, & exponere iniurijs eorum, cum quibus
paciscuntur, vt probatur ex dicto c. ad Apostolicæ, de sent.
& re iud. cum ibi notat. per Innoc. Io. Andr. Io. Monach.
nu. 5. Gemin. num. 16. Mart. Laud. in tract. de confed. Prin-
cip. not. 21. Ang. l. quæ religiosis, de rei vendicat. Alexan. in
add. ad Bartol. in l. si conuenerit, la 2. §. si nuda, de pign. act.
Abb. in c. 1. num. 28. de postul. Prælat. Ang. d. cons. 257. nu. 5.
b Marsil. Sing. 491. & alios per Informantes deductos, b
13 † & contractus recipiunt interpretationem à consuetu-
dine, l. quod si nolit. §. quia assiduè, de æd. l. edicto, l. semper in
stipulationibus, & ibi Dec. de reg. iur. Roman. cons. 94. propè
finem, vers. quarto. Rimi sen. cons. 293. per totum, lib. 2. & in
specie in contractu Ecclesię, Alex. cons. 124. num. 3. lib. 5.
c Dec. vbi supra, num. 7. cum alys. c Et hęc interpretatio
amplectenda est, cum simus in contractu pacificationis,
14 † cuius naturę conuenit, vt sit mutua, & reciproca, Spe-
cul. de treg. & pace, nu. 3. & per eam fit inuicem remissio,
Bart. cons. 66. num. 2. Ang. cons. 261. num. 4. vers. si autem
15 obligatio. † & verisimile est, de omnibus contrahentes
sensisse, Bald. in c. 1. nu. 17. vers. vera Papa. de postul. Prælat.
necnon etiam ratione ęqualitatis seruandę, quia id actum
intelligitur, vt vtrique parti ęquè consultum censeatur,
Aymo. cons. 133. num. 7. & 301. nu. 4. & cum hoc iure fieri
deberet, id actum fuisse dicendum est, Aymo. cons. 186. nu.
9. vers. ideo in dubio. Crescent. decis. 2. de iureiur. Postremò,
ratione tranquillitatis, quę ex pace procuratur, Bellus qui
alios allegat, de restitut. quæ fiunt à Princip. num. 2. Et hoc
16 confirmatur ex eo, quod † in pace inita per quemlibet
supremum Principem, maximè habentem aliquam iuris-
dictionem in eum, cum quo facit pacem, adhęrentes su-
premi Principis comprehenduntur, Ripa in rubr. de damno
infecto, nu 13. Nico. Mor. tractatu de tregu. & pace, q. 149.
nu. 8. & 9. Aleiat. cons. 36. nu. 4. tomo 1. lib. 4. Ad euitandum
hoc argumentum Informantes ex aduerso contendunt,
17 allegata procedere posse in contractu pacificationis, †
sed nos versari in transactione ab illa diuersa, ex cons. Soc.
99. num. 7. lib. 3. & Purpur. ut supr. allegat. & ad proban-
dum, hanc esse transactionem, non autem pacificatio-
nem, deducunt ita fuisse per partes vocatam, quarum as-
sertioni standum est. Verum hoc non verificatur in fa-
cto; nam in d. c. 2. in fine, quod allegant, non dicitur tran-
18 sactio, sed tractatio, † quę inuicem differunt, tanquam
actus inchoatus a perfecto, cum tantum dici possit transa-
ctio post perfectionem actus, quam tractatus pręcedere
solet. Verum hęc nominis quęstio parum videtur facere
ad propositam quęstionem: siue enim vocemus has ca-
pitulationes transactionem, siue pacem, ad effectum, de
19 quo agitur, nempè, comprehensionis adhęrentium, † ni-
tuntur isti contractus hoc casu ijsdem iuris principijs;
ideo dicit Bart. in l. sub prætextu, in princ. C. de transaction.
in transactione venire ea omnia, quę sub actione propo-
20 sita venire possunt; sed & † appellatione transactionis
omnis conuentio significatur, Bald. in l. cum his, in add. nu.
21 7. de transaction. † & pax potest quodammodo dici tran-
sactio, vt per Purpur. in d. l. 1. nu. 26. C. de transaction. & ha-
bet vim transactionis, Gabr. Cons. 182. nu. 3. lib. 1. sed hic
sumus extra difficultatem, comprehendi adhęrentes, vt su
pra deductum fuit, & tantum agitur, de quibus adhęren-
22 tibus interpretari debeamus pręcicta capitula: † Et licet
admittamus pacem differre à transactione, vti differunt
diuersę species sub eodem genere comprehensę, tamen
23 non est absurdum, vt in multis conueniant, maximè, † vbi
agitur de interpretatione tantum verborum, in qua solet
attendi verisimilis mens contrahentium. Nec repugnant
Socin. & Purpur. allegati, quia in eorum themate ageba-
tur, An per inobseruantiam transactionis diceretur pax
rupta, quę est materia odiosa, & restringibilis: Nihilomi-
24 nus † verum non est, hanc fuisse transactionem, non au-
tem pacem; nam siue inspiciamus initium, siue media, si-
ue finem, concurrunt ea omnia, quę requiruntur tam pro
belli indictione, quam pro pace ineunda; nam in senten-
tia lata contra D. Cęsarem, ipse fuit declaratus rebellis,
& hostis Sanctę Rom. Ecclesię, fueruntq. liberati Vassal-
li à subiectione, mandando illis, vt se ab eius obedientia
distraherent, & quòd illum captiuum facerent, vel vi, &
armis expellerent, prohibendo tam Principibus, ne ei au-
xilium præstarent, quàm alijs, ne ei operas suas locarent,
25 † & fuerunt concessa bona inimicorum occupantibus,
quæ non nisi in bello fieri solent, Innoc. in c. olim, il 1. &
ibi Host. & Card. de restit. spol. Et licet in sententia dare-
tur facultas parendi infra duodecim dies; tamen infra di-
ctum tempus D. Dux conuocauit milites, & auxilia, &
præparabat se ad defensam, donec conscripto exercitu
Ecclesiæ aduersos eum expeditio suscepta est, & arre-
ptum iter versus illius ditionem, & statum, ex quo postea
agnita bona fide, deuenit ad capitulationes, & conuen-
tiones, de quibus agitur, & sic recessum fuit hinc inde à
bellicis apparatibus, & remissa contumacia, & abolitæ in-
iuriæ, & sequuta reconciliatio, qui sunt veri effectus pacis,
Specul. in tit. de tregu. & pace, num. 3. Ang. & aly, in l. 1. de
pact. nam pro consequenda restitutione Ferrariæ, & exe-
26 quutione Iustitiæ, potuit bellum indici, † quod esse pro-
prium bellum, quando à supremo Principe denunciatur,
tradit Innoc. & aly, in d. cap. olim, de restit. spol. Neque re-
stitutio conuenit magis contractui transactionis quàm
pacis; nam pro ea consequenda, plerumque necesse est, vt
27 male ablata restituantur; Ideo † sicut recessus à lite iudi-
ciali, vel controuersia extraiudiciali, dicitur transactio,
28 † ita recessus a bello armato dicitur pax, & in hoc natura
non discrepant inter se pax, & transactio, vt supra dedu-
ctum fuit. Disputatio verò, quæ excitatur per Informan-
tes super intellectu dicti c. ad Apostolicæ, nō est necessaria,
29 cum sit receptissima opinio Doctorum allegatorum, † Se-
dem Apostolicā non solere negligere suos adhærentes, &
eos nō cōprehendere in pacis tractatibus, exponēdo illos
iniurijs, & vexationibus alterius partis; & ita practicatur
etiam inter alios Principes in pacem cōuenientes, vt tra-
dit

*dit Bald.in l.1.num.7. C. de Episc. & cler. Felin. in rubr. de tregu. & pace. num.*11. Tertiò principaliter confirmatur ex instrumento confecto Fauentiç, in quo post insertionem capitulorum habentur hæc verba (Quæ pacta & capitula, & omnia & singula supràscripta, in præsenti instrumento contenta, partes præfatç promiserunt sibi inuicem, & vicissimis attendere, & obseruare,) ex quibus verbis videtur cessare omnis difficultas: † nam si vicissim
30 debent omnia & singula obseruari, ergo vicissim censendi sunt absoluti fautores & adhçrentes vtriusque partis, *c.1.de mutuis petition. c.2.de ordin.cogn. l.iubemus*, C.de *sacrosan. Eccl. l.qui vicissim, de condict.indeb. l.1. C. de his qui ant.aper.tab. Ias.in l.Tit a, §. fin. num.2. & 3. de verb. oblig. Paris.cons.97.num.91. lib.1. Bero.consil.4.num.1.lib.2. Decian.cons.54.num.45.lib.2.* & hæc interpretatio est secundum propriam naturã pacificationis, vt supra deductum est. Quartò confirmatur eadem sententia ex eo, quòd nisi intelligamus secundum capitulum generaliter de omnibus adhærentibus vtriusque partis, videtur in ea parte esse superfluum: nam satis superq. fuerat prouisum adhærentibus D. Cæsaris per absolutionem contentam in primo capitulo, in illis verbis: (Il Signor Don Cesare sia assoluto in forma amplissima da tutte le censure, pene, interesse, é danni, ne quali fosse incorso per la sententia, ò per la scommunica publicata contro di lui, & rimesso nel suo stato pristino egli, & gli descendenti, & altri suoi, &c.) Cum enim absolutio habeat relationem ad sententiam & excommunicationem, in qua comprehendebantur etiam adhçrẽtes, & fautores, & complices, consequens est etiam, vt dicamus sub illis verbis, (& altri suoi,) venire omnes comprehensos in dicta sententia, licet maioris declarationis causa ad inclusionem adhærentium vtriusque partis fuerit facta maior specificatio in dicto secundo capitulo. Superest tantum respondere nonnullis, quæ ex
d aduerso deducuntur; Et Primò, *ad cons. Ang.390.* d ex quo prætendunt Informantes ex duplici capite Dominum Marcum non fuisse comprehensum in capitulis, tum, quia ipse non poterat dici adhærens Sedis Apostolicç, cũ
31 apertè inseruiret D.Cæsari, † cum vnus & idem non pos-
32 sit esse adhærens vtriusque partis, *l.1.C.de furt.* † sublata ergo materia & subiecto, tollitur etiam prædicatum; tum etiam, quia ista adhæsio fuit occulta, ita vt de ea non potuerit habere notitiam D. Cçsar, nec de ea cogitare, *vt ibi per Ang.num.3. vers.est enim multum aduertendum.*
33 & † iden non videtur remissum, quod non fuit cogitatum, *Bald.in l.non dubium.col.3.de legib. Afflict.decis.*403.
c *num.5. Alex.cons.13.in fine.lib.2.cum similibus.* e Verum ad primum fuit responsum, præsupposita sine veri præiudicio Fellonia Domini Marci, resultante ex intelligentia,
34 † quam habebat cum Sede Apostolica, etiam quòd non posset strictè & propriè dici adhçrens, *iuxta opinionem Ang.* nihilominus in generalitate verborum illorum, (fautori, ministri, complici, familiari, seguaci, & tutti gli altri &c.) comprehendi D.Marcum, prout in terminis *tradit idem Ang. in cons.25;. num.5.* quod videtur niti melioribus & vrgentioribus rationibus. Alterum, quod obijcitur de ignorantia huius Felloniæ prçtensæ, non obstat, quia data vniuersalitate verborum, sufficit saltem in genere fuisse de ea cogitatum, *Bart.in l.si de certa, num.4. & in l. sub prætextu, in princ. C.de transaction. Alex.cons.11.num.15.lib.2. Paris.cons.68.num.18.lib.1. Aymo, cons.227.num.14. & 294.col.4.vers.sed adhuc magis.* Verum voluisse partes etiam occultas adherentias, & complicitates remittere, manifestè colligitur ex eodem capitulo secundo, ibi (& tutte le predette cose s'intendano non solo de quelli, che fossero di già incorsi, ma anco che incorressero in censure, & pendente & conclusa la trattatione;) Ex quibus verbis manifestè constat partes voluisse remittere etiam occultas tractationes & adhçrentias, cum non possent tunc temporis habere notitiam eorum, quæ postea futura erãt, & fieri potuissent; Quod eo magis dicendum, cum sententia comprehendat expressè fautores & complices occultos; Ideo absolutio intelligenda de ijsdem, qui in sententia erant comprehensi. Ex quibus conclusum in dictis capitulationibus Dominum Marcum fuisse comprehensum.

* *L.si vnus, §.ante omnia, ff de pact. Roman.cons.371.num.2. Dec.consil.45. & 50 gl.in l.emptor, §.Lucius.in fine ff.de pact. Bart.in l.si de certa, col.2. & ibi Ias.num.5. C de transaction.*

a *Facit consil.Barbat.62. col.4. sub num.4. vers. quinimmo dici, in 4. Corset.de priuileg.pac vers.54.*

b *Adde Gabr.cons.182.num.2.lib.1.*

c *Et facit Rimin.iun.cons.368.num.37. & sequen. Absurdum enim esset, quòd Ecclesia, quç est cultrix iustitiç.cap.clarentulus, de feud. alien. vellet suos adhçrentes, qui sibi auxilium præstiterunt, derelinquere, & à pace excludere, vt per Barb.in præallegato consil.62. col.1. vers.ex quo, lib.4.*

d *Quem refert, & sequitur Iacob.de feud in verbo, adhærentibus, quod est tenuit num.4. & in verbo quidquid.num.38. Alex. cons.13. lib.6. & Ripa, in l fin.C.de reuoc.donat.*

e *Facit text. in l. si mater, ff.de inoff. test. & l. tres fratres, ff de pact. quod etiam in transactione procedere dixit Bart. in l. cum Aquiliana, ff.de transaction.*

Calaguritana Beneficij de Iocano.
Die Lunæ 9. Aprilis 1601.

SVMMARIVM.

1 *Suppressio tituli numquam fieri debet, nisi redditus Ecclesiæ diminuti probentur.*

2 *In dubio redditus Ecclesiæ aucti potius quàm diminuti præsumuntur.*

3 *Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.*

4 *Beneficiati non debent esse in Ecclesia plures, quàm quot possint ex redditibus illius sustentari.*

5 *Interpretatio illa fieri debet, quæ sit fauorabilis augmento cultus diuini.*

DECISIO MCCCLXXXV.

1 DOmini censuerunt in casu, de quo agitur, † non fuisse locum suppressioni, quia ea numquam fieri debet, nisi redditus Ecclesiç diminuti probentur, *c.ex parte, de Constit. Fel. in c.constitutus, num.1.de rescript.* & in dubio redditus potius aucti quàm diminuti prçsumuntur, *vt per*
2 *Felin. ibid. & Ang. cons.274.n.4. in fine,* † & beneficia de sui natura præsumuntur congrua, *c.nemo, de consecrat. distin.1. Caputaq.decis.62.n.1. parte* 1. Diminutio verò fructuum, nedum fuit probata, sed neque etiam articulata, & licet testes videantur deponere fructus horum beneficiorum non ascendere ad taxam Constitutionis Synodalis, hoc non sufficit; tum, quia Constitutio loquitur in Ecclesijs non numeratis, & ista probatur esse numerata, vt bene in facto deducitur; nec probatur vsu recepta, *ad Verall. decis.* 203. tum quia, etiam quòd non ascenderent ad taxam prædictam; non tamen probatur eorum diminutio, respectu quantitatis assignatç à principio eorum ere-
3 ctionis, † quæ præsumitur fuisse congrua, ex quo tanto tẽpore fuerunt beneficiati contenti ea portione & quantitate, sed quod tollit difficultatem, etiam probatur per testes Gasparis num.2. sufficientia fructuum pro honorifica su-
4 stentatione horum beneficiatorum; † & ideo tot debent esse, quot possunt sustentari ex redditibus Ecclesiæ, *c.1. vbi Abb. & Doct. de instit.* & est admodũ verisimile, cum per paucos menses ante petitam suppressionem, de qua agitur, beneficiati iurauerint dictum numerum suis tem-
5 poribus fuisse seruatum: † Et hæc interpretatio fieri debet ad fauorem augmenti cultus diuini, *vt fuit dictum in vna Calaguritana Portionis de Narbaia, coram R.P.D.meo Penia 3.Iulij, 1589. quæ decidit hunc casum.* Et ita conclusum.

Nul-

Nullius seu Vrbinatens. Iurisdictionis.
Die Veneris 11. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Ius commune quando non suffragetur Episcopo in materia iurisdictionis.*
2 *Qui non habuit se pro spoliato, non amittit suam possessionem claram.*
3 *Abbati habenti iurisdictionem quasi Episcopalem, prater ea, quæ sunt ordinis, competunt ea omnia, quæ Episcopo competere possunt in suo territorio.*

DECISIO MCCCLXXXVI.

QVoniam Domini habuerunt negotium possessorium pro turbido; ideo ordinarunt, vt Reuerendiss. D. Archiepiscopus informet super petitorio: Rationes verò, cur Domini dixerunt possessionem esse turbidam, sunt
1 istæ potissimum; Primò, † quia fomentum allegatum ex iure communi, non procedit quando titulus priuilegij exemptionis exhibetur, & maximè si super eo est cognitum, *vt tradunt Doctores, Abb. Dominic. Franc. Io. Monac. & alij, in c. cum personæ, de priuileg. in 6. Capic. decis. 189.* Secundò, quia actus, qui dantur, partim non concludunt, quia desistentia à dando litteras dimissorias, & monitoria iuxta decreta Concilij, vt num. 2. summarij D. Archiepiscopi, non debet trahi ad non expressa, & absolutio obtenta à Cardinali, intelligitur de his, quæ sunt contraria dispositioni Concilij, & ad cautelam, & concursus approbatus à D. Cardinali, fuit ad effectum mittendi Romam, & videtur factus de ipsius consensu, & ita non constituitur Archiepiscopus in libera possessione; & litteræ Cardinalis Carrafæ potius denotant contrarium, licet dicant mentem Papæ Gregorij fuisse, vt concursus fierent coram Episcopo; sed debent intelligi noluisse præiudicare iuri tertij, ne quod non potest fieri sine derogatione regulæ, censeatur per simplicem assertionem Cardinalis ablatum
2 ab Abbate Castri Durantis. Tertiò, † concursus, qui allegantur, fuerunt facti tempore, quo dubitabatur de facultate Abbatis, qui si non se habuit pro spoliato, non amisit suam antiquam possessionem claram, & expeditam faciendi concursus. Quartò, quia per discussionem petitorij, & resolutiones factas, detectum est non ius D. Archiepisco-
3 pi, † cum omnimoda iurisdictio detur Abbati; Ideo ei præter ea, quæ sunt ordinis, competunt omnia, quæ possunt competere Episcopo in suo territorio, *gloss. in Clemen. 1. in verbo, Diœcesanis, de foro compet. & in c. Ordinarijs, vbi Domin. de off. Ordin. in 6.* Quare conclusum, vt discutiatur petitorium.

Vicentina Feudi decimarum.
Die Veneris 11. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Laici sunt incapaces decimarum.*
2 *Fructus decimarum possunt laicis concedi ab habente potestatem.*
3 *Verba enunciatiua probant inter partes.*
4 *Recognitiones an probent sine inuestitura.*
5 *Declaratur Bald. in cap. 1. num. 3. titul. de Capit. qui cur. vendid.*
6 *Parochus solus opponit Episcopo, quòd decimæ de iure ad ipsum non spectent.*
7 *Non repugnat, quòd ius sit alterius, & quòd ex recognitione, & confessione possit agi contra confitentem. licet per eam non sit exclusum ius tertij.*
8 *Instrumenta habita à Notario compulsore fidem faciunt, licet non sit reproducta compulsoria.*

DECISIO MCCCLXXXVII.

FVit dubitatum, an constet de existentia feudi decimarum, de quo fuerint inuestiti ab Ecclesia Vicentina Domini de Tonso authores modernorum Dominorum, cum quibus agitur, & fuit per Dominos conclusum pro
1 affirmatiua, ex instrumentis annorum 1478. & 1541. † Sumus enim in re, quæ non potest possideri sine titulo, quia laici sunt incapaces decimarum, cum sint spirituales à iu-
2 re diuino introductæ, *c. fin. 16. q. 1. c. cum sua, de decim.* † licet earum fructus possint laicis concedi per habentem potestatem, *vt per gloss. in d. c. fin. & in c. peruenit, 1. q. 3.* Ex his autem inuestituris constat de recognitione decimarum
3 ab Ecclesia, & † sufficiunt verba enunciatiua inter partes, *Al. x. cons. 15. num. 4. lib. 5. Afflict. de feud. tit. ex quib. caus.*
4 *feud. amitt. num. 75.* † Non obstat, quòd non constet de prima inuestitura; & ideo recognitiones non probant, *Bald.*
* *in c. 1. num. 3. titu. de Capit. qui curiam vendid. cum alijs;* * Quia renouatio, & similes actus, & tractatus feudalitatis sunt actus executionis, & possessionis feudi, & licet non inducant nouum feudum, probãt tamen eius existentiam, *Guid. Pap. decis. 272. Castr. cons. 417. in fine, lib. 2. Bald. in l. conseruatis, C. de donation.* quæ procedunt in casu illo, in quo interuenit expressa recognitio dominij, quo casu non habent locum deducta ex *Dyno, Bart. & alijs, de quibus*
5 *per Franc. Marc. decis. 615. num. 3.* † Præterea id procederet, si Episcopus vellet ex hac recognitione acquirere rem ab vltimo possessam, & ita loquitur *Bald. & alij.* Hanc probationem coadiuuant confessiones iudiciales Dominorum de Tonso in iudicio inter ipsos, & quosdam alios agitato in partibus, vt in processu producto pro Episcopo, & in positionib. eorumdem in eodem processu, fol. 72.
6 *Cæsar de Grass. de confess. decis. 3.* Nec obstat, quòd † decimæ de iure spectent ad parochum, non ad Episcopum;
7 quia parochus non est in causa, & † nihil repugnat quòd fortè ius sit alterius, & tamen ex hac recognitione, & cōfessione possit agi contra confitentem, licet per eam non sit exclusum ius tertij, *l. interrogatum, C. de liber. caus. l. cum falsa, C. de iur. & facti ignor. vbi Bart. Bald. Salic. Ias. & ceteri.* Iura verò esse in forma probanti, arguitur ex productione duarum inuestiturarum compulsatarum in parti-
8 bus à Dominis de Tonso, † licet ab ipsis non fuerit repro ducta compulsoria, sed habita fuerunt instrumenta à Notario compulsore; & ideo fidem faciunt, *vt alias fuit decisum coram R. P. D. meo Litta, in vna Vlixbonen. prioratus;* a Et ita conclusum.

* *Rodulph. Schrader. de feud. p. 5. c. 1. nu. 2. & c. 2. & 3.*
a *Sub die 26. Ian. proximè præteriti.*

Interamnens. Dotium.
Die Lunæ 14. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Auth. Res quæ, C. com. de legat. dicitur subsidiarium, nempè, quando non adsint alia bona libera.*
2 *Bona debent tradi à venditore libera, & si non sunt sic tradita, venditori agenti ad pretium, obstat exceptio non implementi.*

DECISIO MCCCLXXXVIII.

DOmini fuerunt concordes, quòd mandatum non sit exequendum, ex eo, quòd in venditione fuit promissum nullum exstare fideicommissum; & tamen contrariū
* fuit coram me resolutum; * Neque obstare, quòd videatur, hoc posse verificari respectu dotationis filiarum, quę nituntur dispositione *Auth. Res quæ, C. com. de legat.* quia
1 † cum illud remedium sit subsidiarium, nondum constat, quòd non adsint alia buona libera, immo potius adest præsumptio in contrarium, cum adsint illa bona, quę fuerunt redempta à Communitate per quōdam Antonium, & cessat

& cessat difficultas, ex quo adsunt plures molestiæ illatæ à
2 diuersis creditoribus super istis bonis, vt bene in facto deducitur; ex quibus constat, † bona non posse dici liberè tradita, vt fieri est necesse, *l. in venditione, de action. empt. l. ex prædijs, vbi gloss. & Bald. C. de euiction.* Ideoq. agenti ad pretium, obstare exceptionem non implementi, *Gaill. ad form. Camer. par. 4. q. 1. nu. 7. Roland. cons. 52. nu. 2. lib. 1.* Neque obstat, quòd Dominus Io. Baptista videatur habuisse notitiam fideicommissi, ex quo fuit facta mentio, quòd vendebantur bona ad effectum constituendi dotes filiabus, quia hinc non infertur necessariò scientia fideicommissi: sed neque hoc releuat, stantibus molestijs illatis; & ideo placebat Dominis oblatio Domini Io. Baptistæ recedere volentis dicta bona, etiam cum amissione pretij per eum soluti, si alia via prouideri non potest eius indemnitati.

* *Sub die Lunæ 15 Nouemb. 1599.*

Seguntina Decimarum de Busalaros.
Die Lunæ 21. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *In materia decimarum quando ius dicatur non resistere Episcopo contra Rectorem.*

DECISIO MCCCLXXXIX.

Fuit resolutum Reuerendiss. Episcopo, & litis consortibus competere actionem spolij ad decimas, contra Rectorem Ecclesiæ de Busalaros, recusantem illas deferre ad ... commune ... illam nuncupatum; nam de antiqu... ... ssione Episcopi constat ex depositionib. testium, & pro titulo exstat Synodalis constitutio antiquissima, approbata in alia Synodo, quæ mandat solui decimas de omnibus bonis; tam laicorum, quàm Clericorum, & Ecclesiarum, ac monasteriorum, & huius Constitutio-
1 nis obseruantia optimè per testes probatur. † Nec obesse potest, quòd cum agatur contra Rectorem, videatur ius resistere intentioni Episcopi: nam illa præsumptio, quæ est pro Rectore, non habet locum contra suum Episcopum, neque quando probatur antiqua possessio, & maximè vbi non agitur de tota decima auferenda, sed de portione tantum, vt in casu isto, in quo decimæ, postquam sunt delatæ ad aceruum communem diuiduntur inter participes, vt probant testes, & ad hoc allegatur *Aegid. decis. 455. & capucaq. decis. 306. parte 3.* Ideoq. Episcopum esse restituendum.

Melitens. Pensionis.
Die Lunæ 21. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Præceptores Commendarum Religionis militaris sunt ad nutum amouibiles.*

2 *Libri officialium faciunt fidem, & eis creditur in his, quæ pertinent ad eorum officium.*

DECISIO MCCCXC.

Fuit resolutum vna tantum parte informante ob alterius contumaciam, sententiam in partibus latam, esse tamquam notoriè iniustam, reuocandam, cum pensio fuerit reseruata auctoritate Magni Magistri, & Capituli generalis, penes quos constat adesse facultatem liberè de Commendis religionis disponendi, quæ sunt manua-
1 lia, † & Præceptores sunt ad nutum amouibiles, *vt per Mohed. decis. 69. alias 10. de caus. poss. & propr. & fuit resolutum coram Illustriss. Mantica 28. Maij 1591.* Non obstat, quòd Bulla, & attestationes sint transumptæ ex li-
2 bro Officialis Melitens. Curiæ, quia † dictus liber facit plenam fidem, cum libris Officialium credatur in his, quæ pertinent ad eorum officium, *Ruin. cons. 53. num. 9. lib. 4.*

Quod verò per partem aliàs fuit oppositum de non transportatione actorum, non videbatur obstare propter stylum illarum partium, de quo constat ex quibusdam attestationibus, solitum esse restitui iura partibus sine alia actorum confectione, & de hac re fuit postea producta fides authentica; sed quia non aderant in actis sententia de partibus ruè extracta, sed solum quædam copia; Ideo distuli expeditionem huius causæ, donec exhiberetur dicta sententia in forma probanti, quod nunc est factum, vt ex relatione partis intellexi.

Vlixbonens. Prioratus.
Die Lunæ 28. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Defectus iurisdictionis licet non sit oppositus in partibus potest tamen in curia opponi.*

2 *Notarius non dicitur remotus ob officio, si alter deputetur ad scribendum pro eo, ideò potest publicare, & remanet magister actorum.*

3 *Decis. Aegid. 539. quando locum habeat.*

4 *In extractionibus processuum, quæ fiunt in longinquis partibus, & remotis, & cum magna impensa, non est tam scrupulosè agendum ad subuertendum processus, vbi satis constat fuisse ritè formatos.*

DECISIO MCCCXCI.

* Domini dixerunt standum esse in resolutis coram R. P. D. meo Litta, * nempè, processum Domini Cardoni esse in forma probanti, non obstantibus ijs, quæ fuerunt à contraria parte contra illum deducta; nam licet fuerit allegatus suspectus Odoardus de Figueroa Notarius compulsi; & ideò nõ fuerit rogatus de actis Legatiæ, sed alius subrogatus, nempè Septimius de Pax; & ideò
1 † necessaria videbatur recognitio, quam non fuisse factã pars ipsa fatetur, & de hoc fuit oppositum hic in Curia, quod fieri potuit, licet in partibus non fuerit oppositum, *vt fuit resolutum in Toletana beneficij, 31. Ianuar. anni præteriti, coram R. P. D. meo Lancellotto;* tamen dixerunt Do-
2 mini esse aduertendum † quòd Odoardus non fuit omninò recusatus, & remotus ab officio, sed tantum Septimius deputatus ad scribendum pro eo, vt constat ex summario num. 4. vbi dicitur eum scripsisse pro Odoardo Notario causæ recusato; & ideò potuit Odoardus publicare, cum remanserit magister actorum, *Auth. de tabell. vbi glos. in verbo, ipsis per se, in fine.* Cumq. omnia acta originalia fuerint per compulsum transportata coram iudice compulsore in summario nu. 6. & 10. & 24. & 29. & partes de eiusdem iudicis mandato citatæ ad dicendum contra, in
3 summario num. 8. † & ipsis citatis, & etiam præsumptiuè præsentibus facta exemplatio, & collatio, & nihil ex aduerso oppositum, intrat *decisio Aegid. 539.* cum, vt dictũ est, non cessarit omnino officium Odoardi, sed tantum datus fuerit adiunctus ad scribendum. De collatione constat in summario, num. 26. & sic intrat decisio facta *in Bracaren.*
a *de Padronello coram R. P. D. meo Sacrato, a* & potuit dicta acta scripta à Connotario Odoardus extrahere, cuius manus hic in Curia exstat recognita, & præsentia partis in collatione probatur ex protestationibus, quibus non obstantibus iudex mandauit fieri collationem, & Notarius dicit, & statim fuit lectum per tres horas, &c. quæ mani-
4 festè arguunt partis præsentiam, † & in istis extractionibus, quæ fiunt in partibus tam remotis, & cum tanta impensa, non est ita scrupulosè agendum ad subuertendum processum, vbi satis constat fuisse ritè processum. Et ita conclusum.

* *Sub die 26. Ian. proximè præteriti.*
a *Sub die 26. Mart. proximè præterit.*

Balneo.

Balneoregiens. Hæreditatis, & bonorum.
Die Lunæ 28. Maij 1601.

SUMMARIUM.

1 *Filia quando conferre teneatur cum fratribus dotem à patre habitam, & quando non, & num. 3.*

2 *Iniquum est, vt filia quæ à paterna hæreditate excluditur, dotem conferre teneatur.*

4 *Plures hæreditates videntur, quando bona sunt in pluribus territorijs.*

DECISIO MCCCXCII.

FVit conclusum Dominam Octauiam posse consequi
ab intestato suam portionem in bonis positis extra
districtum Vrbis, & non subiectis statuto, absque eo, quod
ipsa teneatur cóferre dotem sibi à patre datam, nam licet
1 regula sit, † filiam debere conferre dotem a patre ha-
bitam, si vult succedere in hæreditate paterna vnà cum
fratribus, *l. filiæ dotem. C. de collation.* tamen illa lex proce-
dit, vbi agitur de vniuersali successione; tunc enim locum
habet ratio illa æqualitatis conseruandæ, ob quam fuit
introducta collatio, *l. 1. ff. de collat. bon. bene per Bald. in l.
quoniam nouella, n. 4. vers. quoniam nouella. C. de inoff. testam.*
sed hoc casu non agitur de tota hæreditate, quæ est magni
valoris, quia exclusa est à statuto respectu bonorum sito-
rum intra districtum Vrbis, sed de particula quadam Ca-
strorum sitorum extra districtum, super quibus pater Do-
minę Octauię habebat suam ligitimam, quę fideicómisso
grauari non poterat; & ideo pro portione eam tangente
petit admitti ad successionem vnà cum fratre, quod iam
fuit per sententiam declaratum: sed excitata fuit exceptio
collationis, quę quidem non videtur locum habere posse;
tum ex eo quia cessat ęquitas, *d. l. 1. § pater filium. vers. pōt non
incommode dici*; cum etiam propter dotem ipsa sit exclusa
2 à successione paterna, quę tota defertur fratri, † satis vi-
detur iniquum, vt id conferat, propter quod totam hęre-
ditatem frater sibi vendicat, quę est ratio legis dicentis,
iniquè videri collationem postulari ab eo, propter quem
amplius ex hęreditate paterna habiturus est. Excluditur
3 etiam collatio ex eo, quia † filia exclusa à statuto, si in ali-
qua portione aliquo iure succedat, non tenetur conferre,
cum ratio ęqualitatis locum habere non possit, quando
successio ab intestato non debetur, vt in casu isto propter
statutum, & hęc fuit opinio *Baldi, quem sequitur Alex.
in l. si emancipati, num. 8. C. de collation. & est communis opi
nio Doctorum, uno Iasone excepto, vt animaduertit Bologn.
ibidem num. 19.* Pręterea, † cum ista distinctio bonorum
4 sitorum intra & extra territorium, videatur quodammo-
do constituere duas hæreditates, *vt per Rum. cons. 48. num.
2. vers. sed quia fortassis, lib. 3.* & ex quo extra districtum ces-
sat statutum, prętendit D. Corradinus collationem fieri
debere, videretur æquum, vt ipse quoque conferret pro
parte sua id, quod ex hæreditate paterna consequutus est,
sed hoc pacto eluderetur statutum; ideo non potest habe-
re locum collatio ex vna parte tātum, argumento eorum,
quę tradit *Aymo, cons. 85. nu. 8.* Non obstat, quod deduci-
tur *ex Fulgos. in d. l. si emancipati, num. 9. quem refert Alex.
num. 13.* quia pręter quam quòd non est casus noster, vi-
dentur potius Doctores inclinare, quòd hęc sit quęstio vo-
luntatis, & quòd stante inęqualitate censeatur remissa col
latio, bene deducitur, *Tiber. Decian. cons. 2. num. 87. lib. 2. qui
allegat Dec. idem tenentem cons. 59. num. 2. Vitalin. in tract.
de Collation. q. 33.* Ex quibus fuit dictum, non esse locum
collationi dotis, neque in totum, neque in partem: nam
hęc collatio pro parte hactenus videtur incognita, tam
antiquis iurisconsultis, quàm iuris interpretibus, & in sum
ma videtur inconueniens, quòd filia propter dotem exclu
datur, & nihilominus eamdem teneatur conferre. Et ita
conclusum.

Firmana Altaris.
Die Lunæ 4. Iunij 1601.

SUMMARIUM.

1 *Testes, qui ignorant onera beneficij, non probant valorem.*

2 *Probatio valoris obtenti non est necessaria, quando in gratia impetrati adest decretum de dimittendo obtentum.*

3 *Valor beneficij ex communiter accidentibus potius augetur tempore, quàm diminuatur.*

4 *Facultas augendi vel minuendi non se extendit, nisi vsque ad tertiam partem.*

DECISIO MCCCXCIII.

FVit resolutum ex testibus D. Ricardi, non posse iusti-
ficari suam gratiam, cum sint nulliter examinati, ex
1 deductis in facto; Vltra quòd † in dictis non concluduut,
cum omnes dicant se nescire onera respectu beneficij san-
cti Ludouici; respectu verò beneficiorum obtentorum nō
adest probatio, quia testes super secundo dicunt se nesci-
2 re. Verum † quantum ad alterum ex istis beneficijs, non
videtur necessaria probatio valoris, quia adest in gratia
decretum de eo dimittendo; Quantum verò ad alterum
prætenditur adesse vnum testem, quod si est verum, suffi-
ceret pro probatione valoris obtenti, sed quia Ricardus
prætendit valorem impetrati iustificari ex confessionibus
Coriolani, fuit responsum nonnullas confessiones præce-
dere per multos annos; Ideo eas non releuare, quia non
percutiunt tempus gratiæ: Confessio verò, quę habetur
in impetratione anni 1596. posterior est per tredecim
menses. Sed hæc responsio non tolleret difficultatem; nam
3 † valor ex cōiter accidentibus potius augetur tempore,
quàm diminuatur; & ideò si verum erat, quod de eo tem-
pore beneficium nō excedebat 40 ducatos, erit verum, q
anno pręcedenti non excedebat ducatos 53. Ideo tecurrūt
informantes ad aliā responsionem, nēpè, non fuisse narra-
tum simpliciter non excedere 40. sed cum clausula facul-
tatis augendi vel minuendi. Verum ista responsio non est
4 tuta: ex quo † illa facultas non se extendit nisi vsque ad
tertiam partem, quæ addita quadraginta ducatis expres-
sis, non excedit summam quinquaginta trium ducatorum
expressam per Ricardum; Ideo subsisto, & melius esset, vt
Ricardus probationes suas coadiuuaret: & iterum causa
proponatur.

Vrbeuetana Legati.
Die Veneris 8. Iunij 1601.

SUMMARIUM.

1 *Inuentarium probat contra hæredem, quòd hæreditas sit soluendo.*

2 *Inuentarium non probat debita in eo descripta verè exstitisse, maximè si non fuit confectum ab hærede vniuersali.*

3 *Pro legato consequendo competit hypothecaria.*

4 *Excipienti bona non esse soluendo, incumbit onus probandi.*

5 *Regulariter quis præsumitur soluendo, nisi contrarium probetur.*

6 *Pro legato pio facto Ecclesiæ assignato super certo corpore hæreditario, ipso iure dominium in eam transit absque traditione, & hoc fauore Ecclesiæ.*

DECISIO MCCCXCIV.

CAusa propter contumaciam partis aduersæ fuit pro-
posita vna tantum parte informante, & Domini, qui
votarunt existimabant ex deductis constare hæreditatem
Petri

Petri fuisse soluendo legatum, de quo agitur, relictum Ec-
clesiæ; nam cum legatum istud mille florenorum fuerit
relictum Altemiliæ vxori, cum onere, quòd quandocun-
que transiret ad secunda vota, vel quandocumque dece-
deret, dicti floreni mille deuenirent ad Capellam Sancti
Bartholomæi, vniuersalibus hæredibus institutis Aloysio,
& Christophoro de Pinitheis pro medietate, & Hospitali
S. Spiritus in Saxia pro alia. Altemilia coram Potestate
Vulsinij asserens se hæredem vniuersalem, vnà cum fratre
eius Francisco, obtinuit se admitti ad adeundam hæredi-
tatem cum beneficio legis, & inuentarij, & confecit inuen
tarium, in quo adnotata sunt multa bona, non tamen om-
nia, vt liquet ex testibus, & etiam in eo descripsit multa
debita testatoris, quæ aliundè non probantur. Quòd autē
1 hæreditas fuerit soluendo, ex eodemmet inuentario, † qđ
contra Altemiliam probat, constare videtur; nam vltra bo
na stabilia in eo designata, ex testibus constat adfuisse alia
bona. Neque probantur debita in eo descripta, excepto
2 debito dotis confessatæ in testamento Petri, quia † inuen
tarium non probat talia debita verè extitisse contra cre-
ditores, et legatarios: *vt per Bart. in l. tutor qui repertoriū, de administr. tut. num. 10. Franc. Marc. decis. 230. lib. 1. firmat Montic. de inuentar. 7. membro, num. 49. Capic. decis.*
* 107. *nu.* 11. * maximè cum non fuerit confectum ab hæ-
rede vniuersali; nam Altemilia erat hæres particularis
3 tantum. Vnde † cum pro huiusmodi legato competat hy
4 pothecaria super corporibus hæreditariis, † incumbit ex-
cipienti onus probandi bona non esse soluendo, neque est
standum inuentario eo prætextu, quòd ex eodem proba-
tur existentia bonorum; & ideo standum sit etiam eidem
respectu debitorum, prout dicitur de libris mercatorum;
quia immo existentia bonorum probatur extra inuenta-
rium ex Catasto, & ex testibus, qui dantur in summario.
Neque illud simile de partitis mercatorum procedit in
casu isto, cum propter eorum officium aliqua fides adhi-
beatur eorum libris, quoties actor suam fundat intentio-
nem ex illis; & partitæ pro maiori parte verificantur, sed
hic neque ratione officij, neque ex aliqua verificatione,
nec ex aliquo negotio gesto inter Altemiliam, & Capel-
5 lam, scriptura illa potest afficere illam, & † regulariter
quis soluendo præsumitur, nisi contrarium probetur,
Alex. Ias. & alij, in l. fin. si cert. pet. & confirmatur ex dispo
sitione testatoris assignantis legatum mille florenorum
super bonis suis, & maximè super terrenis Alphinæ, ex
quo videtur habuisse dictas terras pro sufficientibus pro
solutione dicti legati: Vnde omnibus pensatis, & conside-
rato valore, de quo in Catasto, & per testes coadiuuato,
satis visum fuit constare adfuisse tot bona, quæ suffice-
rent pro solutione legati pij, pro quo in dubio est respon-
6 dendum, † cum fauore Ecclesiæ transeat in eam ipso iure
dominium absque traditione, *vt per Ias. in l. vlt. §. de sacrosanct. Eccl. nu. 10. Peregrin. de fideicom. artic. 2. nu. 61. Tiraq. de priuileg. pię causæ, priuileg. 39.* Et ideò exceptio illa, quòd
hæreditas non sit soluendo, non potest habere locum in
casu isto, in quo super certo corpore in hæreditate existen-
te constitutum fuit à testatore legatum.

* *Mascard. de probat. vol. 1. Concl. 938. nu. 9.*

Comens. Iurispatronatus.
Die Veneris 8. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Concessio iurispatronatus quomodo dicatur subreptitia.*
2 *In beneficio regulari non conceditur iuspatronatus laicis, nisi in limine fundationis.*
Idem est in Ecclesia Conuentuali habitu tantum, vt nu- mero 3.
4 *Iuspatronatus ex mero priuilegio est reuocatum ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, vnà cum quasi possessione inde sequuta.*
5 *Decisio Veralli 211. parte 3. quomodo intelligatur procedere.*
6 *Causa non dicitur onerosa, vbi expensa non correspondet valori rei.*
7 *Causæ cognitio qualiter sit adhibenda per Ordinarium in iurepatronatus.*
8 *Prouisio Apostolica anterior est præferenda, non obstante iurepatronatus ex priuilegio.*

DECISIO MCCCXCV.

FVit dubitatum, an constet de iurepatronatus, ita vt suf-
fragetur pro obtinenda confirmatione institutionis
factæ per Ordinarium ad fauorem præsentati, & Domi-
ni concorditer tenuerunt non constare, ex pluribus: Pri-
1 mo, quia † concessio iurispatronatus fuit subreptitia, &
merè ex priuilegio, cum facta fuerit sine causa: Subreptio
probatur ex eo, quòd Quadrius tacuit bona Prioratus exi
stentia in territorio Grisonorum, quam primum fuissent
recuperata, sibi erant in perpetuam emphyteusim conce-
denda, hoc enim si Papa intellexisset, nempè, iam fuisse
datam recompensam recuperationis per concessionem
emphyteusis ex eadem causa, non concessisset iuspatrona
tus. Item, non fuit expressum, quòd ex tenore concessionis
in emphyteusim ex bonis in territorio Mediolani existen-
tibus, Quadrio erant refundendæ omnes pecuniæ, quas
contingeret erogari in recuperatione bonorum existen-
tium in terris Grisonorum, & consequenter nihil dabat
Quadrius pro consequutione iurispatronatus, adeò, quòd
remanet ex mero priuilegio, eoq. subreptitio, & sine cau-
sa; ita vt locus sit Decreto Sacri Concilij Tridentini reuo-
cantis similes concessiones. Adest etiā alia subreptio, quia
fuit narratum Prioratum esse secularem, cum tamen es-
2 set Regularis Sancti Augustini; † quo casu non concedi-
tur iuspatronatus nisi in limine fundationis, *c. nobis, de iurepatr. vbi gloss. in verbo, de sua iurisdictione. Hostiens. col. 2. Ancharan. nu. 16. Abb. num. 9. Lambertin. de iurepatr. lib. 2. part. 1. q. 5. art. 1. num. 10. Mohedan. decis. 340. Put. 366. & fuit resolutum in Regien. Iurispatr. coram R. P. D. meo Pamphilio, 24. May, 1585.* † & procedit etiam in Conuen-
3 tuali habitu tantum, *Alex. cons. 74. lib. 2.* Postremò, fuit
narratum bona detenta fuisse à Grisonis; & tamen id non
erat verum, sed detinebantur à quodam Federico prouiso
Apostolico, *Card. cons. 38. Felin. c. causam quæ, nu. 2. de testib.*
Secundò, non constat de iurepatronatus, quia concessio
fuit facta sub conditione, si, & postquam Antonius recu-
perasset dicta bona, & in pristinum statum reduxisset,
quod non fuit vnquam factū, cum continuauerint Qua-
drij illa possidere ex titulo concessionis emphyteuticæ, vt
probatur ex instrumento rogato de anno 1581. Tertiò, ex
supradictis resultat tale iuspatronatus, tam propter sub-
reptiones, quàm propter Decreta Concilij Tridentini nul
lum esse, & † quatenus aliquod esset, tanquam ex mero
4 priuilegio esse reuocatum, *vt habetur sess. 25. c. 9.* Neque
obstat, quòd deducitur de quasi possessione præsentandi,
ex c. consultationibus, de iurepatron. tum quia per Conci-
lium in loco allegato ista iura patronatus in totum pror-
sus abrogantur, & irritantur, cum quasi possessione inde
sequuta, *& fuit resolutum in Albanensi Iurispatronatus, 26. Nouembris, 1588. coram bon. mem. Orano, & in una Cassanen. beneficij, 4. Iuly, 1578. coram bon. mem. Bubalo,* * vl-
* tra quòd dictum cap. non procedit, vbi apertè constat de
non iure in proprietate, vt ibi notant omnes. Præterea
Magdalena, de cuius præsentatione agitur, numquā præ-
5 sentauit, neque fuit in possessione præsentandi, † quate-
nus vera esset *decisio allegata Veralli 211. part. 3.* de qua ta-
men sæpius Domini dubitarunt; tamen ea procedit, vbi
versatur fauor Ecclesiæ, non aūt contra Ecclesiam. Sed sa-
tis superq. tollitur ex nullitate iurispatronatus supra de-
ducta, & facit optimè *allegata decisio in causa Cassanen.*

& etiam

& etiam ex eo, quòd dictum est per Concilium, tolli &
quasi possessionem, *vt fuit resolutum à sacra Congregatio-*
ne, & repetitum in una Valentina Capellaniæ coram Illu-
striß. Blanchetto, & in Auximana Iurispatronatus, 18.
Maij 1595. coram R.P.D.meo Mellino, & in Romana
Parochialis coram R.P.D.meo Corduba, 21. Ianuarij 1600.
quę loquitur de possessione post publicationem Concilij.
Non obstat, quod priuilegium sit ex causa onerosa, quia
bene respondetur in facto Antonium Mariam fecisse pa-
ctum de recuperandis expensis factis in recuperatione
bonorum ex affictibus, prout recuperauit. Vltra quòd nō
6 dicitur causa onerosa, vbi expensa non correspondet valo
a ri rei, vt bene deducitur in iure. *a* Non obstat, quòd prę-
sumatur adhibita causę cognitio per Ordinarium, qui prę
sentationes admisit, quia ex deductis apparet de contra-
7 rio. † Vltra quòd non fuit adhibita causę cognitio iuxta
formam traditam à Concilio, nec fuit citatus procurator
b Curię Episcopalis, de cuius interesse agebatur. *b* Vltimò
8 accedit, quòd † prouisio Apostolica R.P.D.Bisij, est ante-
rior; & ideo attendenda, non obstante iurepatronatus ex
priuilegio, *vt benè deducitur per Informantes ex Butrio,*
c *Abbate, & aliis, c & fuit resolutum in una Cæsaraugu-*
d *stana, coram bon.mem. Gropperio. d* Quare conclusum nō
constare de iurepatronatus ad effectum sustinendi pręsen
tationem, & eam confirmandi.

* *Qua in impress. diuers. nouiß. est 548. par. 1.*
a *Ad hoc facit decisio facta coram S.D.N. Clemente VIII. in causa Lu-*
cana Decanatus, 12. Martij, 1577. qua in impress. diuers. nouiss. est
457. num 17. par. 1.
b *Iuxta l. de unoquoque ff. de re iud. Gabr. de Citation. Concl. 1. nu. 1.*
c *Ex Butr. in c. dilectus, nu. 11. & seq. Abb. n. 4. & 6. de off. leg. Mand.*
in reg. 4. q. 10. n. 3. Verall. decis. 29. lib. 1.
d *Sub die 10. Iuly 1586.*

Romana Pecuniaria seu Vineę.
Die Lunę 2. Aprilis, & Veneris 15. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de restituendo prioribus & potioribus, semper*
exequi potest contra obligatos, quando constat de prio-
ritate & potioritate, licet acta non sint transportata;
cum sufficiat fuisse reproducta instrumenta obligatio-
num coram Auditore Cameræ, & licet non se obligaue
rint ad omne mandatum Domini.
2 *Clausula, Ad omne mandatum domini, apponitur in obli-*
gatione de restituendo prioribus & potioribus ad fa-
ciliorem solum exequutionem.
3 *Mens Pontificis regulatur à iuris dispositione.*
4 *Natura copula (&) est ampliare, non restringere.*

DECISIO MCCCXCVI.

FVit hæc causa bis proposita, & creditoribus Torselli-
ni, & Pignanelli opponentibus obligationes de resti-
tuendo prioribus & potioribus nō posse mandari exequu-
tioni: Primò, quia acta non erant transportata: Secundò,
quia non se obligauerant ad omne mandatum domini,
sed simpliciter, de restituendo creditoribus prioribus &
potioribus Torsellini & Pignanelli: Ideo requiri, quòd cō
curreret in eo, qui petit exequutionem, vt esset creditor
1 coniunctim vtriusque. † Quibus non obstantibus, fuit per
Dominos conclusum, dandam esse exequutionem contra
obligatos, docto tamen de prioritate & potioritate. Ne-
que obstare, quod acta non sint transportata, quia suffi-
cit, quòd appareat fuisse pro prioribus & potioribus rela-
xatum mandatum, reproductis instrumentis obligationū
coram Auditore Cameræ. Neque obstat, quòd in obliga
tione de restituendo non adsit Clausula, ad omne man-
datum domini; quia hoc non facit, quo minus possit
2 procedi exequutiuè, † cum illa Clausula apponatur ad
faciliorem exequutionem, vt etiam sine citatione possit
iudex mandare, vt soluatur, sed non ideò cessat processus
exequutiuus docto de veritate, & potioritate crediti, &
obligatione Camerali de restituendo; maximè stante for
mula commissionis, quæ cantat cum Clausula, Si quid
exequendum, respectu eorum, qui sunt simpliciter obli-
gati sine Clausula illa, ad omne mandatum Domini. Vl-
timò non obstat obiectum, quòd requiratur concursus
vtriusque obligationis simul, quia par est ratio; siue con-
currant simul, siue separatim, cum vtroque casu obliga-
tio Cameralis suum parere debeat effectum, & illa copu-
la (&) debet exponi secundum mentem Pontificis, quæ
3 † regulatur à iuris dispositione, *vt per Imol. in Clement. in*
4 *plerisque, numero 12. de election.* † natura enim copulę (&)
est ampliare non restringere, *l. ea tamen adiectio, de legat. 3.*
Latè Euerard. in loco à natura copulæ, alias sequeretur absur
dum, quòd posteriores habentes vtrumque simul obliga-
tum, essent præferendi prioribus habentibus singulos tan
tum obligatos, quòd est contra iuris dispositionem. Et
ita conclusum pro exequutione mandati, docto de priori-
tate & potioritate.

Carthaginens. Decimarum.
Die Veneris 15. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, qui ueniunt liquidandi, liquidari debent in mino*
ri summa, licet aliqui testes deponant de maiori, cum in
minori dicantur concordes.
2 *Ad effectum liquidationis fructuum, probatio per testes*
debet fieri de uera perceptione, & eorum quantitate.
3 *Fructus per Rotam aliquando liquidantur ad id, quod so-*
litum est percipi.
4 *Nemo præsumitur in re sua negligens, & quòd suum ia-*
ctare uelit.

DECISIO MCCCXCVII.

1 FVit resolutum pro informante contra Moniales, † fru
ctus esse liquidandos in minori summa, per testes de
ea deponentes, cum alij testes, qui de maiori summa de-
2 ponunt, sint concordes in minori summa; & quamuis †
requiratur, quòd per testes probetur vera perceptio fru-
ctuum, & eorum quantitas ex *sententia Iacob. de Arena re-*
lati per Bald. in l. si fundum, numero 5. C. de rei uend. Tamen
videntur etiam hæc omnia per testes satis probata, ex quo
per testes, qui dantur in Summario, numero 8. probatur;
Moniales ex articulatis prędiis fructus percepisse per suos
Oeconomos & Factores, & in hoc concordant omnes.
Quantum ad quantitatem, de ea deponunt primus testis
super quarto in Summario, numero 6. qui deponit tam de
visu, quam de auditu ab Oeconomis & Factoribus: Quar
tus testis iuxta octauum in Summario, numero 4. & idem
quintus testis sub eodem num. Idem probat septimus
testis sub eodem num. qui corroborantur per testes depo
nentes Moniales potuisse colligere tantam quantitatem,
quorum etiam aliqui dicunt collegisse, & potuisse colli-
gere, & reddunt rationem ex notitia, quam habent di-
ctarum terrarum, secundus super quarto, sub num. 6. in
Summario, quartus super quarto, eodem num. & melius
3 iuxta octauum, sub num. 4. Sed & † Rota aliquando li-
4 quidauit fructus ad id, quod solitum erat percipi, † cum
nemo præsumatur in re sua negligens, & quod suum ia-
ctare velit, *prout fuit dictum in Romana quinquaginta mil-*
lium, coram Sanctiss. D.N. Quare fuit conclusum, vt detur
sententia liquidatoria pro scutis annuis 125. Et quan-
tum ad tempus, videat ponens, quo tempore fuerit cessa-
tum per Moniales; & placeret etiam, vt summa reduce-
retur ad scuta centum annua cum agatur cōtra pauperes

moniales, licet stante earum nimia contumacia non videantur dignæ miseratione.

Feltrens. Canonicatus, & Præbendæ Sanctæ Margaritæ. Die Veneris 15. Iunij 1601.

DECISIO MCCCXCVIII.

FVit resolutum sententiam in partibus latam esse confirmandam: nam satis superq; probatum fuit pro parte Iacobi, Ecclesiam Sanctę Margaritę esse prębendam Canonicatus Feltrens. nam circumscriptis etiam instrumentis reprobatis in sententia ad eius fauorem lata, ex alijs sufficienter constat de rei veritate; Primò, ex denunciatione facta ab hominibus de Longano terrarum Ecclesiæ Sanctę Margaritę anno 1480. ad instantiam Domini Christophori Canonici Feltrensis, & beneficiati dictę Ecclesię Sanctę Margaritę; Et quamuis in dicta denunciatione dicta Ecclesia vocetur beneficium, & Canonicus dicatur Rector siue beneficiatus; tamen hę denominationes non sunt incompatibiles, quo minus etiam prębenda constituta in vna Ecclesia non possit dici beneficium, & Canonicus beneficiatus, cum in ea non fuerit suppressus status Ecclesię, & si ex his oriatur aliqua incertitudo, ea ex alijs perspicuè tollitur, vt mox deducetur. Secundo ex instrumento optionis prębendarum Ecclesię Feltrensis de anno 1480. in quo dimittitur prębenda Sanctę Margaritę, & optatur altera. Neque obstat, quòd non dicatur prębenda Sanctę Margaritę de Longano, & adsit in diœcesi altera Ecclesia Sanctę Margaritę, quia neque illa est prębenda, & est beneficium collatiuum, quod prętenditur esse de iure patronatus Dominorum de Vilalta, neque vmquam fuit possessa vti prębenda per aliquem Canonicum Feltrensem, ita quòd ex ea non potest deduci æquiuocatio, per quam excludatur probatio Cadubrij: & ista instrumenta recipiunt interpretationem à subsequentibus. Nam tertio loco exstat instrumentum obligationis cuiusdam Victoris de Longano officialis decimarum Sanctę Margaritę de Longano, qui constituit se debitorem Iosephi Mezanotti Canonici Feltrensis in ducatis triginta, quos promittit, &c. & hoc instrumentum est de anno 1570. Quartò, exstat instrumentum resignationis de anno 1570. in quo Firmus de Succino resignat Canonicatum, & prębendam Sanctę Margaritę Ecclesię Feltrensis. Nec releuat, quod opponitur non exprimi Sanctę Margaritę de Longano, quia in instrumento tertio loco deducto, Victor, qui constituit se debitorem Iosephi, dicit cum omnibus oneribus, & honoribus, quę soluebat prius cuidam Reuer. Domino Baptistę Pinidello; In instrumento verò resignationis, seu cessionis narratur, Canonicatum, quem renunciat, obtinuisse per renunciationem sibi factam per quondam Io. Baptistam Pinidellum, & ita probatur identitas Ecclesię Sanctę Margaritę de Longano. Quintò, de eodem anno 1570. adest collatio facta per Ordinarium de eodem Canonicatu per obitum Firmi, cuius fortè resignatio non habuerat effectum in personam Peregrini de Mastorcijs. Sextò, de anno 1571. emanauit inhibitio Ordinarij contra Mansionariam Capituli, ne soluat fructus Canonicatus, & prębendę Sanctę Margaritę de Longano vacantis per obitum Firmi de Succino alicui personę, nisi de sui licentia; ex qua inhibitione verificatur prębendam Sanctę Margaritę esse de Longano, & ita supplendas esse alias enunciationes, quę non exprimunt locum de Longano, & eodem modo tollitur obiectum, quod sit de alia Ecclesia Sanctę Margaritę de Formigano. Septimò adsunt alia iura, & litterę, quę continent sequestrum, & arrendamentum dictę Ecclesię, necnon visitationem Episcopi Bellunensis asserentis dictam Ecclesiam Sanctę Margaritę de Longano possideri per D. Peregrinum, & sunt scripturę de anno 1577. sunt & alię scripturę coadiuuantes istam probationem, & quę simul cum prędictis solent desstruere fidem scripturarum informium per sententiam diffinitiuam, quatenus eis indigeremus; sed etiam illis reiectis sufficiens visa est Dominis probatio, ex quo incipiendo ab anno 1480. vsque ad annum 1593. quo lis ista incepit, effluxerunt plus quàm centum, & decem anni; Ideo locum habent ea, quę tradunt *Doctores in c. cum de beneficio, de prabend. in 6.* & cessant deducta ex *decisionib* * *allegatis bon. mem. Rubei, & Lancellotti*; * nam ibi clarè dicitur non fuisse probatum Capellaniam illam, de qua agebatur, fuisse possessam vti vnitam per quadraginta annos, hic verò probatur fuisse possessam vti prębendam canonicalem per centum, & amplius annos. Neque obstat, quòd aliquando fuerit lis, & controuersia super illo beneficio, quia nihilominus semper possessum fuit à Canonicis Feltrensibus, & quod plus est, Zuppanus aduersarius illud impetrauit per obitum Peregrini de Mastorcijs, licet reticuerit illud fuisse per illum possessum vti prębendam sui Canonicatus. Et ex his fuit conclusum pro confirmatione sententiæ.

* *In Cesenaten. Capella sub die Mercurij 29. Febr. 1567. coram bon. mem. D. de Rubeis, & Lunæ 26. Ianuarij 1568. coram bon. mem. Card. Lancellotto.*

Aquinatens. Vnionis. Die Mercurij 20. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Materia liquidationis est arbitraria.*

DECISIO MCCCXCIX.

DOmini censuerunt liquidationem fieri debere ad ducatos centum viginti annuatim; nam licet per enumerationem fructuum Sancti Petri, de quibus deponunt testes, & per eorum æstimationem probetur eos ascendere ad maiorem summam; tamen quia per duos testes probatur locata fuisse bona, de quibus agitur, pro annuo affictu ducatorum centum viginti per decem, & amplius
1 annos; Domini in hoc articulo, in † quo multum versatur arbitrium, maluerunt adhærere minori summę, maximè cum procedatur per contradictas, ne vllo vmquam tempore possit redargui sententia de excessu taxationis.

Ortonens. Prætensę pensionis. Die Lunæ 25. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Gratia in omnibus iustificari debet.*
2 *Non habet locum dispositum, nisi verificetur præsuppositum.*

DECISIO MCD.

1 GRatiam † Episcopi non esse iustificatam in omnibus, prout est necessarium, *Felin. in cap. ad aures, nu. 4. versic. secunda Conclusio, de Rescript.* Et primò non videri iustificatam respectu vnionis. Neque obstat, quòd nõ sint iustificanda, nisi ea quæ respiciunt pensionem, quia hoc in iure non subsistit, cum vnica sit gratia, *Gemin. in c. si eo tempore, de rescript. in 6. Felin. in c. sedes, nu. 2. limitat. 1. de rescript.* Neque probatur vnio ex narratiua reseruationis pensionis pro Episcopo de Rusticis, cum ea non probet vnionem, sed tantum supponat eam. Secundò non est iustificata respectu pensionis ducentum, reseruatæ personæ Ecclesiasticæ illam annuatim percipienti, quia constat de lite, & reductione ad centum quadraginta, & data est
* *decisio bon. mem. Robusterij*, * quod pensio non erat soluenda, & non constat, quod tempore gratię perciperetur. Tertiò non excessus 400. non est probatus, & in hoc nul-
2 la adest iustificatio; † Et ideo cum hæc omnia præsupponantur, & non verificentur, intrat *regula l. mancipia, C. de seru. fugit.* quòd non habet locum dispositum, nisi verificetur præsuppositum. Neque etiam verificatur remanere

manere 200. pro Rectore, quod tamen fuit narratum: sed forte hoc obiectum cessaret; ex quo dictum fuit in hac causa, verificata gratia, esse locum reductioni pensionis. Circa alias oppositiones non fuit laboratum, quia satis superq. est, quod in alijs gratia non est iustificata ad effectum nullitatis, &c.

* *In causa Theatina pensionis, sub die 3. Iulij, 1573.*

Burgens. Quindenniorum,
Die Mercurij 27. Iunij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Concessio semper censetur facta sine præiudicio tertij.*
2 *Quindennia loco annatarum subrogata dicuntur.*
3 *Quindenniorum exactio locum habet non solum ad fauorem Cameræ, sed etiam ceterorum ab ea ius habentium.*
4 *Quindennia de iure communi non sunt nota.*
5 *Papa numquam censetur velle iuri cuiusquam derogare.*

DECISIO MCDI.

FVit dubitatum, An Moniales teneantur ad solutionem quindenniorum de præstimonijs vnitis earum monasterio in casu, de quo agitur: Hęc res fuit sępius in Rota discussa, & semper Domini censuerunt, Capitulum Burgense exigere hæc quindennia loco annatarum ex beneficijs vnitis; nam cum prędictum Capitulum sit ab immemorabili tempore in quasi possessione exigēdi fructus vnius anni cum dimidio ex omnibus beneficijs vacantib. in Ciuitate, & diœcesi Burgensi, prout constat ex litteris Innocentij VIII. & aliorum Pontificum, & ex sententia lata pro Capitulo anno 1488. & alia sententia Rotali lata anno 1530. & ex decisionibus allegatis, *Sarnens. in regul. de non toll. iure quæsito, q. 15. & Mohedan. decis. 81. & alijs*
* *deductis in decisione facta in hac causa 8. Martij 1599.* *
Visum fuit consonum iuris dispositioni, vt per vniones deinde factas non censeatur prędiudicatum iuribus Capituli,
1 † cum omnis concessio semper censeri debeat facta sine prędiudicio tertij, *c. cum olim, de consuetud. c. 2. de relig. dom. cum alijs allegatis in decisione facta coram R. P. D. meo Litta*
2 *15. Ianuarij 1595.* Vnde † cum loco annatarum subrogata fuerit exactio quindenniorum, *vt tradit Ant. Mass.*
3 *in tractatu de Annat. in fine,* † ea non solum debet intelligi locum habere ad fauorem Camerę, sed etiam fauore ceterorum ius habentium, ne per concessionem Apostolicam eorum iura imminuantur. Tota difficultas huius discussionis in duobus capitibus præcipuè consistere videtur; Primum est, quòd licet probetur immemorabilis quasi possessio Capituli exigendi Annatas & dimidias; tamen cum non constet, quòd aliquo tempore exegerit quindennia ex beneficijs de antiquo vnitis, & hæc facultas non competat de iure communi, sed ex quodam speciali priuilegio, quo summi Pontifices voluerunt prospicere indemnitati Cameræ Apostolicæ, quæ ratione vnionum priuabatur annatis sibi debitis in vacatione beneficiorū, & facultas ista percipiendi quindennia primum concessa fuerit à fel. rec. Pio V. anno 1566. pro beneficijs in futurum vniendis, videtur nullum ius competere Capitulo exigendi quindennia ex beneficijs ante concessionem Pij V. vni-
4 tis; † non de iure communi, cum ei nota non sint quindennia; neque ex priuilegio, cum hoc emanarit ad consulendum indemnitati Cameræ Apostolicæ, nō autem aliarum personarum non expressarum, præsertim cum facultas vniendi, applicandi, & supprimendi beneficia libera sit Papæ, absque eo quòd inferiorum requiratur consensus, aut specialis derogatio regulæ de iure quæsito, &c. maximè verò eorum, quorum præiudicium non versatur ratione pertinentiæ collationis, sed ratione alicuius emolumenti ipsis ex priuilegio Apostolico competenti. Ve-
5 rum huic oppositioni fuit per Dominos responsum, † Papam numquam censeri velle iuri cuiusquam derogare, *vt supra deductum fuit, & d. ducitur ex decisione 1. de sepultur. in antiq.* & ideo eadem ratione, qua præsertim voluerunt Summi Pontifices interesse Cameræ Apostolicæ, ita etiam censendum de præiudicio Capituli; nam vulgata regula est, vbi militat eadem ratio, ibi idem ius statui oportere, & ad hoc inseruire priuilegium Pij V. quod licet loquatur de vniendis; tamen extendi debet ad iam vnita, ex rationis identitate. Alterum caput difficultatis fit in eo, quòd non constat Capitulum aliquo tempore percepisse quindennia beneficiorum de antiquo vnitorum, & licet primo prætenderent, moniales se probare immemorabilem consuetudinem non soluendi quindennia; tamen postea recesserunt ab hac prætensione; nam dubio per me sit
a per hoc dato pro die 8. Iunij proximè præteriti *a* ipsæ cesserunt dubio: quia tamen non ostenditur ex aduerso aliqua solutio quindennij, & satis antiqua videtur ista cōsuetudo non soluendi, Domini voluerunt, vt reseruaretur videndum, An ista consuetudo non soluendi de vnitis antiquo tempore, possit inseruire pro consuetudine interpretatiua alterius consuetudinis percipiendi annatas a Summis Pontificibus approbatæ, & confirmatæ.

* *Coram bon. mem. D. Litta.*

a *Qua die pro resolutione dictum fuit, quòd disputetur dubium Capituli.*

Coimbricens. Canonicatus.
Die Mercurij 4. Iulij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum in beneficijs spectantibus ad suum turnum dicitur Ordinarius collator.*
2 *Habens facultatem acceptandi in mensibus Ordinarijs collatoribus concessis, potest acceptare beneficium spectans ad collationem Capituli.*
3 *Ordinarius collator dicitur ille, cui competit ordinaria collatio iure proprio absque aliquo particulari priuilegio.*
4 *Capitulum de iure communi habet collationem simultaneam cum Episcopo.*
5 *Appellatione Ordinariorum veniunt inferiores collatores.*

DECISIO MCDII.

CVm S. D. N. mandasset, vt de primo Canonicatu vacante in mensibus Ordinarij prouideretur Pœnitentiario Ecclesiæ Coimbricens. non autem de vacante in mensibus Sanctitati suæ reseruatis, & in prædicta Ecclesia Canonicatuū prouisio sit per turnum diuisa inter Episcopum, & Capitulum, contingit dubitari, An talis prouisio fieri possit de Canonicatu vacāte in turno Capituli, super qua re S. D. N. voluit scire, quid Rota sentiret, & ego de Suę Sanctitatis mandato proposui hoc dubium, quod per Dominos fuit discussum, & resolutum prouisionem fieri debere de Canonicatu primo vacaturo, etiam quòd
1 Capitulum esset in turno; † nam Capitulum in beneficijs spectantibus ad suum turnum dicitur Ordinarius colla-
2 tor, *vt habetur per Io. Paulum decis. 85.* vbi † habens facultatem acceptandi in mensibus Ordinarijs collatorib. concessis, potest acceptare beneficium spectans ad collationē Capituli, *concordat decisio Putei 47. n. 7. lib. 1. & facit deci-*
3 *sio Veralli 19. lib. 3.* vbi habetur, † Ordinarium collatorem dici illum, cui competit ordinaria collatio iure proprio
4 absque aliquo particulari priuilegio, prout Capitulum † quod de iure communi habet collationem simultaneam cū Episcopo, *vt per Cassad. 22. de preb.* & fuit latè comprobatum, † appellatione Ordinariorum venire inferiores col-
5 latores, adductis multis auctoritatib. *in causa Salamantina*

Iurisdictionis coram me, 23. Octob. 1579. Ideò constat mentem Suæ Sanctitatis fuisse hoc indulto excludere tantum Canonicatus vacantes in mensibus reseruatis iuxta mentem Concilij, & Sacræ Congregationis, quæ interpretata est decretum Concilij non habere locum in mensib. Sanctæ Sedi reseruatis. Et ita omnium Dominorum consensu fuit conclusum.

Vlixbonens. Priotatus.
Die Mercurij 4. Iulij 1601.

SUMMARIUM.

1 *Possessio capta pendente appellatione sequestrari debet tamquam attentata.*
Idem est si possessio vacat, ne interim dilapidentur fructus, vt num. 5.
2 *Princeps non attentat.*
3 *Gratia dicitur subreptitia, & nulla, si in ea non fuit lis narrata.*
Item si non fuit narratum beneficium esse debitum certo generi personarum ex fundatione.
4 *Decretum cap. 18. sess. 24. de reform. quando non procedat.*

DECISIO MCDIII.

FVit conclusum locum esse sequestro; Primò, quia
1 † possessio capta per D. Matthæum Bernardez, fuit
capta pendente appellatione a decreto Ordinarij, *c. non*
solum, de appellation. lib. 6. c. 1. & 2. Vt lite pend. eod. libro:
2 nam † licet Princeps non attentet, *vt per Aegid. decis. 249.*
in fine, tamen possessio vigore gratiæ capta post appella-
tionem, seu post inhibitionem, est attentata; *Modern. de at-*
tent. parte 2. c. 4. in præfat. nu. 413. cum alijs, quod maximè
3 procedit, † stante quòd gratia erat subreptitia, cum non
fuisset narrata lis, neque esset narratum beneficium esse
debitum certo generi personarum ex fundatione, prout
constat ex priuilegio, & ex tribus sententijs aliàs in Rota
antiquè latis, quo casu gratia Papæ, non facta de hac re
mentione, est nulla, *Tancr. decis. 102. Aeneas de Falcon. de*
* *reseru. q. 3. nu. 22. Put. decis. 235. nu. 2. lib. 2.* * Non obstant,
quæ ex aduerso fuerunt deducta; & primò, quod deduci-
tur, fuisse processum iuxta formam præscriptam à Sacro
Concilio Tridentino, quia præter quam quod non tnetur
4 attentantem, † decretum illud, quod habetur *sess. 24. de*
reform. c. 18. non procedit, vbi in fundatione fuit data di-
uersa forma, quæ est obseruanda, vt patet ex resolutione
Sacræ Congregationis. Neque obstat, quod dicitur, in a-
ctis non constare de possessione capta per Matthæum, ex
quo processus ille non est in forma probanti, quia dato, &
non concesso, quòd ita se res habeat: tamen non ideo ex-
5 cluditur, quin sit apponendum sequestrum, † immo fa-
cilius debet concedi, si possessio vacat, ne interim dilapi-
dentur fructus Priotatus. Et ex his conclusum pro seque-
stri appositione.

* *Facit ad hoc glossa magna in fine, in c. cum Ecclesia, de præb. in 6.*

Asculana Decimatum.
Die Veneris 19. Octobris 1601.

SUMMARIUM.

1 *Existens in quasi possessione percipiendi decimas, non potest eas percipere in aliena parochia, cum ei ius resistat.*
2 *Tantum præscriptum, quantum possessum.*
3 *Ad præscriptionem decimarum requiritur immemorabilis, vel saltem quadragenaria possessio.*
4 *Vnitas prædij qualiter probetur.*

DECISIO MCDIIII.

DOmini censuerunt sententiam extra Rotam latam esse reuocandam: Cum enim Præpositus Sancti
Martini agat ad decimas noualium existentium in præ-
dio sito in aliena parochia, nempe Præpositi de Spinetu-
1 lo, † quamuis ipse sit in quasi possessione percipiendi alias
decimas, non tamen potest dici ex hoc solo eum habere
fundatam intentionem, cum huic possessioni ius resistat,
ad ea quæ notant Bart. & Doctores, præcipuè Alex. & Ias.
in l. si prius, de noui oper. nunc. & notatur in l. siue possidetis,
C. de probation. maximè cum simus in materia præscriptio-
2 nis, † in qua tantum præscriptum quantum possessum,
regula, Sine possessione, de reg. iur. in 6. & resistentia iuris pro
batur *ex cap. ad decimam, de restit. spol. in 6. c. fin. de paroch. c.*
ad Apostolica, de decim. Sed neque videtur satis probata
præscriptio Præpositi Sancti Martini respectu decimarũ,
3 quas hodie possidet, cum per testes † neque immemora-
bilis, neque quadragenaria probetur, vti requiritur, *prout*
notat Couar. in Regula, Possessor, parte 2. §. 8. n. 4. Ideo cessat
fundamentum, quod fit *in cons. Abb. 71. lib. 2.* Præterea,
4 non bene probatur vnitas totius prædij, † quia ad istum
effectum requiritur, vel quòd sit emptum vnico pretio,
vel quòd sit continuatum intra certos limites, vel ex clausu-
ra ipsum ambiente, aliàs quot sunt culturæ, tot sunt præ-
dia ex destinatione patrisfamilias, *vt tradit Rebuff. q. 14.*
nu. 21. de decim. quod corroboratur ex diuersitate nominũ,
de qua deponunt omnes testes; quare cum Præpositus de
Spinetulo habeat fundatam intentionem de iure com-
muni, etiam in noualibus *c. cum contingat, de decim. & Re-*
buff. d. q. 14. conclusum fuit sententiam contra eum latam
esse reuocandam, nisi ex aduerso melius fundetur præten-
sum ius Præpositi Sancti Martini.

Vlixbonens. Priotatus.
Die Lunæ 22. Octobris 1601.

SUMMARIUM.

1 *Ex productione mandati personæ citatæ, oritur præsumptio citationis, & ex alijs, de quibus hic.*

DECISIO MCDV.

DOmini sine difficultate tenuerunt pro validitate sen-
tentiæ ad fauorem Domini Ambrosij Cardosi; nam
quod obijcitur de defectu citationis, bene tollitur ex fa-
cto, cum ea non solum probetur ex enunciatione procura-
toris Cardosi, vt prætendit pars contraria, sed etiam ex at
testatione Notarij attestantis Cursorem retulisse se su-
1 pradictos citasse, † quod comprobatur ex productione
mandati Domini Matthæi Bernardez in personam Lucæ
de Aranzo, & disputatione causæ partibus præsentibus
cum assignatione sportularum facta per procuratores par
* tium, * ex quo etiam tollitur nullitas allegata contra
sententiam, *vt fuit resolutum coram me, in vna Calaguri-*
tana Iuris ingrediendi, 27. Aprilis 1580. & in causa Bur-
gen. Residentiæ, coram Illustr. Card. Mantica 9. *Iunij* 1589.
cum alijs, Quantum verò ad iustitiam dictæ sententiæ,
Domini ordinarunt, vt dentur dubia particularia super
difficultatibus per partes excitatis.

* *Vt per Vant. de nullit. tit. quom. sent. null. ap. poss. nu. 107.*

Asculana Fideicommissi bonorum.
Die Veneris 26. Octobris 1601.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Vidua, an, & quando debeantur fructus dotis, & numero 4.*
3 *Fructus dotis taxantur iuxta statuta vel consuetudinem loci.*
5 *Hæres non interpellatus pro restitutione dotis, non constituitur in mora, & sic ad fructus illius non tenetur.*

Vxor

6 *Vxor instituta, & priuata hæreditate ob transitum ad secundas nuptias, & non præstitam cautionem Mutianam, licet vsque ab initio hoc ius fuerit resolutum, attamen ab initio fuit hæres, & non tenetur restituere fructus consumptos, præsertim qui sunt consumpti in alimentis.*

7 *Fructus legitimæ an debeantur, si legitima sit constituta in pecunia.*

DECISIO MCDVI.

FVit resolutum creditum Constantiæ respectu dotis
1 esse liquidum, cum de eo constet † per publicum instrumentum, quod facit probationem probatam, *Bald. in l. interesse, C. de solution. num. 2.* Item constat de quantitate legitimæ *ex decisione facta in hac causa coram bon. mem.*
2 *Orano, 13. Martij, 1596.* † Quantum verò ad fructus dotis, Domini censuerunt deberi pro tempore, quo ipsa transiuit ad secundas nuptias, tunc enim debetur fructus pro-
3 pter onera matrimonij, † taxandi iuxta statuta vel consue-
4 tudinem loci. Maior verò est difficultas † respectu temporis viduitatis, non enim debentur fructus nisi post morã,
5 † quæ hoc casu contracta non fuit, cum non fuerit interpellatus hæres: Verum cum Constantia distulerit interpellare hæredem ex eo, quòd fuerat instituta hæres pro
6 medietate à Balthasare, † & non agatur nunc de soluendis fructibus dicti temporis; sed de eis impurandis, quatenus percepti fuerint ex hæreditate, Domini ex æquitate dixerunt, vt aliquid ei hoc nomine relinquatur, nam licet hæreditas ab ea fuerit auocata ob secundas nuptias, & non præstitam cautionem Mutianam: tamen à principio fuit hæres, *vt tene. Bald. in l. Mutian. c. in fine, de cond. & demonstr.* licet postea hoc ius fuerit vsque ab initio resolutum, sed consumptio ex bona fide sustinetur, maximè si
7 sunt consumpti in alimenta, *Tessaur. decis. 43.* † Quantum verò ad fructus legitimæ, dictum fuit, deberi. Neque obstare, quòd legitima fuerit constituta in pecunia numerata, quia re vera ea est quota bonorum, & æstimatio non immutat eius naturam; Ideo fructus sunt taxandi iuxta qualitatem, & quantitatem bonorum, *Ripa, in l. in fideicommissariam, num. 145. ad Trebell.* Et ita conclusum.

Papiens. Pecuniaria.
Die Lunæ 12. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio mandati ex quibus oriatur.*

2 *Protestatio facta, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, repeti debet in singulis actibus, aliàs ab ea dicitur recessum.*

3 *Iurium recognitio quandocumque fieri potest, etiam post sententiam.*

4 *Ex vsu testamenti inducitur aditio hæreditatis.*

5 *Onus probandi non adesse alios hæredes, non spectat ad hæredem agentem, sed ad eum qui hoc affirmat.*

DECISIO MCDVII.

CEnsuerunt Domini sententiam, de qua agitur, non fuisse nullam, sed validam, non obstantibus duabus oppositionibus ex aduerso factis; nam quantum ad priorem, de defectu mandati Comitis Hippolyti, fuit dictum
1 † de illo saltem præsumptiuè constare, non solum ex productione iurium, & expensis in hac causa per Dominicum procuratorem assertum factis, quæ tamen præsumptio fortasse per se non esset concludens, ex quo aderat mandatum Comitis Friderici, cuius expensis potest probabiliter dici fuisse causam defensam à Dominico; sed maximè ex eo quòd eius persona fuit per partem aduersam appprobata; cum eum pluries citari curauerit tamquam procuratorem dictorum Comitum, vt apparet ex deductis in facto, & quod plus est fuerit iudicialis cautio de restituendo in euentum succumbentiæ vnam partem debiti petiti; data tam pro parte Comitis Hippolyti, quã Comitis Friderici, cui decreto pars acquieuit; Ex quibus apparet eum fuisse tamquam verum procuratorem Comitum approbatum, præcipuè cum pars ipso produxerit mandatum Com. Friderici in personam dicti Dominici, *Iason l. edicto, n. 24. C. de edicto Diu. Adr. toll. Felin. in c. cum inter, num. 11. de except. Io. de Anan. cons. 33. Marsil. in l. si quis, nu. 84. de quæstion. Mohed. decis. 44. & fuit decisum in causa Burgensi de Couarruuias, coram me, 4. Febr. 1591.* *
2 † Nec obstat, quòd procurator ex aduerso protestatus fuerit, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, quia hæc protestatio erat repetenda in singulis actibus, quod non fuit factum, immò postea fuit simpliciter sine protestatione comparitum, quæ res facit, vt etiam defendi possit, iuxta opinionem aliquorum ex Dominis habere locũ hoc casu dispositionem *l. non eo minus, C. de procurat. Tiraquel. de leg. connub. glos. 8. nu. 68.* nam oppositio, quæ facit, vt non procedat dispositio *dict. l. non eo minus*, non est habenda in consideratione, post quam non fuit repetita, & ab ea censetur recessum; Et ideo potuerunt etiam ratificari gesta post sententiam, vt fuit factum. Quantum ad alteram oppositionem, qua deducitur non fuisse legitimatas personas dictorum Comitum vti hæredum bon. mem. Cardinalis, fuit responsum, constare eos esse tales; tum ex testamento Cardinalis, in quo leguntur instituti; tum ex approbatione partis, quæ egit contra eos tamquã hæredes Cardinalis, *l. Pomponius, §. ambabitionis, de pro-*
3 *curat.* † Non obstat quòd testamentum non fuerit recognitum, quia hoc quomodocumque fieri potest etiã post sententiam. Neque obstat, quòd plures in eo fuerint instituti hæredes; & tamen duo tantum comparuerunt in isto
4 iudicio, † quia cum isti ex vsu testamenti censeantur adiuisse hæreditatem, *ad Bart. in l. 1. n. 37. C. commun. de legat. cum alijs*, & de aliorum aditione non constet, iudicium cũ
5 istis fuit validum: † neque ad ipsos spectat onus probandi non adesse alios hæredes; sed ei qui hoc affirmat. Postremo non obstat, quòd dicitur eos non simpliciter, sed sub conditione fuisse hæredes institutos, quia de adimplemento conditionis respectu Troili constat per publicum instrumentum. Et ex his conclusum pro validitate sententiæ, si tamen pars Reuerendiss. Domini Episcopi vult aliquid noui deducere in negotio principali, Rota non denegabit audientiam.

* *Idem Felin. in c. cum in iure, nu. 15. de off. deleg. & fuit dictum in Romana artis furnariæ, 6. Iunij, 1574. coram bon. mem. D. Robusterio, quæ in impress. diuers. nouiss. est 105. nu. 6. p. 1.*

Romana Dotis, & tutelæ.
Die Veneris 16. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Mater tutrix tenetur reddere rationem administrationis tutelæ pro tempore quo administrauit.*

2 *Administratio tutelæ ex quibus probetur.*

DECISIO MCDVIII.

FVit dubitatum an Illustr. Domina Victoria teneatur reddere rationem administrationis pro annis 1596. 97. 98. & 99. Illustrissimo Domino Prospero; Cum enim dicta Domina Victoria 4. Septembris anno 1593. cum decreto iudicis suscepisset tutelam, & curam suorum filiorum, cum solita promissione de vtilia faciendo, & inutilia prætermittendo, & tamquam tutrix, & curatrix fuerit recognita à Vassallis, & deputauerit in Factorem quemdam Hippolytũ Raymundum, vt in summario Pro speri, nu. 2. & in iudicio moto coram Auditore Cameræ à Domina Catharina auia pupillorum super tutela, & cura, quam ad se spectare prætendebat, Domina Victoria obtinuit mandatum de manutenendo, vt in dicto summario,

1 num.3.† Visum fuit iuris esse indubitati, Dominam Victoriam obligatam esse ad reddendam rationem administrationis totius temporis, quo probatur eam in administratione se ingessisse. † Probatur autem administratio eiusdem de anno 1596. ex actibus deductis in summario nu.4.5.6.7. & 8. qui continent reuisionem computorum, constitutionem procuratoris, solutionem legati Ecclesiæ relicti, necnon plura negotia per litteras expedita. Idem probatur de anno 1597. vt per litteras, de quibus constat in summario, nu. 9. & de continuatione administrationis de anno 1598. constat ex litteris, de quibus in summario num. 10. De anno 1599. adest constitutio R. P. D. Stellæ in procuratorem, & administratorem Castrorum facta à Domino Prospero, cum interuentu, & auctoritate Dominæ Victoriæ tutricis, & curatricis: Adsunt etiam eius litteræ missiuæ talem continuationē administrationis probantes in summario nu.11. quibus consonant testes & partitæ, de quibus in summario, num.12.& 13. Ex quibus censuerunt Domini probari Dominam Victoriam ingessisse se in administratione bonorum hæreditariorum; & ideo teneri ad redditionem rationis, *prout aliàs ex paucioribus actibus fuit resolutum contra bon.mem. Dominum Hieronymum Ceulim in causa Romana tutelæ de Massio, 14. Martij, 1583.* * Quæ verò ex aduerso deducuntur pro Domina Victoria in summario per eam dato, non videntur releuare ad hunc effectum liberandi eam à redditione rationis, sed inseruiunt ad hunc effectum, vt de administratione factorum liberatorum à Domino Prospero non teneatur, nec de ijs, quæ ab ipso sine interuentu matris gesta fuerunt, nec etiam de tempore, quo ipsa prætendit nihil potuisse administrare, cum degerit in monasterio, de quibus erit habenda ratio, *prout fuit habita in causa Auximana tutelæ, coram bon.mem. Gipsio*; & ideo erit particulariter videndum, præsuppositis libris suis, & Factorum, & alijs ad rem pertinentibus; An fuerit sufficienter reddita ratio in casu, de quo agitur.

* *In Romana tutela de Ceulis, 14. Martij, 1583. coram bon. me. Gipsio.*

Romana Legati de Cæsarinis.
Die Lunæ 19. Nouembris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatione seruitorum veniunt etiam seruitores nobiles, ex generali consuetudine magnatum, qui tales soleut penes se habere.*

2 *Seruitores nobiles magnatum appellantur honorarij, cum eorum officium non versetur circa aliqua particularia ministeria, sed solum in associando Dominos, & in adeundo iussu Domini alios magnates, & primarios Vrbis.*

3 *Legatum relictum sub verbis prolatis demonstrationis gratia, non debetur nisi probata illa qualitate, quæ demonstrata fuit.*

4 *Declaratur doctrina Bart. in l.2. de verb. obligat.*

5 *Vbi aliquæ qualitates sunt in vno, quæ non sunt in alijs, nisi probetur fuisse contemplatas, non constituitur differentia inter eam personam, & alias, non habentes illas qualitates.*

6 *Reuocato legato respectu personæ principalis, censetur etiam ablatum personæ, cuius respectu secundario factum fuerat legatum.*

7 *In vltimis voluntatibus ius non quæritur tertio irreuocabiliter, prout in contractibus.*

8 *Generalis reuocatio legatorum, non comprehendit legatum alimentorum.*

DECISIO MCDIX.

Domini censuerunt legatum scutorum trecentum relictum in testamento Domino Gabrieli Cæsarino fuisse reuocatum in Codicillis sub illis verbis; (reuoco, & annullo tutti li legati fatti à seruitori, nominati per suo nome proprio;) conuenit enim illa demonstratio, (per suo nome proprio,) huic legato, & tantum controuertitur; An qualitas illa, seruitoribus, conueniat Gabrieli, quã conantur Informantes pro Alexandro ostendere minimè conuenire; tum quia erat consanguineus testatoris; tum etiam quia non constat, quòd esset seruitor; maximè attenta eius nobilitate. † Verum contrarium dixerunt Domini probari; tam ex testibus ponderatis in facto, quàm ex generali consuetudine magnatum; qui solent penes se habere seruitores nobiles, † quos honorarios appellare possumus, quorum officium non versatur circa aliqua particularia ministeria domus, sed versatur in associando Dominos, & in adeundo iussu Domini alios magnates, & primarios Vrbis iuxta occasiones negotiorum, quę in dies solent sese offerre, quibus videtur accedere particularis obseruantia Domini testatoris, qui descripsit Gabrielem in lista seruitorum inter quos erant & alij nobiles, & ex familijs insigniter descriptis. Neque his obstate, quòd legatum videatur factum contemplatione sanguinis non autem seruitij, quia ex verbis testatoris, hoc non potest colligi; † nam illa verba, (lassa à Gabriele figliuolo dello Illustriss. Ascanio Vescouo Cesarino, scudi 300.) videntur prolata demonstrationis gratia, vt solet in dubio præsumi; nam aliàs legatum non deberetur, nisi probata illa qualitate filiationis, quod videtur alienum à mente testatoris, ex quo etiam arguebant Domini, cum eorum nullam habuerit rationem testator, sed tantum personæ Gabrielis, cui non est verisimile voluisse vlna legatum trecentum relinquere alia centum quinquaginta: quod ex eo confirmari videtur, quia si hoc voluisset, vtique scuisset dicere, (oltre li trecento lasciati nel testamento,) quemadmodum apparet fecisse vtiobique tam in testamento, quàm in apocha in legato mille scutorum relictorum Domino Æmilio del Caualieri, in quibus locis semper dicit, (oltre li cento cinquanta scudi concessili in vita sua.) Neque obstat, quod dicitur, † in simplici reuocatione non venire casum mixtum factum contemplatione plurium causarum, *ad Bart. in l.2. de verbor. obligation. ubi Alciat. num.20. testatur de communi*; & etiam non censetur reuocatum legatum conditionale, *l. Paulo Callimacho, §.1. de legat.3. Franc. decis. 169. num.3.* quia *doctrina Bartoli*, si bene consideretur, potius facit in contrarium; nam ad hoc, vt locum habeat, oportet factas fuisse plures dispositiones sub terminis simplicibus, & quo casu non veniat casus mixtus ratione maioritatis, vel minoritatis rationis, sed hic adest vnica sola dispositio facta contemplatione solius seruitutis ex supra deductis: Vnde † licet adsint aliquæ personales qualitates in vno, quæ non sunt in alijs, nisi istæ probentur contemplatæ, non constituunt differentiam inter diuersas personas, quod optimè probari videtur *ex textu, in l. is qui complures, 94. de legat.3.* Neque facit *text. in d. l. Paulo Callimacho, §.1.* quia hoc legatum 300. non est conditionale; nam quod dicitur de morte Episcopi, non tendit ad legati constitutionem, sed perpetuationem cum modificatione, ita vt vnum tantum legatum debeatur, & procedit ille textus in reuocatione; quæ applicari potest ad diuersas species relictorum, tunc enim, maximè cum ibi ageretur de reuocatione relicti facti filiæ, censetur reuocatum id tantum, quod purè datum fuerat, non quod sub conditione, sed isto casu vnicum est relictum, & non potest hic agi de interpretatione mentis testatoris respectu diuersorum legatorum vni, & eidem factorum. Non obstat, quòd in dubio sit potius dicendum, legatum fuisse relictum contemplatione consanguinitatis; aut contemplatione Episcopi patris, quia hæc coniectura non potest sumi ex aliqua parte testamenti, cum nullibi appareat testatorem vocasse Episcopum, vel Gabrielem suos consanguineos: Vnde restat, vt sit contemplata qualitas seruitoris, postquam Gabrielem in

lista seruitorum connumerauit. Nec facit, quòd voluerit testator legatum transire ad filios Gabrielis, & Alexandri,& esse perpetuum,quia hoc quidem declarat maiorē animi propensionem erga istos, quàm erga alios, sed non immutat naturam legati, prout idem dici potest in casu *l. is qui complures, supra allegat.* Prædilecti enim videri poterant ij,qui vocati fuerant ad illud legatum,& tamen non pręferuntur alijs liberis non vocatis.Neque hic versamur in præsumenda voluntate testatoris, postquam expressè Gabrielem inter seruitores recensuit. Non obstat, qood deducitur legatum respectu Alexandri,qui non erat seruitor, non esse reuocatum, quia contrarium est verius, cum persona Alexandri fuerit apposita legato non princi-
6 paliter sed secundario: Ideo † reuocato legato respectu personę principalis, censetur etiam ablatum Alexandro, *ex doctrina Bart.in l.qui Romæ, §.Flauius, de verb.oblig. ad finem,* quę procedit sine difficultate in dispositione vltimę
7 voluntatis, † ex qua ius non quęritur irreuocabiliter tertio, prout in contractibus, *vt per Roder. Xuarez, in l. quoniam in prioribus, C.de inoffic.testam.nu.4. & 15. Ant.Go-*
8 *mez.c.12.var.tomo 1.nu.69.* † Quod dicitur de legato alimentorum, quod non censetur reuocatum, non applicatur: Id enim procedit in generali reuocatione,non in particulari,qualis est ista.Et ex his conclusum pro reuocatione legati.

Burgens. Quindenniorum.
Die Mercurij 5. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Quindennia sunt subrogata in locum annatarum.*
2 *In materia dubia recurritur ad obseruantiam, & consuetudinem, & nu.16.& 22.*
3 *Consuetudo, & obseruantia est optima legum interpres.*
4 *Non solutio est actus negatiuus.*
5 *Ex eo quòd Vassalli non iurauerint fidelitatem, non potest induci cōsuetudo exclusiua iuris Dominici; nisi talis obseruantia inducatur ex actibus positiuis.*
6 *Consuetudo derogans iuri tertij,ad hoc vt suffragetur, debet esse præscripta,& quòd sit obtentum ex ea,non obstante interpellatione per contradictionem.*
7 *Obseruantia debet esse de tempore dispositionis.*
8 *Non solutio potest deseruire pro consuetudine interpretatiua iuris exigendi.*
9 *Ius percipiendi annatas, non includit de necessitate ius exigendi quindennia, cum non sint accidentia inseparabilia à iure annatarum.*
10 *Quindennia quomodo fuerint introducta, & quare, & num. 28.*
11 *Annatæ beneficiorum,quę soluuntur Capitulis,differunt ab annatis quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ, tam ratione facti quàm iuris, quod declaratur vsque ad num. 16.& vide num.28.*
12 *Annatæ, quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ, regulantur à valore expresso in impetratione, & non excedunt valorem vnius anni.*
13 *Annatæ,quæ soluuntur Capitulis, consistunt non in pecunia,sed in ipsismet fructibus, quos Capitula propria auctoritate percipiunt, non vnius anni tantum, sed anni cum dimidio.*
14 *Annatæ,quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ,debentur ex causa onerosa,ob præiudicium, quod ei resultat propter vniones.*
15 *Annatæ,quæ debentur Capitulis,percipiuntur titulo merè lucratiuo, & à iure communi exorbitant[illegible]um beneficia sine diminutione conferri debeant.*
16 *In materia dubia tam facti quàm iuris, interpretatio ab obseruantia desumi debet.*
17 *Consuetudo, quæ desumitur ex obseruantia, non requirit præscriptionem.*
18 *Annata, quæ ex beneficijs vacantibus venit soluenda, pro vnitis solui non potest, cum in eis impossibile sit dare vacationem.*
19 *In vnaquaque dispositione semper censetur præseruatum ius tertij, quod intelligitur procedere in ijs, in quibus datur compatibilitas, & nu. 20.*
20 *Ex vnione beneficij grauati pensione,non extinguitur pensio, quæ solui debet ex fructibus beneficij, licet titulus extinguatur,cum remaneant fructus cum suo onere.*
21 *Per vnionem tollitur in futurum vacatio beneficij, & cessat ius, quod ex vacatione competit.*
23 *Præiudicium,quod venit in consequentiam, & secundario, non habetur in consideratione.*
24 *Declaratur doctr. Baldi in l. de quibus, nu.21. de legibus.*
25 *Consuetudo interpretatiua quando locum habeat.*
26 *Longa obseruantia non solum inseruire potest pro interpretatione,sed etiam potest habere vim præscriptionis.*
27 *Omne priuilegium per non vsum amittitur.*
29 *De similibus ad similia non proceditur in casibus introductis contra regulas iuris, & exorbitantibus.*

DECISIO MCDX.

CApitulum Burgense,quod siue ex concessionibus Summorum Pontificum siue ex pręscriptione immemorabili, habet ius percipiendi vnam Annatam cum dimidia omnium beneficiorum vacantium in diœcesi Burgensi,pretendebat exigere adinstar Camerę Apostolicę quindēnia beneficiorū vnitorum etiam ante priuilegium fel. rec.Pij V.& ideo causam commiserat contra diuersas Ecclesias, quibus fuerant ab antiquo vnita quędam beneficia: & in specie contra Moniales Sancti Illephonsi; allegabatur enim prædictas vniones censeri factas sine preiu-
1 dicio Capituli:Ideoq. deberi ipsis quindennia, † quę subrogata fuerunt in locum annatarum, vt constat ex Bulla Pauli II. & ex his, quę tradit *Galles. in tractatu de Annat. circa finem.* Et hanc partem amplexi sunt Domini *in alijs*
* *positionibus coram R. P. D. meo Lista,* * *& nuper coram me, 27. Iunij proximè præteriti.* Reseruatum tamen fuit,vt videretur cum pręsupposito, quòd ista quindennia hactenus numquam petita, neque exacta fuerint: An talis non solutio quindenniorum possit inseruire pro consuetudine interpretatiua in casu & ad effectum, de quo agitur,scilicet vt non teneantur ad eorum solutionem. Et quidem
2 pro parte Monialium deducebatur, † in omni materia dubia esse recurrendum ad obseruantiam,& consuetudi-
3 nem, † quę est optima legum interpres:Ius autem Capituli,licet sit certum respectu exactionis annatarum: tamē respectu exactionis quindenniorum,non esse clarum,cum tale ius neque de iure communi, neque ex concessionibus Summorum Pontificum,neque ex pręscriptione eis competat, sed deducatur ex quadam pręiēsa interpretatione, quę habet contra se antiquissimam, & perpetuò obseruatam consuetudinem non soluendi, prout in dubio pręsup-
4 ponitur. In contrarium pro parte Capituli deducebatur,† hanc non solutionem esse actum negatiuum, ex quo nihil potest in esse deduci, *ex doctrina Baldi, in l. de quib.nu.21.de*
5 *legib.* dicentis, q † ex eo q Vassalli numquam iurauerint fidelitatem non potest induci consuetudo exclusiua iuris Dominici,nisi talis obseruantia inducatur ex actib.positi-
6 uis. † Pręterea,per hanc consuetudinē derogari iuri Capituli: Ideoq. requiri,vt sit pręscripta, & quòd sit obtenta, nō obstante interpellatione per contradictionē, iuxta cōs.
a *Alex.136.lib.2.Rimin.cons.10.n.28.* a *& d.consiliū dicitur cōiter approbatum, vt ex multis, qui per informantes allegantur, & fuit dictū in cā Seguntina dimidiæ Annatæ, & in de-*

cisione facta coram R. P. D. meo Litta 16. Iunij, 1595. Et
eo magis, quia † vt aliqua dispositio recipiat interpreta-
tionem ab obseruantia, necessarium est, vt illa obseruan-
tia sit de tempore dispositionis, quod hic non potest ap-
plicari, cum supponatur ius Capitulo competere ab im-
memorabili tempore; obseruantia verò non potest esse, ni
si à tempore datæ vnionum, de quib. agitur, *vt per Socin.*
consf.6.n.2.li.1.& alios, quos Rota sequuta est in vna Pla-
b *centina Voti coram bon.mem.D. Robusterio.* b Verum Do
8 mini causa discussa censuerunt, † istam non solutionem
deseruire posse pro consuetudine interpretatiua iuris per-
9 cipiendi annatas cum dimidia; cum illud ius, licet conce-
datur esse clarum respectu perceptionis annatę; tamen
non includit de necessitate ius exigendi quindennia; ea.n.
non sunt accidentia inseparabilia à iure annatarum,
10 † cum antiquis temporibus, quando fiebant vniones, illi,
in quorum fauorem fiebant, obligarent se de soluendo
certum quid statis temporibus Cameræ Apostolicæ ra-
tione præiudicij, quod oriebatur ex eo, quòd per vnionem
extinguebantur beneficia, ita ut amplius eorum vacatio
dari non posset; Et cum istæ obligationes vario modo,
& sub diuersis temporum terminis fierent: tamdem Con-
stitutione Pauli II. redactę fuerunt ad tempus quinde-
cim annorum: Vnde, cum habeamus initium quindennio
rum certum & indubitatum, videtur non posse ex imme-
morabili annatarum exactione inferri ad immemorabi-
lem exactionem quindenniorum, quorum initium est cer
tum, & exclusiuum immemorabilis consuetudinis. Præte-
11 rea, † adest inter istas annatas Capituli, & eas, quas per-
cipit Camera Apostolica, magna differentia, tam ratione
12 facti, quàm ratione iuris; nam quantum ad factum, † an-
natæ quæ soluuntur Cameræ Apostolicæ, regulantur à va
lore expresso in impetratione, & non excedunt valorem
13 vnius anni; † Illę verò, quas percipit Capitulum, non
consistunt in pecunia, sed in ipsismet fructibus, quos pro-
pria auctoritate percipit, & non vnius anni solum, sed
anni cum dimidio: Vnde satis deprehenditur non esse
eiusdem speciei cum annatis Curiæ, sed & ratione iuris
14 differunt: nam † annatæ, quę soluuntur Camerę Aposto-
licę, debentur ex causa onerosa ob pręiudicium, quod re-
15 sultat propter vnionem; † Illę verò debentur Capitulo
titulo merè lucratiuo, & etiam à iure communi exorbi-
tanti, cum beneficia sine diminutione conferri debeant.
Stante itaque hac annatarum dissimilitudine, tam ratio-
ne causę finalis, quam materialis; satis apparet nos versa-
16 ri in dubio tam facti quam iuris; & † ideo optimè huic
materię conuenire eam interpretationem, quę ex obser-
uantia desumitur, *cap. cum dilectus, & ibi Abb. num.21.*
de consuet. Socin.consf.145.num.2.lib.1. Cæsar de Grass. decis.
17 *1.num.7.& 8.de consuet.* † Et ista consuetudo non re-
quirit præscriptionem, *vt per Put.decis.28.lib.1.& 15.lib.*
3. & nihilominus hęc, quę deducitur, videtur habere vim
immemorabilis, cum præsupponatur numquam fuisse so-
18 luta quindennia. Vlterius pro hac parte facit, quia † ius
Capituli exigendi annatam cum dimidia, est de vacanti-
bus: verum in vnitis impossibile est dare vacationem: er-
go de inunitis non potest verificari ius Capituli. Neque
obstat, quod dicitur, ius Capituli per vniones non censeri
19 sublatum, sed præseruatum: cum † in vnaquaque dispo-
sitione semper censeatur præseruatum ius tertij, *cap. cum*
olim, de consuetud. c.2. de relig.dom. Rota decis. vnica, de se-
20 *pultur. in antiq. cum alijs,* † quia hæc regula procedit in
ijs, in quibus datur compatibilitas; nam ex vnius positio-
ne non sequitur alterius negatio, veluti ex vnione benefi-
cij gratia ti pensione, non extinguitur pensio, quæ solui de-
bet ex fructibus beneficij, licet enim titulus extinguatur,
remanent tamen fructus cum suo onere penes eos, in quo-
rum gratiam facta est vnio; Verum in incompatibilibus
21 secus est, veluti in casu isto; † cum enim per vnionem
tollatur in futurum eius vacatio, vtique cessat etiam ius,
quod ex vacatione competit; sunt enim ista incompati-
bilia, quòd non detur vacatio, & quòd de non vacantibus
debeatur annata, neque qualitas ista potest esse sine su-
biecto vacationis: Prætensio autem exactionis quinden-
nij loco vacationis extinctæ aliundè prouenit, non autem
22 ex rei natura; † & ideo satis clarè demonstratur nos ver-
sari in iure dubio, quod recipere debet interpretationem
ab obseruantia. Neque obstat, quòd debeamus ad instar
Cameræ Apostolicæ mediantibus quindennijs præserua-
23 re ius Capituli; quia † hoc præiudicium, quod venit in
quamdam consequentiam, & secundatio, non habetur in
consideratione, *glos. fin. in cap. quamuis, & ibi Gemin. num.*
10. de pact. in 6. Sarnens. super regul. de iure quæsito non toll.
24 *q.3.* † Non obstat *doctrina Baldi, in l. de quibus, num.21.*
de legib. cum alijs allegatis, quia manifestè constat Baldum
25 loqui in præscriptione iuris clari & indubitati; † nam
illo casu non esset locus consuetudini interpretatiuę; quæ
tunc locum habet, quando materia est dubia, & licet ad-
mittamus *dictum Baldi esse communiter receptum, & simi-*
c *liter consilium Alex. 136. lib.2. & aliorum,* c tamen di-
stinguendi sunt casus, vt cōciliētur inter se Doctores con-
trarium asserentes, *prout Aymo, consil. 111. & Natta,*
consil.406. & Ruin. consil.217. num.8. lib.1. & videtur Bal-
dus sibi contrarius idem censiße cons. 313. Proponitur quòd
antiquitus lib.3. quem sequitur Corn. consil.142. num.11. &
consil.268. num.21. lib.4. & quamdam distinctionem ponit
Ripa, de consuetud. respons.1. num.25. & Rodericus Suares,
post Cyn. in repet. l. quoniam in prioribus, ampliat.10. num.
20. Verum quia ista procedunt in præscriptione, non in
interpretatione, non est soper ijs insistendum, quia non fa-
ciunt ad casum propositum, & prætensio Monialium
non est simplex negatio non solutorum quindenniorum,
sed cum titulo vnionis, per quem excluditur prætensa va-
catio. Neque obstat, quòd deducitur, obseruantiam istam
non percutere initium immemorabilis consuetudinis per
Capitulum probatæ, quia immo videtur omne tempus
complecti, cum præsupponatur, hęc quindēnia numquam
fuisse per Capitulum exacta, neque hactenus docuit Ca-
pitulum vllo vmquam tempore à quoquam illa exegisse;
si enim hoc docuisset, tunc posset habere locum distinctio
Ruini in d. consil.217. num.8. lib.1. sed cum hoc non docue-
26 rit, † ista obseruantia tam longa, non solum inseruire po-
test pro interpretatione, sed etiam posset habere vim prę-
27 scriptionis, *iuxta decis. Putei 15. lib.3.* Maximè † cum
omne priuilegium per non vsum amittatur, *Guid. Pap. de-*
cis.406. num.2. Boer. decis. 386. circa finem. Et hęc opinio
probabilior visa est Dominis, non solum ex deductis, sed
etiam ex eo, quòd prætensio Capituli visa est nonnullis
ex Dominis inniti fundamento quodam valde infirmo;
28 nam † licet quindennia fuerint introducta propter præ-
iudicium, quod per vniones inferebatur Cameræ Aposto
licæ: tamen huius rei ratio par non est in Annatis exigi
solitis per Capitulum, non solum ex his, quæ superius fue-
runt deducta, sed etiam ex eo, quòd ius hoc quindennio-
rum introductum fauore Camerę, non est trahendum in
exemplum à Capitulo non habente ius collationis, prout
habet Papa. Priuilegium enim huiusmodi concessum Ca
29 merę, non competebat de iure communi; † Ideo non pro-
ceditur de similibus ad similia, in casibus introductis con-
tra regulas iuris, & exorbitātibus, *vt ex mente gl. in Auth.*
Quas actiones, C. de sacros. Eccl. & gl. in § item mixta, Instit.
de action. tradit Stephanus de Federicis, in tract. de interpret.
Iuris, p. vlt. n.59. cum seqq. vbi multa exempla congerit ad rē
facientia: & hæc regula fallit solū in casib. à iure per viam
regulæ parificatis, *l.1. de legat.1. vt bene tradit idem Steph.*
n.64. quod non adest in casu proposito, immo inter vtrū-
que casū adsunt disparitates & dissimilitudines supra con
sideratæ, ex quibus tollitur, quod dicitur in vtroque casu
adesse paritatem rationis, & tacitè hoc videtur fateri Ca
pitulum impetrando nouum priuilegium à fel. rec. Pio
Quinto, pro quindennijs futurarum vnionum: si enim
hoc ius ipsi competebat antea, frustratorium erat hoc
impe-

impetrare, sed sufficiebat illud ad cautelam confirmare. Et valde absonum esset, quòd in vnionibus faciendis, Papa deberet facere mentionem præiudicij inde prouenientis, cum ipse sit dominus omnium beneficiorum, & ex tali actu inferatur maius præiudicium Ordinarijs collatoribus, quorum tamen numquam requisitus fuit consensus, neque derogatum Regulæ, de non toll. iure quæsito, cum hoc ius non habeatur in consideratione, ad hunc effectū, vt supra dictum est. Ex quibus videntur cessare rationes consideratæ pro Capitulo pro cōsequendo hoc iure quindenniorum. Et ita conclusum fuit per Dominos ad fauorem Monialium.

* *Præsertim 15. Ian. & 23. Iunij, 1595.*
a *Addo cons. Socini 260. n. 19. lib. 2. Balb. de præscr. 4. part. primæ part. princ. q. 7. nu. 4. Rip. respons. 4. in fine, & de communi per Mascard. de probation. concl. 1220. nu. 38. & fuit dictum in Valentina beneficij, 6. Octobr. 1576. quæ in impr. diuers. nou. est 547. par. 1.*
b *Sub die 18. Aprilis, & 2. Maij 1586.*
c *Et Guid. Pap. decis. 298. nu. 1. Afflict. decis. 388. n. 2. Boer decis. 25. col. fin. Anton. de Padill. in fin. ac tos alios referens, & dicens communem, in l. 1. C. de seruitut. & aq. nu. 14. Osalor. de nobilit. Hispan. in 3 p. princip. nu. 20.*

Romana Pensionis.
Die Mercurij 5. Decembris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *In summarijssimo possessorio sufficiunt leuiores probationes.*
2 *Quasi possessio exigendi, acquiritur per vnicum actum.*
3 *Ratihabitio solutionis probatur ex solidatione computorum cum soluente, absque aliqua protestatione.*
4 *Protestatio facta in solutione non tollit effectum priorum solutionum sine protestatione factarum.*

DECISIO MCDXI.

DOmini censuerunt Equitem Horatium esse manutenendum in possessione exigendi pensionem, de qua
1 agitur, cum enim † in hoc summarijssimo possessorio sufficiant leuiores probationes, visum est Dominis, satis probatam fuisse possessionem exigendi: primo ex vno teste, qui est Camerarius Capituli Sancti Ioannis, deponente se exbursasse vigintiquinque scuta Equiti de ordine R.P.D. Stellæ, qui dixerat ei, vt soluerentur, dummodo ipse Eques cederet omnibus actis factis contra ipsum, quæ cessio reperitur facta in prima quietantia facta die 27. Apri-
2 lis 1597. † & ista quasi possessio acquiritur per vnicum actum, *Ripa, in c. cum Ecclesia, nu. 53. de caus. poss. & propr.*
3 *Grat. cons. 110. num. 8. lib. 2.* Confirmatur † ex solidatione computorum facta per R.P.D. Stellam, absque vlla protestatione cum Camerlengo Basilicæ Sancti Ioannis, cū receptione residui, quæ res probat ratihabitionem præcedentis solutionis, *Ias. in l. si quidem, C. de transaction.* nec ad infringendam solutionem sufficit eum de solutione conquestum fuisse, etiam dato quòd ea concludenter probaretur. Adsunt duæ aliæ solutiones; Altera facta per eundem Camerarium; Altera verò de mandato Domini Alæ;
4 † & licet respectu huius tertiæ solutionis reperiatur protestatio facta in actis causæ; tamen non probatur factam fuisse in actu solutionis, neque si probaretur, potest tollere effectum primarum solutionum sine protestatione factarum. Ex quibus conclusum fuit pro manutentione.

Anconitana Pecuniaria.
Die Lunæ 10. Decembris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *Pecuniæ depositatæ in bancho cum expressa protestatione non amoueri, nisi ipso citato, si fuerint exactæ de facto, eo non citato, male exactæ dicuntur, & de facto reponi debent.*
2 *Clausula, Si quid exequendum, dat facultatem procedendi exequutiuè ad fauorem eius, qui decretum pro se obtinuit.*

DECISIO MCDXII.

DOmini dixerunt decretum Auditoris Cameræ vltimo factum ad fauorem Triumphi esse exequendū,
1 † & pecunias male exactas reponendas iuxta decretum. Nam omissa negotij principalis discussione, in qua etiam Domini inclinabant pro Triumpho; tum ratione nullitatis sententiæ ex defectu citationis, & mandati; tum ratione iniustitiæ, cum in nullo esset debitor Triumphus Scagni, & videatur collusum fuisse inter Scagnum, & Mascellam, sed solum respondendo strictè dubio proposito, cum istæ pecuniæ; de quibus agitur, fuerint depositatæ cum expressa protestatione per ipsum Triumphum penes banchum, &c. inde fuerint exactæ de facto non citato ipso Triumpho, neque eius procuratore, ista exactio fuit nulla; ideo prout de facto processit, ita etiam de facto potuit reuocari, & decretum Auditoris Cameræ fuit iustum, & exequendum; nam quamuis in iudicio repetitionis sit or-
2 dinariè procedendum; tamen hoc casu † adest in commissione Clausula, Si quid exequendum, quæ dat facultatem procedendi exequutiuè ad fauorem illius, qui obtinuit decretum ad sui fauorem, & merito, cum non deberent propria auctoritate moueri è bancho pecuniæ, sed expectanda esset auctoritas Iudicis. Et ita conclusum pro decreti exequutione.

Camerinens. Census.
Die Lunæ 10. Decembris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum an releuet in redemptione census, si non præcessit denunciatio per bimestre ante, iuxta Constitutionem Pij V.*
2 *Tempus duorum mensium cuius fauore, & qua ratione sit datum in d. Constitutione Pij V.*
3 *Vbi forma est ad effectum, seruari potest per æquipollens.*
4 *Decretum irritans appositum in Bulla Pij V. super forma creandi census, respicit tantum formam adhibendam in contrahendis, non autem in distrahendis censibus.*

DECISIO MCDXIII.

HÆc causa fuit mihi commissa extra Rotam, vti deputato ab Auditore Cameræ, ideo vtraque parte informante per memorialia, consului Dominos meos super eo, quòd deducebatur in controuersiam, nempe, an adesset res iudicata, quæ veniret exequenda, & fuit per Dominos resolutum pro exequutione: nam de re iudicata constare censuerunt, non solum ratione trium decretorū emanatorum ad fauorem Cæsarij, pro cassatione census, sed etiam quia non constat ab vllo istorum decretorum legitimè appellatum fuisse. Vnde clarè apparet de re iudicata. Quantum verò ad iustitiam, Domini pariter censuerunt, eam esse clarissimam: nam Cæsarius primo requisiuit aduersarios ad recipiendam partem sortis principalis census, de quo agitur, impositi super quadam sua possessione, & aduersarij recusarunt recipere partem, offerentes paratos esse recipere totam summam, & facere retrouenditionem, & deinde transactis duobus mensibus à die præfatæ requisitionis, Cæsarius intimare fecit ipsis aliā requisitionem, sub 9. Maij, 1596. vt ipsi vellent recipere nummos, & fructus decursos pro dicta retrouenditione sibi facienda. Vnde emanauit decretum Potestatis mandantis dictas pecunias depositari penes idoneam personā,

quo

quo facto, amplius non currerent fructus dicti census à
die depositi, quod depositum factum fuit die decima
eiusdem mensis,& intimatum parti. Vnde liquidò appa-
ret, processum fuisse iustè ad cassationem dicti census, cũ
præcesserit non solum denunciatio, sed etiam factum fue
rit sortis depositum, quod aduersarij ad eorum libitum
recipere poterant,& de his constat per publica instrumen
ta. Neque obstat, quòd ex aduerso obijcitur, non fuisse
1 seruatam formam Constitutionis fel. rec. Pij V. mandan
tis fieri denunciationem per bimestre ante: Vnde cum
non præcesserit talis denunciatio per bimestre ante depo-
situm, fuisse nullum depositum, *ad tradita per Tiraquell. de
retractu lign. §. 36. glos. 2. num. 26. & 29.* quia primò dici-
tur, denunciationem quidem requiri pro forma; sed cum
2 fuerit facta, frustra hoc obijcitur; † nam aduertendum
est, tempus duorum mensium datum fuisse fauore empto
ris, vt interim possit statuere de reinuestiendis suis pecu-
nijs. Vnde stante intimatione pro parte Cæsarij redimere
volentis, liberum erat aduersarijs, vel expectare lapsum
duorum mensium, vel statim recipere pecunias. Vnde
cum non comparuerint, nihilq. opposuerint, potuit iudex
decretum interponere, ne amplius fructus deberentur, &
quod est præcipuum, non est verum, non fuisse seruatam
formam Constitutionis; nam intimatio facta fuit, & licet
non arctet emptorem ad recipiendum pretium suum, &
cassandum censum ante lapsum duorum mensiũ: tamen
non ideo fuit aliquid gestum contra formam Constitutio
nis, quæ mandat tantùmodo fieri intimationem per duos
menses ante: Vnde cum is, qui volebat redimere, posset
exspectare lapsum duorum mensium, licet statim fecerit
depositum, non dicitur quidquam contra Constitutionẽ
fecisse, & solum prætendi potest non statim exstinctum
fuisse censum, sed post lapsum tantum duorum mensium,
& sic deberi interim fructus duorum mensium, de qua re
nihil disponitur in Bulla. sed est casus omissus: ideo non
applicatur *doctrina Tiraq.* nam loquitur in quæstione illa,
An ei, qui scientiam habet alienationis, sit facienda inti-
matio, vel sufficiat illa notitia, quam aliunde habuit, in
quo casu ponderat verba consuetudinis actum annullan-
3 ris. † Præterea, quatenus hoc esset de forma, non tamen es-
set substantialis, sed ad effectum; fuit enim hoc introdu-
ctum ad euitandas vsuras palliatas. Vnde talis forma ser-
uari potest per æquipollens. *Cassador. decis. 26. super Re-
gul.* & qui denunciauit, & deposuit, pinguius adimpleuis-
4 se videtur. Addi etiam potest † decretum irritans in Bulla
appositum respicere formam adhibendam in contractib.
censuum, nos autem versari in distractu, circa quem nul-
lum adest decretum irritans. Et ex his censuerunt Domi-
ni decreta fuisse iusta, & cum transierint in iudicatũ, non
esse concedendam remissoriam, maximè cum petatur ad
probationem contrariam eorum, quæ claré in publicis
instrumentis continentur.

Vlixbonens. Prioratus.
Die Veneris 14. Decembris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *An in translatione iurispatronatus possint apponi noua conditiones, & quando.*

DECISIO MCDXIV.

DOmini omisso pro nunc, an iura sint in forma probã-
ti, quod poterit particulariter discuti, licet inclinatũ
fuerit pro affirmatiua, restrinxerunt difficultatem ad se-
cundum caput, An satis constet de iure patronatus valido,
præsuppositis iuribus pro bene extractis. Et in hac re fue-
runt concordes; nam de donatione facta per Regẽ Diony
sium, & Elisabettam eius coniugem, constat prout in sum
mario Cardosi, num. 2. quam donationem Episcopus
Vlixbonensis confirmauit, & donatarij vsi sunt longo tem
pore, annorum circiter 270. vt ex præsentationibus con-
stat. Nec difficultatem contra iuspatronatus facit, quòd
1 † in translatione Iurispatronatus fuerint appositæ nouæ
conditiones, quæ prius non aderant, veluti quòd eligẽdus
sit vnus ex gremio Ecclesiæ, quia hoc est licitum, vt *est glo.
in c. cum dilectus, in verbo, constitutum de consuetud. Lam-
bertin. in terminis translationis, de iure patr. lib. 1. par. 2. q. 4.
art. 4. num. 2.* quod etiam sine difficultate licuit, ex quo pro
pria bona donarunt pro augmento dotis istius iurispatro
natus; nam hic non agitur, vt ex tali augmento acquira-
tur iuspatronatus, quod iam erat in esse constitutum, &
ita non procedunt allegata in contrarium, & hoc confir-
matur ex subsequuta obseruantia tanti temporis; maximè
cum super hoc iuspatronatus fuerint alias latæ in Rota
tres sententiæ canonizatoriæ iurispatronatus, prout in e-
xequutorialibus continetur. Quantum verò ad tertiam
difficultatem, An per hanc translationem hoc iuspatrona
tus fuerit effectum ecclesiasticum, ita ut cadat sub Regu-
lis reseruatorijs; Domini dixerunt de hac re esse particula
riter agendum; tum quia est debita præsentatio certo ge-
neri personarum, tum quia de hac qualitate nõ fuit facta
mentio in gratia Domini Bernardez. Et ita conclusum.

Romana Saluiani Interdicti.
Die Veneris 11. Ianuarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Probatis extremis, in Saluiano, locus est Ægidianæ.*
2 *Ex Clausula Constituti in instrumento venditionis, probatur possessio constituentis, & sic primum extremum.*
3 *Ex litis sustentatione probatur secundum extremum possessionis.*
4 *In grege datur hypotheca.*
5 *Sententia probat, & pro ea præsumitur.*

DECISIO MCCCCXV.

1 FVit resolutum, † esse locum Ægidianæ in casu, de quo
agitur; nam primo probantur extrema Saluiani, nem-
pe possessio illorum de Scholis ex instrumento venditio-
2 nis, in quo adest Clausula Constituti, † ex qua probatur
possessio constituentis, *Ang. in l. quædam mulier, num. 2. de
rei vendic. Tiraquell. de constit. part. 3. limitat. 1. numero 20.*
3 † Secundum extremum probatur ex litis sustentatione,
Verall. decis. 369. par. 2. Cæsar de Graff. decis. 4. de restit. spol.
4 De iustitia sententiæ constat, cum † in grege detur hypo-
theca, *vt fuit dictum in causa Romana Pecudum, 4. Maij.
1600. coram R. P. D. meo Mellino, & prius in eadem cau-
sa coram bon. mem. D. Gipsio,* & hypotheca constat ex instru
mentis, de quibus constitit in actis, licet omissa fuerit regi
5 stratio in confectione registri, † sed tollitur difficultas ex
sententia graduatoria lata inter creditores, & Parisium
consentientem graduationi; quo casu sententia probat, &
pro ea præsumitur, *Innoc. in c. bona, il 2. de election. Alex.
in cons. 101. lib. 5. Put. decis. 113. lib. 3.* Non obstat, quòd præ
tenditur pro parte Domini Parisij, se esse anteriorem alijs
creditorib. ob pecunias traditas Scholis, ex quibus fuit fa
cta recollectio fructuum ex arte agriculturæ, q̃ recollectio
cessit in vtilitatẽ creditorũ. *ad l. interdũ, qui potior. in pign.
hab.* quia istæ pecuniæ fuerunt solutæ pro pretio anima-
lium, & ita debitæ ratione emptionis; & ideo ex illis non
potuit quæri hypotheca: nam id procederet, si fuissent sim
pliciter propriæ Parisij; quòd autem fuerit graduatus in-
ter priores, pro isto credito, fuit factum cum hac conditio
ne, quòd teneretur ostẽdere ante exequutionem pecunias
fuisse de proprijs non autem de pertinentibus ad illas de
Scholis. Non obstat, quòd obtinuerit mandatum, quia nõ
fuit iustificatum, & adhuc pendet causa appellationis co-
ram R. P. D. meo Pamphilio. Et ex his conclusum, esse lo-
cum Ægidianæ.

Salamantina

Salamantina Portionis.
Die Mercurij 16. Ianuarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Societates contractæ à procuratore pro defensione causæ in Curia, quando debeantur.*

2 *Granum consumptum, quod tradi non potest in eadem specie in indiuiduo, liquidari debet, & eius ualor solui.*

DECISIO MCDXVI.

DOmini dixerunt partitas concordatas cum procuratoribus Francisci in liquidatione facta per Capitulum in partibus, esse imputandas ipsi in solutionem sui crediti, dummodo per Capitulum hic, vel in partibus dentur quietantiæ procuratorum, vt ijs possit Franciscus se tueri. Quantum ad partitas manualium, Domini dixerũt deberi, ex quo sunt comprehensæ in sententia lata ad eius fauorem, sed ne fiat præiudicium Capitulo, habebitur eorum ratio in sententia liquidatoria tacito nomine manualium. Quantum ad augmentum præbendæ Sancti Officij, ad cuius rationem facta est liquidatio, Domini volunt illud compensari cum diminutione reddituum ratione expensarum factarum ex massa communi pro sustenta-
1 tione istius litis. † Quantum ad damna, & interesse ratione societatum, Domini nolunt aliquid præstari, tum ex eo quòd non videntur contractæ istæ societates de tempore, quo possit mora aliqua imputari Capitulo; tum etiam & præcipuè, quia nulla apparet facta intimatio Ca-
2 pitulo, quando fuerunt contractæ societates. † Quantum ad frumentum, quoniam illud est consumptum, nec potest species illa tradi in indiuiduo, placet Dominis, vt liquidetur, non præcisè iuxta taxam Regiam, quæ non constituit, vt pretium ascendat ad illam quaotitatem, sed tantum ne illam excedat; & ideo cum temperamento nempè duodecim regalium pro singulis fanecis. Quantum ad expensas liquidationis, eas non deberi, neque viaticum petitum à D. Francisco, *vt fuit resolutum in una Forolinien. de Monsignanis, coram R. P. D. meo Penia.*

Beneuentana Decimatum.
Die Mercurij 23. Ianuarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *In materia manutentionis sufficiunt leuiores probationes.*

2 *Ex vnico actu acquiritur possessio.*

3 *Rector, qui se habet pro spoliato, an possit nomine Ecclesiæ petere manutentionem.*

4 *In incorporalibus ex denegatione solutionis amittitur possessio.*

DECISIO MCDXVII.

1 CVm simus in materia manutentionis, in † qua leuiores probationes sufficiunt, *vt fuit pluries in Rota resolutum, ut in causa Sabinen. beneficiorum coram S. D. N. Clemente VIII. 11. Martij 1583. & coram me in Hispalens. Iuris nominandi, 3. Iunij eod. anno,* Domini censuerunt manutenendam esse Ecclesiam contra Antonium Galiardũ, & Cæsarem de Crosano in exactione decimarum; nam hæc exactio probatur per secundum testem dicentem, (che il Signor Scipione essigeua la decima da tutti li coloni, che coltiuauano detto feudo, d'ogni dodici dua; & che vno ne pigliaua l'Arciprete, & l'altro il padrone:) Accedit quartus testis annorum sexaginta, qui deponit similiter de exactione decimæ, licet non deponat de quantitate. Idem deponit decimus testis annorum septuaginta, qui ait, (che la Decima andaua gionta col terratico, che loro coloni pagauano:) In quo concordat cum dicto secundi testis, & alij testes de auditu. His accedit confessio Ba-
2 ronissæ, & aduersariorum de solutione decimæ, & † ex vnico actu acquiritur possessio, *vt sæpius fuit in Rota resolutum.* * Neque obstant obiectiones, quæ faciunt contra dictum secundi testis, quòd deponat de tempore quinquaginta annorum, de quo Scipio non erat Archipresbyter, quia ex lectura depositionis tollitur; dicit enim quod à quinquaginta annis, (che staua per creato con il Sig. Scipione, che era Arciprete,) nam illud de quinquaginta annis, debet referri ad illa verba (che staua,) non autem ad illa, (che era Arciptere,) & sic vidit illum exigere tempore, quo erat Archipresbyter, & iste testis coadiuuatur ex alijs attestationibus eum esse fide dignum. Et cum ista possessio quæsita fuerit Ecclesiæ, sussi agatur moderno Ar-
3 chipresbytero. Neque releuat, quod dicitur, † eum habuisse se pro spoliato; & ideo non posse manuteneri, *Bart. in l. 2. num. 10. C. de seruit. & aqua, l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss.* nam hoc procedere potest respectu Archipresbyteri nomine proprio agentis, prout agere potest, *Innoc. in cap. in litteris, de restit. spol.* sed respectu Ecclesiæ non fuit amissa possessio: Vnde cum hodie agat nomine Ecclesiæ, non potest ei talis exceptio obesse, quòd ap-
4 paret ex summario num. 17. Nec obstat, quòd † in incorporalibus denegatione solutionis amittatur possessio, *capit. querelam, ibi Doctores, de election.* quia non fuit absolutè denegata solutio, cum prætenderet dominus decimam sibi deberi, vt solueret aliquam partem Ecclesiæ, residuũ verò pro se retineret: Ideo nec Ecclesia priuata est non solutione possessione sua, *Bald. in l. Pomponius, ex quib. caus. vsufr. amitt. Socin. cons. 106.* Cetera benè tolluntur per Informantes. Et ideo conclusum pro manutentione.

* *Et in specie supra in Gadicen. administrationis, 21. Iunij, 1577. n. 4. & in Bracaren. Monasterij de Iunchas 4. Maij, 1598. coram R. P. D. Lancellotto, Aymo, cons. 322. nu. 4. Cephal. consil. 170. num. 52. libro 2.*

Calaguritana Census.
Die Lunæ 28. Ianuarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum in contractu census appositum, quòd si periret res, super qua imponitur, intelligatur impositus super alijs rebus extantibus, est usurarium.*

2 *Pacta omnia, per quæ uenditor census obligatur ad id, ad quod de iure non tenetur, sunt prohibita per Constitutionem Pij V. & uitiantur, non autem uitiant contractum, ut num. 13.*

3 *Pactum in censu, quòd re pereunte, non pereat census, est contra expressam dispositionem Bullæ Pij V.*

4 *Destructo molendino in totum, si reædificetur, est aliud, & diuersum à primo, ita vt si census super primo impositus erat, illo destructo, amplius non sustineatur census.*

5 *Census impositus cum pactis, quæ aliquid addunt formæ datæ per Bullam Pij V. non vitiatur, sed tantum pacta, quatenus addunt formæ præscriptæ, vitiantur.*

6 *Pactum contra substantiam cõtractus, annullat contractũ; si verò sit præter naturam, & accidentia, quæ circa contractus peremptionem adesse, & abesse possũt, tunc non annullat contractum, sed ipsa tantum accidentia annullantur, si sint à iure improbata, firmo tamen remanente contractu.*

7 *Pactum non dicitur respicere formam substantialem contractus, quando principaliter tendit ad conseruationem rei, super qua imponitur.*

8 *Cura & cultura rei censualis pertinet ad dominum, non autem ad censuarium.*

9 *Colonus tenetur de damno, quod culpa sua contingit in re conducta.*

10 Pa-

30 *Pactum, quòd censuarius teneatur ad omnes casus etiam fortuitos, ex quibus bona dirui, diminui, & deteriorari contingeret, non est contra Bullam Pij V. quia non intelligitur de quacumque deterioratione totius rei, uel partis, sed de ea, per quam tota res, vel pars in totum perimitur, & redditur infructuosa.*

31 *Non omnis deterioratio & diminutio fructuum facit, vt dominus teneatur locatori ad remissionem affictus, sed illa tantum, quæ habita ratione ad totum tempus locationis, infert intolerabile damnum, & præiudicium.*

32 *In dubio actus potius interpretari debet, vt sustineatur, quàm vt irritetur, etiam verba impropriando.*

34 *Pactum manutentionis bonorum arbitrio boni viri, non potest dici à iure improbatum, cum uenditor cogi possit ad id, si dolo malo omitteret culturam, & pateretur rem negligentia sua deteriorari.*

35 *Venditor census morosus in solutione pro redimendo censu, potest cogi per subhastationem rei ad restitutionẽ pecuniarum.*

36 *Pactum seu pœna commissi, in contractu census, est de illis, quæ in contractu uitiantur, non autem uitiant, quatenus sit à iure improbatum.*

DECISIO MCDXVIII.

IN instrumento census, de cuius validitate agitur, insertum fuit pactum sub his verbis: Item sub conditione quòd dicti Domini Decanus & Capitulum, qui ad præsens sunt, & in futurum fuerint in dicta Ecclesia Calaguritana, debeant conseruare, & conseruabunt dicta bona immobilia contenta & declarata in scriptura mandati bene refecta, reparata, & instaurata, omnibus refectionibus & instaurationibus necessariis & opportunis, & si ruerint, aut diminuta, vel deteriorata fuerint aqua, igni, diuturnitate temporis, tempestate, terremotu, innundatione, vel depopulatione agrorum, ira Dei, hominum, Regis, aut populi, vel alio quocumque casu fortuito, cœli, vel terræ, opinato, vel inopinato, aut insolito, toties quoties ruerint, diminuta, vel deteriorata fuerint, toties sint obligati illa reædificare & laborare de nouo, & ita facere, quòd semper meliorentur, & non deteriorentur sub eadem pœna commissi. Dubitatum fuit, an hoc pactum sit contra Constitutionem fel. rec. Pij V. ita ut annullet contractum census. Pro parte Capituli prætendebatur hoc pactum esse contra expressam Bullæ dispositionem in illa parte, in qua disponit sub his verbis: (Postremò census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio exstingui, non obstante) &c. ponderatur quoque alia Clausula, in qua habetur: (contractus sub alia forma posthac celebrandos, feneratitios iudicamus.) Ex quibus concludebant Informantes pro Capitulo, cõtractum hunc esse censendum vsurarium, & nullum, præsertim cum in Bulla concessionis licentiæ creandi hunc censum super bonis Capituli emanata a fel. rec. Gregorio XIII. cautum sit, & cum Clausula, Seruata forma Constitutionis Pij V. Accedat, † quòd alias pactum, quòd si pereunt res, super quib. imponitur census, impositus sit super alijs rebus exstantibus, fuit iudicatum vsurarium, *vt est decisi. Sarnens. 89. alias 92.* Deducitur quoque pacta † omnia, per quæ venditor census obligatur ad id, ad quod de iure non tenetur, sunt prohibita per Constitutionem prædictam, *vt tradit Nauar. consil. 14. de Censibus nu. 2. lib. 5. parte 2.* Præsertim verò, † cum hoc pactum videatur tendere ad hoc, ne re pereunte, pereat census, quod est contra expressam dispositionem Bullæ, volentis, quòd siue in parte, siue in totum res pereat, census quoque pro rata pereat; Et cum in istis

1

2

3

4 bonis adesset inter cetera Molendinum, † si illud destructum fuisset in totum, non potest sustineri census, etiam si reædificetur, quia est aliud & diuersum à priori, vt dicit *Nauar. de usur. q. 25. num. 18. Las. in l. ius ciuile, num. 15. de iust. & iure.* Postremò, dicitur pœnam commissi efficere, vt census sit inemptus, & sic per indirectum datur facultas emptori repetendi pretium census, quod est directè contra substantiam ipsius census. His tamen non obstanti-

5 bus Domini censuerunt, † hoc pactum non uitiare contractum census, sed quatenus aliquid addit formæ datæ per fel. rec. Pium V. vitiati. Et pro fundamento decisionis consideratum fuit id, quod aliàs deductum, & approbatũ fuit per Rotam *in causa Bononien. census, coram R. P. D. meo Pamphilio, 26. Iunij, 1600.* quod & prius fuerat habitum in consideratione in *causa Romana Turris buballariæ, 7. Nouembris, 1575.* me proponente: nempè, quòd valde differt forma contractus respicientis substantialia ab accidentalibus, quę possunt adesse, vel abesse citra contractus corruptionem, vel in aliam speciem transfusionem;

6 †nam priori casu, pactum contra substãtiam annullat contractum, sed si sit præter naturam & accidentia, quæ citra contractus peremptionem adesse, & abesse possunt, tunc ea non annullant contractum, sed si sint improbata à iure ipsa annullantur firmo remanente contractu, *Castrensis in l. cum quid, num. 2. si cert. pet.* & hanc differentiam optimè explicat *Lasius, Singular. respons. lib. 1. cap. 12.* Applicando itaque ad propositam quæstionem dictum fuit, hoc pactum, de quo agitur, non respicere contractus substantialem formam; & ideo quatenus sit improbatum à Constitutione; non tamen ideo vitiare contractum census; nam Pius V. noluit, quòd omnia pacta indistinctè annullarent contractum, sed illa tantum, quæ respiciunt ipsius formã substantialem, quod apparet ex eo, quòd *in §. pacta, & in §. ficuti,* improbauit nonnulla pacta particulatia, eaq. specialiter annullauit absque eo, quòd disponat, vt annullent totum contractum, in quo sunt apposita, *vt consideratum*

7 *fuit in dicta causa Bononiens. census.* † Quòd autem hoc pactum non respiciat formam substantialem, apparet: quia principaliter tendit ad conseruationem rei, super qua est census impositus, quæ res videtur conformis dispositioni iuris communis, *l. quod sæpe, §. si res uendita, de contrahenda*

8 *empt.* nam † cum cura & cultura rei censualis pertineat ad dominum, non autem ad censuarium, *l. fundi Trebatiani, & ibi Bart. de vsufr. leg. Bald. in l. vn. C. s. §. excepto, versic.*

9 *contra qu. ro, C. de cad. toll.* vtique †tamquam colonus teneretur de damno, quod culpa sua contingeret, *l. si quis fundum. §. si uerò, ubi glos. & Doctores, locati.* Sed hoc nihil addit, neque detrahit formæ substantiali ipsius census.

10 Neque obstat, quòd †in hoc pacto uidetur comprehendi vnum, quòd est apertè contra Constitutionem, nempè, q. Capitulum teneatur ad omnes casus etiam fortuitos, ex quibus bona dirui, diminui, & deteriorari contingeret, q. est contra Constitutionem in ea parte, in qua vult cẽsum hoc casu in totum, vel pro parte exstingui, nam est animaduertendum decretum illud Constitutionis non esse intelligendum de quacumque deterioratione totius rei, vel partis, sed de ea per quam tota res, vel pars ipsius in totum perimitur, & redditur infructuosa; recipit enim inter-

11 pretationem passiuam à iure communi, iuxta quod †non omnis deterioratio & diminutio fructuum facit, vt dominus teneatur locatori ad remissionem affictus, sed tantum illa, quæ habita ratione ad totum tempus locationis, infert intolerabile damnum & præiudicium, *vt fuit in pluribus causis resolutum, & in specie in una Romana affictus, inter Dominum Mutium Matsheium, & Caffarellos, coram R. P. D. meo Cordubæ;* sed pactum, de quo agitur debet intelligi de deterioratione, quæ non perimat omnino fundum, nec fundi partem, sed sui sedulitate, & diligenti cultura potest remedium adhiberi. Præterea, non dicitur in dicto pacto, quòd re perempta, uel aliqua eius parte, nihilominus census duret, & nõ exstinguatur, quod

esset

esset contra decretum Constitutionis, neque ad annullandum actum debet fieri hæc subauditio seu interpretatio,
12 postquam non est ita expressè & clarè cautum; nam † in dubio debemus potius ita actum interpretari, vt sustineatur, quàm vt irritetur, etiam verba impropriando, *l. quoties, de reb. dub. Dec. in l. in contrahenda, de reg. iur. Ang. in l. si tam angusti, de seruitu. & aqua, & in l. si cum aute, C. de donat. ant. nupt. Ias. in l. stipulatio ista, numero 3. de verb. obl.* quod etiam in eadem materia census factum est per Rotam *decis. 757. parte 1. diuersor.* Clausula verò ponderata annullans contractus sub alia forma factos tollitur *ex prædict. decis. Bononiensi,* nam respicit formam substantialẽ, non autem reliqua accidentia contractus. Idemq. est dicendum de licentia concessa à Gregorio XIII. Neque facit ad rem *decisio Sarnens.* quia pactum illud etiam ante Bullam Pij V. de iure communi erat improbatum; & est a nostro diuersissimum. Tollitur etiam id, quod dedu-
13 citur, † pacta omnia obligantia venditorem ad id, ad quod de iure non tenetur, improbari: nam aliud est, quòd pacta huiusmodi vitientur, aliud quòd vitient cõtractum,
14 præterquam quòd † pactum manutentionis bonorum arbitrio boni viri non est à iure improbatum, immo cogi potest venditor ad id, si dolo malo omitteret culturam, & pateretur rem negligentia sua deteriorari; posset enim fieri fraus in præiudicium censuarij, reddendo fundum infructuosum. Neque ex hoc sequitur, quòd aperiatur via cogendi venditorem ad redimendum censum, non
15 enim prouenit hoc facto emptoris, sed venditoris, † qui eodem modo si esset morosus in solutione, posset cogi per subhastationem rei ad restitutionem pecuniarum; culpa enim sua non autem emptoris hoc contingit, *Gabr. cons.*
16 *151. lib. 1.* Et eodem modo tollitur, quod dicitur † de pœna commissi, est enim ex illis pactionibus, quæ vitiantur, & non vitiant, quatenus essent improbatæ à iure, quod tamen non caret difficultate, cum resolutio contractus nõ sit in potestate emptoris, sed proueniat culpa venditoris. Et ita conclusum, pactum de quo agitur, non vitiare contractum census.

Romana Pecuniaria.
Die Veneris 1. Februarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Ad hoc ut cedula bancharia habeat uim solutionis, & per eam censeatur debitor liberatus, quæ requirantur.*
2 *Ad delegationem debiti acquiruntur ea, de quibus per Doctor. in l. singularia, si cert. pet.*
3 *Exstinctio debiti quando inducatur per cedulam banchariam.*
4 *Ad nouandum debitum per procuratorem requiritur speciale mandatum.*

DECISIO MCDXIX.

FVit conclusum decretum secundi Collateralis esse reuocandum, cum per traditionem cedulæ bancharie in casu, de quo agitur, non fuerit facta nouatio debiti, & per consequens non fuerit liberatus Illustr. Dominus Tar
1 quinius: nam ad hoc † vt per traditionem cedulæ censeatur liberatus debitor, eaq. habeat vim solutionis, *vt habe-*
* *tur in decis. Putei, 163. lib. 1. cum alijs allegatis,** necesse est, vt per talem traditionem, & cedulæ acceptationem, indu
2 catur nouatio, † aut per modum delegationis, quæ hoc casu non potest adesse, cum Luraghus non esset debitor Domini Tarquinij, vt colligitur ex forma obligationis, deponendo in bancho Luraghi per quindecim dies ante diei aduentum similem summam, pro qua se obligabat, & ita non concurrunt requisita ad delegationem, de quibus per Doctores *in l. singularia, & ibi Cagnol. numer. 165. Ias. 36. Bolognet. num. 92. si cert. pet. Gabr. concl. 1. num. 26. de nouation. & fuit dictum in illa Bononiensi Pecuniaria coram bon. mem. Cardin. Lancellotto, 13. Ianuarij, 1581.* Aut
3 per † viam extinctionis debiti, quæ inducitur, quando creditor recipit cedulam in solutum, cassando instrumentum debiti, & faciendo se describi creditorem in libro Campsoris, qui confecit cedulam, alias videtur cedula data potius pro quadam accessione, & assecuratione, quam gratia nouandi debitum, quod etiam ex dictis testium in casu isto videtur probari, & eo magis quòd negotiũ illud
4 fuit gestum per procuratorem, † qui non habebat mandatum speciale, prout requiritur ad nouandum, *Dec. cons. 145. num. 12. Gabr. cons. 155. num. 31. lib. 1. Bald. in l. fin. ad finem, C. ad leg. Falcid. Rota lamens. decis. 2. num. 13.* Vnde cum metiri debeamus voluntatem à potestate, non potuit fieri nouatio per istum procuratorem; & ideo cessatio Luraghi non præiudicat dominis de summa; *vt fuit in simili decisum coram R. P. D. meo Mellino, in causa Romana*
a *Pecuniaria;* a Quare conclusum pro reuocatione decreti Capitolini.

* *Et per Bart. in l. si soluturus. ff. de solution. & per tradita in decis. in causa Beneuentana, census, 29. Mar. 1593. coram Illustriss. Card. Pamphilio,*

a *Sub die 24. Nouembris, 1595.*

Vlixbonens. Prioratus.
Die Veneris 1. Februarij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus laicale donatum Ecclesiæ, efficitur Ecclesiasticum.*
2 *Iuspatronatus Ecclesiasticum ex sui natura cadit sub regula reseruatoria mensium.*
3 *Regulæ reseruatoriæ comprehendunt beneficia iuxta suam naturam, & cum sua causa.*

DECISIO MCDXX.

QVamuis hoc iuspatronatus de quo agitur, à princi-
1 pio fuerit laicorum: † tamen, ex quo fuit donatum Ecclesiæ, Domini non dubitarunt fuisse effectum Eccle-
2 siasticum; † & ideo ex natura sua cadere sub regula reseruatoria mensium, *Cassad. decis. 4. de iurep atron.* Nec placet, quod deducitur de origine huius iurispatronatus, nec quòd in eo procedatur per viam electionis; quia quantum ad originem, ea non attenditur post donationem factam Ecclesiæ, *glos. in cap. dilectus, el 3. in uerbo, Regis, de præbend.* Quantum ad electionem, regula est clara, quæ reseruat beneficia ad præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, &c. Et ideo non obstat, quòd procedatur per viam electionis. Maior facta fuit difficultas in eo, quòd ex lege donationis Ecclesiæ factæ, debetur iste Prioratus certo generi personarum, propter auctoritatem *glossæ magnæ, in fine, in c. cum in tua, de præbend. in 6. Aeneas de Falcon. tractatu de reseruat. 3. q. est. princip. num. 22. Gaspar de Perus. tractatu de reseruat. cap. 2. num. 13. & allegantur nonnullæ decisiones Rotæ, Pat. decis. 235. lib. 2. Verall. decis. 316. lib. 1. in manuscript.* Ex quibus videtur probari talia beneficia iuxta formam fundationis, seu donationis nõ
3 comprehendi sub regulis reseruatorijs. † Verum his non obstantibus Domini censuerunt comprehendi, verũ cum sua causa, scilicet vt collatio per Papam fieri debeat illis personis, quibus debita sunt talia beneficia; quia non censetur Papa per tales reseruationes præiudicare velle nisi collatoribus, non autem personis, quibus ex fundatione ius competit, ex his quæ benè deducuntur per Informantes pro Domino Cardoso. Quæ deducuntur per Informãtes contra iura, ex quibus prætenditur probatum esse Ius patronatus, & contra validitatem pactorum in donatione appositorum, partim in alijs positionibus fuerunt resoluta, partim reseruata, & sunt extra dubium: Ideo eorum nulla in præsenti discussione fuit habita ratio.

Milsens.

Militenſ. Iurispatronatus.
Die Veneris 1. Martij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus Domini temporalis & familiæ potentis, debet probari iuxta formam traditam à Sacro Concilio Tridentino.*

2 *Duo ſimul præſentati in uno & eodem beneficio, eodem tempore, inſtitui non poſſunt.*

3 *Epiſcopus non poteſt beneficia diuidere.*

4 *Præſentatio admiſſa per Ordinarium cum Clauſula, Iura patroni illæſa ſeruare uolentes, cauſa prius non cognita, non habetur in conſideratione; & talis admiſſio, ſeu inſtitutio, dicitur tantum præſeruatiua, non autem iuris tributiua.*

DECISIO MCDXXI.

FVit dubitatum, An conſtet de iure patronatus Dominorũ Terræ Briatici in Eccleſia Sancti Nicolai eiuſ-
1 dem Terræ; † & quoniam ſumus in iure patronatus Do
mini temporalis, & familiæ potentis, ad cuius probatio-
nem iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini requiritur
probatio per exhibitionem veri tituli ex fundatione. &
dotatione, vel eius loco per probationem immemorabilis
conſuetudinis, vnà cum præſentationibus continuatis, quæ
effectum fuerint ſortitæ per tempus ſaltem quinquaginta
annorum, *cap. 9. ſeſſ. 25. Concilij Tridentini*; Ideo examinan
do probationes allatas pro parte Excellentiſs. Ducis, Do-
mini fuerunt in ea ſententia, vt licet uideatur probata im
memorabilis per teſtes examinatos, quorum tamen ali-
qui non uidentur fide digni, cum deponant de viſu de
præſentatione Don Nicolai Matureſij, quæ fuit de anno
1520. & tamen non attingunt illam ætatem, neque tunc
temporis erant nati, & iſti ſunt, primus annorum 75. ſe-
cundus annorum 65. quartus annorum 70. Alterum ta-
men requiſitum non bene probatur, nempè, continuatio
præſentationum effectuatarum per quinquaginta annos;
nam inter præſentationem prædictam de anno 1520. &
præſentationem anni 1545. nulla oſtenditur continuatio;
cum in hac poſteriori dicatur beneficium vacare per li-
beram reſignationem Clerici Deſiati, non autem per obi
tum Matureſij: Sed neque hæc præſentatio anni 1545. vi
2 detur eſſe habenda in conſideratione; quia † nulliter facta
fuit inſtitutio duorum præſentatorum ad eamdem Eccle
ſiam, vno & eodem tempore, nempè Leonardi Spinæ, &
3 Thomæ de Grandis, quod fieri non poterat, † cum Epi-
ſcopus non poſſit beneficia diuidere, *gloſ. in cap. nil audien
tium, il 1. de eccleſ. ædific.* Adeſt præterea tertia præſentatio
de anno 1565. de perſona Franciſci Palombi, per obitum
Thomæ de Grandis, quẽ dictum eſt fuiſſe malè inſtitutũ
4 vna cum Leonardo Spina, † ſed hæc fuit admiſſa per tunc
temporis Epiſcopum, cum Clauſula, Iura Comitis patro-
ni illæſa ſeruare volentes, quod facere non debebat, niſi
cauſa prius cognita, *vt dictum fuit in cauſa Romana paro-
chialis, coram R. P. D. meo Cordaba, 1. Ianuarij, 1600.* Adeo
quòd iſta inſtitutio præſeruatiua tantum eſt, non autem
iuris tributiua, vt *dictum fuit coram Illuſtriſs. Blanchetto in
Mediolanenſ. Iurispatronatus, 10. Nouembris, 1595.* Præ-
terea, non conſtat de mandato illius Io. Antonij, qui enun
ciatur procurator Comitis. Ex quibus concluſum proba-
tionem iuris patronatus eſſe imperfectam, neque de ea
legitimè conſtare.

Cæſarauguſtana, & Dertuſenſ. Cabimentorum.
Die Lunæ 4. Martij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Qui ab initio eſt actor, ſemper pro tali habetur.*

2 *Qui pro ſe habet iuris præſumptionem, onus probandi in alium transfert, ſed hoc Rota non admittit, vt nu. 10.*

3 *Ex ſola præſumptione, quæ militat ex ſententijs, non transfertur onus probandi in tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe cum noua commiſſione.*

4 *Per commiſſionem cauſæ cum Clauſula, Non obſtantibus ſententijs, euaneſcit omnis vis & poteſtas ſententiarũ, & omnia ſunt de nouo inchoanda.*

5 *Actor ille dicitur, qui ad iudicium alium trahit, & ei onus probandi incumbit.*

6 *Tertius ueniens ad cauſam, eam proſequitur in ſtatu, in quo reperitur.*

7 *Res ſeu ſententia inter alios acta, tertio uenienti ad cauſam nocere non debet; limitatur tamen, vt hic, & num. ſeq.*

8 *Sententiæ latæ inter alios, licet contra tertium non plenè probent, faciunt tamen vehementiſſimam præſumptionem boni iuris.*

9 *Quilibet religioſus de iure communi eſt capax adminiſtrationis, & beneficij ſuæ religionis.*

11 *Reus in probando ſuam exceptionem nihil differt ab actore, licet ſit poſſeſſor.*

12 *Nemo cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis ad inſtructionem aduerſarij.*

13 *Omnis res de iure præſumitur libera, & contra prætendentem in ea ſeruitutem, ſufficit negare ius ſeruitutis, adeò quòd ius probandi in reum aduerſarium transferatur, & quæ ſit ratio.*

14 *Parochus de iure communi habet fundatam intentionem in decimis.*

15 *Translatio oneris probandi in reum aduerſarium, non habet locum niſi in caſu contumaciæ.*

16 *Actore non probante reus abſolui debet.*

17 *In materia eccleſiaſtica non ualet argumentum à iuriſdictione temporali ad terminos Eccleſiarum.*

18 *Materia decimarum eſt diuerſa à materia iuriſdictionis.*

19 *Pro ſententijs eſt præſumendum.*

20 *Præſumptio ſpecialis tollit præſumptionem generalem, & præualere debet.*

21 *Articuli dati cum Clauſula, Non ſe aſtringens, non faciũt, quòd dans adſtringatur ad onus probationis, quod ad eum non ſpectat, ſed ad aduerſarium.*

DECISIO MCDXXII.

FVit dubitatum circumſcripta deciſione aliàs in hac
* cauſa coram me facta, * & etiam circumſcripta
poſſeſſione; An onus probandi Cabimenta eſſe commu-
nia inter Aragonenſes & Cathalanos, ſpectet ad d. Catha
lanos, vel potius onus probandi dicta Cabimenta eſſe di-
uiſa, ſpectet ad Dominos Caſtellanum & milites Caſtel-
laniæ Empoſtæ. Pro parte Principatus deducta fuerunt
plura argumenta ad demonſtrandum onus probandi in-
1 cumbere Caſtellano, Primò, † quia Domini Aragonẽſes
ſunt originarij actores, ab ipſis enim reperitur commiſſa
cauſa in antiqua Rota, cum Clauſula, Quam, & quas, ſu-
per iure Cabimentorum, & pro parte eorum aſſumptum
eſt onus probandi, datis articulis, quorum omnium datur
copia in ſummario Cathalanorum; ex quibus infertur, ho
die eſſe pro talibus habendos, quales ab initio cauſæ fue-
runt, *gloſ. in cap. ex inſinuatione, de procurator. Rota in Pam-
pilonen. de Ianſi. 1. Iunij, 1594. coram Illuſtriſſimo Mantica,
& in Mediolanen. bonorum, 15. Martij, 1599. coram R.
a P. D. meo Lancellotto.* a Hinc Secundò infertur onus ad
ipſos ſpectare, cum ſint actores, *l. ei qui, de probationibus, l.
2 Actor. C. de probation. cum alijs.* Tertiò, quia † Cathalani
habent iuris præſumptionem pro ſe; & ideo transferri
onus probandi in Aragonenſes, *ad notata in l. ſiue poſſide-
tis*

tis, ff. de probation. Quartò, quatenus ex aduerso deducan-
tur sententiæ obtentæ in Rota antiqua, eas non obesse
b Principatui, cum fuerit res inter alios acta, *b* tunc enim
Principatus non fuit in causa, neque vnquam fuerunt ci
tati administratores Principatus pro suo interesse, neque
illæ sententiæ fuerunt exequutioni demandatæ, vt per
c *Aym. cons. 10. num. 5. cum alijs.* c † Vnde non potest ex
3 sola præsumptione, quæ militat pro sententijs, transferri
onus probandi in tertium uenientem ad causam pro suo
interesse cum noua commissione, *per text. in l. si duo patro-
ni, vers. multum tamen fidei, & ibi glos. Alberic. & alij, de
iureiur.* quod maximè locum habere debet in casu isto, in
4 quo † per Papam committitur causa cum Clausula, Non
obstantibus sententijs Rotalibus, & litteris fel. rec. Grego
rij XIIII. per quam prætenditur euanuisse omnis vis &
potestas dictarum sententiarum; & ideò in hoc iudicio
omnia esse de nouo inchoanda, vt per *Afflict. decis. 355.
num. 6. Couar. pract. quæst. cap. 14. col. antep. vers. hactenus de
tertio.* Et hæc ferè sunt, quæ pro parte Cathalanorum po-
tissimum deducuntur. His tamen non obstantibus Domi-
ni concorditer censuerunt, onus probandi spectare ad
Principatum, moti potissimum sequentibus argumentis.
Primò, quia inspecta origine istius controuersiæ, quate-
nus de ea haberi potest aliqua notitia ex antiqua commis
sione in Rota præsentata, videtur constare Cathalanos
fuisse primos, qui mouerunt hanc controuersiam in Con-
silio complero, petendo sibi concedi Sguardium, quorum
petitioni se opposuerunt Aragonenses, & petierunt sibi
concedi Commissarios, quod cum à Consilio obtinere nõ
potuissent, & dictum fuisset non esse locum deputationi
Commissariorum, appellarunt à denegata iustitia ad *Se-
dem Apostolicam*, & obtinuerunt committi causam ap-
pellationis cum Clausulis, in similibus causis apponi con-
suetis, ex quo processu videtur liquere, primos fuisse hu-
ius litis & controuersiæ motores Cathalanos, non autem
Aragonenses, & tandem fuit terminata hæc lis per sen-
tentias Rotales ad fauorem Aragonensium. Verum quo-
modocumque res sese habeat circa originem huius litis,
non videtur super hac re laborandum, cum satis ex prose-
quutis appareat diuersam fuisse litem antiquam agitatã
inter Priorem, & milites Cathaloniæ, & Castellanũ Em-
postæ, & milites Aragonenses, ab ista, quæ nunc commissa
est in Rota à Principatu; nam in illa lite antiqua præten-
sio Cathalanorum erat habere Cabimenta communia cũ
Aragonensibus, qui ex aduerso prætendebant ea diuisa
esse, vt ex tenore sententiæ bon. mem. Putei apparet; & lis
agitabatur tantum inter Priorem & Cathalanos ex vna,
& Castellanum Empostæ & Aragonenses ex alia; Com-
missio verò nouissimè præsentata pro parte Principatus,
qui non erat in illa lite antiqua, continet prætensionẽ lon-
gè ab illa diuersam, nempè, quòd ad Castellaniam ipsam,
& alias Præceptorias positas intra limites Principatus Ca
thaloniæ, admitti debuerint, & debeant fratres Cathalani
priuatiuè ad omnes alios, cum fuerint constructæ ex elee-
mosynis, & relictis Christi fidelium Cathaloniæ, ex quo
resultat manifestè diuersitas causarum; nam in illa lis erat
super communione omnium Commẽdarum Regnorum
Aragoniæ & Valentiæ, necnon Principatus; In hac verò
restricta est controuersia ad Commendas sitas in territo-
rio Cathaloniæ priuatiuè quo ad omnes, omissa prætensio
ne communionis Cabimẽtorum, respectu aliarum Com-
mendarum Regnorum Aragoniæ & Valentiæ: Et ex hac
diuersitate sequitur hanc esse causam nouam, & litigan-
tes esse diuersos ab antiquis respectu eorum, qui causam
commiserunt; & ideo frustra quæri, quis à principio fuerit
actor vel reus, cum ista causa ab illa sit omnino diuersa, si-
ue personam committentium, siue prætensionem eorun-
5 dem spectemus. Hinc infertur, † eum esse actorem, qui
ad iudicium alium trahit: Ideoq. onus probandi incum-
bere Principatui, *l. in tribus, de re iudic. Alex. cons. 103. lib.
5. Alciat. cons. 6. num. 31. lib. 5. Dec. cons. 487. numer. decimo.*

Secundò, dato sine veri præiudicio, quòd hæc causa sit ea-
dem cum antiqua, & quòd sententiæ latæ contra milites
non præiudicent Principatui, tamquam res inter alios
acta, & quòd Principatus tamquam tertius, vigore nouæ
commissionis ueniat ad causam, vt assistat militibus, &
impediat exequutionem sententiarum latarum pro Ara-
gonensibus, nihilominus onus probandi incumbit Princi-
patui; nam cum veniat ad causam adhærendo antiquæ
prætensioni militum Cathaloniæ, Aragonẽses possunt op-
ponere de sententijs & re iudicata, non per viam exceptio
nis peremptoriæ, quæ tollat audientiam, nam ad hunc so
lum effectum est illis in commissione derogatum, sed per
viam exceptionis probatæ ex deductis per eos in antiquo
iudicio, & per sententias canonizatæ, quibus ad hunc effe-
ctum nullum fuit illatum præiudicium per commissionẽ,
sed tantummodo præseruatum ius Principatus, ne ei age-
re uolenti obstet res iudicata. Regula enim iuris est, quod
† tertius ueniens ad causam, eam prosequitur in statu, in
6 quo est, *Bald. in l. si eo tempore, in fine. C. de remiss. pig. Alex.
cons. 82. num. 6. lib. 1. Afflict. decis. 235. Aymo, cons. 14. n. 4.
Didac. pract. quæst. c. 13. num. 1. Ant. Aug. in repert. tit. de ter
tio ueniente ad caus. num. 6.* & † licet istæ sententiæ nõ præ-
7 iudicent Principatui, vti res inter alios acta, vt *tradit Gabr.
tit. de exequut. rei iudic. concl. 1. num. 19.* tamen ex sententia
Io. de Imol. limitatur, vt non procedat, quando tertius sci-
uit causam tractari, quæ limitatio licet fortè posset conue
nire huic casui: tamen quia de tali scientia non constat ni-
si præsumptiuè, non fit in hac re fundamentum: † Item
8 limitatur, quãdo sententiæ latæ sunt super statu, nam o.n-
nibus præiudicant, *vt per Doctor. in l. sæpè, de re iudic. &
ibi Alex.* Verum vt concedatur eas non facere plenam
probationem contra Principatum, negari tamen non po-
test facere vehementissimam præsumptionem boni iuris,
vt colligitur ex *textu in l. si duo patroni, de iureiur. ex aduer-
so allegata*; nam licet informantes pro Principatu conen-
tur ostendere ex varijs tam facti quam iuris argumentis
militare pro ista parte tot præsumptiones, vt transferri de
beat onus probandi in Aragonenses, vt supra fuit dictum
in tertio eorum fundamento, deducendo quòd inspecto
antiquissimo statu religionis Ierosolimitanæ, omnes Com
mendæ erant communes inter omnes fratres eiusdem re
ligionis, & in eodem statu communionis cum Aragonen
sibus & Valentinis reperiebantur tempore dismembra-
tionis & erectionis Prioratus Cathaloniæ, prout in instru
mento per eos producto: & quòd † de iure communi qui-
9 libet religiosus est capax administrationis & beneficij suæ
religionis. *c. si religiosus, de electison. in 6. Clem. 1. eod. tit. &
ibi Vitalin. num. 19. Io. Monach. & Gemin. in c. cum singuli,
§. probibemus, de præbend. in 6.* Vnde infertur transferri
onus probandi in Aragonenses, *ex doctr. glos. Baldi, & ce-
terorum, in l. siue possidetis, C. de probation. c. ad decimas, de
restit. spol. in 6. glos. in c. vlt. 6. q. 5. Bart. in l. si prius, de noui
oper. nunc. & ibi Alex. num. 17. Ias. num. 35. Dec. cons. 540.
10 num. 11. & 595. num. 4.* † tamen hanc translationem one-
ris probandi Rota amplecti non solet, *vt fuit dictum corã
me, in una Perusina Bonorum, 12. Decembris, 1597.* & qui-
dem euidenti ratione; nam in casibus desumptis ex præ:i
tatis legibus & Doctoribus, illi qui non adstringuntur ad
probationes faciendas, censentur ex iuris dispositione si-
ne aliqua alia probatione habere fundatam intentionem;
11 † & ideo mirum non est, si reo quamuis possessori in-
cumbat onus probandi suam exceptionem; nam ad hunc
effectum nihil ab actore differt, *l. exceptio, de exceptione, l.
quinquaginta, de probation.* Quòd autem auctoritates alle
gatæ loquantur in casu, in quo præsumptio legis habetur
pro concludenti probatione, colligitur *in d. l. siue possidetis,*
cum in ea titulus vniuersalis successionis filiorum in pater
na hæreditate, inducat præsumptionem continuationis à
patre in filium; & ideo *Bald. ibid. in 4. opposit.* dum oppo-
12 nit, quod † nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis,
l. cogi, de petit. hæredit. respondet non cogi ad aduersarij in-
structionem,

ſtructionem, ſed ad ſui releuationem, & ꝓbationis aduer-
ſarij excluſionem, *Bart. autem Alex. & alij, in l. ſi prius, de*
noui oper. nunc. loquuntur in caſu ſpeciali actionis negato-
13 riæ, † in qua propter præſumptionem iuris, quòd omnis
res ſit libera, ſufficit actori etiam non poſſidenti negare
illud ius ſeruitutis competere aduerſario, & hæc eſt natu-
ra actionis negatoriæ, in qua ſufficit probare ſe dominum
prędij, in quod prætendit aduerſarius ſeruitutem debere,
vt per Alex. ibidem, num. 7. ſimile eſt exemplum decima-
14 rum, † in quibus parochus habet de iure communi fun-
datam intentionem. Nec facit *l. generaliter, §. ſi petitum, de*
fideicommiſſ. libert. quia ibi interpretatio verborum teſta-
toris ex iuris diſpoſitione ſtat pro libertate; ideo onus oſtē-
dendi teſtatorem aliud ſenſiſſe, ſpectat ad hæredem. Vn-
15 de ſi bene ponderentur allegata per Doctores, † non fa-
cilè inueniretur in iure iſta translatio oneris probandi in
reum aduerſariū, niſi in caſu contumaciæ, *vt in d. l. ſi prius;*
16 Regula enim eſt, quod † Actore non probante, Reus ab-
ſolui debet. Verum omiſſa hac quæſtione, ex facto tolli
poteſt in caſu, de quo agitur omnis dubitatio; nā pręſum-
ptiones, quæ deducuntur, ſunt admodum longę petitio-
nis. Prima enim, quæ fit ſuper antiquiſſimo ſtatu Religio
nis, non eſt alicuius momenti, cum conſuetudo generalis
ipſius Religionis ſit in contrarium; alioquin hæc pręten-
ſio non ſolum locum haberet contra Aragonenſes, ſed etiā
cōtra omnes omnium linguarum Pręceptores, quod eſt
valde abſonum; maximè cum hæc pręten ſio contraria ſit
intentioni Principatus, qui in ſua commiſſione pręēdit
ſolum Cabimenta in ea parte, quæ eſt in Cathalonia, non
autem cetera Regnorum Aragonię, eaq. priuatiuè ad a-
lios, & ſtatus iſte, quem Informantes nunc allegant, non
eſt priuatiuus, ſed cumulatiuus. Secunda pręſumptio, quę
colligitur ex ſtatu Religionis ante tēpus erectionis Prio-
ratus, eſt valdè dubia, cum etiam ſi concedatur, tunc
temporis fuiſſe communia Cabimenta: tamen nega-
tur poſt illam ſeparationem remanſiſſe communia, &
adhuc pendet ſuper hoc articulo cauſa indeciſa. Ter-
tia pręſumptio ex *c. ſi religioſus, de election. in 6.* non facit
ad rem; nam nō agitur hic de capacitate, vel incapacitate
perſonarum, cum alia ratione, quàm iuris cabiendi non
cōtrouertatur capacitas eorumdem, ſed quia conſuetudo
inualuit, vt diſtincta ſint Cabimēta in omnibus linguis,
præterquam in lingua Prouincię & Italiæ: Ideo nō poteſt
ſumi pręſumptio ex capacitate, ſtante Prioratuum diſtin
ctione. Neque obſtat, ſi dicatur ratione territorij hoc ius
17 competere Cathalanis; quoniam, † cum ſimus in mate-
ria Eccleſiaſtica, non ualet argumentum à iuriſdictione
temporali ad terminos Eccleſiarum, prout ſæpius reſolu-
d tum fuit in Rota d † diuerſos eſſe terminos decimato-
18 rios à terminis iuriſdictionalibus, *Oldr. conſ. 17.* Atque in
contrarium valdè vrgent pręſumptiones allegatę pro Ara
gonēſibus, nempe, lis per tot annos in Rota agitata, &
19 ſentētię deſuper pro eis latę, † pro quibus eſt pręſumen-
dum, *Gabr. de ſentent Concl. 6.* Item cōſuetudo aliarum lin
guarum: Item diuiſio iuriſdictionis inter Caſtellanū Em-
poſtę, & Priorem Cathalonię: Poſtremò acquieſcentia
per tot annos militum Prioratus poſt ſententias, & rem
20 iudicatam. Et quod eſt pręcipuum, † pręſumptio ſpecia-
lis tollit pręſumptionem generalem, *vt ait Bald. in d. l. ſine*
poſſidetis. num. 1. in vlt. oppoſit. Vnde cum pręſumptiones
deductę pro Principatu ſint generales, deductę vero pro
Aragonēſibus ſpeciales, hæ pręualere debēt. Verum hęc
omnia ex abūdanti deduci uidētur, quia nō tam tendunt
ad articulum, de quo dubitatur, cui incumbat onus pro-
bandi, quàm ad quęſtionem, vtra pars intentionem ſuam
21 ꝓbauerit. Quod autē deducitur † Aragonenſes datis arti-
culis adſtrinxiſſe ſe ad onus probationis, nihil concludit;
tum ex ſtylo dandi articulos cum Clauſula, Non ſe ad-
ſtringens; tum etiam, quia fuerūt dati articuli in illa cauſa
per ſentētiam terminata, cui ſi uolūt adhærere Cathala-
ni, neceſſe eſt, vt veniāt in ſtatu, & in terminis, in quibus
reperitur, ergo illis incumbit onus probandi iniuſtas fuiſ-
ſe ſentētias tunc temporis cōtra milites Prioratus latas.
Et ex his ſublata ſunt omnia in contrarium deducta, &
cunclusum incumbere onus probandi Prioratui: ſiue cau
ſa ſit noua, cum in ea ſint actores, prouocando Aragonen-
ſes ad iudicium; ſiue ſit renouatio litis antiquæ, cum pro
Aragonenſibus ſtent ſententiæ inconcuſſæ, donec pro par-
te Principatus doceatur de earum iniuſtitia.

* *Sub die Lunę 24. Ianuarij, 1600.*

a *Et in Barchinonen. pręceptoriarum, 17. Febr. 1578. num. 3. coram bo-*
na mem. Card. Lancellotto, in impreſſ. diuer. nouiſſ. 423. par. 1.

b *Et ſit tales ſententia nullo modo Cathalanis pręiudicare debeant ad*
c. pen. de re iudic. l. 1. & toto tit. C. res inter al. acta, l. 2. C. quib. res
iud. nam ſententia facilius ſolum quo ad partes, contra quas fuit
lata, ſecùs quo ad alios, Inn. in c. in noſtra, nu. 9. Io. And num. 20.
Butr. num. 37. de procurator. & faciunt tātum aliqualem pręſum
ptionem contra tertium, vt per Alex in l. ſæpe, nu. 70. & ſeq. de re
iud Iaſ. in l. ſi duo patroni, num 3. de iureiur. de communi Couar.
pract. quæſt. c. 13. numero 4. qua aliqualis pręſumptio non liberat
ab onere probandi, ſed tantum ceteris paribus facit pręponderare
probationes, ad text. in d. l. ſi duo patroni, verſ. multum tamen fi-
dei, & ibi gloſ. in uerbo habiturum, & ibid. Alber. col. 2. verſ. item
quęrit, & ibi etiam Ang. nu. 3. & Iaſ. in 3. notab.

c *Nota quòd ſententię latę ad fauorem actoris, non exequutę faciunt*
quod lis non dicatur finita, Mohedan. deciſ. 2. num. 2. & 3. in fine,
& toto tit. Vt lite pend.

d *Dictum fuit in cauſa Burgen iuriſdictionis S. Ioan. 4. Decemb. 1595.*
coram bon. mem. D. Orano.

Peruſina Dotis.

Die Veneris 15. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri, quæ vigore Statuti prohibetur primo anno pe-*
tere reſtitutionem dotis, debentur eius fructus loco
alimentorum.

2 *Mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias, fructus dotis de-*
bentur, quando non fuit ab hæredibus primi viri reſti-
tuta.

3 *Fides non facit fidem, maximè facta ſint partis cita-*
tione.

DECISIO MCDXXIII.

FVit reſolutum Danzettos teneri ad ſolutionem fru-
ctuum dotis Dominæ Lauiniæ pro primo anno à die
obitus primi viri, deinde à die contracti matrimonij cum
D. Alphonſo vſque in pręſentem diem: Nam quantum ad
1 primum tempus, † cum propter diſpoſitionem Statuti
Peruſini non poſſet primo anno dotem repetere, tenētur
Danzetti ſoluere fructus dotis loco alimentorum, cum
penes ipſos exſtaret dos mille ſcutorum, *Pariſ. conſilio 64.*
lib. 4. numero 3. Campeg. de dot. parte 2. quæſt. 18. Quantum
2 ad ſecundum tempus, † ex quo Lauinia tranſiuit ad ſecun
das nuptias, cum maritus ſuſtineat onera matrimonij, ab
eo tempore debentur fructus, *Bero. conſilio 129. numer. 11.*
lib. 3. Bart. Bald. Ang. Caſtr. & Roman. in l. de diuiſione, ſo-
luto matrim. Nec obſtat oblatio prętenſa facta per Dan-
zettos, *ad text. in l. ſi mora, ſoluto matrim. ubi Ang. num. 4.*
3 quia de ea legitimè non conſtat, † cum fides fidem non
faciat, maximè facta ſine partis citatione. Pręterea, Dan-
zetti poſtea perceperunt fructus prędij oblati, videlicet
anno 1595. 96. & 97. *Tiraq. de retractu conuent. §. 4. gloſ.*
6. in princ. ſed omnem tollit difficultatem, quòd Lauinia
non tenebatur acceptare talem reſtitutionem prædii alte
ri obligati, quod apparet ex eo, quòd Alexander Farne-
tus obtinuit mandatum ab Auditore Camerę contra hę-
redes Curtij Danzetti pro extinctione cenſus ſcutorum
quattuor centum, & cuius vigore fuit capta per eum
poſſeſſio dicti prędij. Vnde cum non conſtet de dotis re-
ſtitutione

stitutione, neque de legitima oblatione, cessant ea, quæ pro Danzettis deducuntur. Ad quam verò rationem taxādi sint fructus, & an vti dotis constitutæ in pecunia, vel in re stabili, erit particulariter videndum. *

* *Quod decisum fuit infra, sub die 25. Aprilis proximi.*

Vicentina Feudi decimarum.
Die Veneris 15. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Laici sunt incapaces decimarum.*
2 *Confessio dominij non præiudicat tertio, quatenus ad alium spectet, præiudicat tamen recognoscenti, & confitenti dominum.*
3 *Confessio recognoscentis dominium, probat non solum titulum, sed etiam ius recogniti.*
4 *Excipiens rem esse alienam, tenetur probare.*
5 *Prælati inferiores Papæ post Concilium Lateranense non possunt amplius decimas infeudare.*

DECISIO MCDXXIV.

FVit conclusum standum esse in decisis, non obstātibus ijs, quæ de nouo deducuntur; nam de existentia feudi, de quo agitur, satis superq. constat ex decisione in hac causa facta 11. *Martij, anni præteriti, & maltrum facit ad rem cons. Ferret.* 106. factum in hac eadem inuestitura, quibus adstipulantur confessiones Tonsorum, *vt aliàs fuit deductum.* Neque obstat, quòd Ecclesia agat ad caducitatem, & sic teneatur præcise probare dominium feudi, vt deducunt Informantes pro Tonsis, quia stante recognitione, 1 & quod † laici iure proprio non possunt decimas possidere, immò earum sunt incapaces, & concurrentibus con- 2 fessionibus, † quæ licet non præiudicent tertio, quatenus ad alium spectaret dominium; præiudicant tamen recognoscenti & confitenti, vt probent rem non esse recognoscentis, sed locantis & infeudantis, vt aliàs deductum fuit, res est clara pro Ecclesia, nempè fundatam esse eius intentionem, *l. interrogatam. C. de liber. caus. l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. vbi Bart. Bald. Castr. & Ias. & ceteri*, ex quo 3 concluditur, quòd † quantum ad recognoscentem probatur non solum titulus, sed & ius inuestientis; & ideo non habet locum *cons. Aym.* 124. *n.* 11. *& Roland.* 46. *num.* 61. *lib.* 3. quia præsupponunt non constare de iure locantis. Non obstat inuestitura monasterij, quæ de nouo adducitur, quia vt dictum est, non agitur de præiudicando iuri tertij, neque Quartesijs; nam licet deducta pro Ecclesia non sufficiant ad mutandum dominium, quod alterius esset, sufficiunt tamen contra recognoscentes, & quando tertij venient inter eos, videbitur peoes quem sit dominium, & ad hoc bene facit doctrina *Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, num.* 66. *vers. si verò dicat*, vbi vult, quòd † quan- 4 do opponitur rem alienam esse, tenetur excipiens suam exceptionem probare, quod non faciunt Tonsi, qui nihil deducunt ad probandum ius monasterij, immo contra 5 monasterium facit, † quòd post Concilium Lateranense Prælati Papæ inferiores non possunt infeudare decimas, *cap. congregato,* 16. *q.* 7. *& in vsibus feudorum, c.* 1. *tit. Episcopum, vel Abbatem.* Quare conclusum fuit esse standum in decisis.

* *Sub dicta die 12. Maij anni præteriti.*

Melitens. Pensionis.
Die Lunæ 18. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ex actuum vicinitate inducitur correspectiuitas.*
2 *Actus potius tribuitur causæ necessariæ, quam uoluntariæ.*
3 *Pensio non præsumitur ex mera liberalitate concessa ab eo, qui cum pensionario litem habuit.*
4 *Duæ demonstrationes sufficiunt ad probandam identitatem.*
5 *Ex diuersitate instrumentorum, an, & quando præsumatur diuersitas crediti.*
6 *Vbi agitur de grauamine pensionis imponendo super beneficio, materia dicitur potius odiosa quàm fauorabilis.*
7 *In materia odiosa non inducitur præsumptio ad sustinendum actum.*
8 *Interpretatio non est facienda ad inducendam simoniam, contrarium tamen seruatur in mandatis datis ad resignandum, & consentiendum retrocessioni cum oneris impositione, nisi in illis imponatur Clausula reseruationis beneplaciti Apostolici.*
9 *Vbi non exprimitur in litteris pensionis, quòd pensio sit ad rationem ducatorum de Camera, intelligi debet secundum consuetudinem loci.*
10 *Clausulæ, quæ in initio litterarum prouisionum solent apponi, de virtute, & meritis eius, cui fit prouisio, de stylo apponuntur, non autem per modum causæ.*

DECISIO MCDXXV.

DOmini censuerunt pensionem, de qua agitur, fuisse vnam & eamdem numero cum ea, de qua conuentum fuerat inter Barnabam della Matra, & Baiuliuum Solatium, non autem diuersam ab ea, cum enim sub die 17. Decembris 1578. Baiuliuus supplicasset Capitulo generali, vt sibi liceret gratificare aliquibus religiosis de aliquibus pensionibus, postquam esset in possessione Baiuliuatus, & fuisset responsum, vt de hac re daretur notitia linguæ, Die 19. lingua approbauit, & viso consensu Magnus Magister & Capitulum generale concessit gratiam dandi pensiones vsque ad summam quadringentorum ducatorū fratribus tunc nominandis, & dictus Baiuliuus nominauit quatuor fratres, quibus singulis assignauit pensionem quinquaginta ducatorum, & deinde nominauit fratrem Nicolaum della Matra, cui assignauit cētum ducatos, alios verò centum alijs tribus fratribus per eum nominandis, & sic istæ assignationes in totum constituūt dictam summam quadringentorum ducatorum, sed & eadem die reperitur confectum instrumentum dictæ conuentionis inter Baiuliuum & Barnabam, in quo promittitur sub quibusdam conditionibus pensio annua scutorum centum pro fratre Nicolao nepote Barnabæ, vt in instru- 1 mento, quod datum fuit in summario num. 1. Vnde ex 1 hac facti serie, & † actuum vicinitate, inducitur correspectiuitas manifesta inter conuentionem & reseruationem, *l. certa, si cert. petat. Socin. cons.* 53. *num.* 1. *Dec. cons.* 636. *n.* 8. 2 cum & actus † potius tribuatur causæ necessariæ quam voluntariæ, & ob causam præcedentem, *l. qui in aliena, §* 1. *de acquir. hered. glos. in l. post dotem, soluto matrimonio.* præ- 3 fertim, quia hic † non potest præsumi pensionem fuisse ex mera liberalitate concessam à Baiuliuo, qui litigauerat cum Barnaba. Concordat quoque in summa & in 4 qualitate illa libera & exempta, † quę duæ demonstrationes multum faciunt ad probandam identitatem, *Bart. in l. falsa demonstratio, num.* 14. *de cond. & demonst. Socin. consilio* 28. *num.* 6. *l. b.* 2. Sed videtur omnem tollere difficultatem; quia si velimus hanc pensionem facere diuersam ab ea, quæ conuenta fuerat, non poterat amplius reseruari illa conuenta super fructibus Baiuliuatus, nā per istam cōpleta erat tota summa quadringentorum ducatorum, cum quattuor primi nominati sint ad quinquaginta, pro quolibet, qui cōstituunt ducentum ducatos, & frater Nicolaus pro ducatis centum, & alij tres nominandi pro alijs scutis cētū, ita quod frustra inita fuisset illa cōuentio reseruationis, & huic argumēto nō pōt commodè rńderi. 5 Non obstat, q † ex diuersitate instrumentorum arguatur diuersitas

diuersitas pensionum, *l. quinquaginta, de probation. Docto-
res in l. triticum, de verbo. dig. Alex. cons. 4. lib. 1.* quia non
procedit, vbi post actum sequitur stipulatio, seu promis-
sio, *ita Bart. & Doctor. in d. l. triticum, & est text. in l. si ita*
stucro, in fine, de nouation. & fuit dict um coram me, in una
Romana pecuniaria 14. Nouembris 1594. Non obstat, quod
pro actus ualiditate dicendum sit esse diuersam pensio-
6 nem; † nam cum simus in grauamine imponendo Prçce-
ptoriæ, materia est potius odiosa, quam fauorabilis,
7 † ideo non inducitur præsumptio ista ad sustinendum a-
ctum odiosum, *vt per Aretin. in l. contra Ius, §. cum quis,*
de verborum oblig. & t. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt.
34. in fine, latè Moder. t. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4.
8 *nu. 5.* Nec facit, quod dicitur, † non fieri interpreta-
tionem ad inducendum simoniam; nam quotidie contra-
rium obseruatur in mandatis datis ad resignandum, & ad
consentiendum retrocessioni cum oneris impositione, nisi
in illis imponatur Clausula reseruationis beneplaciti Apo
stolici. Differentiæ, quæ deducuntur, non sunt concluden-
tes: nam quod dicitur pensionem istam fuisse reseruatam
contemplatione fratris Nicolai, aliam verò contemplatio
ne Barnabç, nullius est momenti, nam Barnabas noluit si-
bi acquirere, sed fratri Nicolao suo nepoti. Neque diffe-
9 tentia monetæ quidquam facit, quia neque in litteris ex-
primitur, quòd pensio sit centum ducatorum de Camera:
Ideo est intelligenda secundum consuetudinem illarum
partium, maximè cum in licentia obtenta, modo dicatur
concedi licentia pro quadringentis ducatis, modo fiat as-
signatio in scutis non in ducatis, adeo quòd apparet ha-
buisse istas species pro eisdem. Nec verum est, quod dici-
tur fuisse tunc assignatam pensionem propter illa verba,
& cum effectu dedit, quia referuntur ad alios quattuor,
non autem ad fratrem Nicolaum. Quòd verò in litteris
non apponuntur conditiones conuentæ, non est mirũ; du-
bitabant enim, ne forte reijcerentur vti simoniacæ. Ne-
10 que est verum, quòd habeant diuersam causam, † nam
clausulæ illæ, quæ ab initio litterarum solent apponi, de
virtute & meritis eius, cui fit prouisio, ex stylo apponi so-
lent, non autem per modum causæ Quare conclusum fuit,
vnam & eamdem esse pensionem, non duas diuersas: quid
autem inde sequatur, erit videndum.

Calagurritana Beneficij de Albayna.
Die Veneris 22. Martij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *In subrogatione gratiosa, quæ sint probanda.*
2 *Subrogatio gratiosa non refert, an sit desumpta ex Clausu-*
lis generalibus, vel dependentibus à gratia principali,
vel sint expeditæ litteræ ad partem.
3 *Vbi Papa præuenit in prouidendo, non datur concursus*
tituli.

DECISIO MCDXXVII.

FVit resolutum dandum mandatum de immittendo
Ioanni Martinez vigore gratiæ subrogationis, cum
1 eius gratia sit iustificata. † Probata enim sunt requisita,
nempè, quòd Ferdinandus obierit in possessione benefi-
cij, quòd Ioannes est clericus; & cetera omnia, quæ con-
cernunt gratiam principalem, *iuxta decisiones Rotæ in cau*
* *sa Burgen. de Pancoruo, coram bon. mem. Domino Gipsio,* *
2 *& aliàs in similibus sæpissimè factas.* † Nec obstat, quòd
subrogatio ista desumatur ex Clausulis generalibus de-
pendentibus à principali gratia prouisionis, quia hoc non
obstante, datur immissio, *vt fuit dictum in una Mirandensi*
Parochialis, coram R. P. D. meo Penia, 11. Maij, 1600. &
in alia Calagurritana dimidiarum portionum, de Burgo, corã
R. P. D. meo Mellino, 20. Decembris, 1593. & habemus
etiam litteras subrogationis expeditas ad partem. Et ces-
sat difficultas, quia in casu isto gratia principalis est in om
3 nibus iustificata, & † cum Papa prçuenerit in prouidẽdo,
non datur concursus tituli. Oppositio, quæ fit contra te-
stium examen bene euacuatur per Informantes. Non ob-
stat, quòd simus in Ecclesia receptiua, nõ numerata; quia
hçc difficultas tollitur per decisionem factam coram R.
P. D. *meo Pamphilio in alia Calagurritana de Genizero, 30.*
Octobris 1587. Non obstat motus proprius S. D. N. quia
difficultas tollitur in causa *Calagurritana de Ariola, 24. Ia-*
nuarij 1596. coram R. P. D. *Penia.* Et ex his conclusum esse
dandum mandatum de immittendo Domino Ioanni.

* *Sub die 28 Nouembris, 1588. & per Put decis. 495. lib 2. Mohedan.*
324. & in allegata Miranden. Parochialis coram R. P. D. Penia.

Racanatens. Pecuniaria.
Die Mercurij 27. Martij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, ad quam pars non fuit citata per ratificationem*
sustinetur.
2 *Vbi non datur mora, non debetur interesse.*
3 *Pactum conuentum de restituendo pecuniam vnà cum in-*
teresse, recipit interpretationem à iure communi, quate-
nus interesse debeatur.
4 *Quis non potest uno & eodem tempore obligari, & in mo-*
ra constitui.
5 *Interesse damni emergentis non debetur, non probatis re-*
quisitis per Castr. in l. 3. de eo quod certo loco.

DECISIO MCDXXVIII.

FVit resolutum, sententiam extra Rotam latam esse
confirmandam, non obstantibus exceptionibus dedu
ctis tam respectu ualiditatis, quàm iustitiæ: nam quãtum
ad validitatem, Domini censuerunt in hac causa non fuis
se necessarium monitorium pro parte Domini Ioannis, ex
quo Dominus Attilius actor impetrauit monitorium, &
seruauit terminos substantiales, & sententia ad fauorem
Ioannis fuit absolutoria; nam quamuis in ea cassentur fi-
deiussiones, hoc venit in consequentiam absolutionis. Nec
obstat non fuisse consensum in iurisdictionem Domini Iu
dicis, qui sententiam tulit; nam contrarium verius est, nã
Barnabeus vnus ex aduersarijs consensit, & Dominus At-
tilius comparuit coram Iudice, & omnia tam nomine
proprio quàm nomine Barnabei gessit, pro quo etiam de
rato promisit: demumq. adest Barnabei ratificatio, &
1 † licet, ipse Barnabeus non fuerit citatus ad sententiam:
tamen ex ratificatione sustinetur, vltra quòd saltem sen-
tentia quantum ad Attilium est ualida, qui de rato te-
netur ex sua obligatione. Quantum ad iniustitiam, de-
ducitur interesse debitum esse ratione damni emergen-
tis, cum de eo fuerit conuentum in locatione, sed hæc
oppositio non placuit Dominis: quia Dominus Ioannes
non fuit in mora restituendi scuta mille sibi anticipatè so
luta ante venditionem terrarum, cum ex conuentione te-
neretur tantum ea restituere in euentum venditionis.
2 Vnde † vbi non datur mora, neque etiam debetur in-
teresse, cum interesse oriatur ratione moræ, *l. mora, §. pri-*
mo, de usur. Gabr. consilio 78. num. 10. libro 1. optimè per Cu-
* *iac. in Paratit. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* * Nec
3 obstat, quòd † conuentum fuerit de restitutione dictorum
scutorũ mille vnà cũ interesse; quia dictũ pactũ recipit in-
terpretationẽ a iure cõi, quatenus aliquod interesse debea
a tur, *Bald. in l. si traditio, n. 9. vers. aduerte, C. de action. empt.* a
& cum ex conuentione liceret Ioanni dicta bona vende-
re, nec prius teneretur restituere illa mille anticipatè solu
4 ta, † fieri non potest, vt vno & eodem tempore potuerit
obligari, & in mora constitui, *ad Bart. in l. eum qui, §. si iu-*
rauero, nu. 3. & ibi Castrens. de iureiur. Grammat. decis. 103.
nu. 165. & benè facit decisio bon. mem. Domini Gipsij in Ro-
mana Cambiorum, 17. Decemb. 1588. Nec lucrũ separatum

ex vltimis annis conductionis potest deseruire pro inte-
resse, quia aut est suspectum de vsuraria prauitate ob anti
5 cipatam solutionem, vel non est considerabile, † cum non
b probentur requisita. *b Castr. in l. 3. de eo quod certo loco.*
Nec facit quòd Dominus Attilius ceperit pecunias à Ceu
lis; quia captæ fuerunt in aliam causam, non autem ob ali
quam moram incursam à Domino Ioanne; Ideo conclu-
sum pro confirmatione sententiæ.

* *Adde text. in l. quod te, ff. si cert pet. Rimin. cons. 265. num. 29 lib. 2. & hoc procedit etiam si fuisset specialiter conuentum quòd deberetur sine mora, Aymo, cons. 320. nu 2. nam esset usurarium Aret. cons. 151. nu. 2. Aymo, cons. 87. num. 5. & 189. num. 7. cum alijs per Gabr. tit. de solut. concl. 10. nu. 6.*

a *Et facit Rimin. sen. cons. 297. nu. 19. lib. 2.*

b *Nota quod sine istis requisitis Castrensis Rota numquam solet liquidare interesse, ut per Put. decis. 237. lib. 1. Mohedan. 3. de usur. & tradit Aymo, cons. 320. num. 6. & fuit sepius decisum.*

Vlixbonens. Prioratus.
Die Mercurij 27. Martij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum antiquum exemplatum, & transumptatũ, ne propter uetustatem pereat, facit fidem, ac si esset originale, si exemplatio facta fuerit auctoritate iudicis.*

2 *Exemplatio instrumenti facta de auctoritate, & mandato Ordinarij, de cuius interesse, & praeiudicio agitur, dicitur legitima.*

DECISIO MCDXXVIII.

FVit conclusum, iura de quibus agitur, in dubio esse in
forma probanti; nam quantum ad instrumentum do-
nationis factæ Ecclesię Sancti Andreæ per Arium Marti-
nez, & eius vxorem anno 1334. illud est validum, non ob-
stante oppositione, quæ fit, quòd sit exemplum exempli,
1 quia † exemplatum & transumptum, quod fit de instru-
mento antiquo, ne propter vetustatem rei memoria pe-
reat, fidem facit, ac si esset originale, *Felin. in c. fin. nu. 13.*
2 *vers. nota quinto, de fide instr.* † transumptio verò fuit legi-
tima, cum facta fuerit auctoritate Ordinarij, de cuius in-
teresse præcipuè agebatur, *Cassad. decis. 2. num. 3. de iudic.*
extractio verò facta 29. Octobris 1597. fuit facta per Ga-
sparem Cardoso vna cum Emanuele Figueroa de manda
to Ordinarij, quod emanauerat sub die 25. Octobris, vt
Notarij accederēt ad Archiuium Ecclesiæ sancti Andreæ,
& Officiales dicti Archiuij consignarent illis dicta iura
ad effectum illa trāsumptandi, cuius decreti vigore facta
fuit extractio: neque erat citandus tunc temporis Bernar-
dez, cum nondum fuisset ei facta collatio huius Prioratus
per Ordinarium; sed fuit postea facta sub die 18. Nouem
bris sequentis: Ideo non poterat citari, & satis est, hæc ge
sta fuisse auctoritate Ordinarij, de cuius solius præiudicio
tunc agebatur, vt dictum est. Nec verum est Gasparē non
fuisse Actuarium illius causæ, quia de contrario apparet
ex processu primæ instantiæ, vt bene deducitur in vltimo
memoriali. Idem dicendum est de legalitate sententiæ la-
tæ ad fauorem Andreæ de Lemos sub die 12. Maij 1581.
fuit enim vigore eiusdem mandati extracta & producta,
antequam Pestrana vel Bernardez venissent ad causam;
nam Pestrana venit ad causam 3. Nouembris sequentis,
& ista originalia fuerunt exhibita coram Ordinario præ-
sentibus eius officialibus, inter quos tunc temporis erat
Bernardez, vt in summario Cardosi, num. 13. Instrumen-
tum quoque electionis est in forma probanti, quia fuit ex-
tractum per duos Notarios, & collationatum cum origi-
nali, & productum coram compulsore partibus citatis, &
nihil contra eius fidem opponentibus, licet Pestrana oppo
suerit numerum Capellaniarum diminutum fuisse, &
hoc instrumentum etiam fuit recognitum hic in Curia
per duos testes. Instrumentum exequutorialium Rotę est
quoque in forma probanti, quia fuit transumptatum cum
originali ex decreto Ordinarij de anno 1544. die 20. Mar
tij, per Io. Lopez, & fuit collationatum cum Io. Diaz No-
tario Apostolico, vt in summario num. 19. de quorum le-
galitate testatur Thomas de Cruz Notarius Legatiæ, cu-
ius manus fuit hic in Curia recognita per duos testes, &
etiam data fuit fides commissionis causæ Cardoso de illo
tempore, licet acta temporum incuria perierint, & durũ
est suspicari quòd tot sententiæ confictæ fuerint. Verum
concurrunt etiam adminicula, nempè, diuturnæ obseruan
tiæ in partibus, neque enim ausus est Ordinarius negare
ius patronatus, sed allegauit obstaculum regulæ reserua-
toriæ, super qua fuit in Rota cognitum, & in summa visæ
sunt oppositiones ex aduerso factæ valde leues, maximè
stante auctoritate Ordinarij. Quare conclusum istis iuri-
bus fidem esse adhibendam.

Segobricens. Pensionis.
Die Veneris 19. Aprilis 1602.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Arbitrio Rotæ, regulari debet secundum iuris dispositionem.*

2 *Agens vel ad nullitatem pensionis, vel ad reductionem, non potest lite pendente spoliare pensionarium commodo suæ pensionis.*

3 *Successor in beneficio, cui subest onus probandi, si supersint tot fructus, qui sufficiant pro solutione illius, idem onus subire debet.*

4 *Onus pensionis non transit ad alium ob solam bonorum translationem, sed tum demum si transferatur, uel mutetur titulus beneficij.*

5 *Fructus beneficij pro solutione pensionis sunt hypothecati.*

6 *Vbi plures sunt possessores fructuum, potest creditor eligere, contra quem velit agere.*

7 *In pensione constituta in solidum super duobus beneficijs, pensionarius eligere potest, super quo corpore beneficij uelit pensionem retinere; dummodo sit capax, neque pensio excedat tertiam partem fructuum.*

DECISIO MCDXXIX.

DOmini censuerunt non esse retardandam solutionem
pensionis, quamuis hoc fuerit in commissione remis-
sum arbitrio Rotæ; nam de reseruatione pensionis, con-
stat ex litteris Apostolicis, & etiam de possessione exigen-
di Andreæ; Ideoq. manutenendus est in sua possessione,
vt fuit resolutum in causa Lucerina pensionis, die 22. Mar
1 *tij huius anni, coram R. P. D. meo Pena,* & † Clausula, Ar-
bitrio, &c. regulanda est secundum iuris dispositionem.
2 Confirmatur ex eo, quòd † agens vel ad nullitatem pen-
sionis, vel ad reductionem, non potest lite pendente spo-
liare pensionarium commodo suæ pensionis, vt per *Gigan.*
de pensionibus, q. 62. num. 12. & ideo tali casu solet Signa-
tura rescribere cum Clausula, Sine retardatione solutio-
nis, *Put. decis. 34. lib. 1.* Neque obstant allegata in contra-
rium: Et primò, quòd duæ partes fructuum Decanatus, su
per quo fuerat pensio reseruata, fuerunt applicatæ Capi-
3 pitulo & Decano Albaracinen. quia † cum supersint tot
fructus, qui sufficiant pro solutione pensionis, onus rema-
net super eodem Decanatu, & debet successor in eo subire
illud, *ad l. Moschis, ubi gl. in uerbo, possessorem, de iure fisci, et*
bene facit decisio in causa Vallisoletana pensionis, die 1. Mar
4 *tij huius anni, coram* R. P. D. *meo Pamphilio.* quia † onus
pensionis non transit ad alium ob solam bonorum tran-
slationem, sed tum demum, si transfertur, vel mutatur ti-
5 tulus beneficij, *Gigas de pensionibus, q. 63. n. 2.* & licet † fru-
6 ctus sint hypothecati pro solutione pensionis, tamen † vbi
sunt plures possessores fructuum, potest creditor elige-

re,contra quem agere velit, *vt trad't Bart.in d. l. Mos;bis, & facit decisio in causa Bergom'n.pensionis,coram R.P.D.*
7 *Litta,10. Nouembris,1595.* vbi fuit dictum, † constituta pensione in solidum super duobus beneficijs, esse in electione pensionarij retinere pensionem super vno corpore beneficij,dunmodo sit illius capax, neque excedat tertiã partem fructuum. Neque obstat,quod opponitur de litis pendentia in partibus,stante remissione causæ ad Auditorem Cameræ. Non obstat,quòd procurator petierit pensionem à Decano pro rata,quia confessio ista fuit reuocata,& petita tota pensio à Decano. Neque obstat monitorium,quia non se restrinxit ad ratam,sed petijt referendo se ad acta,& tam coniunctim quàm diuisim, & in solidũ, vt legitur in monitorio, quare in prosequutione potuit aliis omissis cõtra solum Decanum obtinere sententiam; neque ideo potest dici eam esse diuersam à petitione; maximè cum monitorium fuerit reproductum contra Decanum tantum,& non contra alios,& hoc attendi debet, *vt fuit decisum coram R. P. D. meo Mellino, in Romana retractus 1. Martij 1599.* Et ita conclusum non esse retardandã solutionem.

Perusina Dotis.
Die Veneris 26.Aprilis 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus dotis debentur tam pro tempore obitus primi viri, quam pro tempore contracti secundi matrimonij etiam sine mora.*

2 *Licet per pactum dos,quæ est constituta in pecunia possit restitui in bonis stabilibus, hoc tamen non procedit, vbi quis passus est se conueniri in pecunia,nec cogitur mulier recipere bona non libera in solutum, ut numero 3.*

4 *Notarius non potest facere instrumentum de re per prius coram se facta.*

5 *Res data in dotem æstimata,facit quòd maritus debitor sit pecuniæ, & de ea debentur fructus uti de pecunia, non uti de re stabili.*

DECISIO MCDXXX.

1 FRuctus dotis deberi † tam pro primo anno à die obitus primi viri, quàm pro tempore contracti secundi matrimonij pro sustinendis eiusdem matrimonij oneribus, fuit iam per Dominos resolutum, * in qua resolutione perstiterunt sine aliqua difficultate,stante quòd per oblationem factam, etiam si conuentum fuerit de eligendis æstimatoribus non exstincta est huiusmodi obligatio; tum quia oblatio fuit minus legitima,nempè de bonis alteri obligatis, vt euentus docuit; tum quia non fuit deuentum ad exequutionem; & ideo non cessat obligatio fructuum soluendorum, qui etiam sine mora debentur
2 propter onera matrimonij. † Quantum verò ad fructuũ taxationem, visum fuit Dominis eam fieri debere ad rationem pecuniæ non autem bonorum stabilium, quia dos fuerat constituta in pecunia,& licet per pactum possit fieri restitutio in bonis stabilibus: tamen id non procedit, postquam quis passus est conueniri in pecunia, *l. si quis stipulatus,de solution. Bart. in l. item ueniunt,§.idem,de petit. hæred. & ibi Bald.num.2. Neuiz.in.cons.45.n.16. Rota la-*
3 *uens.decis.144.nu.10.* Neque obstat,quod prætẽdit † prius fuisse factam oblationem iuxta facultatem sibi concessam soluendi in rot terris,quia cum bona non essent libera, nõ tenebatur ea acceptare; maximè cum Danzetti non præstitissent id, quod promiserant in instrumento dotali, qñ eis fuerunt consignata ista bona, nempè de extinguendo censu quadringentorum scutorum, & redimendo plura petia terrarum alienata, deinde prædium illud totum, & integrum reuendendo pro eodem pretio. Vnde cum hæc non fecerint, nõ possunt vti illo pacto ad sui fauorem, nec tenebatur Lauinia dicta bona acceptare: Neque etiam probatur eius acceptatio, quia instrumentum illud, quo nituntur Danzetti,est simplex fides, quæ non facit fidem,
4 † cum Notarius non possit facere instrumentum de re,de qua alias dicit coram se factam fuisse, neque ei creditur. Neque releuat,quod allegatur de dotis restitutione, quia id neque per testes,neque vlla alia concludenti probatione ostenditur: Immò in contrarium militant ea, quę alias dicta fuerunt,& nunc etiam in facto repetuntur. Quare
5 cum dos fuerit data in pecunia, cum † æstimatio fecerit, vt maritus debitor sit pecuniæ, *Roland.cons.87.nu.7.lib.4.* debentur fructus uti de pecunia,non uti de re stabili. Et ita conclusum.

* *Sub die Veneris 15. Martij proximè præterit.*

Calaguritana Census.
Die Lunæ 29. Aprilis 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Ea tantum pacta contractum census annullant, quæ sunt contra substantiam contractus, ita ut impediant census creationem, faciendo contractum transire in aliam speciem; secùs est, si pacta sint circa accidentalia, quia tunc vitiantur, & non uitiant contractum.*

2 *Pacta in contractu apposita, quæ pendent ab incerto euentu, qui fortasse numquam erit in rerum natura, dicuntur esse mere accidentalia.*

3 *Pacta quænam per Constitutionem Pij V. sint prohibita, & annullent censum, vel annullentur, & num. 5.*

4 *In alternatiuis quando vna pars est licita, alia uerò illicita, vel aliàs inutilis, non uitiatur obligatio in totum, sed resoluitur in simplicem licitam, & vtilem promissionem.*

DECISIO MCDXXXI.

FVit proposita causa super pacto in contractu census apposito, an sit contra Constitutionem fel. rec. Pij V. ita vt reddat contractum census feneratitium, ut propter illud fructus sint in sortem computandi; Pactum verò sub his verbis est conceptum, Item sub conditione expressa, quòd si sua Maiestas, & Reges suę Maiestatis successores mandauerint, quòd redditus uel census cariores fiant, quàm ad rationem quatuordecim millium morapetinorum pro quolibet milliario Lege, Pragmatica, vel prouisione, quàm super præmissis dari, vel fieri mandauerint, quòd in tali casu sit in electione dictorum Petri Garziæ, & eius vxoris, vel illius, qui ab eis titulum & causam ad censum habuerit, quòd Domini Decanus & Capitulum debeant illis restituere morapetinos,& pretium principale huiusmodi census, vnà cum fructibus decursis usque ad illud tempus, uel concedere eis illum in futurum iuxta formam,& pro pretio, quod continebitur in tali Pragmatica, Lege, vel prouisione: Examinatis itaque conditionibus huius pacti, Domini censuerunt ex eo contractum non reddi feneratitium, neque propter illud fructus in sortem esse computandos; nam iam fuit in examine alio-
1 rum pactorum conclusum; † ea tantum pacta contractum census annullare, quæ sunt contra substantiam census, ita ut impediant eiusdem creationem, faciendo contractum transire in aliam speciem cõtractus, vt fuit dictũ *coram me, in causa Romana Turris Buballariæ, 7. Nouembris 1575. quam amplius amplexa fuit Rota in Bononien. census coram R.P.D. meo Pamphilio, 26. Iunij 1600.* Pacta vero quæ sunt circa accidentalia, vitiari,& non uitiare, & fuit allegatus *Zasius lib.1. Sing. respons. c.12.* qui hanc ma-
2 teriam bene explicat. † Pactum autem de quo agit' versari merè circa accidentalia patet; quia pendet ab incerto quodam euentu, qui fortasse nũquã erit in rerum natura, &

ideo

ideo non facit, quo minus census à principio non habeat suam formam substantialem benè & legitimè constitutā; neque est contra substantiam venditionis, quòd aliquo casu rescindatur, & resoluatur, *vt probatur toto tit. de re-*
3 *scind. vendit.* | Neque obstat, quod expressè prohibita sint in Constitutione Pij V. pacta continentia vt pretium census ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti possit, quia vt tunc dictum fuit, noluit Pius V. quòd omnia pacta indistinctè annullarent contractum, sed illa tantum, quæ respiciunt formam substantialem, & ideo to decreto irritanti ait contractus sub alia forma celebrandos feneratitios iudicamus, & hoc eo magis est dicendū, quia non videtur referenda prohibitio ad hunc casum prouenientem ex facto Principis, cui contrahentes aliter prouidere non possunt, sed ad pacta dependentia ex facto contrahentium, qui in pœnam, vel alia de causa sibi reseruarunt facultatem repetendi sortem: Illud enim non prouenit à mera voluntate & dispositione emptoris census *Gabr. cons. 152. lib. 1.* Præterea, pactum non continet præcisam restitutionem pretij in casu Pragmaticę Regię, sed alternatiue prouidet, vel quòd possit repetere pretium, vel concedere in futurum iuxta formam Pragmaticę: Vnde non improbabiliter dici potest habere locum Conclu-
4 sionem illam, quòd † in alternatiuis, quando vna pars est licita, alia verò illicita, vel aliàs inutilis, non vitiatur obligatio in totum, sed resoluitur in simplicem, licitam, & vtilem promissionem, *l. si duo rei, & ibi Bart. & post eum Castrens. num. 3. Alex. & Ias. num. 3. de verbor. oblig. Aretin. cons. 121. in fine.* Quin immo videtur hoc pactum quodam modo conforme dispositioni Bullæ in ea parte, in qua prohibet pretium constitutum ex aliqua causa, vel accidenti,
5 minui, vel augeri, *in §. declarantes.* † Sed & quatenus etiā possint ex Principis indulgentia fructus conuenti in constitutione census ad minorem summam reduci, & nō ideo possit ab emptore discedi à contractu, & repeti pretium; tamen hoc pactum semper versabitur circa accidentia, & vitiabitur, non autem vitiabit contractum, vt supra fuit deductum. Quare conclusum ex hoc pacto contractum non reddi feneratitium; neque conuertendos esse fructus in sortis diminutionem.

Bisuntina, & Basileens. Vnionis.
Die Veneris 10. Maij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio vnionis facta cum Clausula, Et pro potiori cautela perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, facit quòd confirmatio valeat in vim nouæ concessionis.*

2 *Locus, qui distat unum milliare ab alio, non potest dici ita confusus, & commixtus cum eo, vt non possit segregari.*

4 *Obseruantia vltra spatium quadraginta annorum facit præsumi uera ea, quæ in gratia unionis effectum sortitæ narrata fuerunt.*

5 *Possessio non quæritur nisi contra scientem.*

6 *Scientia probari debet ex veris probationibus non autem ex præsumptionibus.*

7 *Materiæ unionum non expediuntur per Cancellariam nisi adhibitis mandatis, & instrumentis postulationum.*

8 *Controuersia in iudicium non deducta non interrumpit præsumptionem.*

9 *Narratiua continens plures causas, si nihil contra eam deducatur, satis est, quòd una ex causis sit uera ad gratiam sustinendam, licet aliæ causæ non uerificentur; maximè si non adsit subreptio dolosa, neque circa factum proprium, neque circa ea, quæ ad gratiæ ualiditatem requiruntur, aut quæ retrahere possit Principem ab ea concedenda.*

10 *Vltimus status attenditur, quando agitur ad effectum confirmationis, prout in possessione præsentandi, vel in electione, quæ à pari procedunt.*

11 *In re, quæ à persona Ecclesiastica possidetur, non militat consideratio, quòd post adeptam possessionem sit recuperatu difficilis cum Papa per censuras procedere possit.*

DECISIO MCDXXXII.

Petita fuit à S. D. N. confirmatio electionis Abbatis Murbacens. & Lutrens. quæ dicitur facta à Monachis vtriusque Monasterij, quamuis postea Lutrenses reclamauerint prætendentes hæc Monasteria non fuisse legitimè vnita; & ideo vnicuique prçficiendum esse suum Abbatē, & se opposuerunt confirmationis petitioni per Murbacenses: Quare S.D.N. transmisit ad Rotam dubium proponendum, An in casu de quo agitur, constet de tali nullitate vnionis Monasterij Lutrensis ad Monasteriū Murbacense, vt non sit procedendum ad confirmationem electionis, etiam quo ad Monasterium Lutrense, Vnio de qua agitur, fuit primo facta a bon. mem. Cardinali Morono, dum esset Legatus in Germania, & contra hanc multa deducta fuerunt, quę concernunt facultatem Legati, & defectum consensus Monasterij Lutrensis, super quibus visum fuit Dominis non esse insistendum, † cum habeamus
1 confirmationem fel. rec. Pij IV. cum insertione totius tenoris prædictæ vnionis cum Clausula, Et pro potiori cautela perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus, quæ facit, vt valeat in vim nouę concessionis, *ut te cons. Ruini 31. n. 1. & 35. n. 31. lib. 1. Dec. cons. 141. n. 7. cum deductis in causa Caurien si, coram Cantuccio, 5. Nouembris 157.* Quare omissis ijs, quæ contra vnionem Cardinalis deducebantur, actum fuit solum de subreptione & obreptione præfatæ confirmationis, cum ab hac inspectione pendeat validitas, vel inualiditas dictę gratiæ. Quantum igitur ad subreptionem, siue obreptionem; primo deducebatur pro Lutrensi Monasterio vnionis causas non solum non esse iustificatas, verum etiam apparere manifestè de narratorum falsitate: Nam fuit narratum dicta Monasteria ab immemorabili tempore fuisse recta per vnum Abbatem, quod detegitur falsum ex Bulla Leonis X. in qua per obitum cuiusdā Abbatis de Murbach fuit factus Abbas quidam Georgius, qui tunc temporis & prius erat Abbas Lu-
2 trensis; † Item fuit narratū istorū Monasteriorū territoria non multo plus quam per vnum milliare ab inuicem distare, & adeo commixta & confusa existere, vt vix possibile esset ea iterum segregari, quod videtur apertè falsum; cum saltem adsit interuallum vnius milliaris, quod ipsi fatentur, inter vtriusque Monasterij territoria; † Ideoq.
3 reddi gratiam nullam, cum in gratiosis omnia debeant esse vera, *Fab. decis. Thom. de Fan. decis. 65. Fab. decis. 16. lib.*
* *1. Imol. in c. super litteris, n. 5. de resc. ipr.* * Cetera verò narrata non esse habenda in consideratione, ex quo nulla eorum datur iustificatio, quæ ex cursu temporis, & obseruantia non potest deduci, cum talis obseruantia negetur attenta ignorantia vnionis Monasterij de Luders, quod non habuit de tali vnione scientiam, nisi post Commendam obtentam a bon. mem. Cardinali ab Austria, quo tempore tentarunt Lutrenses impedire talem vnionem, sed prętendunt tunc fuisse ipsis denegatam audientiam. His tamen non obstantibus, Domini censuerunt non constare de tali nullitate, propter quam debeat impe-
4 diri confirmatio petita ex pluribus: Et Primò quia, † cum hæc unio sortita fuerit effectum, & obseruanta vltra spatium quadraginta annorum locum habent decisiones fa-
a ctæ in causa *Casalis Longhezza coram me 3.* ac *in causa*
b *Lucana Iuris patronatus coram S. D. N. Clemente VIII.* &c in quibus fuit dictum ex lapsu quadraginta annorū cum obseruantia præsumi vera ea, quæ in gratia fuerunt narrata. Neque huic argumento obstare, quod deducit con-

5 tra obseruantiam ex capite ignorantiæ; † cum possessio
non quæratur nisi contra scientem, *vt per Abb. in c. cum
Ecclesia, num. 25. & ibi Ripa, num. 64. de caus. poss. & propr.
Ruin. cons. 163. num. 5. lib. 5. Put. decis. 281. num. 4. lib. 2. cum*
c *alijs*, c † scientiam verò probandam ex veris probationi
6 bus non autem ex præsumptionibus, *Mohedan. 4. de præ-
bend. Put. decis. 177. lib. 1.* nam responsum fuit probari sciẽ
tiam ex nominatione vtriusque Monasterij facta de per-
sona Vuolfgangi pro Coadiutore Ioannis Vldarici anno
1576. Et iste actus positiuus bene probat scientiam vnio
nis; nam aliàs Lutrenses nullum ius habebant in ista no-
7 minatione; † neque solet istas materias expedire Can-
cellaria, nisi exhibitis mandatis & instrumentis postula-
tionum: Vnde fit, vt narratiuæ concessionis cum expres-
sione vnius sit standum. Confirmatur ex postulatione
vtriusque monasterij facta de persona bon. mem. Cardina
lis ab Austria, quæ fuit per fel. rec. Sixtum V. admissa, cũ
narratiua vnionis, & præstatione sequuta Iuramenti fi-
delitatis, anno 1587. Nec obstat protestatio facta per Lu
trenses; per quam prætenditur impugnata vnio, quia ad
alium finem tendit dicta protestatio, nempè quia prius à
solo monasterio Murbacensi fuerat electus Gabriel Gill,
eiusdem monasterij monachus, quæ res inferebat præiudi
cium Lutrensibus; Ideo protestati fuerunt se nolle consen
tire, vt Cardinalis admitteretur ad possessionem, domi-
nium, & administrationem monasterij Lutrensis vigore
prætensæ resignationis factæ ab eodem Gabriele ad fauo
rem Cardinalis, sed consentire admissioni in vim postula
tionis de eo factæ à maiori parte amborum Monasterio-
rum inter se vnitorum; & sic hæc protestatio non impu-
gnat vnionem, sed potius eam approbare, & confirmare
videtur, impugnando electionem factam à solis Murba-
censibus, cuius occasione videtur emanasse Breue fel. rec.
Gregorij XIII. super facultate eligendi occurrente vaca-
tione. Et demum Monachi vtriusque Monasterij conue-
nerant in electione Io. Georgij vltimi Electi, licet postea
voluerint ab hac electione discedere & reclamare. Ex qui
bus videtur satis probari scientiam vnionis; Neque vide
tur habenda ratio, quod Lutrenses accesserint ad Curiã,
& tentarint committere causam inualiditatis vnionis,
quia dato quòd res ita se habeat, prout prætenditur pro-
bari ex testibus extraiudicialiter examinatis: tamẽ ab hac
prætensione apparet, quòd recessum fuit per postulatio-
8 nem eorum factam de bon. mem. Cardinali, & † cum hęc
controuersia non fuerit in iudicium deducta, non interrũ-
pit præsumptionem, vt in fortioribus terminis de contro-
uersia in iudicium deducta fuit dictum coram me, in præ
d dicta causa Casalis Longhezzæ. *d* Quantum ad subre-
ptiones deductas, Domini censuerunt in hac materia esse
attendendum, causam præcipuam concessionis fuisse, ex
ex eo quòd propter bella continua, dicta monasteria, &
eorum subditi expositi erant deprædationibus, spolijs, &
incendijs, ac alijs perturbationibus, ex quibus oriebatur
temporalium bonorum exterminatio, & cultus diuini di-
minutio, ex quo non poterant tales hostium insultus pro
pulsare, cum sita essent Monasteria in confinibus diuersa-
rum Prouinciarum, & à Dominio Ducis Vuitembergæ,
& nonnullorum populorum Heluetiorum sectæ Luthe-
9 ranæ adhærentium. † Cum itaque contra hanc narrati-
uam nihil deducatur, quod eam redarguere possit, satis
esse, si hæc vna sit vera, ex eanamque sustineri vnionem,
licet aliæ causæ non verificentur, iuxta decisionem *Putei
69. lib. 2. & fuit resolutum coram bon. mem. Caputaquens. in
causa Calagaritana vnionis, 25. Octobris 1560. & in eadem
coram bon. mem. Gradino, 28. Aprilis 1561. & facit Ang. de
Gambellion. cons. 107. num. 6. Franc. in c. cum cessante,
num. 1. de appellation. & ibi Dec. num. 5. Socin. cons. 1. nume-
ro 16. lib. 1. Curt. sen. cons. 1. num. 15.* maximè cum non adsit
subreptio dolosa, neque circa factum proprium, neque
circa ea, quæ ad validitatem gratię requiruntur, aut quæ
non retraxissent Principem à gratia concedenda, iuxta
*decis. 4. Aegidij, & 280. & fuit dictum coram me in Sala-
mantina Iurisdictionis 17. Maij 1577.* & hæc facilius esse
10 admittenda in casu isto, † ex quo agitur tantum ad effe-
ctum confirmationis electionis, in qua re solet attendi vl-
timus status, prout in possessione præsentandi, hęc enim
procedunt à pari, *ut tradit Abb. in c. consultationibus, nu. 2.*
11 *de iure patron.* Quòd verò deducebatur † adesse in isto
Monasterio Fortalitium recuperatu difficile, si semel eius
possessionem adeptus fuerit Electus; non fuit habitum in
consideratione, attento quòd sumus in re & persona Ec-
clesiastica, contra quam Papa potest procedere per censu
ras Ecclesiasticas, *Paris. cons. 22. num. 102. lib. 1. Ruin. cons.
37. num. 3. lib. 4. Gozzad. cons. 1. in fine, Boer. decis. 238. col.
pen. & fin.* Postremo, non obstat, quod deducitur de inua-
liditate electionis, quia super hoc nostrum non est quid-
quam statuere, cum iam huius relatio facta fuerit per Il-
lustrissimos Cardinales ad hoc deputatos a Sanctissimo
Domino Nostro. Quare conclusum pro confirmatione
electionis.

* *Et fuit dictum in Gadicen. beneficij. de Belet, 20. Octobris, 1578. coram bon. mem. Erano, numero 6. qua in impress. diuers. nouiss. est 674. par. 1.*

a *Sub die 22. Iunij 1594. nu. 2.*

b *Sub die 21. Maij, 1578. quę in impr. diu. nouis. est 534 par. 1.*

c *Et optimè per Paris. consilio 112. num. 46. & 114. num. 20. lib primo. Capic. decis. 57.*

d *Sub die 21. Maij, 1593. num. 10.*

Romana Census.
Die Lunæ 13. Maij, 1602.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio petitorij debet fieri verbis claris, & expressis.*

2 *Suspensio petitorij non habet locum in possessorio retinendæ ad effectum nullitatis.*

3 *In re communi etiam sine mandato agi potest.*

DECISIO MCDXXXIII.

ACtum fuit in præsenti causæ propositione de nulli-
tatibus oppositis contra sententiam latam ad fauo-
rem Dominorum de Mutinis, & quantum ad priorẽ nul-
litatem resultantem ex eo, quod processum fuerit in ne-
gotio petitorij, non obstante eius suspensione, Domini di-
xerunt ex pluribus istam suspensionem non obstare: Pri-
mò quia iam fuerat decretum mandatum de manutenen
do ad fauorem Dominorum de Nobilibus, & sic satisfa-
ctum pretensioni in possessorio, & licet pars postea ab hoc
decreto fuerit reposita, tamen à repositione non fuisse ap-
pellatum, & sic ex tacito consensu fuisse recessum à dicta
1 suspensione. Secundò, quia † dicta suspensio non videtur
facta verbis adeo claris, & expressis, prout requiritur, ex
his quæ tradit Vestrius in praxi, lib. 4. c. vlt. Honded. cons. 24.
2 *num. 35. lib. 2. qui ceteros allegat.* Tertiò † non videtur com
petere tale priuilegium in possessorio retinendæ ad effe-
ctum nullitatis, prout probari videtur in *Clem. vnica de
caus. possess. & propr. & ibi Vitalin. nu. 67. Put. decis. 29. li. 3.
Honded. d. cons. 24. num. 73.* Quantum ad nullitatem, quæ
allegatur in defectu mandati, fuit dictum eam non obsta
3 re, † cum D. Io. Baptista comparuerit pro se, & Laurentio
fratre, & cum causa pertineret ad vtrumque, potuisse in
re communi etiam sine mandato causam agere, *l. sed &
hæ, de procur. Doctor. in l. 1. C. quib. res iudic. non noc. glos. in
l. nemo ex socijs. in verbo, alienare, pro soc.* etsi sententia nõ
valeret respectu Ioan. Baptistæ, *Ruin. cons. 75. num. 13. lib.
5. Gabr. cons. 56. num. 16. lib. 1.* Et ex his conclusum pro va-
liditate sententiæ, circumscripta pro nunc iustitia, de qua
erit particulariter videndum.

Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 13. Maij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Cambia & recambia contra decoctum non currunt.*

DECISIO MCDXXXIV.

QVæsitum fuit an D. Ioannes Franchinus teneretur restituere hæredibus Ioannis Bertæ scuta 633. exacta ex bonis Dominorum de Gottardis & Ceulis vigore cessionis sibi factæ à Dominis de Iustinianis, & quia pro causæ decisione erat necessariũ statuere, An debitum scutorum duodecim millium solutorum per Dominos Iustinianos, pro quorum assecuratione Franchinus obligauerat se pro scutis quattuor millibus esset principaliter debitum D. Balduini Massæ, cuius nomine fuerat initus contractus, an potius dictorum de Gottardis & Ceulis, ad quos peruenerant pecuniæ; volui vt prius videretur, ad quos principaliter spectaret hoc debitum; nam multum intererat, an Franchinus esset confideiussor Gottardorũ, an verò Gottardi essent principales debitores, & cum vellem hoc dubium proponere, pars hæredum vidẽs ex multis apertissimis argumentis constare Gottardos fuisse principales debitores, & negotium illud gestum fuisse sub nomine Balduini, ne detegeretur eorum indigentia, cessit dicto dubio, & consensit, vt hoc præsupponeretur pro constanti; Quare fuit cum hoc præsupposito conclusum per Dominos, Franchinum non teneri ad restitutionem dictarum pecuniarum, cum enim legitimè soluerit Dominis Iustinianis totam summam scutorum quattuor millium, pro qua se obligauerat, Ita etiam potuit legitimè exigere à Gottardis & Ceulis dictam summam vigore cessionis habitæ à Iustinianis, exceptio enim quæ prius deducebatur Franchinum & Gottardos fuisse confideiussores sublata fuit per præsuppositum concordatum. Alia exceptio, quæ proponebatur Franchinum tempore solutionis vltimò factæ de duobus millibus scutis Dominis Iustinianis malè soluisse, cum iam de illo tempore ipsi Iustiniani fuissent integraliter de eorum credito satisfacti, non placuit, quia contrarium apparebat ex sententia graduatoria, ex qua apparebat eos esse creditores maioris summæ: Vnde non poterat ipse stante dicta sententia euitare solutionẽ. Nec obstat, quòd dicitur illam maiorem summam prouenisse
1 ex cambijs & recambijs: † quæ cum contra decoctum, nõ
currant, non debebantur, quia Franchinus non soluit ad computum cambiorum, sed pro sorte principali, pro qua se obligauerat, & effectus tribui debet suæ causæ; neque ad eum spectabat onus opponendi hanc exceptionem contra graduationem, sed ipsis Gottardis, quatenus de iure competeret, quod tamen falsò asseritur fuisse in Rota decisum, numquam enim hoc habitum fuit pro certo, quòd cambia contra decoctum non currant, & solutiones prius factæ debent imputari in causam cambiorum nõ autem sortis principalis. Et ita conclusum.

Romana Officij Lauretani.
Die Lunæ 20. Maij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoris non extenditur vltra, quantum verba sonant.*

2 *Creditores, qui non instituerunt pro subhastatione rei debitoris, sed tantummodo illa facta comparuerunt pro recuperatione eorum crediti, non tenentur ad aliqua damna & expensas, sed tantum de euictione pro ea rata pecuniarum, quæ ad eos peruenit, quando res fuit malè subhastata.*

3 *Mala fides non inducitur per simplicem protestationem.*

4 *Debitor pro cuius debito à creditoribus subhastata fuit res aliena, tamquam propria debitoris, tenetur emptori solum de euictione, & creditores ad nihil aliud, quàm ad cedendum ipsi emptori contra debitorem contrariam pignoratitiam actionem.*

DECISIO MCDXXXV.

DOmini sine difficultate censuerunt hæredes Roccij non teneri pro fructibus officij, nec pro damnis, & expensis: Quamuis enim contra creditores ad quorum instantiam fuerat subhastatum officium, fuerit lata sententia ad fauorem Illustr. Domini Petri Francisci, in qua fuerunt condemnati ad restitutionem pretij, fructuum, damnorum, & expensarum: tamen Roccius, qui non erat creditor, sed fideiussor Domini Raparij creditoris, non tenetur ad restitutionem, nisi pecuniarum habitarum pro Rapatio, pro quo fideiusserat, non autem ad fructus offi-
1 cij, & alia prætensa damna, & expensas, † cum obligatio
fideiussoris non se extendat ad ista, & strictè est capienda, quantum verba sonant, & non vltra; & sic ad id tantum quod peruenit ad Rapatium. Quantum verò ad credito-
2 res fuit adhibita distinctio, vt illi, † qui non instituerunt
pro subhastatione, sed tantummodo illa facta comparuerunt pro recuperando eorum credito, non teneantur ad aliqua damna & expensas, cum ipsi non dederint causam damno, sed tantum tenentur de euictione pro rata pecuniarum, quæ ad eos peruenerunt, *l. si ob causam, C. de euiction. ubi Bald.* ait, quòd repetitur solum pretium, pro quo datio in solutum est facta, fructus autem debentur per debitorem, *l. si filius, ubi Bart. de euiction.* Respectu verò creditorum, ad quorum instantiam facta fuit subhastatio, nihil fuit resolutum, & fuit excitata considerabilis difficultas, An ipsi teneantur ad pretij restitutionem, quia
3 † mala fides eorum non est probata, nec potest induci
per simplicem protestationem, quòd officium non perti-
4 neret ad debitorem. † Vnde teneretur solum debitor de
euictione, & creditores ad nihil aliud, quàm ad cedẽdum emptori contra debitorem contrariam pignoratitiam actionem, *Negusant. cum ibi per eum allegatis, in tract. de pignor. in 3. membr. 6. part. num. 4. vers. tertio fallit.* quæ consideratio si est vera, veniret reuocanda sententia contra creditores lata, super qua te viderit Dominus Petrus Frãciscus, quo pacto debeat consulere indemnitati suæ.

Cæsaraugustana, & Dertusensis Cabimentorum.
Die Lunæ 3. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Veniens ad causam pro suo iure & interesse, de eo docere debet, tamquam veniens ad causam nouam.*

2 *Qui nihil prætendit, & nihil petit, nihil habet probare.*

3 *Communio non præsumitur.*

4 *Per actionem negatoriam in seruitutibus semper negatur ius competere aduersario.*

DECISIO MCDXXXVI.

CAusa iterum proposita super eo ad quẽ spectet onus probandi, Domini vnanimiter steterunt in decisis. Præcipuum fundamentum deductum contra decisionem est ex eo, quòd Principatus Cathaloniæ venit ad causam principaliter pro suo iure & interesse, non autem vt assistat militibus Prioratus, & hoc pacto conatur euadere præsumptionem illam, quę deducebatur ex sententijs pro militibus Castellaniæ latis, & re iudicata. Verum cupientes euadere Scyllam incidunt in Carybdim, vt est in
1 prouerbio: nam † si principaliter veniunt pro eorum iure
& interesse, non potest negari hanc esse causam nouam, & hactenus non tractatam; & ideo procurator debet docere de iure, & interesse suo, *ad l. in tribus, de iudic. Alexan.*
2 *consilio 103. lib. 5. cum alijs:* † Nihil tamen prætendunt mi
lites contra Principatum, ergo nihil habent probare; pro-

batio enim requiritur ad fundandam actoris petitionem: Ideo qui nihil petit, nihil probare tenetur. Praeterea, nulla iuris praesumptione nititur Principatus in sua praetensione, dum praetendit Cabimenta debere esse communia, nó enim res haec pertinet ad Principatum, sed ad milites: Vnde clarè constare videtur de non interesse Principatus, & saltem si aliquod praetendit, de eo docere debet, maximè,
3 † cum iure communi communio non praesumatur, vt tradit *Cephal. conf. 250. num. 8.* Neque ex eo potest praetendere interesse, quòd sese opposuerit exequutioni rei iudicatae, quia hoc nihil aliud est, quàm velle commodum consequi ex facto minus legitimo & improbato, & ex quo non desinunt milites Castellaniae haberi pro possessoribus. Praeterea, semper viget ratio illa, quòd stante possessione cabiendi distinctè in quolibet prioratu, milites Castellaniae vsque ab initio causae & semper fuerunt rei. Neque obstat, quòd per eos assumptum fuerit onus probandi diuisionem cabimentorum in priore iudicio in Rota intentato, quia hoc iudicium habet conformitatem cum actio-
4 ne negatoria in materia seruitutum, † per quam negatur ius competere aduersario, *l. 2. in prin. & l. loci corpus, §. competit. de seruit. & per Iaf. in §. aeque, Inftit. de action.* Vnde ex assumptione oneris probandi non desinunt esse rei conuenti, *Dec. conf. 3. n. 8. in fin. cum sequentib.* Neque ideo quòd talem actionem intentet quis, facit reum possessorem, vt ait *Innocent. in c. bona. il 2. n. 5. in fine, de postul. Praelat.* Quare conclusum nihil concludens deduci, ita vt recedendum sit à resolutis.

* *Sub die Lunae 4. Martij proximè praeteriti.*

Carthaginens. Iuris subscribendi.
Die Lunae 3. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio possessorio ille manuteneri debet, qui habet vltimum statum pro se.*
2 *In incorporalibus non acquiritur possessio non data scientia.*
3 *Scientia deputati à Capitulo censetur scientia ipsius Capituli.*

DECISIO MCDXXXVII.

* DOmini steterunt in decisis * ex iisdem rationibus quae aliàs deductae fuerunt, quibus fuit additum, quòd si obseruantia subscribendi fuit varia & deformis, dandum est mandatum de manutenendo Episcopo, qui habet iuris dispositionem, & decreta Concilij, & decisionem Illustrissimorum Cardinalium pro se; nam in tali concursu ille, qui habet iuris assistentiam praeualet, si verò attendendus sit vltimus status, vtique manutenendus est Episcopus, qui habet actus posteriores de anno 1596.
1 in summario num. 3. 4. & 5. † nam in hoc iudicio ille obtinere debet, qui habet vltimum statum pro se, *ex cum Ecclesia, de caus. poss. & propr. vbi Abb. num 23. Ripa, n. 81. §. retinendae, Instit. de interdict. Alex. conf. 92. n. 5. lib. 1. Couar.*
2 *pract. quaest. c. 17. n. 5.* Non obstat, quòd dicitur † possessionē non acquiri in incorporalibus non data scientia, quia cum isti actus fuerint gesti cum Adiuncto deputato à Capitu-
3 lo, non potest negari scientia Capituli, † & sufficit scientia deputati; maximè cum possidens fundet intentionem suam in iure communi, vt aliàs fuit in hac causa dictum. Neque obstat, quod dicitur constare de antiquiori possessione Capituli, quia cum ex deductis probetur obseruantiam non fuisse vniformem, attendi debet status, qui habet pro se assistentiā iuris, & qui est vltimus, non obstante contradictione, quae non fuit facta in tempore, sed post quaesitum ius ex actu positiuo gesto cum Adiuncto Capituli. Quare conclusum, nihil releuans deduci, ex quo sit à decisis recedendum.

* *Sub die Lunae 16. Decembr. 1596.*

Romana Fideic ommissi de Micinellis.
Die Lunae 10. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Soror testatoris dicitur de familia & agnatione testatoris, & masculis deficientibus censetur uocata, quando testator fecit fideicommissum absolutum in fauorem familiae.*
2 *Femina etiam nupta extra familiam, retinet ius agnationis.*
3 *Filij patris familiam sequuntur, non autem matris.*
4 *Femina nupta appellatione familiae patris uenit contentiuè, sed non effectiuè.*
5 *Appellatione familiae comprehenduntur et personae, quae non sunt de agnatione testatoris.*
6 *Quaenam personae comprehendantur appellatione familiae, ex mente testatoris conijci debet.*
7 *Quandò vocantur descendentes, & transuersales agnati, intelligitur seruata gradus praerogatiua.*
8 *Quando in substitutione comprehensae fuerunt filiae, nulla habita ratione conseruandae agnationis, non censentur exclusi masculi descendentes ab eis.*
9 *Non est uerisimile testatorem uelle suos descendentes excludere intuitu sororis transuersalis.*
10 *Regula l. iam hoc iure, de vulg. & pup. non procedit, ubi adest diuersa ratio, etiam in eodem contextu orationis.*
11 *Vbi uerbo familiae adiunctum est uerbum, eiusdem, dispositio intelligi debet de eadem familia effectiuè, non contentiuè tantum.*

DECISIO MCDXXXVIII.

IOannes Baptista Micinellus habens vxorem, & ex ea Gasparem filium masculum, & Orinthiam, ac Prudentiam feminas, & Dominas Propertiam & Cherubinam sorores, anno 1570. condidit testamentum, & relictis nonnullis legatis dictis sororibus, filiabus suas dotari mandauit, & haeredes vniuersales instituit Gasparem, & alios filios nascituros, quos inuicem substituit vulgariter pupillariter & per fideicommissum: Quibus masculis quandocumque decedentibus sine filijs legitimis & naturalibus, substituit dictas eius filias natas & nascituras pro equali portione. Deinde facta substitutione dictis filijs, si sine filijs morerentur, ad fauorem masculorum superuiuentiū, sin minus ad fauorem aliarum sororum superuiuentiū, subdit, volens & mandans dictus testator, q Casale ipsius testatoris nuncupatum, Castiglione, iuxta suos fines confinatum, nullo vnquam tempore vendi, aut alienari, largo alienationis modo, sumpto vocabulo, minusq. pro dotibus recipiendis obligari, aut in totum, vel in partem pro dotibus dari possit, aut valeat, sed semper quautū Deo placuerit, in eiusdem familia remanere debeat, minusq. eiusdem bona stabilia vendi, aut alienari possint, nisi pro maritandis, & dandis dotibus dictis suis filiabus. Obijt testator superstite Gaspare, qui haereditatem adijt, & Dominā Orinthiam in matrimonium collocauit, altera sorore effecta monali. Obijt deinde Gaspar nullis relictis filijs, cui successerunt sorores, & deinde etiam decessit soror monialis & demum obijt Orinthia relictis filijs suis haeredibus: Vnde praetendens Domina Propertia soror testatoris factum fuisse locum fideicommisso ad sui fauorem respectu Casalis Castiliooïs, quod testator voluit semper remanere in familia, litem in Rota introduxit: & Primò obtinuit dubitari, An esset introductum absolutum fideicommissum in Casale ad fauorem familiae testatoris: sed pro parte hęredū Orinthiae fuit admissum, vt praetopponeretur sine veri praeiudicio fuisse inductum absolutum fideicommissum in fauorē familiae, & hoc praesupposito; Dubitatum

Dubitatum fuit, an Domina Propertia esset vocata ad di-
ctum fideicommissum in casu & ad effectum de quo agi-
1 tur, & pro hac parte deducebatur, † Dominam Propertiã
esse de familia & agnatione testatoris *l. pronunciatio, §. fa-
miliæ, de verb. sign. l. voluntas, C. de fideic. l. fin. & ibi Doct.*
* *C. de verb. sign.* * Ideoq. masculis deficientib. censetur ipsa
vocata, *Socin. sen. cons. 127. n. 5. & 6. lib. 2. Ruin. cons. 153. n.*
a *3. lib. 2. cum alijs;* a † nam femina etiam nupta extra fa-
2 miliam, retinet ius agnationis, *§. item vetustas, Instit. de
b hæred. quæ ab intest. deferunt. Socin. cons. 227. num. 4. lib. 2.* b
3 † filios verò Orinthię non esse de familia, cum patris non
matris familiam sequantur, *l. familiæ, de verbor. sign. Alex.
consil. 125. num. 6. lib. 7. Paris. consil. 51. num. 27. lib. 2. cum
c alijs,* c quod procedit etiam quòd admissa fuerit mater,
vt ait Peregrin. art. 14. num. 38. & licet inter Doctores ma-
gna sit controuersia, An debeat familiæ vocabulum ac-
4 cipi contentiuè vel effectiuè, † tamen quòd contentiuè ac-
cipi debeat: tradunt post alios, quos cumulant *Gabr. Concl.
132. q. 6. num. 58. cum sequent. Illustr. Mantica, de coniect.
vlt. vol. lib. 8. cap. 12. num. 12. & 13. Peregrin. de fideicom.
artic. 22. num. 26.* Et etiam pro hac parte fit magnum fun-
damentum in eo, quòd in dubio fuit pręsuppositum, quòd
fuerit inductum absolutum fideicommissum ad fauorem
familiæ testatoris; Vnde non est restringenda prohibi-
tio ista ad terminos fideicommissi, sed debet comprehen-
dere omnes de familia testatoris. Contraria tamen opi-
nio, quòd filij Orinthiæ præferendi sint Dominæ Proper-
tiæ, placuit Dominis; pro cuius confirmatione primo con-
siderandum est, quidnam appellatione familię senserit te-
5 stator, † cum enim diuersimodè capiatur, ita vt etiam fa-
miliæ appellatione comprehendantur personæ, quæ non
sint de agnatione testatoris, *vt patet ex l. fin. C. de verb. si-
gn. Molin. de primogen. lib. 3. c. 4. num. 10. & 11. cum alijs
d deductis per Informantes,* d † vtique est recurrendum ad
6 coniecturatam mentem testatoris, *vt per Soc. iun. cons. 97.
7 n. 62. lib. 2. Cephal. cons. 510. in fine.* Hoc itaque casu † cen-
suerunt Domini testatorem intellexisse largè de omnibus
tam masculis quàm feminis ex se descendentibus, & etiam
attendendo præsuppositum, de quo in dubio de trans-
versalibus agnatis; seruata tamen gradus prærogatiua,
*vt habetur in d. l. fin. C. de verb. sign. l. peto, §. fratre, de legat.
2. latè Peregrin. artic. 19. num. 12. vsque ad num. 18.* Vnde
concesso etiam, quòd Domina Propertia sit vocata; non
tamen erit præferenda filijs filiarum descendentium, qui
in successione transuersalibus præferuntur; maximè quia
8 † cum in substitutione comprehensæ fuerint filiæ, nulla
habita ratione conseruandæ agnationis, non censentur ex-
clusi masculi descendentes ex feminis, *Anchar. cons. 339.
num. 7. Socin. in l. cum auus, num. 82. de condit. & demonstr.*
Hæc autem interpretatio ex pluribus confirmari videtur;
& primo ex prædilectione, qua apparet testatorem filias
earumq. descendentes magis quàm sororem dilexisse, non
solum ex naturali ratione, sed etiam quia in toto testa-
mento nũquam legitur expressè vocata Propertia ad suc-
cessionem, neque etiam in casu delicti, propter quod ve-
nirent bona publicanda; nam tunc disposuit, vt si quis fi-
liorum tale delictum committeret, alij filij masculi, si su-
peruixerint, succedant, sin minus filiæ, sin minus D. Fau-
stina vxor testatoris, ex qua dispositione apparet etiam
vxorem fuisse hoc respectu magis dilectam Propertia.
Neque obstat, quod opponitur filios filiarum non fuis-
se per testatorem habitos in consideratione, nisi in parti-
culari substitutione filiarum, & solum respectu earum por-
tionis, quia si rectè perpendantur verba testamenti, appa-
ret filias substitutas fuisse masculis vniuersalibus hæredi-
bus, & ipsis filiabus decedentibus sine filijs, substituit ma-
sculos superstites, & hæc substitutio potest dici particu-
laris respectu earum portionis seu dotis, quia per mascu-
los sunt exclusę ab vniuersali successione; Verum cum sub-
dat; quòd si masculi superstites non extiterint, succedant
aliæ sorores superuiuentes pro æquali portione, vtique
hæc substitutio capit etiam vniuersalem hæreditatem ad
eas spectantem per obitum masculorum sine filijs; Vnde
ad eam censentur quoque inuitati earum filij in condi-
tione positi, iuxta dispositionem Statuti Vrbis volentis
positos in conditione esse vocatos. Confirmatur hæc præ-
9 sumptio ex legis præsumptione, quia † verisimile non est
testatorem voluisse excludere suos descendentes intuitu
sororis transuersalis, ex dispositione *l. cum auus, de condit.
& demonstr. & l. cum acutissimi, C. de fideicomm.* neque su-
mus in limitationibus, quæ excludunt dispositionem *d. l.
cum auus,* quas latè deducit *Illustris. Card. Mantica, lib. 10.
cap. 8. per tot.* nam licet in hoc particulari fideicommisso
Casalis non fiat specialis mentio filiorum; tamen cum
ad illud comprehensi sub nomine familiæ debeant gra-
datim admitti, vt supra dictum est, intrat optimè dicta
præsumptio, vt prædilecti censeantur proximiores de-
scendentes transuersalibus. Considerarunt quoque Do-
mini hanc prohibitionem alienationis Casalis non esse
simpliciter cõceptam de per se, sed coniunctam cum pro-
hibitione alienationis aliorum bonorum stabilium eius-
dem testatoris per verba consequutiua, minusq. eiusdem
bona stabilia, &c. & solum hãc adesse differentiam inter
prohibitionem alienationis Casalis, & aliorum bonorum
stabilium, quòd illud non potest alienari etiam pro mari-
tandis filiabus, alia verò hoc casu possunt alienari: Vnde
infertur, quòd cum hæc dispositio sit sub vna & eadem
verborum conceptione, non debet diuersimodè sumi, ita
vt respectu Casalis censeatur vocata D. Propertia, quæ ta-
men respectu aliorum bonorum neque etiam legitur vo-
10 cata, † ne vna & eadem dispositio diuerso iure censea-
tur *l. iam hoc iure, de vulg. & pup.* & quamuis regula ista
seruandæ æqualis determinationis, vbi adest diuersa ra-
tio, non procedat, etiam si simus in eodem contextu ora-
tionis, *l. 2. de offic. Procons. & bene per Illustriß. Mantic.
d. cap. 8. num. 8.* & diuersitas possit considerari in ratione,
nempe vt Casale in eiusdem familia conseruari debeat:
tamen hæc ratio non inducit claram diuersitatem dispo-
sitionis, nisi supponendo quòd nomen familiæ strictè ca-
pi debeat pro agnatione, sed hoc est supponere id, de quo
disputatur, & est petitio principij, vt vocant Dialectici.
11 † Iuuat prætérea hanc interpretationem adiunctum il-
lud in eiusdem familia, ex quo vocabulo, eiusdem, multi
Doctores volunt, intelligendam esse dispositionem de fa-
milia effectiuè, *Socin. iun. cons. 97. num. 63. lib. 1. Ruin. cons.
e 153. num. 11. lib. 2.* Hancq. opinionem simpliciter referunt,
neque eam improbant *Gabr. cons. 132. n. 60. lib. 1. & Mant.
d. c. 12. num. 12. in fine, lib. 8.* & de dictione (ex) tradit *Bald.
cons. 321. vol. 1.* Neque obstat, quòd fuerit præsuppositum
fuisse inductum fideicommissum absolutum respectu fa-
miliæ, nam hoc potest recipere interpretationem, quòd
non fuerit inductum tãtum fideicommissum in euentum
contrauentionis, & alienationis, prout extat opinio Do-
ctorum *in l. peto, §. fratre, de legat. 2. cum latè deductis per
Mantic. lib. 6. tit. 14. num. 24.* & ad effectum fuit ita prę-
suppositum fideicommissum absolutum, quòd si prætten-
datur alius intellectus, per quem excludatur interpreta-
tio, quam Rota solet dare prohibitionibus dependenti-
bus à fideicommisso, vt non excedant terminos fideicom-
missi, *ad consil. Decij 636.* tunc incidimus in priorem di-
scussionem, quidnam veniat appellatione familiæ, & à de-
cisione illius articoli pendet huius resolutio. Quare con-
clusum fuit vnanimiter Dominam Propertiam non esse
vocatam ad exclusionem filiorum Dominæ Orinthiæ.

* *Per Ruin. cons. 133. num. 8. vol. 3. Paris. cons. 81. num. 20. vol. 3. Bero. cons. 176. num. 6. Curt. sen. cons. 63. num. 16. & 17. Ias. cons. 142. num. 25. vol. 2. Soc. iun. cons. 158. n. 43. vol. 2. Odd. cons. 46. n. 39.*

a *Ad hoc facit idem Socin. cons. 63. num. 15. vol. 3. Ceph. cons. 252. n. 3.*

a *Addo Castr. in l. voluntas, n. 1. C. de fideic. Ruin. in allegat. cons. 153. num. 9. vol. 2. & 133. num. 8. vol. 3. Paris. consil. 35. num. 5. in fi. vol. 3. Hieg. Gabr. cons. 195. num. 3. vol. 1. & multo fortius in vidua, vt per Bald. in allegat. l. voluntas, num. 1. & post Syluan. cons. 6.*

consil. 6 Bur. consil. 157. num 44 volum. 2.

c *Bero. cons. 176. num. 63 lib. 2. Crass. lib 2 sententiar. §. indic. q. 21. num. 8. Socin. iun. cons. 2. n. 14. & 16. lib. 2.*

d *Tiraq. de retractu lign. §. 1. gl 9. n. 237. circa med. & 241. Illustriss. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. num. 1. & per tot. & tit. 18 num 41.*

e *Addo Paris. consil 51. num. 5. & seq lib. 2. & consil. 1. num. 59. lib. 3. Menoch. vidend. consil. 293 num. 15. Simon. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 3. fol. 11. num. 27. vbi de communi Anchar. consil 95. num. 5. Gabr. de verb. sign. concl. 1. num 85. & fuit dictum in Pitina Capella, 30. Maij. 1597. coram bon. mem. D. Litta.*

Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 17. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Per lapsum decem annorum præsumitur obliuio etiam in facto proprio.*

DECISIO MCDXXXIX.

FVit resolutum Dominum Annibalem non teneri ad indicandum nomen Notarij rogati de instrumento
1 exequutionis, de qua agitur, † cum enim lapsi fuerint plusquam decem & amplius anni præsumitur obliuio etiam in facto proprio, *per glos. in l. licet. C. de acquir. poss. notant Doctores. in l. peregre, eod. tit.* quod confirmatur ex multis circumstantijs facti, & præcipuè, quia non agitur de obliuione actus iudicialis; quia non negatur obtentum fuisse tale mandatum exequutiuum, sed de persona tantum Notarij, quæ res est valde facilis obliuionis propter magnam copiam Notariorum Curiæ. Neque potest argui hoc casu affectatata obliuio, cum tale instrumentũ fuerit dimissum apud acta: Vnde si hodie non reperitur, id culpæ Notarij, quę non debet nocere Annibali, est imputandum, maximè cum interim ob status mutationem multas passus fuerit turbationes & molestias, ob quas probabiliter oblitus fuit, quisnam fuerit Notarius rogatus: Mouit etiam Dominos valde factum ipsum per testes probatum, quòd tale instrumentum exequutionis fuit à Domino Bartholino procuratum, vt se eximeret ab alijs creditoribus, qui contra suum gregem Caprarum obtinuerant exequutionem, & cum ex iisdem constet dictum gregem remansisse penes eumdem Bartholinum, hæc prætensio, vt Annibal indicet nomen Notarij, visa est non carere suspicione calumnię, cum appareat non releuare, ex quo exequutio non cessit commodo Annibalis, ad quem numquam peruenerunt dictę Capræ: ita ut talis exceptio reddatur nullius efficaciæ. Et ita resolutum.

Cordubens. Redecimatum.
Die Lunæ 17. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus actibus dicatur lis introducta.*

2 *Iudicium particulare, an, & quando faciat litigiosum ius vniuersale, & res iudicata in vno præiudicet in alio.*

3 *Ad hoc vt iudicium dici possit possessorium, necesse est quòd conclusum fuerit in petitione, vel ad restitutionem, vel immissionem, vel manutentionem.*

4 *In Iudicio petitorio iurium incorporalium dicitur agi tamquam à domino Iurium.*

DECISIO MCDXL.

FVit resolutum litem cępisse Anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quo tempore cępit controuersia inter Arrendatarium decimarum Capituli, & Agricolas Arrendatarios prędiorum Antonij della Madriz, nam de illo tempore negari non potest, quin ius decimandi istas redecimas fuerit deductum in iudicium, & possessio eas exigendi controuersa, non ex aliqua particulari causa, sed ex vniuersali negatione, tales redecimas de iure deberi, ad quam anno 1563. Ciuitas petijt admitti
1 pro suo interesse, † & dedit mandatum, necnon obtinuit citari Episcopum Cordubensem & Capitulum, prout in summario Ciuitatis, num. 7. & 8. & prosequuti fuerunt hanc litem, ex quibus actibus dicitur introducta lis, *Clem. fin. & ibi Doctor. Vt lite pend. Cassad. decis. 4. num. 1. eod. tit.* Nec obstat, quod deducitur pro parte Capituli,
2 † illud iudicium fuisse particulare; & ideo non potuisse facere litigiosum ius vniuersale, quod prætendit Capitulum, cum res iudicata in vno, non præiudicet in alio, *l. cum quæritur, & ibi Castrens. de re iudic.* quia in illo iudicio particulari actum fuit super iure redecimandi, sciente & ad causam veniente Capitulo, & vna & eadem erat causa defensionis tam in particulari quàm in vniuersali, quod sufficit, *vt per Bald. in l. si bonæ fidei, de petit. hæred.* & eius scientia præiudicat, *Innocent. in cap. dilecti, il 1. de appellat. per glos. in d. cap. auctoritate, §. 1. de sentent. & re iudic. in 6. Aymo, consil. 14. num. 5.* Et ideo non obstat, quòd moderata fuerit inhibitio in causa vniuersali, quia hoc facit tantum, vt causa huius redecimæ fuerit agitata iudicio particulari, non vniuersali, non tamen facit, quin ius istud fuerit in controuersiam deductum, ad effectum vt dicatur interrupta immemorabilis, quam pretendit Capitulum, & iste est effectus, de quo nunc agitur; Nec pla-
3 cuit, quod dicitur actum fuisse possessorio tantum, † non enim conclusum fuit in petitione ad restitutionem, vel immissionem, vel manutentionem possessionis, quod requirebatur vt iudicium dici posset possessorium, *Alex. cons. 92. num. 5. lib. 5.* sed fuit petita redecima, quæ importat pe-
4 titorium, † sumus enim in iudicio iurium incorporalium, in quibus dicitur actum tamquam à Domino iurium. *Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 4. de acqu. poss.* Et ita conclusum.

Segobricens. Parochialis.
Die Veneris 21. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ non dicitur auocatoria, quando non fuit facta mentio litis pendentiæ.*

2 *Commissio iactationum & molestationum non derogat iudicio prius pendenti.*

3 *Citatio & inhibitio decreta in vim commissionis post latam sententiam primi iudicis, non anullant sententiam.*

4 *Defectus in citationibus tollitur per subsequentes comparitiones etiam per procuratorem factas, licet fuerit comparitum ad effectum tantum excipiendi de nullitate ipsarum citationum.*

5 *Sententia quando dicatur lata in scriptis, licet concepta fuerit in tertia persona, non autem in prima.*

6 *Iudex commissarius potest stando & sedendo pronunctare sententiam, maximè si ita sit stylus partium comprobatus.*

7 *Verba sententiæ, Ita pronunciatum, equipollent verbis, lata & promulgata.*

8 *Per comparitionem factam coram iudice à quo, censetur appellationi renunciatum.*

9 *Obitus probatur per testes de publica voce & fama; maximè si idem etiam narretur in prouisione aduersarij.*

10 *Presbyteratus probatur per litteras & per testes.*

12 *Quando impetratio fundatur super valore, testes debent pereutere tempus decem annorum ante gratiam.*

DECISIO MCDXLI.

HÆc causa fuit bis proposita; Primo super prætensa nullitate sententiæ de partibus die vltima Maij

prete-

præteriti,& hodie super iustitia eiusdem sententiæ.Quan
tum ad nullitatem ; Primò opponebatur contra senten-
tiam defectus iurisdictionis, quia quando iudex in par-
tibus pronunciauit, iam per Signaturam causa erat auo-
cata ab exequutore, & commissa in Rota, & decreta in-
1 hibitio.Verum hæc oppositio non placuit Dominis; nam
commissio causæ in Rota, non fuit auocatoria, cum non
fuerit facta mentio litis pendentiæ, *Felin. in c. super litte-*
2 *ris,num.12.de rescript.* † sed commissa causa iactationum
& molestationum,non tamen iudicialiter illatarum. Vn-
de cum lis ageretur in partibus coram exequutore, non
fuit illius iurisdictioni per commissionem derogatum;
3 maximè † cum citatio, & inhibitio fuerint decretæ post
latam sententiam,nempe 4.Iunij 1600.& sententia fuerat
lata 2. Maij præcedentis, *Cassador.7.in fine,de appellat.Cæ-*
sar de Graff. dec.3. num.7. de rest. spol. Secundò opponeba-
4 tur defectus in citationibus.Verum † dictum fuit,eum tol
li per subsequentes comparitiones, *Roman.cons.410.num.*
2.Felin.c.cum contingat,num.8.de rescript.Marsil.Singul.
259.in fine,& sufficit compatitio procuratoris, *Aegid.de-*
cis.539. Nec obstat,quòd dicatur comparitum ad effectū
excipiendi de nullitate dictarum citationum,quia adhuc
per talem comparitionem censetur sublatum vitium ipsa
rum *Minsynger.Obseruat.54.Centur.4.Lancellot.deatten*
5 *tat.par.2.c.4.in præfat.nu.117.*Tertiò opponebatur; † sen-
tentiam non fuisse latam in scripis, cum concepta fuerit
sub tertia persona,non autem in prima,vt fieri solet,*Vant.*
de nullitat.ex defec.process.num.76. Verum neque hæc op-
positio placuit, cum aliundè constet latam fuisse in scri-
ptis; neque refert, quòd non dicatur pro tribunali seden-
tes,neque in his scriptis,quia hoc non facit,vt sententia sit
nulla, sed quod non præsumatur lata in scriptis, quod hic
non applicatur, cum Notarius attestetur ita pronuncia-
6 tum,& † Iudex Commissarius potest stando vel sedendo
pronunciare sententiam. *Clem. Sæpè,de verb.sign.circa fi-*
nem.& etiam allegatur stylus partium,qui ex diuersis pro
cessibus comprobatur, *Vant.ibidem,num.86.* & etiam eo
7 circumscripto,satis est, quòd dicatur lata & promulgata,
cui æquipollet illud, Ita pronunciatum, *Vant.nu.78.* Sub-
scriptio vero Assessoris nihil obstat, cum subscribat vti
Assessor, non vti Iudex, sed valdè facit ad ostendendum
sententiam fuisse in scriptis latam. Quartò opponebatur,
quòd fuit appellatum ab interloquutoria, qua iudex de-
clarauit citationem afficere;sed non obstat,quia iudex de
dit refutatorios & merito, cum appellatio esset friuola,
8 Præterea, † per comparitionem postea factam coram
iudice censetur ei renunciatum, *c. sollicitudinem,de appel-*
lation.cap cum venissent,de testib.notatur in c.gratum.de off.
*delegati.*Quantum ad iustitiam sententiæ ea pendet ex ve-
rificatione gratiæ, quam Domini censuerunt esse iustifi-
9 catam; nam † vacatio de mense Maij 1599. per obitum
Ferdinandi de Hoyeda, probatur per testes de publica vo
ce& fama, *Bart.in l.2.§.si dubitetur,quemadm.testam.aper.*
* *Mohedan.1.de probation.Put.decis.266.lib.3.cum aliis,* *
quod maximè procedit stante eadem narratiua in prou.i-
a sione aduersarij, *Aegid.decis.264.* a *& fuit pluries reso-*
10 *lutum.* † Presbyteratus Francisci probatur per litteras
& per testes, & etiam quod de Vicaria narratum fuit,
11 & eius valor. † Valor, qui dedit causam impetrationi,
probatur optimè per testes datos in summario, qui op-
timè,& de qualitate, & de pretio fructuum deponunt, &
percutiunt tempus decem, & duodecim annorum ante
gratiam, *Achill.decis.188.Guidobon.decis.12 cum aliis alle*
b *gatis.* b Et ita conclusum sententiam esse validam & iustā.

* *Et facit decis.Tani,75.incip.In vna Maioricens.*

a *Addo Verall.dec.186.lib.1. in manuscript. & fuit dictum in Sala-mant. beneficij,20.Iunij.159?.coram R.P.D.Corduba,& in Mi-liton. Abbatie,27. Aprilis,1597.coram bon.mem.Gipsio.*

b *Iuxta tradita per Sarnens in regul.de valor.q.vlt & fuit dictum in Cameracens.vnionis,19. Ian.1575. coram Ill.Card.Lancellotto, in impress.diuers.nouiss.199.parte 1.*

Dubium Sacræ Congregationis Concilij.
Die Veneris 21.Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur cap. 16. Sacri Concilij Tridentini sess. 25. quòd non extendatur de filijs ad patres, & num.8.11. 14 & 16.& per totam.*

2 *Pater & filius sunt correlatiui,& dispositum in vno,habet locum in alio.*

3 *Successio in beneficio est improbata, qualiter autem procedat,vide num.5.*

4 *Sicut filius illegitimus non succedit patri in beneficio, ita è contra neque pater tali filio.*

6 *Filij legitimi non prohibentur obtinere diuersum beneficium in eadem Ecclesia, sed idem quod pater obtinuit, idq. immediatè.*

7 *Pœnæ sunt restringendæ,non autem extendendæ.*

9 *Spurij & illegitimi sunt beneficiorum incapaces sine dispensatione.*

10 *Filius presbyteri dicitur argumentum ambulans super terram incontinentiæ paternæ.*

11 *Nepos legitimus ex filio illegitimo, non comprehenditur sub decreto Concilij Tridentini cap. 16. sess. 25. de reformat.*

12 *Argumentum à correlatiuis non procedit, vbi viget diuersa ratio.*

13 *Lex pœnalis non extenditur ad correlatiuum,vbi non est par ratio.*

14 *Decretum cap.16. sess.25. de reform. non habuit rationem successionis tantum, cum non solum agat de beneficijs paternis,sed etiam de alijs,in eadem Ecclesia.*
Idem est de pensionibus super beneficio paterno,& n.15.

DECISIO MCDLII.

FVit ad me transmissum ab Illustriss. & Reuerendiss.
Cardinali Matthæio ex ordine S. D. N. dubium di-
1 scutiendum in Rota, † An propter prohibitionem, quæ
habetur in decreto cap. 16. sess. 25 quoad filium illegiti-
mum, pater etiam è conuerso intelligatur prohibitus in
Ecclesia, in qua huiusmodi filius beneficiū habuit, quod-
cumque etiam dissimile obtinere.Et pro opinione affirma
tiua videbatur facere ratio prohibitionis expressa in de-
creto Concilij, vt ab Ecclesia longissimè arceatur memo-
2 ria incontinentiæ,paternæ † quæ ratio ex vi relatiuorum
videtur vtrique tam patri quam filio conuenire, ideoque
idem ius in vtroque statui debere, *cap. translato, de Con-*
stit.cap.inter ceteras, de rescript. l. fin. C.de indict. vid.toll.l.
cum dies, §.penult.de recept.arbitr. Bald.in l. cum te, si cert.
pet. Hoc suadere videntur illa verba, (longissimè arcea-
tur) quæ faciunt, vt sub prohibitione comprehendantur
omnes casus, quibus aliquo modo repræsentari possit me-
moria paternæ incontinentiæ. Confirmatur ex eo, quòd
maior quoque videtur adesse ratio excludendi patrem,
quam filium,cū huic decreto causam dederit ipsius patris
incontinētia,filius verò in nihilo peccauerit,ita ut dici pos
sit habere locū regulam illam, propter quod vnumquod-
3 que tale,& illud magis: Accedit † ratio successionis in be-
4 neficio,quæ à Canonibus est improbata, † & pariter con-
siderari potest,tam in patre quam in filio, *cap. Apostoli-*
ca,8.quæst.1.cap.ex transmissa,& ibi glos.& Hostiens.de fil.
presbyter. & quemadmodum filius illegitimus non succe-
dit patri,ita neque pater tali filio, *§. filium, Auth. quibus*
mod. natur. effic.sui. Bartol. in l. fin. num.6. de his quib. vt
5 *indig. Alex. consil.150. num.6. lib.2.* † Verum hæc ratio
militaret tantum,si ageretur de obtinendo eodem benefi-
cio,non autem de diuerso in eadem Ecclesia. Et hanc sen-
tentiam amplexus est *Hostiens.in d.cap.ex transmissa,col.2.*
vers.

verſ. quid ſi è conuerſo. quem ſequitur Collectan. ibidem. Archid. in d.c. Apoſtolica, & ibidem Gemin. n. 2. & Bellamer. & Turrecrem. qui mouentur ratione prohibitæ ſucceſſionis. Contrariam verò ſententiam amplexi ſunt Domini; pro cuius explicatione operę pretium eſt conſiderare, in quibus caſibus loquatur; nam aliqui prohibent ſimpliciter omnem immediatam ſucceſſionem in beneficijs, & loquuntur de filijs legitimis, non autem de illegitimis, qui alia etiam magis vrgenti ratione ſunt incapaces non ſolum horum beneficiorum, ſed etiam omnium aliorum; & in his terminis loquuntur *d. cap. Apoſtolica, & c. ex tranſmiſſa, & c. ad extirpandas, & c. ad hæc, & c. Michael. de fil. presbyter.* In quibus non agitur de prohibitione, quæ emanauit ad extinguendam memoriam paternæ incontinentiæ. Alij verò Canones, qui habentur in *c. præſentium, eod. tit. & in c. conquerente, & in c. quoniam, & in c. cum decorem, & in cap. ad abolendam,* videntur ex cauſa eadem, qua motum eſt Concilium, prohibuiſſe, ne ſpurij admitterentur ad beneficia in Eccleſia, in qua pater obtinuit. Et differt hæc prohibitio à pręcedenti, non ſolum ratione qualitatis filiorum, ſed etiam abſolutè reſpectu prohibitionis obtinendi quodcumque beneficium etiam diſſimi-
6 le; nam † filij legitimi non prohibentur obtinere diuerſum beneficium, ſed idem, quod pater obtinuerat, idq. immediatè, *c. ad hæc, eod. tit.* Hanc differentiam ſtatuere neceſſe eſt, vt ſciamus in quibus terminis loquantur Doctores, qui allegari poſſunt in hac quæſtione, An prohibitio, quæ loquitur de filio, porrigatur ad patrem: Nam re vera plerique eorum loquuntur in prohibitione ratione tollendæ hæreditariæ ſucceſſionis, de qua loquitur *Hoſtienſ. & alij ſupra citati,* quorum opinio communiter eſt reprobata: Nam in contrarium ab antiquis citantur *Alanus Vincent. & Tancredus in c. quoniam, eod. tit. gl. in c. Apoſtolica, licet utatur dictione (fortè) 8. q. 1. & ibi Præpoſit. nu. 4. qui teſtatur de comm. . . . nis, Io. Andr. in cap. ex tranſmiſſa. An char. num. 2. qui ſimpliciter refert tenentes opinionem contra Hoſtienſ. Abb. num. 3. Butr. num. 11. Bellamer. numero 4. Zabarell. q. 2. verſic. & hoc uidetur uerius, Henric. Boic. in capit. ad extirpandas num. 4.* & mouentur duplici ratione, nempè, quia non reperitur à Canonibus cautum, *c. conſului ti.*
7 2. q. 4. & quia pœnæ † ſunt reſtringendæ, non autem extendendæ, *c. nonnulli, de reſcript.* & hanc opinionem ſequitur *Rebuff. in pract. tit. de diſpenſ. ſuper defectu nat. num. 29 Gambar. de off. Lega. lib. . num. 311. Gigas de penſion. qui teſtatur de communi, quæſt. 86. num. 10. qui loquuntur in terminis Clementinæ,* * *& hanc opinionem ſequuta eſt Rota in una Burgenſ. portionis, 12. Iunij, 1579. coram bon. mem. Bubalo:* Et hæc communis Doctorum ſententia poteſt inſeruire etiã quæſtioni noſtræ, licet nõn loquantur de hac ſpecie prohibitionis; licet enim Innocentius cenſuerit *cap. ex tranſmiſſa,* loqui de illegitimo: tamen contrarium eſt verius, vt liquet ex *Bellamer. num. 2. & Card. ibidem,* & rationes communis opinionis etiam conueniunt caſui propoſito, &
8 deſeruire poſſunt proeius de iſione. † Quibus accedit, quòd verba decreti ſont ita concepta, vt non poſſint vllo pacto continere parentibus, nam ſi ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ filij excluduntur, parentes quomodo ad arcendam incontinentiam parentum arceri poſsũt; quorum incontinentia non arguitur, cum poſſint eſſe nati ex legitimo matrimonio: Contemplatio itaque incontinentiæ patris reſpectu filij haberi poteſt, reſpectu verò patris conuenire non poteſt: Præterea maior ratio eſt in
9 excluſione filij quam patris, cum † ſpurij & illegitimi ſint beneficiorum incapaces ſine diſpenſatione, *capit. litteras, eod. tit.* Pater verò non eſt incapax, cum non præſupponatur illegitimus, & memoria patris magis conſeruatur per filium, quàm è contra, nam filius denominatur à patre, nõ pater à filio apud omnes nationes, & qui videt filium, poteſt recordari patris, ſed qui videt patrem, non ſtatim occurrit ei, ipſum filium illegitimum procreaſſe, *Abb. c. cum ad decorem, in fine, eodem titulo.* Et hanc rationem, quòd per filium magis repræſentetur pater, amplexa eſt ſacra Congregatio ad illud idem c. 15. dum voluit admittere patrem ad dimiſſionem beneficij, quod obtinebat ad effectum, vt filius non excluderetur, quod expreſsè eſt cautum
10 in decreto Concilij; nam † filius presbyteri dicitur argumentum ambulans ſuper terram incontinentiæ paternæ, *gloſ. in c. propoſuiſti, in uerbo, filii, 82. diſtinct.* Et pro eadem opinione facit, id quod alias ſacra Congregatio cenſuit ſub die 22. Decembris, 1594. patrem non comprehendi in prohibitione, ne filius immediatè ſuccedat in beneficio patris. Facit etiam quod deciſum fuit in *Rota in cauſa Nullius legitimatis, coram bon. mem. Rubeo, ſub die 12. Fe-*
11 *bruarii, 1574.* † Nepotem legitimum ex filio illegitimo, non comprehendi ſub hoc decreto Concilij, ex quo non adeſt in eo tanta ratio, quanta in filio illegitimo, quod etiam latè tradidit *Nauar. in conſilio 9. & 10. de fil. preſ-*
12 *byter.* † Non obſtat ratio deſumpta ex natura relatiuorum, quia cum non conueniat æqualiter ratio excluſionis, vt demonſtratum eſt, vbi ratio eſt diuerſa, non habet locum argumentum à relatiuis, *l. curatorem, cum ibi notat. per gloſ. Cyn. & Doctor. C. de interd. matr. cum alijs quæ tra-*
13 *dit Euerard. in Loco à correlatiuis;* & † ideo lex pœnalis non extenditur ad correlatiuum, vbi par non eſt ratio, vt ibidem latè proſequitur Euerard. Nec facit quod magis peccauerit pater quam filius, quia hoc reſpectu Canones antiqui puniunt pœna particulari incontinentiam, veluti in Concilio Aurelianenſi quinto ſub Pelagio Papa I. & in Concilio Toletano octauo, & in decretis Sergij Papæ, & alijs pluribus Concilijs, & Sanctorum Patrum Conſtitutionibus: Vnde cum hic non agatur de imponenda pœna parentibus, ſed tantum de excluſione filiorum illegitimorum à beneficijs ſitis in Eccleſijs, in quibus patres obtinuerunt beneficia, & hoc ex particulari ratione, vt incontinentiæ paternæ memoria arceatur, non eſt extendenda hæc diſpoſitio ad patres, qui neque à verbis, neque à ra-
14 tione comprehenduntur. † Neque Canon iſte habuit rationem ſucceſſionis tantum, cum non ſolum agat de beneficijs paternis, ſed etiam de quibuſcumque alijs in eadem Eccleſia ſitis, in quibus nulla poteſt dari imago ſucceſſionis. Non obſtant illa verba (longiſſimè arceatur) quia non excedunt modum arcendi per excluſionem filiorum, & ſolum faciunt, vt non admittantur neque mediatè, neque immediatè ad idem beneficium, neque ad diſſimile in ea-
15 dem Eccleſia, † neque ad penſiones ſuper beneficio paterno, vt benè explicat *Nauar. in conſ. 9. numero 7. de fil-*
16 *presbyter.* † Quare concluſum non eſſe extendendam diſpoſitionem dicti decreti, de filijs ad patres, vt tradit *Imol. in Clem. 1. de electione, qui explicat dict. im gloſ. in verbo, eligatur, Paul. de Montepic. conſ. 95. numero 18. Pariſ. conſ. 47. num. 89. lib. 3.* Et ita vnanimiter per Dominos concluſum.

* *Quæ conſtitutio fuit edita per Clementem VII. de anno 1533. Non. Iulij Pontificat. ſui anno 7. & habetur extenſa per Gig. in allegata q. 86. in princip.*

Romana Tutelæ.
Die Veneris 21. Iunij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio mulieris & pupilli adminiculata probat.*
2 *Vaſſallus pro Domino teſtificari poteſt, quando non agitur de ipſius Vaſſalli intereſſe.*

D E C I S I O MCDXLIII.

FVit reſolutum conſtare de exiſtentia libri groſſi adminiſtratoris tutelæ illuſtr. Dominæ Victoriæ; nam hoc probatur ex ipſius confeſſione contenta in litteris, de quibus in ſummario, num. 4. & 5. quæ confeſſio recipit non ſolum adminiculum, ſed & plenam probationem exiſtentiæ libri ex dictis teſtium primi iuxta quintum interrogatorium, & iuxta 30. 31. 32. & 33. & ſuper quarto articulo;

articulo, Item secundi iuxta quintum, & super quarto ar-
ticulo, ex quibus resultat plena probatio, tum ex litteris
l. Publia, §. fin. depos. Ias. in reper. l. admonendi, num. 145. de
1 *iureiur.* Et quia † confessio mulieris & pupilli adminicu-
lata probat *Abil. t. de conf. ff.* tum ex testibus, contra
quos non obstant exceptiones allegatæ, nempè, quòd sint
vassalli; tum quia hæc res non potest commodè sciri nisi à
2 domesticis; † tum quia vassallus pro domino potest
testificari, cum non agitur de eorum interesse, *Imol. in cap.*
litteris, de testibus Bald. consil. 210. lib. 5. Afflict. decis. 301.
num. 14. & recipiunt adminiculum pro veritate ex ipsius
Dominæ Victoriæ confessione. Quare tenetur ad exhiben
dum dictum librum, *vt per Soc. cons. 24. num. 36. cum seq.*
lib. 1. Rot. decis. 5. de probatio. in nou. Caput. aq. decis. 180. lib. 1.
Neque satisfactum est huic rei per exhibitionem libri scri
pti manu Francisci Marij; quia non conueniunt qualita-
tes illæ magnitudinis, & quòd esset descriptus manu Do-
minæ Victoriæ. Et ita conclusum.

Louaniens. Iuris nominandi.
Die Mercurij 26. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione beneficiorum in priuilegio non continen-tur beneficia in Cathedralibus existentia, vide tamen contrarium num. 7.*

2 *Omnis dispositio intelligi debet rebus sic stantibus, & quomodo intelligatur num. 10.*

3 *Mutato statu Ecclesiarum, censeri debet immutata dispo sitio, ita ut non cadat sub indulto ipsis Ecclesiis prius con cesso, declara tamen vt num. 10. & 12.*

4 *In expectatiuis, & mandatis de prouidendo, tempus va-cationis & exequutionis attendi debet.*

5 *Qui habet mandatum de prouidendo ad beneficium sim-plex, non potest illud acceptare, si postea effectum fue-rit curatum.*

6 *Facultas nominandi ad beneficia non trahitur ad nouiter erecta.*

8 *In vnaquaque dispositione semper censetur reseruatum ius tertij.*

9 *Pensio concessa super Collegiata, quæ postea erigitur in Cathedralem, non ob id remanet extincta.*

10 *Per mutationem status non extinguitur priuilegium, quod est compatibile cum statu mutato, secus si sit in-compatibile vt num. 12.*

11 *Ecclesia Iurispatronatus si in Collegiatam erigatur, pa-tronus in ea retinet ius præsentandi ad præbendas, li-cet non possit præsentare nec Abbatem nec Episcopum.*

DECISIO MCDXLIV.

COncessa fuerunt diuersa priuilegia à diuersis Ponti-ficibus Romanis nemper Sixto IV. Leone X. Adria no VI. & Gregorio XIII. Rectori Vniuersitatis Louaniensis, necnon Decano facultatis artium dictæ Vniuersitatis, scilicet dicto Rectori ius nominandi singulis Prælatis, Capitulis, Conuentibus, & personis Ecclesiasticis sæcularibus, & Regularib. et si Abbatiali, Episcopali, Archiepi scopali, aut Cardinalatus fungatur dignitate, ad quos vel quos prouisio beneficiorũ pertinet, vnum clericum ex studen tibus, & graduatis dictæ Vniuersitatis, ad vnum beneficium Ecclesiasticum, etiam si Canonicatus, & præbenda, administratio, vel officium in Collegiata vel parochiali Ecclesia vel Capella exstiterit in terris temporalibus Domini Maximiliani Austriæ Archiducis, & Infantis Philippi illius primogeniti, cum modis & qualitatibus in dicto priuilegio expressis, quod fuit per alios Romanos Pon tifices confirmatum. Decano verò facultatis artium aliud simile priuilegium concessit Leo Decimus, pro nominandis magistris in artibus, & in eo includit nominatim plura alia loca, in quibus concedit istam facultatem, nempe Leodien. Comitatum Lossen. Ducatum Bullonens. Ciuitates Cameracens. Tornacens. Morinens. Attrebatens. & Traiectens. Postmodum Adrianus VI. confirmando supradicta priuilegia, & in specie in priuilegio Decani includit priuilegia existentia in Ecclesijs Cathedralibus, & Metropolitanis, fuitq. confirmatum cum eadem expressione per Gregorium XIII. & vlterius respectu valoris beneficiorum æquauit Rectorem Vniuersitatis & Decanum prædictæ facultatis. Euenit postea, vt multæ istarum Ecclesiarum, in quibus competebat Rectori ius & facultas nominandi ad beneficia in eis consistentia; fuerint in Cathedrales erectæ: Vndè prætendere cœperunt earum clerus, & Episcopi exstinctum fuisse ius nominandi in di-
1 ctis Ecclesijs, † ex eo præcipuè, quòd in priuilegio con-
cesso Rectori nulla fit mentio Ecclesiarum Cathedraliũ;
& ideo appellatione beneficiorum non contineri existen-
tia in Cathedralibus, *c. quamuis, §. 1. de præbend. in 6.* Ideo
ex ordine S.D.N. pro sedandis controuersijs fuit proposi-
tum in Rota dubium, An rector Vniuersitatis Louaniens. possit nominare ad beneficia contenta in Ecclesijs, quæ fuerunt postea in Cathedrales erectæ. Pro cuius dubij reso lutione est aduertendum, nunc agi de facultate Rectoris, non autem Decani; nam Decanus habet facultatem expressam ex concessione Adriani nominandi ad beneficia in Cathedralibus & Metropolitanis existentia. Est insuper animaduertendum videri Rectorem non posse prætẽ dere nominationem in Ecclesijs, quæ tempore indulti erãt Cathedrales, cum de illis nulla fiat mentio in priuilegio, neque in Ecclesijs Regularibus respectu beneficiorum regularium, licet enim fiat mentio Prælatorum, Episcoporum, Archiepiscoporum, & Cardinalium, hoc fit tantùm ratione personarum, vt etiam isti comprehẽdantur ratione dictorum beneficiorum, ad quæ competit nominatio, cum fieri possit, vt istæ personæ tales Ecclesias vltra Cathedrales & Abbatiales possideant, & potuissent prætendere prætextu dignitatis personalis se non esse comprehensos in Indulto; Et licet super hoc posset aliqua oriri difficultas *ex doctrina Io. Andr. allegati* pro parte Rectoris; tamen quia etiam circumscripto hoc fundamento Domini fuerunt pro Rectore; Ideo super eo non est insistendum, Vnde tota hæc inspectio restringitur ad illas Ecclesias, in quibus prius competebat ius nominandi, & post modum effectæ fuerunt Cathedrales; & idcirco videndum, An per hanc mutationem, & erectionem in Cathedrales fuerit præiudicatum iuri Rectoris, ita ut non possit vti iure nominandi: Et pro Parte Cleri, & Episcoporum deducitur Primò, ratio supradicta, desumpta *ex c. p*
2 *quamuis, §. 1. de præbend. in 6.* Secundò, dicitur, † om-
nem dispositionem intelligendam esse rebus sic stantibus
l. continuus, §. cum quis, de verb. obligat. l. cum quis, de so-
* *lution. cum similibus* * hincq. infertur, quòd † mutato
3 statu Ecclesiarum, censeri debet immutata dispositio, ita
ut non cadant sub indulto. Tertiò, affertur simile exspe-
4 ctatiuarum, & mandatorum de prouidendo, † in quibus
debet attendi tempus vacationis, & exequutionis *Oldr.*
cons. 58. Anchar. in Clem. vnic. num. 37. de concess. præbend.
5 vbi tradit † eum qui habet mandatum ad beneficium
simplex non posse acceptare illud, quod postea fuit effe-
ctum curatum, se non applicatur, quia nullum ius com-
petit exspectanti in beneficio non vacante, & tempore va
cationis non applicatur qualitas exspectatiuæ. Quartò,
6 quòd † facultas nominandi non debet trahi ad beneficia
nouiter erecta, *Clem. fin. de Rescript. Gemin. consi. 69. Ferret.*
cons. 1. num. 5. Quintò, non esse in hac facti specie haben-
dam rationem præiudicij Rectoris, cum hoc eueniat in
necessariam consequentiam ex suppressione Ecclesiæ, &
mutatione status, *Dec. cons. 113. num. 7. & cons. 152. Paris.*
cons. 22. num. 8. lib. 4. præcipue cum Indultum remaneat
malijs

in alijs Ecclesijs, quæ remanserunt in suo statu *Sarnens. in*
regula de iure quæs non toll. q. 1. num. 8. Et potest adduci si-
mile ex deductis coram me, in causa Burgens. quindennio-
a *rum*, a *& in Messanens. studij anno 1593.* b *& in Sa-*
b *lamantina priuilegiorum coram bon. mem.* Cantuccio, *cuius*
decisio habetur inter nouiss. 759. parte 1. Sextò, allegatur
simile de Monasterio existente in termino Archidiaco-
natus, quod si erigatur in Cathedralem, censetur exem-
pta Ecclesia à Iurisdictione Archidiaconi, *cap. cum infe-*
rior, de maior. & obed. cum ibi notat. per Hostiens. nu. 13. His
tamen non obstantibus fuit conclusum pro Rectore, scili-
7 cet † eum posse nominare ad beneficia existentia in locis,
in quibus prius habebat ius nominandi, licet postea fue-
rint in Ecclesias Cathedrales erecta, nam etiam concesso
quòd priuilegium Rectoris non comprehendat Cathe-
drales, nec verum sit, quòd tunc in dominio Maximiliani
nullæ essent Cathedrales, neque suffragetur priuilegium
Decani loquens de Cathedralibus, cum sit concessum di-
uersæ personæ, & priuilegium Gregorij, super quo fit pro
hac parte fundamentum, contineat verba potius enun-
ciatiua, quam dispositiua: Tamen per hanc mutationem
Ecclesiarum in Cathedrales, non est dicendum illatum
8 fuisse præiudicium Rectori, † cum in vna quaque dispo
sitione semper censeatur reseruatum ius tertij, *c. cum olim,*
de censib. c. 2. de religios. dom. Rota decis. vnica, de Sepultur.
in antiq. cum alijs. & facit Extrauagans 1. & 2. Ioannis
XXII. in tit. de concess. præbend. facit Innoc. in c. 2. num. 2. de
oper. noui nunc. & Rebuff. in Concord. tit. de reg. ad Prælat.
nomin. §. fin. in verbo priuilegia ei concessa, qui licet lo-
quatur de priuilegio competenti Ecclesiæ, cuius status
immutatus est, tamen ex rationis identitate idem dicen-
dum, si alteri tale priuilegium competat, & sic videmus,
9 quòd † pensione concessa super Collegiata, si ea po-
stea erigatur in Cathedralem; non tamen ideo exstin-
guitur, & in hac re amplectenda est distinctio data per
c *Rotam coram me, in causa Burgens. quindenniorum*, c in
10 qua dictum fuit † quòd per mutationem non exstingui-
tur priuilegium, quòd est compatibile cum statu immuta
to, secùs si sit incompatibile, & in his terminis procedit re
gula illa, quòd dispositio intelligitur, rebus sic stantibus,
Confirmantur prædicta argumento sumpto à simili,
11 † cum in Ecclesia Iuris patronatus, si in Collegiatam eri
gatur, patronus retineat ius præsentandi ad præbendas,
vt tradit Io. Andr. in c. postulasti de iure patron. num. 10. &
ibi Abb. num. 5. & licet non possit præsentare Abbatem vel
Episcopum, hoc procedit ex eo, quòd status iste est cōtra-
rius & incompatibilis cum priori statu, & contradicit ori-
ginali statui respectu istius effectus, & deuenit ad statum,
à quo incipere non potest, *cap. nobis, vbi Doctores, de iure*
patr. respectu verò compatibilium priora iura remanent
omninò intacta. His accedat obseruantia allegata post
erectiones, de qua fuerunt dati testes extraiudicialiter
examinati pro Rectore, cui non obstat renunciatio Lu-
douici Carrionis, nam ipse elegit potiùs consequi paci-
ficè canonicatum in Andomarensi Ecclesia, quam vigo-
re nominationis prosequi lites cum impensa graui & mo-
lestijs; sed non ideo minus verum est, in alijs Ecclesijs ita
fuisse obseruatū, quòd facile erit Rectori per veras & le-
gitimas probationes ostendere, si opus fuerit, vt præsup-
ponitur. Et hanc sententiam confirmat Indultum Gre-
gorij, quod interpretandum est saltem de Episcopatibus
de nouo erectis, in quibus prius locum habebat nomina-
rio. Quod verò reuocatur in contrarium de reuocatio-
ne priuilegij, antequam superueniret erectio Cathedra-
lium, non pertinet ad præsentem discussionem. Et ex his
12 colligitur responsio ad allegata in contrarium, † quæ
procedunt in his, in quibus status vltimus est incompati-
bilis cum priore, ita ut in necessariam consequentiam tol-
latur ius illud, quòd prius competebat; secus verò vbi si-
mul stare possunt priora iura cum statu nouissimo. Et ita
conclusum pro Rectore.

* *Et facit l. quod Seruius, cum glos. de cond. ob caus. & c. quemadmo-*
dum, de iureiur. Dec. cons. 335. num. 3. Alex. cons. 71. num. 8. lib.
5. Paris. cons. 34. num. 13. lib. 2. cum alijs vt per Tiraq. in l. sun-
quam, in præfat. num. 130. C. de reuoc. donat. & per allegat. supra
in una Cæsaraugustan. alimentorum, sub die Veneris 12. Decem-
bris 1572.

a *Sub die Mercurij, 27. Iun. anni præteriti.*

b *Sub die Lunæ 5. Iulij 1593.*

c *Sub die Mercurij 5. Decembr. anni præteriti sub num. 25. & seq.*

Illerdens. Præeminentiarum.
Die Mercurij 26. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Collegiata est dignior parochiali.*

2 *Ecclesia matrix erecta in Collegiatam perdit matrici-*
tatem.

3 *Qui est dignior præcedere debet.*

4 *Clausula, Sine alicuius præiudicio, in erectione in Colle-*
giatam, posita, intelligi debet respectu aliorum non ex-
pressorum.

5 *Regula de iure quæsito non tollendo, non habet locum in*
gratia de sui natura præiudiciali, prout est vnio, exem-
ptio, erectio, & similes, in quib. non potest dari de igno-
rantia Papæ, vel de subreptione, vt num. seq.

7 *Mutato statu Ecclesiæ, mutatur ius, & eius effectus.*

DECISIO MCDXV.

FVit conclusum Priorem & Canonicos Collegiatæ S.
Stephani, præcedere debere Priorem, Vicarium, &
portionarios, & beneficiatos Ecclesiæ parochialis de Ro-
1 meral in casu, & ad effectum, de quo agitur, † nam Eccle-
sia Collegiata est dignior, *vt tradit Alexandrin. in cap.*
* *fin. §. Episcopus,* * *17. distin. 3. Henric. Boich. de Synod. Episc.*
parte 3. in princ. num. 28. Cassan. in Cathal. glor. mundi 38.
Considerat. & in specie in controuersia cum parochialibus
fuit resolutum *in Calagurritana præeminentiarum coram*
R. P. D. meo Iusto, 6. Nouembris 1600. *vbi ceteri citantur.*
Non obstant deducta in contrarium; nam quod primo
loco dicitur, Ecclesiam B. Mariæ de Romeral esse matri-
cem, eiq. fuisse aliàs à Rota datum mandatum de manu-
2 tenendo, vti maiori, † & insuper pronunciatum eam
esse matricem, & maiorem omnium Ecclesiarum Oppidi
Montisoni, & ad eam tamquam ad matricem spectare
omnia priuilegia, & prærogatiuas, & exemptiones, quæ
de iure, & consuetudine illarum partium competunt Ec-
clesijs matricibus, & maioribus, quia cum ista Ecclesia S.
Stephani a fel. rec. Paulo III. fuerit erecta in Collegiatam,
vtique in consequentiam maioris dignitatis, *Aym. cons.*
149. num. 11. & fuit per hoc præiudicatum iuribus matri-
citatis, quatenus est matrix, prout si vna Ecclesia erigatur
in Episcopatum, consequens esset, vt locum sortiretur,
3 qui debetur Episcopalibus Ecclesijs; nam † qui est di-
gnior, præcedere debet, *l. honores, & ibi glos. & Bart. C. de*
decur. l. vnicuique C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. Tiraq. de
iur. primogen. in præfat. num. 175. & de legib. connub. glos. 7.
num. 8. & 9. & hoc ad euitandam indecentiam. Non ob-
stat sententia, quia tunc temporis non fuerat doctum de
erectione in Collegiatam, & respicit tantum iura matri-
citatis; mandatum verò de manutenendo respicit solum
possessorium, non autem petitorium, quod nunc in causa
4 deducitur, & super quo est pronunciandum. † Non obstat
Clausula, Sine alicuius præiudicio, in erectione apposita,
quia debet intelligi respectu aliorum non expressorum,
Rebuf. in praxi. tit. de erection. in Colleg. ad finem. & habe-
tur in extrauag. 2. de concess. præbend. Oldrad. cons. 330. in fi-
5 *ne Sarnens. de iure quæs. non toll. q. 1. prope finem.* † Nec ob-
stat, quod regulæ de non toll. derogatum non fuerit, quia
6 non procedit in gratia de sui natura præiudiciali, † prout
est vnio, exemptio, erectio, & similes, in quibus non po-
test

rest de ignorantia Papæ, aut de subreptione dici, ex quo
Papa scit per similes actus alicui semper præiudicari, *&*
ita fuit resolutum coram me, in causa Nullius, de Stipp.
19. Decembris 1586. & in Oscen. Indulti, 10. Decem-
bris, 1599. coram Mellino. Neque obstat *decisio Sy-*
a *racusana.coram bon.mem. Bubalo, a* quia ibi subreptitia
erat gratia, ex quo Papa non intellexerat factum, ex quo
oriebatur præiudicium. Postremo non obstat consuetudo
præcedendi probata per Ecclesiã parochialem; quia si in-
spicimus priorem sententiã de partibus, cuius vigore fuit
data alternata præcedentia Matrici, ea præseruat ius Ec-
clesię S. Stephani; si veró attendimus tempus post senten-
tiam Rotalem, & mandatum de manutenendo, illa posses-
sio non debet haberi in consideratione, quia fuit introdu-
cta in vim sententię, & mandati, quorum ratio non est ha-
benda in petitorio, non enim introducta est ex partium
tacito consensu. Consuetudo veró ante erectionem non fa-
7 cit ad rem, quia † mutato statu, mutatur ius, & eius effe-
ctus. Et ex his conclusum pro Collegiata.

* *Aliàs est c. Episcopus, secundum aliam impressionem.*
a *Et in Syracusana praeminentiarum 26. February 1586.*

Pampilonens. de Iansi.
Die Veneris 28. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium de iure non potest dici vacare ex persona præsentati, qui obijt ante institutionem, etiam si pro institutione iudicium introduxisset.*
2 *Beneficium non potest dici de facto vacare ex persona prouisi vel præsentati, qui numquam possessionem illius adeptus fuit.*
3 *Vacatio per obitum eius non inducitur, qui licet gratiam in forma dignum habuerit, non fuit tamen nec verificata nec exequuta.*
4 *Exequutor Apostolicus non tenetur verificari facere id, quod in litteris non legitur, nec continetur.*
5 *Exequutor mixtus dicitur nulliter procedere, quando procedit non legitimè citato eo, qui veniebat citandus.*
6 *Citatio per affixionem non sufficit in eo, qui abest ex causa litis.*
7 *Dispositio cap. licet Episcopus. de præbend. in 6. quando non habeat locum.*

DECISIO MCDXLVI.

FVit resolutum Prouisorem Pampilonens. iniustè &
nulliter processisse ad collationem parochialis de Ian
si, in fauorem Ferdinandi, in qua narratur vacatio bene-
ficij per obitum Ioannis, quæ non fuit verificata, neque
1 potuit verificari: neque de iure, neque de facto † De iure
non, quia Ioannes qui fuit præsentatus à Catharina obijt
ante institutionem, quo casu beneficium non vacat ex per
sonę pręsentati, etiam si pro institutione iudicium intro-
duxisset, *glos. in Clem. 1. in verbo, collatio, vbi Vital in num.*
47. Vt lite pend. cap. si electio, de election. in 6. Rota *decis.*
2 *vlt. eod. tit. in nou. Put. decis. 200. 1. parte.* † Neque de facto,
quia Ioannes numquam adeptus est possessionem bene-
ficij; Ideo non intrant Clausulæ generales, *vt per addit.*
ad decis. 1. num. 8. de reseruat. in nou. Aegid. decis. 116. in fi-
ne Crescent. decis. 159. Verall. decis. 407. par. 2. in impress. &
fuit dictum in causa Bononien. Canonicatus coram R. P. D.
3 *meo Pamphilio, 19. Februarii 1590.* † Non obstat quod
Ioannes vltra præsentationem haberet gratiam Aposto-
licam in forma dignum, quia ea non verificata & exequu
ta, non inducitur vacatio per obitum, *Put. decis. 158. lib.*
3. & Rota in vna Burgens. Canonicatus coram D. meo Pam
philio, 28. Aprilis, 1597. & in Bracaren. Cantoriæ, coram D.
meo Iusto 26. Martii 1601. Quod autem pro parte An-
tonij dicitur de subreptione, ex eo quòd Ferdinandus
in sua gratia narrauit Ioannem reportasse sententiam in
sui fauorem, quod tamen est falsum, cum ipse numquam
nominatus fuerit in sententijs, posset euitari, ex quo talis
narratiua non fuit apposita in litteris expeditis, & fortè
4 fuit ab expeditoribus omissa tanquam superflua; † Ideo
exequutor non tenebatur verificari facere id, quod in lit-
5 teris non legebatur. † Secundo, nulliter fuit processum, eo
quod non fuit seruata forma Rescripti, nempe vt pro-
cederetur citato Antonio, qui non fuit legitimè citatus,
Felin. in c. Dudum, num. 23. de præsumpt. non enim sufficie-
6 bat † citatio per affixionem apud parochialem, quia
Antonius aberat ex causa litis, *Caputaq. decis. 341. parte*
2. & 119. p. 3. maximè quia coactus fuerat tunc temporis
dimittere possessionem dictæ parochialis, & innotuerat
iudici exequutori eum esse absentem, nempe in Curia,
quo casu tenebatur eum citare personaliter, vel eius pro-
curatorem, postquam comparuerat allegando absentiam
Antonij; Ideo ius prioris citationis euanuerat, & erat de-
7 nuo citandus in actu collationis, † nam *dispositio c. licet*
Episcopus, de præbend. in 6. non habet locum, quando com
paret procurator, qui vt talis fuerat ad instantiam Fer-
dinandi citatus. Quare conclusum pro inualiditate cita-
tionis.

Leodiens. Canonicatus.
Die Veneris 28. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Statuta descripta in libro statutorum præsumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus probandi contrarium.*
2 *Episcopus cum Capitulo potest statuta concedere, quæ concernunt statum Ecclesiæ & Canonicorum.*
3 *Iuramentum per procuratorem præstitum in actu adeptionis possessionis censetur per beneficiatum acceptatum, & ratum habitum.*
4 *Coadiutoria non inducit vacationem, sed solum operatur, quòd eueniente vacatione per mortem, non possit alteri conferri, quàm Coadiuto.*

DECISIO MCDXLVII.

FVit resolutum fructus, de quibus agitur, non esse de-
bitos D. Henrico, neque illos a Capitulo exigere
posse: Primò, quia respectu primi anni vacationis obstat
antiqua consuetudo in scriptis redacta, & per statutum
Ecclesiæ confirmata, per quam fructus illius anni deben-
tur, hæredibus Canonici defuncti iuxta formam in eodem
statuto: respectu veró secundi anni applicantur Fabricę;
1 & aliud super eadem re anno 1385. † que quidem statu-
ta cum sint descripta in libro statutorum Ecclesiæ, præ-
sumuntur vsu recepta, & neganti incumbit onus proban-
di, *Dec. cons. 649. num. 9. Crescent. decis. 4. de priuileg. Put. de*
* *cis. 1. num. 4. lib. 2. cum alijs,* * *& fuit dictum coram me, in*
causa Narnien. Legati, 16. Ianuary 1572. maximè cum ad-
sint attestationes plurium deponentium de obseruantia.
2 De validitate vero non est dubitandum, † potest enim
Episcopus cum Capitulo talia statuta condere, *glos. in c.*
vnico, in fine, vt Ecclesiast. benef. sin. dimin. confer. gl. in c. 2. in
verbo, statutum. de verb. sign. lib. 6. Io. Andr. in c. cum in no-
stris, num. 22. de concess. præbend. Rip. in c. cum M. Ferrarien-
sis, num. 178. de constit. Pro alijs veró duobus annis adest
indultum Apostolicum S. D. N. quod fuit iustificatum co
ram Domino Nuncio exequutore deputato sub die 25.
Aprilis 1596. prout in actis de eo constat. Accedit, quod
fuit per procuratorem Henrici præstitum iuramentum
de obseruando ordinationes & consuetudines prædictas,
necnon omnia priuilegia, & iura Ecclesiæ. Neque ob-
stat, quod tale iuramentum fuerit per procuratorem
3 præstitum, quia † ex quo fuit præstitum in ipso actu ade-
ptionis

ptionis possessionis, quam Henricus acceptauit, & ratam habuit, censetur omnia ratificasse, *Put. decis. 100. num. 1. et 369. lib. 2.* Quinimmo, adest instrumentum renunciationis eiusdem Henrici, in quo coram Notario, & testibus, principalibus ex adnerso præsentibus, & acceptantibus, expressè declarauit, se nihil prætendere de fructibus, de quibus agitur, in euentum, quod fuerit per iudices competentes declaratum, Canonicatum vacasse per obitum Roberti Coadiuti, quæ res omni prorsus caret difficultate; tum ex forma litterarum Coadiutoriæ dantis futuram successionem, quàm primum Canonicatus vacaret per cessum vel decessum Roberti; tum etiam ex iuris dispositione, † cum Coadiutoria non inducat vacationem, *cap. tua, c. ex parte, cap. consultationibus, & ibi Doctores, de cler. ægrot.* sed hoc solùm operatur, ne sequuta per mortem vacatione, possit alteri beneficium conferri, quàm Coadiuto. Et ita conclusum.

4

* *Chisanens. decis. 177. Th. de Tan. 25. Cott. 176.*

Romana Legati de Cæsarinis.
Die Veneris 28. Iunij 1602.

SUMMARIUM.

1 *Exemplum scripturæ publicæ à Notario datum, probat, licet scriptura sit aliena manu scripta, quia sufficit illius subscriptio, & rogitus, & talis scriptura non dicitur copia, sed originale.*

DECISIO MCDXLVIII.

Fuit resolutum iura esse in forma probanti; nam non solum testamentum, sed etiam codicilli, & apocha reperiuntur ad extensum registrata in protocollo Curtij Saccocij, quod seruatur penes Archiuium Capitolinum, & ibi legitur instantia facta die 26. Aprilis 1585. per Illustriss. D. Cleliam Farnesiam, relictam Illustriss. D. Ioannis Georgij Cesarini, coram Magnifico & Excell. D. Alexandro Ludouisio primo Collaterali, asserentem dictum D. Io. Georgium condidisse testamentum clausum & sigillatum suo sigillo, & per eumdem Notarium in solidum rogatum, vnà cum Dominis Io. Baptista Gargano, & Antonio Guidotto, necnon Codicillos pariter clausos & sigillatos, penes ipsum Notarium existens, & existentes; & pariter dictum D. Ioannem Georgium dedisse eidem D. Cleliæ quandam cedulam pariter clausam, & sigillatam, & petentem dictum testamentum, codicillos, & cedulam aperiri, fuitq. decretum interpositum, & facta sigillorum recognitione, mandatum aperiri, & dissigillari, & consequutiuè inseritur in dicto protocollo tenor præfatorum iurium ad extensum, cum attestatione exhibitionis præfatæ apochæ, cuius in codicillis fit mentio. Quibus sic stantibus, cum dictus Notarius rogauerit se de testamento & codicillis, & D. Clelia attestetur D. Io. Georgiũ dedisse ei dictam cedulam pariter clausam, quæ est illa, de qua agitur, non potest dubitari de fide horum iurium, licet enim non fuerint scripta manu Notarij sed testatoris; tamen quia de testamento & codicillis se rogauit, & etiam attestatur D. Clelia de traditione cedulæ, quæ per codicillos approbatur, † vtique exemplum Notarij probat, quia sufficit subscriptio & rogitus, licet reliqua scriptura sit aliena manu, *ut tradit Dec. post alios in Authent. si quis in aliquo, num. 15. & 16. C. de edendo.* & non dicuntur copiæ, sed originalia, cum proficiscantur ab eodem Notario, etiam quòd non reperiatur matrix scriptura per testatorem scripta, *vt per Fel. n. in c. fin. num. 5. & seq. de fide instr.* maximè accedente iudicis auctoritate, & Archiuij, *Aymo, de antiq. temp. §. quarto limita.* Accedit, quòd fatentur Informantes ex aduerso testamentum esse in forma probanti, quia munitum est fide publici Notarij, & extractum ab Archiuio publico, quæ qualitates concurrunt etiam respectu Codicillorum; nam de Codicillis Notarius affirmat se rogatum, & licet non fuerit rogatus de cedula; tamen quia illa est in codicillis approbata, fuit et per testes recognita, & per Curtium in suo protocollo ad extensum registrata & inserta, non potest dubitari hæc in ra non esse copias, sed originalia, cum pro talibus fuerint habita ab ipso Notario rogato: Vnde sequitur, vel omnia esse in forma probanti, quod verius est, aut omnia corruere, quod pariter destruit intentionem Alexandri. Non obstat, quòd Apocha non fuerit per testatorem consignata Notario, quia fuit consignatum testamentum, & codicilli, de quibus fuit rogatus, & in codicillis testator ait, dictã Apocham esse penes vxorem, quod verificatur, ex quo in illa causa exhibuit coram Domino meo Ludouisio, tunc primo Collaterali, & recognoscere fecit sigillum, & Notario tradidit, vt in protocollo asseritur, quod ego vidi & diligenter consideraui. Ex quibus conclusum iura esse in forma probanti.

1

Taurinens. Decimarum.
Die Lunæ 1. Iulij 1602.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus manutenerì debet in possessione percipiendi quartam decimarum contra prætendentes præscriptionem immemorabilem, donec præscriptio fuerit plenè probata.*

2 *Episcopo non potest dari manutentio in quarta decimarum, nisi per eum doceatur de aliqua quasi possessione exigendi.*

3 *Argumentum à simili quando non procedat, & nu. 7.*

4 *Quarta decimarum an spectet ad Episcopum de iure communi vel potius de consuetudine.*

5 *Decimæ de iure non spectant ad Episcopum, sed ad Rectorem parochialis.*

6 *Quarta decimarum Episcopi exigitur à Rectore non autem à parochianis, & est incerta ratione consuetudinis soluendi plus, & minus ratione decimarum.*

DECISIO MCDXLIX.

Fuit dubitatum, An Reuerendiss. Domino Archiepiscopo Taurinensi sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas, ab hominibus Sauiliani in locis ab eo expressis in sua petitione, & quamuis dubium fuerit conceptum simpliciter de decimis; tamen informantes pro Domino Archiepiscopo se restrinxerunt ad quartam decimarum de iure Episcopis debitam, *vt fuit aliàs resolutum coram bon. mem. Cantuccio, in vna Cauriens. Iurisdictionis, 21. Iunii, 1576.* *

1 Vnde quemadmodum in materia Iurisdictionis fuit sæpius resolutum, † manutenendum esse Episcopum contra prætendentes, se præscriptione immemorabili eam aduersus Episcopum præscripsisse, donec per eos ea fuerit plenè probata, vt fuit resolutum per Sacram Congregationem Concilij, & Rota hanc resolutionem perpetuò amplexa est, propter assistentiam iuris communis, *c. conquerente, & ibi Doctor. de offic. Ordin.* quæ iuris assistentia videtur pariter habere locum in casu isto, per auctoritates in dicta decisione allegatas; tamen Domini

2 contrariam sententiam amplexi sunt, nempè, † non posse dari mandatum de manutenendo Domino Archiepiscopo, quia pro eius parte non fuit hactenus doctum de

3 aliqua possessione exigendi hanc quartam, † neque procedit argumentum deductum à simili eius, quod obseruatur in materia iurisdictionis; quia illud ideo fuit ita per Sacram Congregationem resolutum, quia in illa Episcopus habet clarè fundatam intentionem in iure exclusiuè quo ad oẽs, neque est de facili separabilis iurisdictio à dignitate

tate Episcopali; Verum in materia decimarum aliud est, cum non desint, qui cum glossa *in d. cap. conquerente, in*
4 *verbo decimationum, & Innoc. ibid. num. 4.* † tenuerunt quartam decimarum non de iure communi, sed de consuetudine ad Episcopum pertinere, quæ opinio licet sit communiter reprobata, nihilominus facit, vt hoc ius non habeat tantam assistentiam iuris communis, nec tam cer-
5 tam, prout iurisdictio; maximè † cum clarum sit de iure, quòd decimæ non ad Episcopum, sed ad Rectorem Eccle-
6 siæ parochialis spectent, † a quo postea Episcopus debet quartam exigere, *c. cum contingat. de decim.* Accedit, quòd quantitas est incerta ratione consuetudinis soluendi plus & minus ratione decimarum, vt etiam fatentur informan-
7 tes: Vnde † non procedit argumentum à simili in ista materia controuersia, nisi docto de quasi possessione Episcopi, licet in petitorio ius ipsius minus habeat difficultatis. Nec facit allegatio consuetudinis aliarum Ecclesiarum vicinarum, quia potest deduci pro iure Domini Archiepiscopi fundandam petitorio, non autem in possessorio: Et decisio quæ allegatur *in Veronens. coram R. P.*
* *D. meo Pamphilio, 4. & aliæ*, loquuntur in materia Iurisdictionis, quare conclusum, vel probandam esse quasi possessionem exigendi decimas, vel quartam, vel agendum petitorio contra istas Communitates, & homines earūdem.

* *In impress. diuers. nouiss. 31. par. 2.*

* *In Veronens. Iurisdictionis, 18 Martii 1596. coram Card. Pamphilio. & in Bononien. S. Petronij, 28 Aprilis 1595. coram Card. Mattica, nec non decisio Caputaquens. vbi plures quib. habetur, quod dandum sit mandatum de manutenendo, licet aliqua non sit probata possessio.*

Cesaraugustana Cabimentorum.
Die Lunæ 1. Iulij 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non conceditur in vltimis audientijs.*

2 *Ad probandam immemorabilem, necesse est quod testes deponant de visu per 40. annos ante litem motam.*

DECISIO MCDL.

1 DOmini pro maiori parte † censuerunt non esse dandam remissoriam Principatui; Primo ex eo, quod cū distulerit vsque ad vltimas Rotas petitionem, clarum est peti remissoriam ad effectum differendi expeditionem causæ, quo casu non solet concedi, *Roman. cons. 275. Cassador. decis. 3. num. 2. de dilation.* quæ est ratio, cur non soleat concedi in vltimis audientijs. Hoc quoque suadetur ex eo, quòd inter milites vtriusque Prioratus tam Emposte quàm Cathaloniæ iudicium fuit per rem iudicatam terminatum, & Prioratus venit ad causam pro suo interesse, quod potest, sed obstat ei, quòd si non vult inhęrere causæ antiquæ, vt videtur prætendere, ad effugiendum obstaculum sententiarum pro Castellania latarum, non videtur constare de aliquo eius interesse, quia ex statutis & stabilimentis Religionis repeliuntur diuisa cabimenta, præterquā in lingua Italię & Prouinciæ, quod potuit facere Religio, cum sit domina, & milites Administratores Commendarum; Ideo non releuat deducere, quod antiquitus Cabimentā essent communia; tum quia per diuisionem immutatus fuit status horū Prioratuum; tum quòd si vera esset pretensio Principatus, necesse esset inducere communionem omnium Cabimentorum Regnorum Hispaniæ, quę antiquitus sub vna tantum lingua comprehendebantur. Præterea, non potest hoc ius per testes probari, cū
2 ius cęperit de anno 1505. † & non potest fieri, vt reperiantur testes, qui deponant de visu per quadraginta annos ante litem motam, prout requiritur ad probandam immemorabilem, *vt fuit nuper decisum coram me in Corduben. re-*
* *decimarum.* * Neque potest prætendi per Principatum iniuriam fuisse illatam per talem diuisionem suis militibus, quia non sunt subditi Principatus, *vt per Io. Andr. & Abb. in c. dilectus, de appellation. Rota decis. 13. de iudic. in nouiss.* Neque obstat quòd articulus super immutatione, quę affirmatur facta in lingua non in Prioratu, videatur aliquo modo releuare, postquam prius facta est in Prioratu. Et in omnem euentum videtur sapere calumniam; cum in processu causę numquam voluerint Cathalani deuenire ad articulum obseruantię iam in actis probatæ.

* *Sub die Lunæ 17. Iunij proximè præteriti.*

Romana Deuolutionis domus.
Die Mercurij 30. Octobris 1601.

S V M M A R I V M.

1 *Concessio ad tertiam generationem sine beneplacito Apostolico est nulla, nisi res sit solita locari.*

2 *Ad hoc vt res dicatur solita locari, & sollemnitas non requiratur, necesse est, vt vel præcedat vna locatio sollemnis, et valida, vel adsint duæ concessiones, cum cursu quadraginta annorum effectuatæ.*

3 *Ad hoc vt locatio dicatur sollemnis, non sufficit, quòd præsumatur ex lapsu temporis, sed quòd verè fuerit sollemnis.*

4 *In prohibitis non statur assertioni contrahentium.*

DECISIO MCDLI.

FVit resolutum sententiam extra Rotam latam esse
1 iustam; † nam concessio ab Abbatissa, & Monialibus ad tertiam generationem est nulla, sine beneplacito Apostolico, *iuxta Extr. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* Neque excusatur Ioannes Franciscus, ex eo quòd res sit solita alienari, quia licet hoc in iure sit verum, *ex cap. 2. de feud. & ibi Doctores, Curt. in tit. de feud. in 2. parte, q. 1. in princ. Mohedan. decis. 249. Cæsar de Grass. decis. 3. & 4. de*
2 *reb. Eccl. non alien.* tamen in facto non probatur, † ad hoc enim vt res dicatur solita locari, vt sollemnitas non requiratur, necesse est iuxta communem sententiam, quam Rota amplexa est in pluribus causis, vt vel præcedat vna locatio sollemnis & valida, vel adsint duæ concessiones cum cursu quadraginta annorum, *Ias. in cons. 155. col. pen. lib. 2. Bald. de præscript. 1. parte, quinta part. princip. quæst. 20. & fuit dictum coram me, in vna Zamoren. Castri 14. Decembris 1579.* in hoc autem casu neque adest vna locatio sollemnis, quia de validatione illius factæ de anno
3 1530. non constat, † & ad hunc effectum non sufficit, quòd præsumatur sollemnis ex lapsu temporis, *vt fuit dictum in vna Romana Domus 15. Ianuarii 1586. coram Illustriss. Blanchetto.* Neque etiam adsunt duæ locationes cum spatio quadraginta annorum, & sic non applicatur limitatio de re solita locari. Non obstat, quòd ista concessio anni 1589. non sit noua concessio; sed renouatio prioris concessionis, quia de alia præcedente non constat,
4 † nisi per assertionem contrahentium, cui non statur in prohibitis, *iuxta doctrinam Bart. in l. si fortè, de castr. pecul.* & in materia alienationis rei Ecclesiæ *fuit resolutum in causa Auersana Tenimenti, coram bon. mem. Cantuccio, 24. Nouembris 1581. quæ est in impress. 160. num. 4. parte 2.* Neque obstant quietantię, quia non concludunt aliquam concessionem, nec qualitatem concessionis, & solutiones potuerunt fieri ratione possessionis, quam Annibal potuit habuisse ab illis, quibus facta fuit concessio ad tertiam generationem maximè cum in aliquibus solutio 15. Carlenorum correspondeat primæ causæ anni 1530. Non obstant nullitates deductæ contra sententiam, quia quod dicitur de defectu monitorij, respondetur fuisse factum monitorium coram Vicario in principio causæ, antequam reassumeretur coram Auditore Cameræ, sed in omnem euentum satis est, quod in obseruatione terminorum adsit citatio ad libellandum, vt in extractu fol. 30. à tergo.

Quantum verò ad aliam oppositionem de defectu iuramenti calumniæ, ea tollitur ex multiplicatione talis iuramenti in actis præstiti, vt fol. 50. & fol. 89. & fol. 175. Quare fuit conclusum sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandam.

Vallisoletana Residentiæ.
Die Veneris 8. Nouembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Abbas tenetur residere in Collegiata, in qua est intitulatus, & est caput, & fructus percipit, tam de iure communi quàm vigore sacri Concilij Tridentini, & licet habeat aliam sedem in Cathedrali, non excusatur tamen, vt si non resideat in Collegiata lucretur fructus & distributiones in illa.*

2 *Sedes honoraria in Cathedrali non arctat ad residentiam, quando de aliqua fructuum participatione non gaudet, sed talis residentia est voluntaria, non necessaria.*

3 *Dignitates, quæ habent necessariam residentiam in Ecclesia, compelluntur residere per subtractionem fructuũ, & alia remedia à iure communi & sacro Concilio Tridentido tradita.*

4 *Necessitas residendi determinatur ex eo, an dignitas sit intitulata in ea Ecclesia vel ne, aliàs residentia dicitur merè facultatiua, & uoluntaria non autem necessaria.*

5 *Obtinens duo beneficia residentiam requirentia ex dispensatione potest eligere in quo malit residere.*

DECISIO MCDLII.

1 CVm iam in hac causa fuerit resolutum † Abbatem
teneri ad residentiam in Collegiata, in qua est intitu-
latus, & est caput, & fructus percipit ex dispositione iuris
communis, & sacri Concilij Tridentini, nec excusari, ex
eo quòd fuerit ei assignata sedes in Cathedrali, Domini
censuerunt consequens esse, vt licet ei sit permissum resi-
dere, & diuinis interesse in Cathedrali; non tamen ideo
excusetor à residentia sua in Collegiata, ad effectum, vt
non residendo lucretur fructus & distributiones in absen-
2 tia. † Nam re vera Abbas non arctatur ad residentiam
in Cathedrali, licet ibi habeat sedem honorariam sine ali-
qua fructuum participatione, quæ res arguit talem residẽ-
tiam esse voluntariã, non autem necessariam, prout est il-
la, quæ fieri debet in Collegiata, in qua per erectionem
fel. rec. Sixti V. constituitur caput; & assignatur ei quota
fructuum, quorũ ratione tenetur omnino residere, *Abb.*
in c. de multa. n. 21. de prebend. Ferret. consil. 32. n. 15. lib. 1. &
3 huius rei signum est euidens, quòd † dignitates, quæ
habent necessariam residentiam in Ecclesia, compellun-
tur residere per subtractionem fructuum, & alia remedia
à iure communi, & à sacro Concilio tradita, quod non po-
test habere locum in hac sede honoraria Abbatis in Ca-
thedrali, *cap. pen. & fin. de cleric. non resid. & cap. 3. sess. 22.*
Concilij. & ideo *in causa Burgen. Residentiæ 3. Decembris*
4 *1593. coram R. P. D. meo Penia.* Rota † voluit, vt videre-
tur, An dignitates Burgen. essent intitulatæ in Ecclesia
Burgensi, vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur
necessitas residendi. Nec obstat, quòd sedis assignatio in
Cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi resi-
dendi; quia hæc est merè facultatiua, & voluntaria, non
5 autem necessaria residentia. Nec obstat, quòd † qui duo
beneficia residentiam requirentia ex dispensatione ob-
tinet, possit eligere, in quo malit residere, *glos. in cap. non*
potest. §. illud, in verbo retinere. & ibi Franc. n. 5. & Gemin.
n. 11. de preb. in 6. quia id procedit, vbi residentia in vtro-
que beneficio est necessaria, *Abb. in c. extirpandæ, §. quia*
verò, num. 5. de prebend. Non obstat, quòd ex dispositione
statutorum antiquorum Abbas non teneretur residere,
quia nihil de hac re disponunt, & satis est quòd adsit di-
spositio iuris communis, quæ etiam renouatur per dispo-
sitionem fel. rec. ord. Sixti V. in sua Bulla erectionis. Quare
conclusum fuit Abbatem non residendo in Collegiata,
non posse lucrari fructus.

Romana Deuolutionis Vineæ.
Die Mercurij 13. Nouembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc vt locum habeat deuolutio, necesse est prius docere de dominio Ecclesiarum prætendentis, quod non potest sufficienter constare ex recognitione, & solutione laudemij, & annua responsione, seu canone.*

2 *Confessio facta à muliere non informata, quòd res sit de dominio Ecclesiæ, non nocet ad effectum deuolutionis, sed sufficit tantum ad effectum exigendæ responsionis, seu canonis.*

3 *Per cessationem à solutione canonis per biennium integrum intrat deuolutio, licet non sit sufficienter probatum dominium, quando adest pactum.*

4 *Deuolutio ob deteriorationem non habet locum non cõcurrente concludente dominij probatione, seu pacto deuolutiuo in ipsum casum deteriorationis cõcepto, licet sit conceptum in casum non solutionis.*

5 *De deterioratione vel melioratione rei non potest constare, nisi constito prius de antiquo statu rei.*

6 *Per effossionem pulueris putuolanæ in vinea non arguitur deterioratio, quando alia potuerunt fieri melioramenta, quæ tali deteriorationi æquipolleant, & excedãt.*

7 *Deuolutio ob deteriorationem non habet locum, quando non est considerabilis deterioratio, & non concurrat dolus.*

DECISIO MCDLIII.

1 DOmini censuerunt non fuisse factum locum deuolu-
tioni Vineæ, de qua agitur; nam ad hunc effectum
necessarium est docere de dominio Ecclesiæ prætẽdentis
deuolutionem, vt pluries in Rota fuit resolutum. Ve-
rum in casu isto licet Domini faterentur aliqualiter con-
stare de dominio Ecclesiæ ex recognitione Catharinæ, &
solutione laudemij, & responsione annua barilium quat-
tuor musti, cum expressa enunciatione existere sub pro-
prietate Ecclesiæ S. Martini: tamen ista non sufficiunt ad
absolutam dominij probationẽ, cum sit vnica tantum re-
cognitio facta ad effectum habendi consensum Rectoris
2 in emptione dictæ Vineæ; & † confessio facta à muliere
non informata, quæ non sufficit, nisi ad effectum exigen-
dæ responsionis, seu canonis, vt in specie in simili *fuit di-*
ctum coram bon. mem. Orano, in Romana Vineæ 22. Iunij
1591. & cum omnia narrata & promissa sint contenta in
eodem instrumento, non possunt inuicem sibi præstare ali-
quod adminiculum sufficiens ad probationem concluden-
tem dominij. Admittebant tamen aliqui ex Dominis, quòd
3 † si constaret de cessatione à solutione per integrum bi-
ennium posset habere locum deuolutio, non ex vi pro-
bati dominij, sed ex vi pacti conuenti appositi in dicto
instrumento, sed ex facto excluditur ista prætensio, cum
appareat, non fuisse cessatum per biennium integrum.
Exclusa itaque deuolutione ex capite cessationis à solu-
4 tione, restat solum videre; † An ob prætensam deteriora-
tionem factus sit locus deuolutioni. Et Domini concor-
diter fuerunt in sententia negatiua, non. n. concurrit proba-
tio concludens dominij, neque pactum conceptum est in
casum deteriorationis, sed nõ solutionis tantum; Quod eo
5 magis dicendum est, † ex quo de deterioratione constare
non põt, nisi appareat qualis fuerit status antiquus, vineæ,
quemadmodum non dr̃ constare de melioratione, nisi cõ-
stito de antiquo rei statu, *vt per Bar. in l. si negotia, de neg.*
gest.

gest. Curt. iun. consil. 165. num. 20. & sæpius fuit decisum, &
6 *præcipuè in causa Romana Domus de Valle*; nam † ex eo quòd probetur effossum fuisse puluerem Puteolanam ex dicta Vinea, non arguitur deterioratio, cum alia potuerint fieri melioramenta, quæ æquipolleant huic deteriorationi, immo etiam excedant, vt ex testibus colligitur, & maximè hoc conijci potest ex quantitate vini recollecta de tempore emptionis, quæ non fuit sufficiens pro solutione canonis, & ea quæ recollecta fuit tempore prætensæ deuolutionis. Præterea, effossio Puteolanæ communiter fieri solet in omnibus vineis, neq. considerabilis potest esse
7 læsio in emphyteusi perpetua, qualis erat ista. † Cum itaque hic non concurrat neque dolus, neque considerabilis deterioratio, non intrat deuolutio, *vt per Corbul. de priua-*
a *tion. ob deteriorat. n. 24.* *a* Et hæc saltem præstant instantem excusationem, nec dici potest constare ex hoc instrumento de inuestitura istius vineæ, qui est casus decisionum in
b contrarium allegatarum, *b* cum tempore huius contractus Ecclesia non esset in possessione vineæ, & sic allegatæ decisiones non faciunt ad casum istum. Ex quibus conclusum fuit non fuisse factum locum deuolutioni.

* *Vt in Romana Vineæ. 28. Iun. 1592. coram bon. mem. Orano, & in Feroliuien. parochialis, 3. Iunij 1588. coram eod. & in Roman. domus, 11. Maij 1592. coram Card. Mellino, & in Roman. prætensæ deuolutionis domorum 13. Nou. 1596. coram bon mem. Litta, & in Romana Vineæ, 22. Martij 1602. coram eodem, vbi canonizantur alia similes decisiones.*

a *Adde Ias. in l. 2. num. 98. C. de iure emph.*

b *Nempe in causa Romana deuolutionis vineæ, 13. Martij 1554 coram Chiroga in Vicentina decimarum 28. Aprilis, 1589. coram bon. mem. Illust. D. meo Seraphino, & in Pampilonen. Congrua, 7. Apr. 1595. coram Illust. Mellino, & in Ciuitatis Castelli bonorum, 12. Febr. 1590 coram Card. Pamphilio, & in Lauden. deuolutionis, 21. Apr. 1597. coram Reuerend. Corduba.*

Lauretana Pecuniaria.
Die Veneris 31. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Solutio præsumitur facta in causam duriorem, & causa durior dicitur, quæ habet obligationem Cameralem.*
2 *Obligatio Cameralis dicitur durior, in qua præter obligationem Cameralem currunt fructus.*

DECISIO MCDLIV.

CAusa visa fuit difficilis, quia factum est valde intricatum, ex quo non habemus certam notitiam, in quam causam pecuniæ, quas Iosephus prætendit se transmisisse Romam ad Lucinum peruenerint, neq. etiam constat præcisè de summa pecuniarum transmissarum, præterquam de scutis ducentis, ex quo Lucinus facit mentionem litterarum Iosephi sub ea data, sub qua fuerunt illa ducentum transmissa. In alijs pecunijs triplex versatur difficultas, quarum prior est, ad quam summam ascendant; Altera an essent pecuniæ Iosephi, an verò aliorum debitorum, à quibus eas exigebat nomine Lucini, prout in eius litteris apparet; Tertia in quam causam transmissæ fuerint, & totum negotium valdè obscurum reddit debitum census, quem sibi Iosephus accollauerat, & pro quo ad fructus tenebatur, & demum ad extinctionem pecunias Romam transmiserat, vt prætenditur ab hæredibus Lucini, & à peritis videtur approbatum; Vnde remanet tantum extra difficultatem debitum scutorum 405. solidatum anno 1587. & per instrumentum in forma Cameræ probatum: Esset etiam extra difficultatē solutio illa ducentorum su-
1 pra relata, † quæ ex iuris præsumptione censeretur cedere in causam duriorem, & sic in causam debiti in forma Cameræ, *l. 1. cum notat. de solution. Paris. cons. 122. n. 9. lib. 4.*
* *cum similibus.* * † nisi præcederet similiter alia obliga-
2 tio ratione census, quæ videretur durior, quia præter obligationem Cameralem currunt fructus census, quod non est in altero illo debito 405. Quare in hac perplexitate Domini inclinabant probari Iosephum remanere debitorem totius summæ scutorum 405. cum hoc præsupposito tamē, quòd debitum census præcederet debitum hoc 405. Vnde consultius erit causam hanc denuò proponere, & difficultates excitatas maturius discutere.

* *Et fuit dictum in Anconitana pecuniaria, 27. Iunij, 1590. coram Cardin. Pamphilio.*

Romana Tutelæ.
Die Lunæ 17. Februarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio dotis facienda per exceptionem administrationis tutelæ, impediri non potest secundum communem, contra Socin. Dec. & alios; maximè vbi concurrit obligatio Cameralis ad fauorem dotis.*
2 *Contra obligationem Cameralem non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.*
3 *Exceptio compensationis contra mulierem repetentē dotem opponi potest, quando tamen cōpensatio est liquida.*
4 *De illiquido ad liquidum non admittitur compensatio.*
5 *Compensatio specierum ad quantitatem regulariter non admittitur.*

DECISIO MCDLV.

1 FVit resolutum † exceptionem administrationis tutelæ non impedire restitutionem dotis, quam petit Illustriss. Domina Victoria ex pluribus; Primò, quia hæc est communis sententia Doctorum, quos citat *Negusant. de pignor. 1. membr. quint. 5. part. princip. num. 36. reprobato consil. Socini 180. lib. 2. Dec. cons. 552. Vnius decis. 317. num. 1. lib. 2. & hanc sententiam tenuit Rota, vt per Sarnens. decis. 64. licet in decis. Put. 146.* iste articulus non fuerit decisus, sed & hoc idem fuit *à Rota resolutum in causa Saluiani interdicti de Columna, 19. Nouemb. 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto*; maximè cum concurrat obligatio Ca-
2 meralis ad fauorem Dominæ Victoriæ, † contra quam non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.
3 Secundò, quia † licet exceptio compensationis possit opponi contra mulierem repetentem dotem, *l. rei iudicatæ, §. 1. solut. matr.* tamen hoc procedit, quando opponitur com-
4 pensatio liquida, † cum de illiquido ad liquidum talis compensatio non admittatur, liquidum verò non est, tot bona peruenisse ad manus Dominæ Victoriæ, vt ex eis potuerit sibi satisfacere, & rem illiquidam faciunt contrariæ relationes in actis productæ, cum etiam petatur fieri cō-
5 pensatio specierum cum quantitate, † quæ regulariter non admittitur, *l. si conuenerit, de pignor. actione.* Et ita euitantur decisiones in contrarium allegatæ *in causis Romana de Beuilaqua, coram bon. mem. Domino Orano, & in Ro-*
* *mana Tutelæ, coram R. P. D. meo Penia,* * in illis enim cōstabat tot pecunias peruenisse ad manus administratorū, vt ex illis præsumeretur eos sibi satisfecisse. Non obstat, quod dicitur Dominam Victoriam declarasse se velle retinere Castrum Normæ, & alia bona pro satisfactione suæ dotis, quia non apparet, quòd talis protestatio habuerit effectum. Quare conclusum exceptionem propositam non obstare.

* *In Romana Administrationis tutelæ sub die Lunæ 2. Aprilis 1590.*

Romana Hospitijs de Lucatellis.
Die Lunæ 3. Martij 1[illegible]3.

SVMMARIVM.

1 *Mors probatur per testes de publica voce & fama, maximè si per decem annos ante examen percutiant.*

2 *Mors probatur ex fide libri Hospitalis, quando ad illud accessit infirmus, & postea quando obijt.*

3 *Testes, qui patiuntur exceptiones releuantes possunt nihilominus pro adminiculo deseruire.*

4 *Quando pars sæpius fuit citata ad dandum interrogatoria, sufficit, quòd per iudicem fuerint testes interrogati.*

DECISIO MCDLVI.

Domini censuerunt constare de morte Ioannis Christophori. Primò, ex testibus iam repetitis, quàm de
1 nouo examinatis, † qui concludenter probant publicam vocem & famam obitus dicti Ioannis, & percutiunt per decem annos ante examen. Secundò concurrit probatio,
2 † quæ desumitur ex libro Hospitalis, in quo adnotatum fuit, quando accessit ad dictum Hospitale infirmus, & deinde quando obijt; nec fidem dicti libri tollit, quòd circa ætatem non concordent partitæ; nam manifestè apparet fuisse alteratam scripturam, & superinductum numerum 45, loco numeri 35. quod non potest præsumi factũ, nisi ab interesse habentibus. Diuersitates verò allegatæ visæ sunt leuiores, quàm quòd in illis possit fieri fundamẽtum. Tertiò res visa est Dominis satis verisimilis, cum tanto tempore, quo hæc causa pendet, nusquam vmquam comparuerit dictus Ioannes, neque constat quòd discesserit ab Vrbe, aut alibi locorum commoretur, ex quibus satis coadiuuari videtur probatio duorum testium, qui de
3 posuerant, se vidisse Ioannem mortuum, † quamuis contra eos adsint exceptiones releuantes, nihilominus inseruiunt pro adminiculo stante prædicta probatione de nouo deducta. Non obstat, quod obijcitur contra examen
4 testium, † eos fuisse examinatos sine interrogatorijs partis, quia cum pars fuerit sæpius citata ad dandum interrogatoria, eaq. non dederit, sufficit fuisse per iudicem interrogatos, *c. cum causam, de testib. notant Doctor. in cap. 2. §. tester. de testib. lib. 6. vbi Ioan. Andr. num. 15. Franc. num. 6. Peregrin. decis. 106. lib. 2. & fuit resolutum in causa Cameriuen. bonorum, 20. Martij 1589. coram R. P. D. meo Penia.* Neque obstat, quod dicitur unum testem examinatum anno 1599. deposuisse se vidisse Ioannem sono cinque ò sei anni, & ita quòd falsum est, obiisse anno 1591. nam Præterquam quòd iste est vnicus testis, adest etiam nullitas examinis per aduersarios impugnati, & etiã non loquitur certitudinaliter de tempore: Vnde non potest in eo fieri fundamentum. Et ex his conclusum pro sufficienti probatione obitus Ioannis.

Aurienſ. Sancti Pelagij.
Die Lunæ 10. Martij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui dicit non uidisse aliquam vnionem, non probat negatiuam.*

DECISIO MCDLVII.

Dubitatum fuit, an probetur Monasterium de Osera possedisse Ecclesiam sancti Pelagij mediante persona fratris Sebastiani Abbatis dicti Monasterij, & fuit per Dominos conclusum circumscriptis exceptionibus nullitatis examinis, & fidei iurium, de quibus postea erit agendum, constare de possessione fratris Sebastiani Abbatis, quæ probatur per omnes testes hinc inde datos, sed difficultas in eo versatur, an possederit vti Abbas, & nomine Monasterij, ita ut possit dici quæsitam fuisse possessionẽ Monasterio, & placuit opinio affirmatiua, quia tertius testis Monasterij num. 3. dicit se pluries de mandato Sebastiani asportasse fructus dicti beneficij ad Monasterium, & audiuisse, quòd ex mandato eiusdem accedebant Monachi ad dictam Ecclesiam pro colligendis fructibus, & quòd Sebastianus percipiebat fructus nomine Monasterij, & insuper quòd fecit fabricare domos in dicto beneficio mediante opera ministrorum Monasterij, ac de bonis & rebus ad Monasterium spectantibus, & in hoc habet alios contestes; & maxime suadetur possessionem fuisse nomine Monasterij cuius expensis ibi ædificauit, cũ hæc Ecclesia fuerit gubernata à quibusdam Alphonso & Iacobo de sancta Maria, quos testes dicunt, fuisse ibi positos ab Abbate dicti Monasterij, & dicunt etiam de auditu istam Ecclesiam esse grangiam Monasterij, quod confirmatur ex eo, quòd connumeratur inter bona Monasterij in Bullis Honorij, & Eugenij: Non obstat, quòd testes Henrici dicant Alphonsum & Iacobum possedisse hãc Ecclesiam vti Rectores, quia subdunt se nescire, quo titulo possederint. † Neque obstat, quòd dicant hanc Ecclesiam non esse
1 vnitam Monasterio, quia soluni dicunt se non vidisse aliquam vnionem; & ideo non probant negatiuam, Vltimò non obstat quod testes dicunt Sebastianum, postquam desijt esse Abbas, habitasse in domo beneficij cum Ioanne eius fratre germano; quia ista habitatio non potuit esse vti ab Abbate, cum esset spoliatus Abbatia, sed potuit esse iure familiaritatis, cum eius frater post discessum Abbatis institutus fuit in beneficio: Et hæc circa possessionem Monasterij. Quantum verò ad effectum, Dñi nihil statuerũt, sed voluni quòd super eo detur particulare dubium.

Vicentina Feudi Decimarum.
Die Lunæ 10. Martij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi finitam fuisse lineam incumbit agenti ad recuperationem, etiam quòd consistat in negatiua, quòd maximè procedit, quando reus non impugnat inuestituram, nec excipit de aliquo iure tertij, sed uti possessor excludit actorem, ex quo, non docuit concludenter de iure suo, vt num. seq.*

2 *Et hoc intelligitur procedere siue Ecclesia agat rei vindicatione, siue remedio redintegrandæ, ut num. 4.*

3 *Consl. Syluestr. Aldobrand. 80. num. 5. & Taris. 86. nu. 18. lib. 4. quando procedant.*

5 *Finita linea inuestitorum intrat spolium, si Ecclesia, non fuerit redintegrata.*

DECISIO MCDLVIII.

1 Domini censuerunt † onus probandi fuisse finitam lineam inuestitorum, incumbere Ecclesiæ agenti ad recuperationem feudi, de quo agitur, *ex reg. l. 2. ae probation. l. actor. C. eod.* etiam quod consistat in negatiua, iuxta *dictum Baldi in l. in illa, de verb. oblig. & ita fuit in pluribus causis resolutum, vt in Romana domus, 3. Aprilis 1579. coram illustriss. Blanchetto, & coram R. P. D. meo Litta, in causa Sabinen. Collis Rampoli, & coram me in causa Romana domus 15. Ianuarii 1588. ubi allegatur similis decisio coram bon. mem. Oradino,* & *faciunt allegata in hoc eodem*
2 *feudo per Peregrin. consil. 26. numero 24.* † quod sine difficultate procedit, ex eo quòd Domini de Tonso non excipiunt de inuestitura, nec de aliquo iure tertij, sed uti possessores excludunt actorem, qui ipse produxit inuestituras, ex quo non docet concludenter de iure suo, quod suffi cit, *l. fin. C. de rei vendic. l. qui accusare, C. de edend.* præsertim cum ex confessione Ecclesiæ, quæ inuestituras produxit, constet adfuisse lineam inuestitorum, nec docet eam fuisse finitam, vel quòd omnes decesserint, vel quòd superstites sint illegitimi, *Ripa, in l. ex facto, ad Trebell. Put. decis. 45. lib. 1. cum alijs per Informantes allegatis.* † Nec obstat *consl. allegatum Domini Siluestri Al-*
3 *dobrandini, 80. numero 5.* quia procedit, ubi non constat filios extitisse, secus si probaretur extitisse, quia tunc probanda esset eorum mors, & ita etiam procedit *con-*
4 *silium Taris. 86. num. 18. libro 4.* † Et ista procedunt, siue Ecclesia agat rei vendicatione, siue remedio redintegrandæ,

dæ, nam probatis extremis per Ecclesiam obstaret ei ex-
ceptio amissæ possessionis facto suo, quòd si vellet repli-
care eam fuisse amissam intuitu tantum lineæ inuestito-
5 rum, † quia finita intrat spolium, *vt fuit resolutum in vna*
Asculana bonorum coram bon. mem. Oradino, tamē semper
teneretur Ecclesia docere lineam fuisse finitam, alias non
competeret tale remediū restitutorium. Et ita conclusum.

* *Sub die 11. Febr. 1574.*

Bisuntina, & Basileens. Vnionis.
Die Veneris 14. Martij, 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Obseruantia vnionis tā ad effectum confirmationis quàm ad effectum iustificationis gratiæ sufficit ex lapsu 30. ann. dummodo sit vera, & non præsumpta.*
2 *Præsumptio præsumptionis dari non debet.*
3 *Scientia vera per coniecturas etiam & præsumptiones probatur.*
4 *Aliud est scientiam esse præsumptam aliud eam probari præsumptionibus, & coniecturis.*
5 *Probatio per præsūptiones et coniecturas in materia difficilis probationis est concludens, & est arbitraria.*
6 *Scientia Vnionis ex quibus probari possit, & num. 10. vsque ad num. 14.*
7 *Quis censetur possidere ex titulo præambulo ad euitandum delictum.*
8 *Ex effectuatione coadiutoriarium colligitur affectuatio Vnionis.*
9 *Scientia colligitur ex actibus, qui à communiter accidentibus solent deuenire ad notitiam, maximè iuncta continua conuersatione, Item ex qualitate facti ardui.*
11 *Scientia ex præsenti præsumitur in futurū, quando adest eadem causa præsumendi.*
12 *Ex præsumptionibus resultat vera probatio scientiæ.*
13 *Vnio non potest fieri nisi de consensu possidentis beneficium, quod vnitur.*
14 *Crassa & supina ignorantia in pluribus personis interesse simul habentibus vix cadere potest, nisi sit dolosè affectata.*
15 *Molestiæ etiam iudiciales non interrumpunt cursum temporis, quod requiritur ad obseruantiam, et præsumptionem ex ea resultantem.*

DECISIO MCDLXIX.

FVit de mandato S.D.N. proposita hæc causa circum-
* scriptis iurib. vltimo per Murbacens. exhibitis * cum
non possent hic in curia cognosci, & pars Luttensium val-
de conquereretur fieri fundamentum super illis, nulla fa-
cta recognitione, quare proposita causa super eodem arti
culo; An constet de obseruantia vnionis non solum ad
effectum confirmationis, sed etiam ad effectum iustifica-
1 tionis gratiæ. Et ea diligenter discussa, † Domini censue-
runt satis constare de obseruantia ad omnem effectum,
retentis etiam conclusionibus per Dominos aduocatos
Luttensium deductis, nempe quod talis obseruantia de-
bet esse triginta annorum, *vt fuit resolutum coram S.D.N.*
Clemente VIII. in causa Lucana Decanatus. Item quòd de-
2 bet esse vera & non præsumpta, † ne detur præsumptio
a præsumptionis, *vt in decis. Placentina*, a *coram bon. mem.*
Bubalo, per informantes allegata. Fuit enim primo conside-
ratum ex veris probationib. constare de vnione confirma
ta à fel. rec. Pio IV. an. 1561. Item constare ex veris & in-
dubitatis probationibus. Luttenses habuisse scientiam hu-
ius vnionis de anno 1576. vt fuit in priori decisione istius
b causę consideratum *b* Et cum ad perficiendam probatio-
nem obseruantiæ per 30. an. desint tantummodo 6. an. de
quo tempore probandum est Luttenses habuisse sciētiam
3 vnionis, † quæ probari potest etiam per coniecturas & præ
sumptiones, ex quib. scientia vera probatur, *Aymo. cons.*
4 *73. n. 19. et 178. n. 1. Affl. decis. 44. n. 16.* & † aliud est scientiā
præsumptam esse, aliud eam probari præsumptionib. &
5 coniecturis, † quæ probatio est concludens in materia dif
ficilis probationis & est arbitraria, *vt tradit Conar. in c. si-*
liarum, de testam. n. 1. Domini tota serie facti considerata
6 censuerunt, † talem scientiam satis probari primo ex con-
tinuata possessione istorum Monasteriorum per Abbates
vtriusque Monasterij, nempe Rodulphum, Vdalricum,
7 Vuolfgangum, & demum Andream Cardinalem, † Hos
autem possedisse ex præambulo titulo dicendum est ad
euitandum delictum, & certum est primos, qui Vnionem
impetrarunt, eius scientiam habuisse; Item & successores,
qui in vim Coadiutoriarum, in quibus narrabatur Mona
steriorum Vnio, postea successerunt per obitum Abbatū,
adeo quòd de scientia Vnionis tam Abbatum prædicto-
rum quàm Monachorū Murbacensium dubitari non po-
test, cum ad adipiscendam possessionem sit necesse exhi-
bere titulum, ex quo tradentes possessionem reddeban-
8 tur certi de titulo Vnionis, † & ex effectuatione Coadiu-
toriarum colligitur effectuatio Vnionis, *iuxta consilium*
pluries à Rota approbatum Oldrad. 129. n. 2. Neque est ve-
risimile, quòd Luttenses per tot annos nescinerint, quo-
modo Vdalricus esset effectus eorum superior, & q̄ Vdal-
ricus nō deduxerit Coadiutoriam ad notitiam vtriusque
Capituli, ne in casum obitus Rodulphi controuerteretur
9 eius prouisio, † & scientia colligitur ex actibus, qui ex
communiter accidentibus solent deuenire ad notitiam.
Aymo consil. 168. num. 5. maximè iuncta continua con-
uersatione inuicem Monachorum vtriusque Monasterij
Grat. consil. 49. num. 10. lib. 1. & ex qualitate facti ardui
ibidem num. 13. Accedit, quòd Luttenses, qui anno 1676.
ex nominatione Vuolfgangi pro Coadiutore Ioan. Vdal-
rici facta per vtrumque Monasterium habuerunt scien-
c tiam vnionis, vt aliàs decisum fuit, *c* non se opposuerunt
10 neque contradixerunt Vnioni, † immo actum fecerunt
qui non poterat per eos explicari, nisi præsupposita Vnio-
ne: & ideo ex eo oritur vrgens præsumptio, quod prius ha-
11 berent notitiam istius Vnionis, † cum ex præsenti præ-
sumatur in præteritum, quando adest eadem causa præ-
sumendi, *Bald. & Salic. in l. ex qua persona, C. de probation.*
12 Neque obstat, † quòd ista sit scientia præsumpta, quia
ex præsumptionibus resultat vera probatio, vt dictum est,
& fuit late deductum diebus præteritis *in causa Oscen.*
d *Archidiaconatus, coram R.P.D. meo Lancellotto,* d quod
13 etiam confirmatur ex eo, quòd † non fiunt Vniones, nisi
de consensu possessorum beneficiorum, quæ vniuntur.
Vnde concludendum est Luttenses habuisse scientiam
14 Vnionis vsque à principio Coadiutoriæ Vdalrici, † vel
fuisse in crassa & supina ignorantia, quæ in tot personas
cadere vix potest, nisi sit dolosè affectata. Neque dedu-
cta in contrarium obstant; Et Primò, quòd non constet de
effectuatione Coadiutoriæ Vdalrici, cum contrariū pro-
betur ex effectuatione sequutæ successionis vigore Clau-
sulæ cum futura successione in Coadiutoria appositæ, &
quamuis habuerit retentionem Abbatiæ sancti Maximi;
non ideo infertur noluisse interim habere possessionem
Coadiutoriæ, cum hęc esset dignior, & cum non vacaret il
la sancti Maximi, nisi postquam factus fuisset locus futu-
ræ successioni. Nec probatur vllibi Vdalricum fuisse
creatum Coadiutorem ante confirmationem Vnionis, sed
vtraque gratia tam Vnionis quàm Coadiutorię est sub ea-
dem die, cum mentione Vnionis perpetuę, quia in eo sta-
tu erant Abbatiæ vigore Vnionis à Legato prius factæ.
Neque etiam obstant deducta contra gratiam Vuolfgan
gi, quia licet in gratia non nominētur Luttenses pro Ora-
toribus, tamen in ea dicitur prius de hoc actum fuisse co-
ram Monachis vtriusque Monasterij, & narratur explici
tè Vnio, & confirmata fuit à Gregorio XIII. in vim præ-

cedentis electionis factæ per vtrumque Monasterium. Nec effectuationi obstat, quòd concessa fuerit cum Clausula, Postquam professionem emiserit, quæ numquã fuit ab eo emissa, quia onus susceptionis habitus, & emissionis professionis fuit iniunctum in euentum futuræ successionis, non autem Coadiutoriæ. Similiter non obstat, quod contra electionem Andreæ opponitur de protestatione Capituli Luttensis in adeptione possessionis, quia huic fuit in alia decisione responsum, nempè, per eam non fuisse impugnatam Vnionem, sed solum ius cuiusdam Gabrielis, qui fuerat à solo Capitulo Murbacensi electus, & Andreas vti volebat eius cessione, cui rei se opposuit Capitulum Luttrense, quod noluit approbare electionẽ factam à solis Murbacensibus, quæ res mirum in modum confirmat statum Vnionis à Lutrensibus approbatum ex isto actu, & ex impetratione Breuis Gregorij XIV. necnon ex electione nuper facta per vtrumque Capitulum post obitum Andreæ Cardinalis, subscriptæ non à solis Murbacensibus, vt prætenditur, sed à scrutatoribus. Postremo non obstat asserta lis super vnione, de qua deponunt testes extraiudicialiter examinati, quia omissa nullitate
15 examinis, satis est, quòd Lutrẽses nihil obtinuerint; † quo casu istæ molestiæ, quatenus probarentur, non interrumpunt cursum temporis, & præsumptionem ex eo resultantem *iuxta doctrinam Felin. in cap. illud, de præscript. quem sequuta est Rota coram me in causa Romana Casalis Lon-*
c *ghezzæ.* c Et ex his conclusum satis superq. de obseruantia constare ad effectum iustificationis gratiæ,

* *Sub die 27. Ianuarij proximè præteriti, qua die nihil fuit resolutum, sed resolutio ad hanc propositionem dilata.*
a *In Placentina decimarum 31. Ianuarij 1586.*
b *Sub die Veneris die 20. Maij anni præteriti.*
a *Sub dicta die 10. Maij anni præteriti sub num. 8. cum seqq.*
d *Et præsertim sub die 10. Iunij anni præteriti.*
e *Sub die 22. Iunij 1594. num. 6.*

Cæsaraugustana Cabimentorum.
Die Veneris 14. Martij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria ex magna suspicione calumniæ denegatur.*
2 *In probanda immemorabili debet demi tempus litis, & testes debent deponere de anteriori tempore.*
3 *Remissoria non conceditur, quando constat per scripturas de contrario eius quod probari prætenditur.*
4 *Milites Religionis non possunt se ingerere in Commendis, nisi quatenus velit Religio, quæ est omnium Commendarum domina.*

DECISIO MCDLX.

Domini vnanimiter censuerunt standum esse in decisis *sub die 1. Iunij 1602.* non esse dandam Principa-
1 tui remissoriam; Primò, † quia vrget magna suspicio, eam peti calumniosè ad euitandam decisionem Putei, & alias factas in hac causa, & ad differendam eius expeditionem, *Cassad. 3. & seq. de dilation.* Articuli enim concludunt communionem Cabimentorum inter Castellaniam & Prioratum Cathaloniæ contra statum diuisionis, qui semper fuit à die motæ litis, & antea, quæ fuit de anno 1505.
2 † Vnde non possunt reperiri testes, qui dempto tempore litis, possint de anteriori statu deponere, demendum est enim tempus litis, *c. licet, de testib.* Nec dubium est Principatum inhærere antiquæ liti, cum eius interesse, quatenus aliquod prætendere possit, sit secundarium & connexum cum interesse militum. Neque etiam ei suffragatur, licet concedamus hanc esse nouam litem; cum veniat ad defensionem militum, ne excludãtur à Castellania & alijs
3 Commendis Aragoniæ: † Præterea, constat per scripturas de contrario eius, quod probare nituntur, quo casu denegatur remissoria *Ægid. decis. 9.* quod conuincitur *ex decisionibus Putei 341. & 399. lib. 2. in hac causa factis, & ex stabilimentis Religionis cap. 53.* ex quo patet diuisa fuisse Cabimenta omnium linguarum præterquam Italiæ & Prouinciæ, & quidquid dicatur, hoc stabilimentum est clarissimum; & maximè procedit in Castellania, & prioratu Cathaloniæ, cum lingua Hispaniæ, quæ ab initio comprehendebat omnia Regna Hispaniarum, fuerit diuisa in plures Prioratus, videlicet Castellæ, Aragoniæ, Nauarræ, & Portugalliæ, quas hodie constat habere cabimenta diuisa: Vnde idem dicendum de alijs diuisis, & illud non controuertitur ab ipsa Reli-gione, neque potest impediri à Principatu, neque à mili-
4 tibus, † qui non possunt se ingerere in Commendis nisi quatenus velit Religio, quæ est domina omnium Commendarum, *vt fuit aliàs decisum, vt per Mohedan. 10. de caus. poss. & propr. & fuit resolutum coram me, in Meli-*
* *ten. pensionis:* * Vnde cum hodie Religio acquiescat huic statui, & interesse Prioratus sit vel nullum vel secundarium, & connexum cum interesse militum, vtique non est audiendus Principatus super hac prætensione. Et ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 21. Maij 1601. in princ.*

Gerundens. Vini.
Die Lunæ 17. Martij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Mensuræ mentio de illa intelligenda est, quæ extat, si de alia non appareat.*
2 *Vbi agitur de probanda re antiqua, testes de publica voce & fama plenè probant.*
3 *Ad probandum identitatem sufficiunt leuiores probationes etiam per indicia & coniecturas.*

DECISIO MCDLXI.

Fvit dubitatum, an constet de quantitate, & qualitate Vini, in casu, de quo agitur, & censuerunt Domini constare: Nam quantum ad quantitatem, statutum clarè loquitur de vna Iustitia siue Iustina in diebus ieiunij, & in alijs diebus de vna Iustina cum dimidia, prout erat solitum dari vnoquoque die pro mensium & personarum qualitate. Verum difficultas in eo versatur, quænam sit ista Iustina, de qua fit mentio in statuto, & Canonici affirmant hanc mensurã adhuc exstare in rerum na-
1 tura, & conseruari in Ecclesia Gerundensi. Ideo † de illa intelligendum esse statutum, cum de alia non appareat,
* *ad notata in l. 1. de lib. & posth.* * Accedit, quòd cum eadem mensura hodie præstatur vinum Hippocraticum vulgariter Procas, prout antiquitus fiebat statis anni temporibus. Corroboratur hæc probatio ex testibus de publica voce, & fama, qui etiam deponunt de auditu à maioribus de identitate istius Iustitiæ cum antiqua, & multum facit, quòd antiquitus pro ista mensura dabantur quattuor denarij, & cum quindecim Iustitiæ constituant Dolium, quod de anno 1540. vendebatur quinque solidis, quorum quilibet valet duodecim denarios, vt in fide, quæ datur, constat de dicto anno fuisse eiusdem capacitatis, & quantitatis cum modernis, quarum quindecim constituunt Dolium etiam de tempore præsenti. Quibus stantibus censuerunt Domini satis probari istam Iustinam esse
2 illam eamdem, de qua fit mentio in antiquo statuto; † nã vbi agitur de probanda re antiqua, testes de publica fama plenè probant, *Marsil. in l. de minore. §. plurimum quoque, num. 60. de quæstion. Ias. in l. admonendi, n. 243. in 2. le-*
3 *ctura de iureiur.* † & ad probandam identitatem sufficiũt leuiores probationes, etiã per indicia & coniecturas, *Affl. decis. 23. num. 3. Decian. respons. 17. n. 9. & 21. lib. 3.* maximè concurrentibus adminiculis vrgentibus supra relatis. Neque obstat, quòd ista probatio non percutiat tempus statuti an. 1312. quia statutum nouum non habet relationẽ ad statu-

ftatutum antiquum,fed fimplicitet ad folitum,quod poteft verificari de tempore anni 1540.& aliorum citra,præfertim cum anoo præcedente ftatutum oouum, Dolium valeret quinque folidis, quæ res multum facit ad corroborationem probationis: Verum quia multum conqueruntur Præpofiti de exceffu in quantitate vini, qui tamen confiderari non poteft,nifi refpectu pretij,iudicatunt Domini expedire, vt differatur toralis expeditio caufæ, donec afferant Præpofiti fuas probationes; dummodo non differant nimis eas exhibere;cum mandatum liquidationis fuerit conceffum fine recordatione difputationis dubij,& expeditionis caufæ. Quantum ad qualitatem vini, caret difficultate, effe præftandum vinum bonum iuxta qualitatem perfouarum; nam pretiofius fuit deftinatum pro miffis celebrandis. Et ita conclufum.

* *Per l.quamuis,C.de fideicommiff. Ripa,in l.2.num.14.de leg.1. Caputaq.decif.159.num.12.& 13.*

Ariminenf. Caftrorum.
Die Lunæ 28. Aprilis 1603.

SVMMARIVM.

1 *Vbi agitur de probandis redditibus ex caufa refciffionis, probatio debet effe plena & concludens,non autem præfumpta, fecùs fi agatur ad effectum liquidationis,quia tunc fufficit etiam leuior probatio, etiam ex folito, vt num. feq.*

2 *Doctor. Baldi in l.1.num.16.C.de fruct.& lit. expenf.& Verall.decif.30.p.2.quomodo intelligantur.*

3 *Probatio fummæ redditiuum feu fructuum ad effectum refciffionis tranfactionis,qualiter & quomodo probari debeat,& num.5.*

4 *Teftes non bene informati de qualitate rei non probant valorem.*

DECISIO MCDLXII.

Domini in hoc dubio cenfuerunt ex teftibus examinatis pro Illuftr. coniugibus de Ferreris non probari certam fummam redditutum ciuilium, & criminalium
1 Caftrorum, de quibus agitur, † cum non agatur de probandis iftis redditibus ad effectum liquidationis, fed ad effectum refciffionis contractus tranfactionis, & ex caufa refciffionis probatio debet effe plena & concludens, non autem præfumpta, *Alex.in l.pretia rerum. num.9. ad leg. Falcid. Alciat. de præfumpt. regul. 3. præfumpt. 9. Gabr. de*
2 *empt.& vendit.concl.1.num.63.* † & ideo non applicatur doctrina *Baldi in l.1.num.16.C.de fruct.& lit.expenf. Verall.decif.30.parte 2.* nam loquuntur ad effectum liquidationis fructuum, in qua fufficit etiam leuior probatio etiã
3 ex folito *Achill.decif.22.de reftit.fpol.* † Ad effectum itaque de quo agitur,probanda eft,vt eft communis opinio, perceptio fructuũ aliàs quàm ex teftis iudicio & credulitate, *Bart.in l.pretia rerum.§.1.num.3.& ibi Alex.ad leg.Falcid. Bart.in l.2.num.23.et Cagnol.num.232.& 235.& ibid. Pinell.parte 3.cap.vlt.num.17.C.de refcind.vend.* † & debent teftes etiam non interrogati reddere caufam fcientiç, *vt per Cagnol. ibidem, num.236. & Pinell. vbi fupra. num.11.Socin.iun.conf.13.num.4.lib.2.*& etiam debet ifta probatio concludere,de tempore contractus, *l.fi voluntate,in fine,C.de refcind. vend.*& etiam de tempore anteriori & pofteriori per aliquot annos *Bartol. in d. l. pretia rerum,num.2.in fine & ibidem Alex.num.10.idem Bart.in d. l.2.num.23.& fuit refolutum in caufa Tiburtina Caftri Arfularum 26.Iunij 1595.coram R.P.D.meo Penia.* Quibus ftantibus, ex teftibus præfatis non poteft firmari aliqua fumma, ad quam afcendant redditus iurifdictionales Roncofrigidi; nam fuper teftibus examinatis ante iftos vltimos iam fuit decifum non poffe ex eorum dictis aliquid firmari, quia deponunt per verba præfentis temporis,& non percutiunt tempus contractus, & non reddunt concludentem rationem, fed tantũ deponunt de credulitate,& eorum iudicio,per verba (poffono frutiare:) Præterea, loquuntur in confufo de introitibus iurifdictionis ciuilis,& criminalis,& damnorum datorum,& tamen ex teftibus de quibus in fummario, num.1. probatur iurifdictionem ciuilium,& damna data de tempore contractus fpectaffe ad Communitatem non autem ad dominum.
4 Accedit, † quod teftes non bene informati de qualitate rei,de qua agitur, non probant valorem, *Alex.quem Rota in pluribus caufis fequuta eft,confil.60.num.25. & fuit dictum coram Illuftriffimo Plato in vna Anconicana Terrarum, 17. Martij & 21. Aprilis 1589.* Teftes vero vltimo examinati, quamuis iuxta quinquagefimum primum interrogatorium conentur probare, quòd de anno 1576. fructus iurifdictionales criminales afcendunt ad fcuta 500. & reddunt caufam fcientiæ ex quadam confifcatione afcendente ad fcuta 500. quæ illo anno occur-
5 rit, † fed ad hunc effectum non fufficit probatio vnius anni, cum non verfemur in materia vniformi, fed in materia incerta, quæ pendet ex euentu incerto, qui euenire vel non euenire poteft, *Verall. decif. 224. num. 9. parte 3. cum alijs*; & ideo requiritur probatio aliquot annorum ante & poft,ad ftatuendum aliquid certum, & licet fuper decimo dicat,quòd vno anno cum alio computato poffũt ifti redditus afcendere ad fcuta 500. tamen loquuntur in confufo de vtraque iurifdictione & damnis datis, & reddunt caufam de publica voce & fama, per verba de præfenti;& aliquid de auditu: Videtur etiam fatis inuerifimilis ifta probatio, quòd iurifdictio criminalis vnius Caftri afcendat ad taotam fummã,quod fatis cõprobatur ex qualitate criminum,& delictorum, quæ continentur in libris procefsuũ in actis exhibitis. Quare cõclufum fuit certam fummã ftatui non poffe ex depofitionib. iftorum teftium.

Cordubenf. Redecimarum.
Die Veneris 2. Maij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Pendente caufa reftitutionis in integrum poteft agi de manutentione.*

2 *Manutentia non datur, quando refiftit ius commune.*

3 *Arrendatarij non poffunt præiudicare Ecclefiæ conftituendo alium in quafi poffeffione.*

4 *Ex folutione facta ab emphyteuta non acquiritur quafi poffeffio exigendi contra dominum.*

5 *Quafi poffeffio non datur fine fcientia & patientia.*

DECISIO MCDLXIII.

Domini omiffis multis, quæ refpiciunt petitorium, prout funt priuilegia exemptionis à folutione decimarum,& communicationes diuerforum priuilegiorum, quæ requirunt particularem difcuffionem in negotio principali, & fuper fimili materia adhuc pendet caufa Valentina, in qua nondum fuit capta refolutio: omiffa etiam exceptione rei iudicatæ, quæ opponitur pro parte Monafterij,cum pendeat à negotio principali, & adhuc non fit deferta cauſa nullitatis, quæ prætenditur ex ca-
1 pite notoriæ iniuftitiæ; vltra † quòd dicitur pendere caufam reftitutionis in integrum, quę facit, vt interim poffit agi de manutentione: omiffa etiam exceptione,
2 quòd † ifti redecimæ refiftit ius commune,ita vt non fit danda manutentio, cum ifte articulus requirat particularem difquifitionem in petitorio: Fuerunt tamen Domini in fententia, quòd in cafu ifto non conftet de quafi poffeffione monafterij; nam teftes allegati in fummario loquuntur de perceptione harum redecimatum ab Arren-
3 datarijs, † qui non poffunt præiudicare Monafterio con-
4 ftituendo Capitulum in quafi poffeffione, † prout dicitur de emphyteuta,ex cuius folutione nõ acquiritur quafi pof

fessio contra dominum, vt tradit *Ripa, in c.cum Ecclesia Sutrina, numero 65. de caus. possess. & propr. & fuit dictum coram R. P. D. meo Mellino in causa Ciuitatis Castellanæ Iuris pascendi, 54. Martij, 1601.* † non enim sine scien-
5 tia & patientia datur quasi possessio, *l. 2. C. de seruitut. & aqua.* Neque colligitur scientia ex eo, quod Monasteriũ recepetit solutiones diminutas ab Arrendatarijs, quia de hoc non constat; Neque hoc infertur ex sententia Regis Ioannis, cum non statuat, vt solutio facta ab Arrendatarijs præiudicet dominis: Neque vniuersalis quasi possessio Capituli arguit, quòd idem sit in prædio particulari, super quo in specie litigatur, neque habet fundatam intentionem de iure communi: Neque facit, quòd monasterium venerit ad causam defendendo Arrendatarios, quia ex hoc non arguitur, quòd velint approbare factum ipsorum; possunt enim habere alias causas defensionis diuersas ab hac prætensione; Ideo nisi Capitulum magis concludenter doceat de scientia Monasterij, fuit dictum non esse ei concedendum mandatum de manutenendo.

Bononien. Pecuniaria.
Die Veneris 9. Maij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Apparatus comprehensi in constitutione dotis in eius quoque restitutione ueniunt.*

2 *Rota in taxatione, quæ pendet ab eius arbitrio semper minorem summam amplectitur.*

DECISIO MCDLXIV.

1 DOmini non dubitarunt † locum esse restitutioni apparatuum comprehensorum in constitutione dotis, [illegible] restitutione statutorum, quàm ex confessione D. Tiberij. sed difficultas fuit tantum respectu summæ, ad quam taxari debeant isti apparatus, non enim fuerunt à principio taxati, sed promissa summa trigintaocto millium librarum pro dotibus & apparatus fuluendatum partim in pecunia numerata, & partim in bonis stabilibus, quos apparatus Dominus Tiberius in apocha sponsalium promisit facere, prout viro nobili conuenit, & pro verificatione summæ debitæ pro apparatibus, iuxta id quod solitũ est obseruari inter nobiles Bononienses, fuerunt nonnulli testes examinati pro parte D. Caroli, ex quorum dictis censuerunt Domini non præcisè probari illud solitum, sed apparere variè fuisse obseruatum, taxando apparatus modo ad rationem tertiæ partis dotis, modo ad minorem
2 summam. † Quare iuxta Rotæ stylum, quæ in his, quæ pendent ab arbitrio, solet ferè semper minorem summam amplecti, arbitrati sunt istos apparatus taxandos ad summam octo millium libratum, maximè cum Dominus Carolus in instrumento dotali promiserit dare Domino Gentili nonnulla bona mobilia satis notabilis pretij & valoris, quæ promissio facit vt non fuerit opus tot erogarem apparatibus, postquam ista etiam pro illis inseruiebant. Quare conclusum laudum esse reformandum, & reducendum ad summam dictarum octo millium librarum detrahendarum ex summa dotali.

Romana Pensionis.
Die Mercurij 28. Maij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in petitorio suspenso ante expeditionem possessorij est nulla.*

2 *Procurator verus si non doceat de mandato stante protestatione, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, sententia est nulla.*

3 *De stylo Cancellariæ non recipiuntur consensus conditionales in reseruationibus pensionum, sed liberi tantum.*

4 *Procurator examinatus pro eo, pro quo fuit procurator in ipsamet causa non plenè probat, sed eius fides diminuitur.*

5 *Examen testis est nullum propter defectum citationis & iuramenti de calumnia.*

6 *Testes singulares singularitate obstatiua non probant.*

7 *Regula Cancellariæ de præstandis consensibus non est de dandis, sed expeditores concernit.*

DECISIO MCDLXV.

1 FVit resolutum † sententiam extra Rotam latam esse reuocandam, vti nullam & iniustam: Nullitas ex duplici capite oritur; Primò, quia fuerat pro parte Equitis Horatij suspensum petitorium, & tamen non expedito possessorio fuit pronunciatum in petitorio, *Alex. in l. natura-liter, §. nihil com nune, numero 94. de acquir. poss. Veral. decis.*
2 *322. parte 2.* Secundò, quia † cum fuisset protestatum neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, nihilominus fuit processum cum Bernardo vti procuratore nõ docto de mandato, & licet verè esset procurator; tamen non releuat stante protestatione; sed quidquid sit de nullitate; Iniustitia visa est Dominis aperta, quia per sententiam declaratur instrumentum consensus nullam mereri executionem: Videtur autem motus Iudex ad ita pronunciandum, ex eo quòd testes instrumentarij deponunt non fuisse præstitum consensum liberum, sed cum quibusdam conditionibus. Verum non obstante hac oppositione, Domini ex pluribus censuerunt esse fidem adhibẽdam dicto instrumento, quod est publicum, & sine vllo extrinseco vitio, rogatum per Notarium publicum, virum legalem, &
3 bonæ famæ, † & iuxta stylum Cancellariæ, qui est, vt nõ recipiantur consensus conditionales, sed liberi tantum, & ex eo oritur probatio probata, *ad cons. Socini 89. numero 11 libro 1. Dec. consilio 36. numero secundo, cum similibus.* Quòd autem præstitus fuerit liberè consensus per R.P.D. Stellam, constat etiam aliundè, nempè ex depositione Nicolai Herculani testis instrumẽtarij, qui licet dicat, quòd vna vice R.D. Stella noluit consentire nisi sub conditione, & quòd Notarius noluit se rogare de tali consensu, & tunc nihil actum fuit; subdit tamen, quòd postea alia die liberè, & absque vlla conditione consensit, prout ipsi retulit idem D. Stella, & coadiuuatur hæc depositio ex fide Illustriss. Cardin. Ascanij Columnę, & R. Fratris Plumbini, qui deponunt de consensu puro, & absque conditione. Et ex his colligi potest, quæ fides adhibenda sit Troiano Capistrello, qui deponit de extensione consensus cum conditionibus, in qua re contradicit Herculano, & stylus repu-
4 gnat. † Vltra quòd diminuitur eius fides, ex eo quòd in hac causa fuerat procurator D. Stellæ, vt constat ex fide
5 Decij Cambij Notarij data, & etiam, † quia fuit nulliter examinatus ex defectu citationis & iuramenti calumnię, vt benè in facto deducitur. Comprobantur præmissa ex depositione vnius testis examinati pro Tancredo altero pensiona io, qui confirmat id, quod supra dictum fuit, nempè quod licet à principio D. Stella renuerit præstare consensum simpliciter, tamen finaliter illud liberè præstitit, quod maximè fit verisimile, ex eo quòd de eius consensu fuerunt soluti duo termini absque contradictione. Vn
6 de conclusum fuit fidem instrumenti non vacillare, † cum testes sint singulares singularitate obstatiua, & ideo neutri creditur, *Gabr. conf. 40. nu. 20. lib. 1.* Vnde non sunt tales, per quos debeat fides instrumenti debilitari, & etiam videtur iste consensus extra instrumentum sufficere ad effe-
7 ctum, de quo agitur, † cum regula de præstandis consensibus non sit de dandis, sed concernat expeditores, vt per *Crescent. decis. 9. de procurator. Cassador. t. de renunciat. Mohedan. 5. eod. tit.* Sed hoc dictum fuit ex superabundanti, Et ita resolutum.

Romana Hospitij de Lucatellis.
Die Mercurij 28. Maij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Facultas alienandi concessa in instrumento transactionis factæ inter emphyteutas intelligitur secundum naturã emphyteusis.*

2 *Clausulæ positæ in instrumento transactionis, seu concordiæ initæ super re ad tertiam generationem concessa, recipiunt eamdem interpretationem, quam recipit instrumentum concessionis inuestituræ.*

3 *Argumentum à contrario sensu non procedit in materia stricti iuris.*

4 *Renunciatio est stricti iuris.*

5 *Alienatio prohibita usque ad certum tempus non censetur post illud tempus permissa.*

DECISIO MCDLXVI.

IOannes aliàs il Rosso, conduxit à societatibus Sanctiss. Saluatoris, & B. Virginis Consolationis de Vrbe vnam domum ad vsum Hospitij, vna cum alijs quattuor domũculis & apothecis ad tertiam generationem masculinam, & femininam prout in instrumento. Decessit Ioannes relictis duabus filiabus Lucretia & Clementia, ex quibus Clementia prædecessit, relictis Alexandro & Ioanne filijs, qui prędicta bona diuiserunt cum Lucretia Amita, prour in instrumento sub die 4. Februarij 1561. in qua domus Hospitij fuit assignata Lucretiæ aliæ verò domunculæ filiis Clementiæ. Interea ortis quibusdam controuersijs inter Bessum, & eius filios, Alexandrum & Ioannem ex vna, & Philippum & Lucretiam eiús vxorẽ, tam suo quàm filiorum nomine partibus ex altera, de anno 1562. 1. Decembris post narratas varias prætẽsiones, hinc inde fuit inita concordia, & transactum super prætensis differentiis, & inter cetera adest Clausula huiusmodi; itẽ quòd dictus Philippus & Lucretia teneantur cedere, & remittere Besso, &c. omnia iura & actiones, hypothecam & obligationem, quam prætendere, & consequi intenderent, & possent pro quauis causa, tam nũc quam in futurum, super parte domorum per ipsum Bessum virtute instrumenti diuisionis inter eos factæ tenta, & possessa, & quam tenet & possidet, prout ex nunc tenore præsentis instrumenti cedunt & remittunt. Adest etiam alia Clausula generalis, in qua fit renunciatio mutua inter partes, & quietatio ac liberatio ab omnibus & quibuscumque, quæ vnus ab altero præmissorum & dependentium respectu, & alia quauis de causa & occasione, tam cogitata quàm incogitata, & tam expressa quam non expressa, & etiam de ijs pro quibus, & de quibus mentio fieri deberet, omniq. hypotheca, & obligatione, quam habere quilibet ipsorum posset super domibus, & vineis prędictis, quauis de causa pro se, & hęredibus, & successoribus: Et super his Clausulis fit potissimum fundamentum iuncto diuisionis instrumento supra relato contra Bernardinum. Vtraque pars istas domos vendidit Antonio Lucatello, vnaquæque pars pro parte sibi in diuisione obuenta obtinuit vitas dictorum Alexandri Ioannis & Bernardini commutari in vitas filiorum suorum à societatibus, penes quas erat directum dominium: Obierunt postea Alexander & Ioannes superstite Bernardino, qui tamquam comprehensus in inuestitura in tertia generatione vult euincere dictas domunculas, quæ obuenerunt in portionem Alexandri & Ioannis à filijs præfati Antonij emptoris; Ideo dedi dubium: An possit, & Domini cẽsuerunt posse ex lege inuestituræ iuxta notata per *Bart. in l. si mihi & Titio, de uerborum obligat. ubi Alexand. numero 15. & consilio 21. numero 5. lib. 5. Clar. de emphyt. quæstione 33. cum aliis.* * Nec obstat, quòd primo ex aduerso deducitur, quòd in diuisione partes dederunt sibi inuicem facultatem liberè, & sine alicuius consensu de dictis bonis disponendi, hoc enim non legitur in dicto instrumento diuisionis; Immo expresse & in principio instrumenti, & in fine adest reciproca protestatio, quòd per talem diuisionem nolunt præiudicare iuribus sibi ex quacumque causa competentibus, & sic optimè euacuatur hoc argumentum. Secundò non obstant clausulæ transactionis supra relatæ, per quas prætenditur fuisse renunciatum isti iuri sibi ex inuestitura competenti; nam est aduertẽdum,
1 Primò, quod † dictæ Clausulæ sunt intelligendæ secũdum naturam contractus, in quo sunt appositæ; Vnde cum post primam diuisionem, multæ ortæ essent controuersiæ & prætensiones hinc inde tam ratione dotium, quàm ex alijs causis, ex quibus prætendebat Lucretia Bessum esse suum debitorem: fuit deuentum ad illam transactionem, in qua fuerunt specificè deductæ omnes istæ prætẽsiones & super illis transactum. Verum inter partes nulla fuit contentio super iure proueniente ex inuestitura facta a societatibus: Quare dicendum est, circa illam nihil fuisse innouatum, sed omnes illas Clausulas referendas ad effectum validitatis transactionis super rebus controuersis, maximè cum nulla ibi legatur Clausula facultatis alienã-
2 di in pręiudicium successorum, † quę tamen etiam si adesset, reciperet eamdem interpretationem, vt latè videri potest apud *Crescens. decis. 177. aliàs 6. de donation.* qui in fortioribus terminis refert Rotam tenuisse per similes Clausulas non fuisse renunciatum fideicommisso. Secundò, respondetur illam cessionem iurium factam à Philippo & Lucretia, intelligi debere de iuribus Lucretiæ, quæ constituta erat in secunda generatione, non autem de iuribus competentibus tertiæ generationi, in qua ipsa nullum ius habebat; vnde cum voluntatem metiri debeamus à potestate, & ipsa ratione subiectæ materiæ & naturæ istorum bonorum, non posset dare licentiam Alexandro & Ioanni alienandi istas domos, nisi pro sua tantum vita, non est dicendum per istas Clausulas voluisse præiudicare tertiæ generationi, cum hoc facere nequiret. Ad
3 tertium argumentum, † quod deducitur à contrario sensu, ex Clausula prohibitionis alienandi quædam alia bona sine consensu partium, eodem modo respondetur; Vl-
4 tra quòd tale argumentum non procedit in materia † stri-
5 cti iuris, qualis est renunciatio, prout † in simili de prohibitione alienandi vsque ad certum tempus, quòd ideo nõ censeatur post illud tempus permissa tradit *Castr. consilio 263. numero 3. lib. 2. Dec. consilio 286. in 1. dubio, & fuit resolutum in causa Bononien. de Sancto Petro, 14. Martij 1586. coram bon. mem. Domino de Rubeis, & in Romana de Cintys, coram me 17. Nouembris 1597.* Quartò non obstat transfusio generationum facta ab administratoribus societatum, non enim potest operari in pręiudicium Bernardini, cui prius fuerat ius quæsitum, nisi pro ea parte quam ipse alienauerat, non autem pro domunculis postea sine sua participatione & consensu venditis Lucatello. Vltimò quod deducitur ex confessione Bernardini, quæ habetur in instrumento alienationis domus Hospitij, quæ videtur innuere, partibus licuisse de istis bonis disponere, non obstat, Primo quia ipse loquitur de facultate alienandi Hospitium, non autem loquitur de domunculis, de quibus agitur. Secundò, ista confessio est relatiua ad instrumentum diuisionis, & transactionis factum de tali tempore, & rogatum à Manilio Notario, in quibus nihil tale legitur, immò contrarium ex priori colligitur. Vnde apparet eam esse erroneam. Tertiò, ista confessio nullũ habuit effectum, quia illa non obstante voluit Antonius emptor, vt tali venditioni consentirent Alexander & Ioannes, prout consenserunt; Bernardinus verò non consensit, alienationi domuncularum. Quartò, & vltimò, in solutione pretij per Antonium, & quietantia per Bernardinum facta sub die 19. Octobris 1576. apertis verbis Bernardinus reseruauit iura sibi competentia, & quæ in

futurum

futurum competere poterāt super bonis possessis per Clementiæ filios,& nominatim super portione domorum,dicto Hospitio vendito annexarum & connexarum, quæ iura voluit sibi semper illæsa remanere. Quare cum hęc pro testatio fuerit acceptata ab Antonio emptore domus in actu solutionis pretij, & quietantiæ sibi factæ, nō possunt filij ipsius hæredes venire contra hanc expressam protestationem;nam dicere, quòd per prius fuerat data facultas alienandi, est petere principium & præsupponere id, de quo dubitatur. Quare conclusum domos, de quibus agitur,spectare ad Bernardinum, eumq; pro illarum recuperatione agere posse.

* *Adde Ias.in d.l.si mihi & Titio.num.12.& ibid.Castr.nu.3. Ruin. qui de communi conf.48.num 7.vol.1.Ronchegal.de duob.reis in l.eadem,num.136.& Corbul.de iur.emphyt.tit.de cauf.priuat.ob lineam finit.nu.96.*

Romana Capellaniæ.
Die Lunæ 9.Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Ordinarij non est iustificanda, quia censetur facta motu proprio.*

2 *Narratiua valoris per non excessum non iustificatur per testes deponentes de excessu.*

3 *Ad effectum validitatis gratiæ attenditur vltimus status beneficij,& quasi possessio.*

DECISIO MCDLXVII.

FVit dubitatum,An gratia D. Victorij Thomasij sit iustificata,& valida in casu, & ad effectum, de quo agitur. Et quantum ad iustificationem, aliqui ex Dominis
1 erant in sententia, † non esse necessariam iustificationem, cum gratia sit facta non à Papa, sed ab Ordinario collatore,quæ cum censeatur facta Motu proprio, *Felin.in capit. ad aures,n.15.de rescript.Cardin.in Clem.2. num.13.de Off. Ordin.*nulla indiget iustificatione,*vt aliàs fuit dictum corā me in vna Oriolen. beneficiorum 21. Maij 1593.* Verum si esset iustificanda,de quo potuit particulariter dubitari,
2 eam censuerunt Domini in omnibus † esse iustificatam, præter quàm respectu valoris, quia testes deponunt per excessum,non autem per non excessum, vt tritum est esse necessarium. Neque etiam iustificatus est valor Capellaniæ obtentæ, quia deducitur ex instrumento fundationis de anno 1599.& sic adest talis intercapedo temporis, quæ facit, vt probatio non sit concludens. Quantum ad validitatem, resolutio pendet ex eo, an constet hanc Ca-
3 pellaniam,de qua agitur,esse de iure patronatus,† & fuit conclusum non probari; nam vltimus status est ad fauorē libertatis,cum ab anno 1574.quo tempore decessit Salustius Vannutius, qui illam vti præsentatus à patronis possidebat, fuerit possessa per Bernardinum Piccum prouisum de ea,vti de beneficio libero a bon. mem. Cardinali de Monte, Titulari: Et rursus de anno 1580. de ea fuit prouisus Franciscus Paulinus per cuius obitum hodie vacat, & ad effectum validitatis gratiæ attenditur vltimus status,& quasi possessio,*c.cum olim,de cauf.possess.& propriet.Calder.cons.23.de præbend.Put.decis.206.libro primo.* Quod deducitur ex præsentatione Zaccatelli non probatur, neque etiam de aliqua effectuatione constat; ideo conclusum gratiam esse validam, & iustificatam præter quàm respectu valoris.

Tullens. Confidentiæ.
Die Lunæ 9. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia ex quibus probetur, uide per totam.*

DECISIO MCDLXVIII.

HÆc causa fuit in Rota proposita, & dubitatum, an constaret de confidentia contracta per Henricum cum suis resignatarijs, & consideratis omnibus facti cir-
1 cumstantijs,& probationibus contra Henricum factis, † Domini censuerunt probari confidentiam iuxta dispositionem Bullæ fel.rec.Pij V. Primò, quia resignatio facta per Henricum in personam Nicolai, fuit expedita expensis Henrici, vt ex eiusdem confessione constat. Secundò, post captam possessionem per resignatarium, fuit constitutus Henricus procurator ad arrendādum & locandum omnes fructus beneficii, quos arrendauit, & locauit cuidam Ioanni Vberto antiquo arrendatario, vt per testes in summario,num.3. qui persoluit Henrico omnes fructus, excepta quadam portione,quam solitus erat præstare Vicario mercenario ante resignationem; adeò quòd Nicolaus conquerebatur, dicebatq; se esse Rectorem nomine tantum,non autem re,vt probatur per testes, nempè primum super septimo,& decimoquinto, tertium super septimo, sextum super septimo, septimum super decimoquarto,& decimoquinto, decimumquintum super septimo,vt in summario, num.4. Tertiò, cum de modicitate fructuum,quos percipiebat resignatarius valdè conquereretur,fuit per Henricum inductus ad resignandum Gabrieli Deron, pro quo similiter Henricus subministrauit de suo expensas expeditionis litterarum,& vt se cautum redderet ab eodem Gabriele habuit mandatum irreuocabile ad capiendam possessionem beneficij,illudq; resignādum, & arrendādum,vt probatur ex testibus in summario, nu. 2.& 6. Quartò,cum conquereretur Gabriel de modicitate fructuum ei assignatorum, Henricus ipso Gabriele inconsulto, & inscio vigore mandati prius dati resignauit eamdem parochialem ad fauorem Claudij Brusoni, qui eius possessionem accepit in summario,num.7. Ex hac serie facti satis manifestè visum est constare de confidētia; nam adsunt probationes illæ præsumptiuæ consideratæ in Bulla Pij V. stante maximè,quòd post resignationē Henricus se ingessit in perceptione fructuum,ipse locauit,& arrendauit fructus beneficij; Item illud de vno in alium transtulit,quod est satis magnum indicium, quòd hęc omnia tendebant ad vtilitatem Henrici non resignatariorū, *& facit optimè cons.Gabr.172.num.4.& 12.lib.1.* Sed omnem scrupulum tollere videtur littera scripta per Henricum,in qua instruit conductorem de eo, quod occultare debet circa administrationē huius beneficij, & licet pars neget hanc litteram esse suam ;,tamen cum reperiatur inserta in processu de partibus,potest eis fides adhiberi vigore Innocentianæ,maximè stante verisimilitudine. Et ita conclusum probari confidentiam.

Aquens. Applicationis.
Die Lunæ 16. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non transit in iudicatum, quando pars appellauit in tempore, licet non redierit pro Apostolis intra mensem,si tamen altera pars commiserit causam appellationis,præueniendo.*

2 *Diligentia appellati in committendo causam appellationis prodest appellanti.*

3 *Sententia nulla & iniusta non potest transire in iudicatum.*

4 *Vnum monasterium pro alio non tenentur, licet sint eiusdem ordinis,quando habent mensas,& redditus separatos & bona distincta.*

5 *Victus non condemnatur in expensis, nisi à die motæ litis de stylo Rotæ,stante bonā fide.*

DE-

DECISIO MCDLXIX.

1 DOmini inclinabant, quòd † in casu isto non consta-
ret de re iudicata duobus præcipuè fundamentis; nã
licet intra mensem pars non redierit pro Apostolis, nec
causa appellationis fuerit commissa: tamen quia appella-
uerat in tempore, & pars aduersa præueniendo causam
appellationis commisit, & curauit citari Monasterium
2 ad dicendum contra commissionem, † vtique diligentia
appellati in committendo prodest appellanti, *Innocent. in
c. Fraternitatis, de frigid. & malefic. fuit dictum in vna Vr-
beuet. ana Legati, coram R. P. D. meo Pamphilio, 14. Ianua-
rij, 1585. Felin. in cap. super litteris, num. 13. de Rescript.* Se-
3 cundum fundamentum fuit, † ex eo quòd sententia vide-
tur nulla, & iniusta; & ideo non poterat transire in rem iu
dicatam. Nullitas deducitur ex eo, quòd applicatio fuerat
facta Monasterio Sanctæ Catharinæ Ianuens. Ordinis
Sancti Benedicti, Ideoq. hoc Monasterium erat condem
nandum ad restitutionem bonorum, & ad expensas: non
autem condemnandi erant Monachi Sanctæ Iustinæ de
Padua, qui in hoc negotio non habebãt interesse. Quam-
4 nis enim sint eiusdem ordinis; † tamen habent mensas, &
redditus separatos, & bona distincta, nec vnum Monaste
rium tenetur pro alio; & causa fuerat commissa in Rota
ad instantiam Monasterij Sanctæ Catharinę, non autem
Congregationis Cassinens. Videtur etiam iniusta respe-
5 ctu condemnationis fructuum a die applicationis, † cum
debuissent condemnari Moniales à die motæ litis, iuxta
stylum Rotæ, stante bona fide, *& fuit dictum in una Me-
diolanensi, fructuum, coram R. P. D. meo Ludouisio.* Et ex his
videri non adesse rem iudicatam.

Firmana Altatis.
Die Lunæ 23. Iunij 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio & probatio, quæ non percutit tempus gratiæ, eam non iustificat.*
2 *Iustificatio obtenti non requiritur stante decreto de dimittendo.*
3 *Gratia si neutri, censetur concessa sub eadem narratiua, quæ est in gratia principali, & venit iustificanda.*

DECISIO MCDLXX.

* DOmini perstiterunt in aliàs decisis, * gratiam Do-
mini Ricciotti non esse iustificatam, cum testes pro
eo inducti sint nulliter examinati; neque possunt inseruire
1 pro adminiculo confessionis Coriolani, † cum ista cõfes-
sio emanauerit per tredecim menses ante gratiam Ric-
ciotti; Ideo cum non percutiat tempus gratiæ non est ha
benda in consideratione. Quantum ad beneficium S. Io-
2 annis, Domini admittebant † non esse necessariam iustifi-
cationem stante decreto de dimittendo. Quantum verò
ad beneficium S. Matthæi, dixerunt Domini per testem
inductum à Ricciotto probati excessum valoris expressi,
cum enumerentur fructus beneficij & eorum valor, ex
quo manifestè apparet beneficium excedere valorẽ qua-
draginta scutorum. Illud quoque fuit habitum in consi-
deratione, quod etiam fuit dictum coram Illustriss. Blan-
a chetto, *a* quod non iustificatur deuolutio beneficij nar-
rata in gratia principali. Neque satisfacit responsio, quę
3 datur, † deuolutionem nõ narrari in gratia si neutri, quia
cum hæc gratia desumatur ex corpore prioris gratię prin
cipalis, atque ex eius Clausulis, vtique censetur concessa
sub eadem narratiua, quæ omninò uenit iustificanda. Et
ita conclusum.

* *Sub die Lunæ 4. Iunij 1601.*
a Sub die 5. Decemb. 1594. & 27. Ianuar. ac 22. Maij 1595.

Aliphana Canonicatus.
Die Veneris 27. Iunij 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio capta intra tempus datum ad appellandum est nulla, & nullum parit iuris effectum.*
2 *Iudex exequutor in impetratione certo modo dicitur mixtus, & quando adest Clausula, Amoto illicito detentore.*
3 *Clausula, Appellatione postposita, refertur ad contradictores de facto.*
4 *Clericus qui dimisit habitum, & se adscripsit militiæ saeculari, incidit in Bullam Sixti Quinti.*
5 *Clausula, Sublata, & decretum irritans, non impediunt manutentionem, dum disputatur, an dispositio locum habeat, nec ne.*
6 *Renunciatio beneficij non admissa per Ordinarium, non operatur effectum amissionis possessionis, si renuncians semper remanserit in detentatione, nec habuerit se pro spoliato.*
7 *Merus detentor, & etiam spoliator interim dum cognoscitur de causa principali manuteneri debet.*
8 *Ordinatus ad titulum beneficij, uel Canonicatus, illi renunciare non potest.*

DECISIO MCDLXXI.

FVit resolutum dandum esse mandatum de manutenẽ-
do Hieronymo, cum de eius possessione constet ex in-
strumento captę possessionis, 27. Maij 1597. Neque obstat
possessio capta postea per Io. Vincentium auctoritate exe
1 quutoris, † quia fuit capta intra tempus datum ad appel
landum, ideo est nulla, & nullum parit iuris effectum,
*l. improba, C. de acquir. possess. capit. non solum, de appellat.
2 in 6.* præsertim, † cum finitus in impetratione certo mo-
do ob dimissionem habitus, & adest Clausula, Amoto il-
licito detentore, quæ facit exequutorem mixtum, & sic lo
3 cus erat appellationi, † etiam stante Clausula, Appella-
tione postposita, quæ refertur ad contradictores de facto.
4 † Non obstat, quod obiicitur Hieronymum dimisisse ha-
bitum, & adscriptum fuisse militiæ sęculari & conseqnen
ter incidisse in Bullam fel. rec. Sixti V. quia iste articulus
respicit petitorium, & nihil habet commune cum posses-
5 sorio; † & Bulla Sixti non tollit appellationem, nec Clau-
sula, Sublata, & decretum irritans hoc operantur, respe-
ctu possessionis, in qua interim, dum tractatur, an Bulla
habeat locum, nec ne, Hieronymus est manutenendus.
Neque obstat, quod dicitur de renunciatione Hieronymi
6 facta de mense Septembris 1602. quia † cum non fuerit
admissa per Ordinarium, & Hieronymus semper reman
serit in detentatione, neque habuerit se pro spoliato, vt
probatur ex confessione Io. Vincentij in sua impetratio-
ne, in qua narrat Hieronymum dictum Canonicatũ nul-
lo nouo sibi quæsito titulo siue iuris adminiculo per cer-
tum tempus detinuisse, & vsque tunc detinere, cum qua
concordant testes per eum examinati in summario, nu. 2.
qui de continuatione possessionis benè deponunt, appa-
ret illam renunciationem non operari effectum amissio-
7 nis possessionis, ita ut non debeat manuteneri, † cum me-
rus detentor & etiam spoliator, interim dum cognoscitur
de causa principali sit manutenendus, *Castr. in l. Attilius
Regulus, num. 5. de donation. Neuizan. cons. 80. nu. 3. & fuit
8 sæpius in Rota decisum,* præsertim † cum renunciatio fieri
non posset, cum Hieronymus fuisset ordinatus ad titulum
istius Canonicatus. Et ita conclusum pro manutentione
Hieronymi.

Aquilana

Aquilana Capellaniæ.
Die Veneris 4. Iulij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Vbi habemus claram testatoris dispositionem, ab ea non est recedendum.*

2 *Existens in quasi possessione præsentandi manuteneri debet.*

DECISIO MCDLXXII.

FVit resolutum ius patronatus esse familiæ Petri Pascu
tij,& Ioannem ab eo præsentatum esse instituendum,
Primo ex dispositione testamentaria Petri Assentij San-
torij,qui fuit fundator Capellæ, de qua agitur, & dispo-
suit,vt ius patronatus esset ipsius testatoris, & suæ casatæ
1 Petri Pauli Pascutij: Vnde † cum habeamus claram di-
spositionem testatoris,non est ab ea recedendum, *§. dispo-
nat, Auth. de nupt.* Vnde licet Dominica fuerit soror testa
toris;tamen testator non suæ familiæ Santorę,sed familię
de Pascutijs reliquit ius patronatus. Accedit, quòd Pe-
2 trus Paulus † est in quasi possessione præsentandi, cũ præ-
sentauerit Franciscum Pascutium, qui obtinuit institutio
nem,& possedit Capellam per plures annos,quæ demum
per eius obitum, & Angeli alterius præsentati vacauit,
quare est manutenendus in sua possessione,*cap. consultatio
nibus, de iure patron.* Confirmatur præterea ex eo, quòd
cum Dominica egisset contra Franciscum hæredem insti-
tutum pro supplemento legitimę,& alijs suis prætensioni
bus,tandem præuio laudo arbitri communiter electi,de-
uenit ad transactionem,in qua cum præsentia & consen-
su sui viri inter alia renunciauit omnibus iuribus & actio
nibus sibi competentibus,& competituris, nunc & in fu-
turum hæreditarijs,paternis,maternis, & fraternis,
tam ex testamento quàm ab intestato cum decreto Iudi-
cis. Quare ex omni capite conclusum præseotatum a Pa-
scutio esse instituendum.

Romana Dotis, & Tutelæ.
Die Veneris 4. Iulij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Pro sufficienti redditione rationis administrationis exhiberi debet inuentarium,& liber rationum.*

2 *Tutela etiam nulliter decreta, si sit administrata, non excusat a redditione rationis administratorum, ne melioris conditionis sit illegitimus tutor legitimo.*

3 *Mater tutrix non excusatur à redditione rationis administrationis de tempore, quo stetit in Monasterio, si ingressus fuit voluntarius.*

DECISIO MCDLXXIII.

DOmini fuerunt concordes, quòd ex hactenus dedu-
1 ctis † non potest dici Illustr. Dominam Victoriam
reddidisse sufficientem rationem, cum neque liber ratio-
num continens redditus hæreditarios, ex quo possit di-
scerni, quid exegerit, & quid expenderit, cum tamen ex
suis litteris constet de administratione in pluribus, quorũ
nullam reddit rationem, *Roland. cons. 49. numero 20. lib. 1.*
Et quamuis affirmet se fuisse impeditam in administra-
tione à Domina Catharina auia, non tamen hoc videtur
ei suffragari, cum obtinuerit mandatum de manutenen-
2 do.† Neque obstat tutelam fuisse nulliter decretam,quia
hoc non excusat à redditione rationis administratorum,
ne melioris conditionis sit illegitimus tutor legitimo. Nõ
3 obstat,quòd † prętendat non teneri pro tempore,quo ste-
tit in Monasterio,cum iste ingressus fuerit voluntarius,et
tutelam acceptauerit. Non obstat,quòd Prosper aliquid
administrauerit, & quietauerit factores, quia de illis non
petitur ratio, sed de reliquis, & etiam dubitari potest,an
gesta per Prosperum stante minoritate sint habenda in
consideratione; Quare necesse est, vt melior, & exactior
reddatur ratio administratorum. Et ita conclusum.

Narniens. Retractus.
Die Veneris 4. Iulij 1603.

SVMMARIVM.

1 *In venditione census præferendus est dominus, & ei denunciari debent conditiones, quibus fit venditio, & per mensem exspectari, an præferri uelit.*

2 *Verbum, uolumus, in Constitutione inducit formam præcisam.*

3 *Denunciatio facienda domino census iuxta formam Bullæ Pij Quinti, an uelit præferri, est de forma, nec sufficit scientia.*

4 *Venditor census, qui alteri uendidit absque denunciatione prius domino facta, non liberatur, sed contra eum agi potest actione personali.*

DECISIO MCDLXXIV.

* DOmini steterunt in decisis, * nempè sententiam Au
ditoris Cameræ esse confirmandam, quia est iusta &
valida. De Iustitia constat ex Constitutione sel. rec. *Pij V.*
1 in qua cauetur, † vt in venditione præferatur dominus
census omnibus alijs, eiq. denuncientur conditiones, qui-
bus fit venditio, & per mensem expectetur, An velit prę-
2 ferri, † ponderando verbum, (volumus) quod videtur in-
ducere formam præcisam, *vt fuit consideratum in causa
Valentina Barronæ coram R. P. D. meo Ottembergio.* Ne-
que obstat, quod Bulla loquatur de prælatione, nõ autem
de retractu, quia licet militet eadem ratio, tamen rectè
considerando, hic verè agitur de prælatione, non de retra
ctu, cum respectu Domini Vitutij venditio non sit perfe-
cta, ex quo non fuit facta denunciatio iuxta formam Bul
3 læ. † Quòd autem ista denunciatio sit de forma, neque
sufficit scientia, *tradit Tiraquel. de retractu lignag. §. 36. gl.
2. num. 26. & seq.* Ideò non obstat, quod allegatur eum ha-
buisse scientiam istius venditionis; quia hoc non sufficit
pro implemento formæ in Constitutione traditæ, maxi-
mè cum non probetur scientia pactorum & cõditionum
in venditione appositorum, *& fuit dictum in Romana Vi-
meæ seu retractus census 31. Ianuarij 1601. coram R. P. D.
meo Mellino.* Neque est verum Bullam factam fuisse ad
4 fauorem venditoris, vt liberetur à censu; quia † contra-
rium est verius, eum non liberari, quin actiõe personali
non possit contra eum agi, *vt fuit resolutum coram me in
a una Casalis. a* Non obstat nullitas opposita contra sen-
tentiam, quòd non sit conformis libello, quia tollitur ra-
tione Clausularum generalium, & ex superuenientia cõ-
missionis cum Clausula, Quam, & quas, & etiam ex eo
quòd in processu deducta fuit omnis prætensio, ex quo
sententia redditur conformis prosequutis in processu,
quod sufficit. Et ita conclusum.

* *Sub die 16. Iunij proximè præteriti, ubi pro informante fuit resolutũ.*
a *In Romana prælationis seu Casalis de anno 1573.*

Rauennatens. Damnorum, & Interesse.
Die Lunæ 27. Octobris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Ex quo quis defecit in solutione, non arguitur dolus.*

2 *Lucrum cessans non debetur, vbi non concurrunt requisita Castrens. in l. 3. §. fin. numero 3. de eo quod certo loco.*

3 Mora

3 *Mora modici temporis non attenditur.*
4 *Expensæ factæ ratione litis, in qua quis coactus fuit in iudicio se iustificare, & in itineribus, probata quantitate sunt alicuius considerationis.*

DECISIO MCDXXV.

FVit resolutum non constare de talibus damnis, quæ veniant reficienda, in casu, de quo agitur, nam dānum, quod primo loco deducitur, ex eo quòd decoctus constituit se debitorem, & quòd tempore conuento defecit in solutione, tollitur, ex quo in conuētione postea facta hoc damnum fuit taxatum in scutis 66 & fuit solutum, ita ut de eo hodie non sit amplius quærendum, maximè post integram solutionem factam sortis principalis. Vltra quòd nullus adest dolus Præsidi in eo, quòd decoctus constitue rit se debitorem Tuccij, quia ipse erat debitor dominorū de Lanfranchis, & ex eorum mandato promisit soluere Tuccio, & si quis dolus hic posset considerari, potius esset dictorum de Lanfranchis, qui delegarunt debitorem de-
1 coctum; † & licet defecerit in solutione, ex hoc non arguitur dolus, præsertim cum tunc vigeret bellum Ferrariense, ita ut exercitus indiguerit pecuniis per eum soluendis. Damnum verò, quod secundo loco prætenditur ex expensis factis Rauennæ in prosequutione causæ criminalis contra Præsidum, non est habendum in consideratione, quia fuit facta concordia, & omnia fuerunt remissa. Neque obstat, quòd Præsidus noluerit stare concordiæ, recusando soluere septem pro centenario, quia hoc pactum vitiatur, & non uitiat contractum. Vltra quòd non vertitur difficultas principaliter super hoc interesse, sed super sententia lata pro scutis 800. pro damnis & interesse contra Præsidum. Tertium interesse, quod deducitur post con-
2 cordiam, † ex eo quòd rōne dilationis datæ ad soluēdum Tuccius fir passus aliquod damnum, ex quo nihil potuit lucrari ex suis pecuniis, prout fecisset, si eas habuisset, non verificatur, ex quo non concurrunt requisita *Castr. in l. 3. de eo quod certo loco, prout fuit aliàs decisum coram me.* * Neque ob dilationem datam potest considerari aliquod damnum, cum recuperauerit integram summam debitā absque diminutione; Vltra quòd hoc imputandum esset Tuccio, qui concessit dilationem. Quartum interesse, quod prætenditur ex non solutione facta tempore conuento, non est considerabile, cum primus terminus fuerit solutus in tempore præcisè, secundus terminus intra viginti dies à die ipsius termini, tertius terminus intra tres men-
3 ses; adeo quod ista † mora, cum sit modici temporis, non
4 est attendenda. Vltimum interesse quod prætenditur † ratione litis post transactionem, in qua coactus fuit Tuccius iustificare se à prætensa vsuraria prauitate, & ratione expensarum in itineribus factarum, esset alicuius considerationis, si probaretur quantitas illarum expensarū; nam sententia lata pro summa 800. scutorum esset iustificanda: Ideo super hoc posset tractari aliqua moderata taxatio per viam concordiæ inter partes. Et ita conclusum.

* *In Roman. Fundati, 26. Februarij 1586. num. 1.*

Romana Pecuniaria de Grandis.
Die Lunæ 27. Octobr. 1603.

SVMMARIVM.

1 *Stante obligatione de restituendo prioribus & potioribus, mandatum priori obligato contra alios pari modo obligatos denegari non potest.*

DECISIO MCDLXXVI.

1 DOmini censuerunt, * non posse, nec deberi denegari mandatum ad fauorem dominorum de Pinellis, contra D. Marcellum Gerardum, attenta obligatione de restituendo prioribus & potioribus, sed dandum ei mandatum aduersus alios, ad quos peruenerunt pecuniæ solutæ administratoribus, & præcipuè aduersus dominos de Massa, pro terminis decursis ab anno 1600. vsque in præsentem diem, & aduersus Dominum Petrum Valentinum pro illis pecuniis, quas habuit, quæ spectabant ad creditores Dominorum de Grandis, & pro redditione rationis administrationis horti & mororum. Quantum ad Dominos Valdeuiesos & Francittinum, eos teneri tantum ad reddendam rationem exactorum, non autem nō exactorum, & expensas litium imputandas illis, ad quorum instantiam fuerunt factæ.

Romana Releuationis indemnitatis.
Die Lunæ 27. Octobris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet exequutionem paratam, & prodest omnibus interesse habentibus.*
2 *Sententia non nocet non citato.*
3 *Sententia lata contra principalem, quando noceat fideiussori non citato, & quando exequi non possit, & numero seq.*
Et quid in obligatione Camerali, uide num. 5.
6 *Scientia fideiussoris de sententia lata contra principalem, an ei noceat.*
7 *Non implementum opponi potest tertio agenti.*
8 *Cedens non tenetur tradere instrumentum cessionario, quando originalia sunt apud Notarium, apud quem haberi possunt; cum sufficiat indicatio, & num. 10.*
9 *Decis. Caputaq. 104. par. 1. quo casu procedat.*
10 *Hæres tenetur dare legatario instrumentum fundi legati, quando originale est apud hæredem, & non potest aliunde haberi, & quando aliàs teneretur dare, teneretur sumptibus legatarij, ut num. seq.*

DECISIO MCDLXXVII.

FVit conclusum nemine discrepante, mandatum Auditoris Cameræ esse exequendum; nam Dominus Camillus, & litis consortes habent intentionem fundatam in
1 instrumento census, & † adest obligatio Cameralis, quæ habet exequutionem paratam, & prodest omnibus interesse habentibus, & præsertim ijs, qui eo semel vsi fuerunt in Curia Capitolina contra Tiberium, & hodie docto de nouis molestijs petunt se releuari, *l. si plus, de euiction. cum vulgar.* Neque obstat, quod dicitur, instrumentum fuisse vulneratum per sententiam latam contra Dominā Panthasileam, & obstare exceptionem non adimplementi, ex quo interpellata non tradidit instrumentum solutionum
2 factarum creditoribus Virgilij; † nam sententia allegata non nocet istis dominis actoribus, qui non fuerunt citati.
3 Neque facit, † quod sententia lata contra principalē, noceat fideiussori non citato, quia isti non sunt obligati one Tiberii contracta ad eorum fauorem de ipsos releuando indemnes, non autem tamquam fideiussores Panthasileæ;
4 Et ideo erat necessaria eorum citatio. Vltra quòd † sententia lata contra principalem non potest exequi contra fideiussorem contractus non citatum, *Bart. in l. 1. §. dic. solut. Et quamuis aliqui teneant nocere quo ad probationem, Bald. in l. Authore laudato, C. de euiction. Alex. cons. 156. num. 5. lib. 2.* Hoc tamen est intelligendum respectu qualisqualis præiudicij, non autem ad plenam probationem *Gabriel. consil. 43. num. 34. lib. 1. vbi de communi.* Et cessat difficultas, quia impediendo exequutionem obligationis Cameralis, sententia sortiretur effectum suum, & habe-
5 ret exequutionē, † quæ contra fideiussorem cōtractus fieri non pōt, sed opus est noua sñia, vt admittunt omnes, qui contrariam opinionem sequuntur, *vt per Gabr. d. cons. 43.*
6 † Neque

6 † Neque obstat scientia litis, & quòd potuerint appellare, quia noluerunt facere sententiam suam appellando, & sufficit quòd possunt allegare eam, ipsos non afficere, *vt fuit deductum in causa Cutanen. & Montis regalis coram*
7 *R.P.D. meo Mellino.* † Quantum verò ad non implementum oppositum, quamuis opponi possit tertio agente, *ex decisione coram Illustriss. Arigonio allegata,* * tamen in hoc casu Domina Panthasilea nihil tenebatur implere. In contractu enim transactionis solum dicitur, quòd ipsa cedat iura sibi competentia ratione dotis super bonis fideicommissi, & hoc fuit impletum. Quòd autem teneatur cedere iura cessionum sibi factarum à creditoribus Virgi-
8 lij, nihil dicitur in copia transactionis. Et † quàuis Panthasilea cesserit etiam ista iura talia, qualia habet; non ideo tenetur tradere instrumentum, quia originalia sunt apud Notarios rogatos, & ab ipsis haberi possunt, & sufficit eorum indicatio cum die, & Notario; neque enim venditor vel cedens tenetur tradere instrumentum cessionum, sed sufficit eorum ostensio, cum cautione de exhibendo quoties opus erit: sufficit enim, vt cessionarius possit ostendere ius suum, *l. Titius hæres, vbi glos. fin. Odoffred. Bart. & Castr. de action. empt. & l. creditor, in princip. eod. tit. Bart. in l. qui sitam §. Papinianus, de fundo instr. Anton. de Padil. in l. in summe 11, C. de fideicom. Anchar. in capit. fin. numero 10. &mol. numero 17. de emption. & vend. Bald. consi lio 5 21. in fine. libro 2. Roman. consilio 165. numero 5. & Bald. in l. si domum, de hæred. vel action. vend.* dicit solum, quòd cedens debet exhibere instrumenta cessionario, & idem dicit *Alexan. in l. si ieiunum, numero 10. de verborum oblig.*
a Non obstat allegata *decisio R.P.D. mei Tenta*, a quia ibi agebatur de scripturis, quarū originalia erant apud Heluetios, nec de facili poterant haberi. Vltra quòd prædicta causa fuit iterum proposita, & fuit mandatum, vt scripturæ darentur domino ponenti; Idq. non absque ratione, quia decisio fundatur super decisione *Caputaq. 104. par. 1.*
9 quæ loquitur † in cessione facta à negotiorum gestore, qui in redditione rationum tenetur tradere scripturas, iuxta *text. in l. cum seruus, de cond. & demonstrat.* Non obstat do-
10 ctrina *Baldi, in l. in summe ita, numero 4. C. de fideicom.* † qd hæres teneatur dare legatario instrumentum fundi legati, quia *Bald. & alij* loquuntur, quando originalia sunt apud hæredem, & non possunt aliunde haberi, quod non applicatur in casu nostro; Vltra quòd *Bart. in allegato §. Papinianus*, tenet, quòd sufficit ostensio cum cautione de ostendendo, quādo opus fuerit, & etiam tenet *Padil. supra allegat. & Surd decis. 54. n. 17.* Et in omnem euentum data
11 opinione contraria pro vera, † quòd hæres teneatur dare instrumenta legatario, hoc intelligitur sumptibus & expensis ipsius legatarij, *Alex. in l. seruum, §. eum cui chirographum, numero 6. & ibi Ias. numero 11. de legat. primo, vo rant Doctores, in l. apud Iulianum, eodem tit. Bart. in l. si sic, §. si quis, eod. tit. Roman. in consilio 229. numero 3.* quæ eo maximè procedunt in casu isto, in quo non constat Panthasileam habere ista instrumenta, & cessio facta est de iuribus talibus, qualia sunt, & Tiberius potest illa facilè habere. Quare conclusum pro exequutione mandati.

* *Sub die 1. Iulij, 1594. in causa Roman. vertente inter D. Hieronymū Spinulam, ex vna, & D. Celsum ex altera,*

a *In Romana Pecuniaria, 4 Iunij 1594.*

Romana Restitutionis in integrum.
Die Veneris 7. Nouembris 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor, an, & quando admittatur ad licitandum in subhastatione.*

2 *In adiudicationibus, quæ fiunt creditoribus pro suo credito, habetur ratio tertiæ partis pluris, rigore statuti Vrbis.*

DECISIO MCDLXXVIII.

1 Fuit resolutum pro informante, non esse concedendam restitutionem in integrum Venerab. Hospitali, † facta enim exequutione mandati obtenti per M. Antoniū contra bon. mem. Archiepiscopum Mediolanensē super vinea, de qua agitur, & illius subhastatione, non existente oblatore, qui iustum pretium offerret, fuit ipse creditor in subsidium admissus à Iudice ad licitandum, *l. 2. C. si in caus. iudic.* & stante eius oblatione pro 400. scutis, quæ sibi debebantur, & relaxatione prærationis annuæ scutorum 60. quæ sibi in vita à prædicto Archiepiscopo debebātur, quæ iuxta rationem *l. hæreditatum, ad leg. Falcid.* ascendit ad notabilem summam, fuit seruatis seruandis vinea sibi deliberata. Neque potest ista deliberatio ab Hospitali hærede Archiepiscopi impugnari ex capite læsionis, quia ea nullo modo probatur, & quamuis in commissione prætendatur valor vineæ scutorum quatuor millium; tamen neque de eo constat, & consideratis omnibus, etiā quòd de eo ualore constaret, nec adest sufficiens læsio vltra tertiam, vt requirit statutum: Vinea enim grauata est onere nouem barilium musti cum pœna deuolutionis, & eius vsusfructus est debitus Dominæ Plautillæ eius vita durante, & adest opus dubij litis euentus, vt cum Dominis de Lante, qui si obtinerent, euanesceret ius Archiepiscopi, quod emit à locis pijs post obitum Plautillæ, & tamen emptio fuit facta sine aliqua cautione de euictione. Vltra
2 quòd vinea est in malo statu; † & etiam est habenda ratio tertiæ partis pluris, quæ ex statuto debetur in istis adiudicationibus, quæ fiunt creditoribus. Cum igitur non probetur læsio, & præfixo termino ad docendum de causis restitutionis, nihil fuerit ostensum, non est locus restitutioni, quæ fuit commissa cum Clausula, Prout de iure, & aliàs in signatura S.D.N. restitutio gratiosa petita, fuit per Sanctissimum denegata.

Romana Successionis, seu Fideicommissi de Santacrucijs.
Die Lunę 10. Nouembris 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Positus in conditione, quando est vocatus, censetur vocatus ad portionem patris, non autem patrui.*

2 *In fideicommisso aui filius subintrat in locum patris, & cōcurrit cum patruo; quæ regula tripliciter limitatur, vt hic, & num. 3. & 4.*

5 *Fideicommissum non transmittitur de persona patris in filium, nisi ex coniecturis, quæ tamen debent esse urgentes, ut num. 6.*

Et coniectura, quòd agatur de descendentibus secundum com. opin. reprobatur, ut num. 7.

Altera verò coniectura, quòd testator fecerit substitutionē reciprocam inter filios, & posuerit nepotes in conditione sub qualitate masculinitatis, non sufficit, si non est consideratus fauor agnationis, ut num. 8.

9 *Vocatus nomine proprio, non transmittit fideicommissum.*

DECISIO MCDLXXIX.

Iacobus Santacrucius in suo testamento instituit suos vniuersales hæredes, Siluium, Lucium, Petrum, & Martium filios suos naturales & legitimos, eosq. inuicem substituit quandocumque morerentur absque filiis legitimis & naturalibus; tam vulgariter, quam per fideicommissū; Obijt Lucius sine filijs, cuius portio deuoluta est ad fratres superuiuentes: Ex Martio verò nati sunt Iacobus, & Bartholomæus, qui in paterna portione successerunt: Postremo obijt Siluius superstite, Petro fratre, & Bartholomæo nepote, quem hæredem instituit. Orta est controuersia inter Petrum fratrem prætendentem se esse præferendum

dum Bartholomæo nepoti in portione Siluij vigore paterni testamenti; Ex aduerso contendente Bartholomæo, se vnà cum Petro patruo esse admittendum ad dictã portionem Siluij. Quare dubitatum fuit, An D. Bartholomæus nepos ex fratre præmortuo concurrat cum Domino Petro eius patruo in successione bonorum Siluij fideicommisso grauati. Et pro parte Bartholomæi tria deducta fuerunt argumenta pro fundamento suæ intentionis: Primum est, ratione vocationis: Secundum repræsentationis; Tertium transmissionis. Quantum ad vocationem, eam prætendit Bartholomæus, ex eo quòd est positus in conditione. Vnde tam ex dispositione statuti, quam ex coniecturis dicit se vocatum. † Verum quatenus adsit ali-
1 qua vocatio ex hoc capite, ea censetur in portione paterna tantum, cuius respectu positus est in conditione, non autem respectu portionis patrui, *Ripa, in l. 1. numero 11. C. de pact. Ruin. consilio 141. numero 13. libro 3. Gabr. consil. 115. numero 9. lib. 1. & consilio 2. numero 16. libro secundo, & fuit dictum in causa Senogallien. fideicommissi, 14. Maij 1601. coram R. P. D. meo Penia.* Quantum ad repræsentationem, Regula quidem est pro Domino Bartholomęo, nempè, † in fideicommisso auito filium subintrare locum
2 patris, & concurrere cum patruo, *glos. in l. cum ita. §. in fideicommisso, de legat. 2. fuit latè deductum coram bon. mem. Domino Oriolen. in causa Romana de Gabrielibus 13. Ianuarij 1581. & in causa Romana de Serlupis 15. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Iusto. Illustriss. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. Molin. de primogen. Hispan. libro 3. capit. 5. primo, cum alijs per informantes allegatis.* * Verum huic regulæ dantur duæ limitationes. Prima, vt non procedat, quando filij sunt vocati nominibus proprijs, quia hoc casu videntur magis dilecti, & præferuntur nepotib. positis tantum in conditione sub nomine appellatiuo, *Curt. iun. consilio 22. numero 2. Paris. consilio 87. numer. 49. libro 2. plures allegat Illustriss. Mantica d. lib. 8. de coniecturis vlt. volunt. tit. 9. numero 7. Gabr. Conclus. 3. de fideicommiss. numero 6. & fuit doctrina Aug. in consilio 506. numero 4. quam latè deducit bon. mem. Cantuccius in causa Romana vineæ de Gabrielibus, 24. Maij 1585.* quę quidem limitatio applicatur casui nostro, in quo filij sunt proprijs nominibus instituti, & substituti. † Secunda limitatio
3 est, vt regula procedat respectu portionis, ad quam tam
a pater quam filius vocantur. a tunc enim mortuo patre filius subintrat in eius locum, & admittitur ex persona & iure proprio, sicut si esset in eodem gradu, qui nõ comprehenditur hoc casu, sed per filium repræsentatur; respectu verò portionis, ad quam solus pater vocatur non est locus repræsentationi: cum filius ex propria persona ad eam non sit vocatus; & si aliter diceremus, semper per indirectum esset locus transmissioni, quia defunctus repræsentatiuè in persona filij diceretur in effectu succedere, *Ruin. consil. 181. numero 5. lib. 2. latè Gabr. consilio 2. numero 15.*
b b & hæc quoque limitatio applicatur, quia vt dictum est, nepos non est vocatus ad portionem patruorum, sed tantum ad portionem sui patris, de qua non est controuersia. Et per has limitationes facilè tolluntur decisiones in contrarium allegatæ, nam in causa de Gabrielibus Angelus substituerat Antonio eius filio nepotes & pronepotes, & sic omnes erant vocati nominibus proprijs; & eodem modo
4 respondetur ad decisionem in causa de Serlupis. † Tertiam limitationem deducunt Informantes, quando nepos neque natus, neque conceptus erat in mente testatoris, sed hanc Domini omiserunt, cum sit valde controuersa, ut apparet ex deductis *per Illustriss. Mantica vbi sup.*
5 † Quantum ad transmissionem, Domini dixerunt regulam esse contra Bartholomæum, *glos. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. Doctores in l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell.*
6 † & licet ab hac regula recedatur ex coniecturis, illæ tamen debent esse vrgentes, vt fuit resolutum coram me in *causa Ciuitatensi Bonorum, 8. Februarij 1593. & sæpissimè in alijs causis.* Et in d. causa Ciuitatensi fuit exclusa coniectura, quod essent positi in conditione, quam etiam in terminis statuti Vrbis negat esse sufficientem, *Gabr. consilio*
7 *91. num. 6. lib. 1.* & in eadem causa † fuit reprobata altera coniectura, quando sumus in descendentibus, cum communis opinio sit, quòd neque ad descendentes transmit-
8 tatur fideicommissum conditionale. † Altera coniectura, quòd testator fecerit substitutionem reciprocam inter filios, & posuerit nepotes in conditione sub qualitate masculinitatis, non sufficit, nisi fuerit consideratus fauor agnationis, de qua nullum verbum in institutione; Vltra
9 quòd cessat, † ex quo testator vocauit filios nomine proprio, quo casu cessat transmissio, ne fideicommissum extendatur vltra personas nominatas, *Curt. iun. conf. 69. in fine, Gozad. cons. 29. numero 15. Socin. iun. consilio 14. num. 8. lib. 4. & fuit dictum in una Perusina fideicommissi, coram bon. mem. Brauo, 4. Maij 1579.* Quare conclusum Dominum Bartholomæum in isto casu non concurrere in successione cum Domino Petro.

* *Et per Crust. in §. fideicommissum, q. 11. Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 95. n. 89.*

a *Ista limitatio reprobatur à multis de quibus per Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 7. sub nu. 87. vers. ceterum, & præsertim non procedit, quando concurrunt aliæ coniecturæ pro vocatione, ut per Aym. cons. 62. & seq. & fuit dictum supra in Bononien. de Feliciniis, sub die 10. Iun. 1591. n. 4. & 5.*

b *Addo Socin. cons. 14. in fine, vol. 3. Illustr. Cardin. Mantic. in allegato lib. 8. tit. 9. num. 2.*

Bononiens. Pecuniaria.
Die Lunæ 1. Decembris 1603.

SVMMARIUM.

1 *Bona pro dote data marito in solutum transeunt in eius dominium, præsertim stante Clausula, Ad habendum, pacto constituti, & pacto de retrouendendo.*
2 *Bona stabilia data in solutum marito pro dote, quæ fuit promissa in quantitate, si fuerint euicta, in casu restitutionis dotis pecunia restitui debet integrè, nec dos ob euictionem patitur diminutionem.*
3 *Quando bona transierunt in dominium mariti, periculum euictionis ad ipsum spectat.*
4 *De euictione prouemente ex natura rei quis non tenetur, nisi uerba promissionis sint ampla, & apta comprehendere talem euictionem.*
5 *Promissio simplex ad legitimam & generalem defensionem bonorum, & de euictione in forma & secundum formam statutorum sine aliqua mentione euictionis ex natura rei, non comprehendit ipsam euictionem ex natura rei.*
6 *Vbi quis tenetur de euictione simpliciter, euictio locum habet saltem respectu restitutionis pretij, maximè si adsit iuramentum.*
7 *Emens scienter rem alienam repetit pretium, ita demum si est ei promissum, & isto casu non intrat dispositio l. fi. §. emptor. C. com. de legat.*
8 *Declaratur statutum Bononiæ, tit. de dot. restit. §. item dicimus.*
9 *Declaratur l. fin. C. de contrah. empt. & l. si merces. C. de locat. quomodo procedant.*
10 *Traditio rei operatur dominij translationem.*

DECISIO MCDLXXX.

FVit dubitatum, An dimidia pars dotis per D. Tiberiũ restituenda Domino Carolo diminui debeat ob euictionem quorumdam bonorum emphyteuticorum in dotem datorum. Factum ita se habet, Ad computum dotis librarum

librarum triginta octo millium Domino Tiberio pro-
missæ, vltra partem dotis in pecunia solutam fuerunt assi-
gnata nonnulla bona emphyteutica Ecclesiastica, quæ
spectabant ad Dominam Gentilem eius vxorem, ei relì-
cta ad computum suarum dotium à bon. mem. Domino
Bernardino ipsius Gentilis patre, & fuit ista assignatio fa
cta per D. Carolum iuxta æstimationem faciendam per
peritos communiter eligendos, & cum expressione, quòd
ista bona erant emphyteutica Ecclesiastica cum specifica-
tione Ecclesiarum, apud quas erat directum dominium,
& quibus canon soluebatur, cum Clausula, Ad habendũ,
&c. cum pacto constituti, & cum promissione facta per
D. Carolum ad legitimam & generalem defensionem di-
ctorum bonorum, & de euictione in forma ad computũ
solutionis dictarum librarum triginta octo millium dotis
præfatæ, & cum pacto quòd liceret eidem Domino Caro
lo, seu illius hæredibus dicta bona francare infra certos
annos, & interim quandocumque pro eodem pretio, pro
quo fuerint æstimata. Post traductam vxorem ad domũ
viri, ea decessit, & per eius obitum fuerunt deuoluta dicta
bona ad Ecclesiam, & cum esset dotis medietas restituen-
da Domino Carolo iuxta statuta Bonon. prætendebat Do
minus Tiberius se non teneri ad restitutionem totius me
dietatis, sed esse diminuendam propter dictorum bonorũ
euictionem. Vnde proposito dubio, Domini resoluerunt,
integram dimidiam esse restituendam sine vlla diminu-
tione; nam dos fuit promissa in quantitate, non antem in
1 bonis stabilibus, † sed hæc bona fuerunt data in solutum,
& eorum dominium translatum in D. Tiberium, *l. quoties,*
& ibi Doctores, C. de iure dot. gloss. in l. si inter, eod. tit. Do-
ctores in l. ex conuentione, de pact. & fuit latè deductum in
causa Romana seu Interamnen. fundi dotalis coram Illu-
striss. Plato. 20. Februarij, 1589. & aliàs sæpius, maximè
stante Clausula, Ad habendum, & quidquid Tiberio pla-
cuerit faciendum, cum pacto constituti, & cum pacto de
retrouendendo, quod necessario præsupponit domi-
2 nij translationem. Hinc est, quòd † dos restitui de-
bet in pecunia, quæ non fuit euicta; ideo non potest pati
diminutionem ob euictionem fundi in solutum dati, &
3 ita cessat obiectum, quòd † promissor tenetur de euictio-
ne rei alienę in dotem datæ, *l. 1. ubi Doctores, C. de iure dot.*
quia dos fuit in quantitate, & bona transierunt in domi-
nium viri, & eius periculum; cum data fuerint cum ex-
pressione quòd erant emphyteutica, & deuoluta fuerunt
4 per obitum vxoris; † sed de euictione, quæ prouenit ex na
tura rei, quis non tenetur, *glos. in l. si familia, in verbo, pro*
parte, & ibi Bart. & alij, C. famil. ercisc. & latè deductum
fuit in causa Bononien. de Ariostis coram R. P. D. meo Mel
lino, 2. Nouembris 1591. Et quamuis ab hac regula disce-
datur, quando verba promissionis sunt ampla, & apta
5 comprehendere etiam euictionem ex natura rei; † In hoc
tamen casu promissio est simplex ad legitimam & gene-
ralem defensionem dictorum bonorum, & de euictione
in forma, & secundum formam statutorum Bononię, sine
aliqua mentione euictionis ex natura rei, & similis aderat
promissio in *d. causa Bononiens. & fuit resolutum 6. Martij*
1592. quod non sufficit ad effectum, vt habeat locum obliga
6 rio de euictione ex natura rei. † Non obstant deducta ex
l. fin. §. emptor. C. commun. de legat. quod euictio habeat locum
saltem respectu restitutionis pretij, maxime stante iura-
7 mento *Corn. cons. 2. n. 10. lib. 3.* quia ita demum † emēs scien
ter rem alienam repetit pretium, si ei sit promissum *Aym.*
8 *cons. 64. n. 4. Tiraq. de vtroque retractu, gl. 1. n. 1.* † Neque
obstat, quòd statutum Bononiæ *tit. de dot. restitut. §. item*
dicimus, det electionem marito restituendi locum in bo-
nis immobilibus sibi datis æstimatis, quia statutum loqui
tur in dubio, quãdo non cõstat bona fuisse data ea æstima
tione, quæ faciat emptionem, hic verò certum est fuisse
translatum dominium dictorum bonorum in D. Tiberiũ.
Præterea Dominus Monterentius glossator statutorum
dicit statutum loqui, quando ab initio, datur vel compen-
satur dos in aliqua re immobili, secùs si dos promittatur
in quantitate, & bona dentur in solutum, & confirmatur
ex eo, quòd ista bona non possunt hodie restitui, cum sint
deuoluta cum aliqua culpa Tiberij, qui non fuit solicitus
in petenda renouatione ante obitum vxoris. Non obstat,
9 quòd † fuerint data pro pretio æstimando, ideo periculũ
ante æstimationem sit venditoris non emptoris, *l. fin. C. de*
contrah. empt. l. si merces, C. locati, quia vltra quòd dicitur
ea fuisse æstimata etiam habito respectu, quòd erant em-
phyteutica, id non procedit, quãdo pactum illud est pars
alterius contractus validi, & colligitur ex textu in *l. si fun-*
dus, §. fin. de pignor. & ibi Bart. & Alex. in addit. qui dicit
hoc esse mirabile, & idem probatur ex dictis Bart. in l. si mer-
ces, & ibi Alex. in addit. de locat. & conduct. Corn. cons. 50.
10 *n. 4. & 5. lib. 1.* maxime † quia sequuta fuit traditio, quæ
operatur translationem dominij, *Azo, in summ. tit. de con-*
trah. empt. n. 14. Et ita conclusum restituendam esse medię
tatem dotis sine diminutione.

Comens. Iuris patronatus.
Die Lunæ 1. Decembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura extracta ante litem non eget compulsoria-*
libus.
2 *Scriptura extracta à Notario non rogato debent recogno*
sci, nisi sint antiquæ, vel concurrant adminicula.
3 *Attestatio Consulum multum facit pro recognitione scri-*
pturæ, maximè si adsit statutum.
4 *Scripturæ extractæ ex decreto Vicarij parte citata, & præ*
sente, quando Notarius illas collationauit, dicuntur in
forma probanti.

DECISIO MCDLXXXI.

EVit resolutum iura, de quibus agitur, esse in forma
probanti; non obstantibus exceptionibus contra ea
1 deductis; Nam primo sublata est oppositio illa, † quòd fue
rint extracta sine compulsorialibus iam à Rota cõcessis,
quia verè fuerunt extracta ante litem in Rota introdu-
ctam, & compulsoriales allegatæ, fuerant obtentæ in alia
2 causa in Rota pendente. Non obstat secundo, † quòd non
constet scripturas esse illius Notarij, qui de illis dicitur ro
gatus, & quòd nulla facta fuit recognitio *ad cons. Oldradi*
217. n. 6. quia ista iura partim excedunt centum annos, par
tim sexaginta; ideo pro recognitione sufficiunt adminicu
la, quorum illud est satis validum, quòd Notarius fuit de-
putatus ad explendum protocolla illorum de Zobijs, &
tam ipse, quàm Consules, in subscriptione asserunt se vi-
disse, legisse, & examinasse imbreuiaturas instrumentorũ
3 extractorum, † quæ attestatio multum facit pro recogni-
tione; maximè stante statuto, de quo in summario, num. 2.
prout in simili fuit habita ratio statuti in causa *Medio-*
lanens. matrimonij, 29. Nouemb. 1602. coram R. P. D. meo
Pena. Non obstat, quod dicitur, non constare, ex quo loco
scripturæ fuerint extractæ, quia satis constat fuisse extra-
ctas ex imbreuiaturis & protocollis Notariorum de ipsis
rogatorum. Non obstat, quòd opponitur Notarium, qui
exemplauit asserere iura fuisse subscripta, & signata à No
tarijs rogatis, & tamen in extractione nulla adest subscri-
ptio, neque signum; nam illa verba, subscriptum cũ signo
tabellionatus, non referuntur ad instrumēta extracta, sed
sunt verba Notarij actuarij registrantis in processu instru
menta Notarij extrahentis, quod est maximè verisimile, cum
in protocollis & breuiaturis, nõ soleat apponi subscriptio,
& signum singulis instrumentis. Quantum ad iura extra-
cta per Notarium Curiæ Episcopalis, vltra quod dicitur eum
4 esse successorem in officio, † apparet extractionem factã
ex decreto Vicarij, parte citata, & præsente, quando No-
tarius iura collationauit, *Rota decis. 1. de fide instr. in nou.*
Et ita conclusum iura esse in forma probanti.

Balnco.

Balneoregiens. Bonorum.
Die Mercurij 10. Decembris, 1603.

S U M M A R I U M.

1 *Fama probata per testes plures numero præfertur, nisi cum minori numero testium concurrant adminicula, vt num. 3.*

2 *Testes non informati, & deponentes in confuso non probant.*

4 *Testes quibus exceptionibus repelli possint.*

5 *Ad probandum distantiam loci attenditur reputatio & fama, non autem mensuratio, præsertim quando est facta absque iudicis decreto, & partis citatione.*

DECISIO MCDLXXXII.

FVit resolutum probationem D. Corradini non elidi per probationem deductam pro D. Octauia, ita vt sit
1 locus mensurationi prætensæ; † nam fama per D. Corradinum probata fuit per testes longe plures numero, & est coadiuuata ex fide Communitatum facta conuocato consilio, & ex obseruantia Curiæ Capitolij, & Vicarij Vrbis, vt in facto deducitur: Quare applicantur huic facto duæ Conclusiones aliàs firmatæ in causa Veneta Legitimitatis, 14. *Iunij 1591. coram R. P. D. meo Pamphilio*, quòd stantibus duabus famis probatis attenditur illa, quæ est probata per plures testes & digniores, vt in hoc casu, in
2 † quo testes Dominæ Octauiæ non sunt informati de itinere, & solum in confuso deponunt de publica voce & fama, *Bart. in l. de minore. §. plurimum, num. 26. & ibi Hippol. num. 99. de quæstion. Abb. in cap. cum oporteat, num. 11. de accusation. Ruin. cons. 14. n. 13. lib. 4. Gozadin. cons. 13. nu.*
3 *40.* † præsertim verò si sit adminiculata, quia tunc attenditur etiam aduersus testes numero plures carentes adminiculo, *Bart. in d. §. plurimum, num. 26. Bald. in cap. dilectus, num. 1. de appellation. Abb. in d. cap. cum oporteat, nu. 11. cum aliis.* & iste casus, de quo agitur, est fortior, cum vnà cum adminiculis concurrat pluralitas testium melius informa-
4 torũ: † Præterea non carent exceptione isti testes D. Octauiæ, nempe vassallagij, & ignorati itineris, & alij numquam fuerunt in locis, de quibus agitur, & aliqui restringunt se ad publicam vocem & famam in Castris Patani & Vignanelli, quæ sunt D. Marescotti, & etiam vnus facit se fratrem D. Marescotti; Alius annorum 19. non percutit tempus ante litem ante annos 17. inchoatã. Duo verò sunt salariati, vnus non est confessus, nec communi-
* catus; * Alius est compater Domini Marescotti, adeo quòd ista probatio ex his valdè eneruatur, & probatio D. Corradini remanet solida, & inconcussa. Non obstat men-
5 suratio facta, † quia in hac re attenditur reputatio &
a fama, non autem mensuratio, vt fuit resolutum; *a* Vltra quòd hæc mensuratio fuit facta per D. Marescottum absque vllo iudicis decreto, & partis citatione. Et ita conclusum famam probatam per D. Corradinum non elidi per contrariam probationem.

* *Vt per Cas. de Graff decis. 9. de testib. Gabr. conclus. 19. in 3. ampliat. ead. tit. Hier. Gabr. cons. 40. col. 2. lib 2.*

a *In hac eadem causa sub die Mercurij 14. Iunij 1600.*

Oscens. Archidiaconatus.
Die Veneris 12. Decembris 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Propter recursus habitos ad iudices laicos incurritur in excõicationem contentam in Bulla in Cena Domini.*

2 *Iustus ignorantiæ prætextus cadere non potest in Doctore, & in eo qui pluries admonitus fuit.*

3 *Insordescentia non incurritur nisi per perseuerantiam in excommunicatione in contemptum clauium.*

4 *Quælibet causa etiam iniusta, per quam excludatur contemptus clauium, excusat ab insordescentia.*

5 *Impetratio beneficij non vacantis, de sui natura est odiosa, & in dubio pro ea non fit interpretatio ad fauorem impetrantis.*

6 *In impetratione beneficij obtenta per insordescentiam, iustificari debet quòd adfuerit perseuerantia in excommunicatione, coniuncta cum contemptu clauium cum certa scientia excommunicationis.*

7 *Persistens in excommunicatione nolens obedire, non ex eo quòd eam spernat, sed ex aliqua alia causa licet iniusta, non dicitur contemnere, nec inducitur insordescentia.*

8 *Defendens se non esse excommunicatum, non ob id dicitur excommunicationem contemnere, ad effectum insordescentiæ, licet credulitas sua sit iniusta, & cum supina ignorantia coniuncta; nam sufficit, quòd ita credat.*

9 *In his, quæ pendent ab animo, magis attenditur opinio, quàm veritas.*

10 *Ad inducendam insordescentiam per perseuerantiam in excommunicatione, tempora non coniunguntur.*

11 *A sententia excommunicationis datur appellatio.*

12 *Ad excludendam præsumptam impœnitentiam sufficiunt actus exteriores vnà cum petitione absolutionis, etiam in graui crimine hæresis.*

13 *Nominatio vel collatio beneficij, vel officij Ecclesiastici facta excommunicato, est ipso iure nulla.*

14 *Facilius quis non admittitur, quàm admissus eijcitur.*

DECISIO MCDLXXXIII.

DVbitatum fuit, an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & quidem contra sententiam re-
* petebantur ea, quæ aliàs deducta fuerunt * contra Paulũ,
1 † nempè, incursus in excommunicationem contentam in Bulla in Cena Domini, propter recursus sæpius habitos & reiteratos ad iudices laicos, cuius excommunicationis scientia non solum ex eo deducebatur, quòd contineatur
2 in lege vniuersali, † sed etiam quòd nullus iustus ignorantiæ prætextus cadere potest in eo, qui erat Doctor, & qui pluries fuerat de tali excommunicatione admonitus; ita vt aliquando visus sit velle recedere ab vsu istarum prouisionum Regiarum ab ipso impetratarum, quod tamen facto non præstitit, sed in eadem peruicacia perseuerauit, neque vllam absolutionem petijt ab anno 1589. quo fuit factus primus recursus, vsque ad annum 1597. & interim pluries iterauit istos recursus etiam post obtentam commissionem causæ à Reuerendiss. Nuncio Hispaniarum, qui causam commiserat Officiali Cæsaraugustano, donec tandem fuit monitus ab Auditore Cameræ ad personaliter comparendum, prout comparuit, & fuit cõdemnatus in pœnam ducentorum scutorum die 15. Decembr. 1590. quæ sententia fuit confirmata 28. Iunij 1591. quib. non acquiescens, commissa causa Domino Farinaccio, obtinuit quidem dictas sententias reuocari, sed hæc sententia fuit per alias sententias etiam in Rota reuocata, tamquam iniusta. Vnde computando à primo recursu vsque ad sententiam Farinaccij latam 31. Iulij 1592. prætẽdebat insorduisse per integrum quinquennium, & saltem à die recursus per eum verbotenus facti, qui fuit anno 1587. vsque ad sententiam Farinaccij apparet intercessisse annos tres, & menses quattuor sine aliqua petitione absolutionis, & fuit continuata per eũ ista contumacia ab anno 1597. vsque ad annum 1598. quo tpe obtinuit à cõsilio Regio præceptum pœnale contra Capitulũ, vt renũciaret sententijs latis in Curia, & contra Hieronymũ Pinos, prout in summario, nu. 13. 14. & 15. Et ista sunt in summa, quæ in facto deducta fuerunt pro Iustificatione gratiæ Domini Ioannis, in qua narrata fuit insordescentia per trien-

nium, & fuerunt etiam multa allegata in iure ad prædi-
ctorum corroborationem, quæ etiam in alijs positionibus
fuerant deducta, *vt apparet in decisionibus R.P.D. mei Lan*
2 *cellotti in hac causa factis.* a His tamen non obstantibus
Domini perstiterunt in vltimo decisis; & moti fuerunt,
quia in hac materia insordescentiæ repetita fuit regula
3 alias firmata, † eam non induci nisi per perseuerantiam
in excommunicatione in contemptum clauium, adeoq;
4 quælibet causa etiam iniusta, per quam excludatur con-
temptus, excusat à tali crimine respectu insordescentiæ,
iuxta tradita per Couarru. in cap. alma mater, §. 7. num. 6. de
sentent. excom. in 6. cum alijs in decis. facta 16. May proxi-
mè præteriti, copiosè citatis: Vnde est videndum, An in præ
narrato facto adsit ista perseuerantia cum contemptu cla-
uium; Pro cuius dubij discussione est animaduertendum,
nos versari in iustificatione gratiæ impetrationis benefi-
5 cij non vacantis, † quę sui natura est odiosa; & ideo non
debet fieri interpretatio in dubio ad fauorem impetran-
6 tis, † sed debet gratia ex certis & concludentibus proba-
tionibus iustificari; ex quibus liqueat non solum adfuis-
se perseuerantiam in excommunicatione, sed etiam fuisse
coniunctam cum certa scientia excommunicationis eius-
que contemptu, *cap. bona, de æt. & qualit. cap. cum contu-*
7 *ma. 14. de hæretic. in 6. cum alijs in decisione allegatis;* † nam
si quis persistit in excommunicatione nolens obedire, nō
ex eo quòd eam spernat, sed ex aliqua alia causa, licet in-
iusta, non dicitur contemnere, & cessat insordescentia, vt
ex Couarru. & aliis deductum fuit. Hoc iacto fundamen-
to, censuerunt Domini non probari insordescentiam trien-
nalem. Aut enim illa deducitur ab initio recursus vsque
ad sententiam Farinaccij; & nulla videtur adesse, cum
toto eo tempore, vsque ad dictam sententiam durauerit
lis super eo, quòd Paulus prætendebat declaratoriam fuis-
se iniustam; seq. non incidisse in censuras Bullæ Cenæ
Domini, motus fortasse ex abusu illarum partium, & Do-
ctorum Hispaniarum passim admittentium istos recur-
sus, & Bullam cauillis & extraneis interpretationibus elu-
dentium. Vnde fit, vt hac lite pendente super iustitia de-
claratoriæ, & non incursu Bullæ, cesset contumacia, &
contemptus necessarius ad insordescentiam inducēdam,
cum crederet se non esse legitime excommunicatum.
Vltra quòd probabiliter dubitari potest, An hoc tempus
sit habendum in consideratione, cum Insordescentia nar-
rata videatur intelligenda de tempore immediate præce-
dente impetrationem. Corroboratur hæc interpretatio
voluntatis Pauli, ex eo quod monitus ab Auditore Came-
ræ venit ad Curiam, & sustinuit litem non obstante sen-
tentia contra se lata, donec in tertia instantia fuit per Fa-
rinaccium absolutus, a qua sententia non reperitur fuisse
per aliquem appellatum; quamuis postea detecta fuerit,
& declarata iniusta; & sic contumacia, & obstinata mens
8 Pauli fuit in eo, † quod defendebat se non esse excommu
nicatum, non autem quod excommunicationem contem-
neret: Et quamuis ista credulitas esset iniusta, & cum supi
na ignorantia coniuncta; tamen ad excludendam insorde
9 scentiam, sufficit, quod ita crederet; nam † in his quæ pen
dent ab animo, magis attenditur opinio, quam veritas, *l. si*
qui putat. de hæred. instit. ... ymo, cons. 88. num. 14. Compro-
batur etiam Paulum non contempsisse excommunicatio-
nem, ex eo, quod intimata ei declaratoria, se retraxit ab
vsu firmæ obtentæ à Consilio Regio, & licet postea prose-
quutus fuerit litem super eadem prætensione, non est mi-
rum, cum sequutus sit consilium Doctorum illarum par-
tium, qui hanc sententiam mordicus defendunt, ut in di-
uersis eorum libris apparet; Vnde excluditur hæc præten-
sa insordescentia, quæ præcessisse dicitur sententiam Fari-
naccij; si verò attendamus insordescentiam, quæ præten-
ditur post sententiam Farinaccij, hæc excluditur per deci-
siones Rotæ, quæ fundatæ sunt in absolutionibus petitis,
10 & obtentis, & in temporum interruptione; † cum in hac
materia tempora non coniungantur, vt censuit sacra Con
gregatio, *& fuit coram me dictum in causa Segobricen. In-*
sordescentiæ, 5. Iunij 1598. ex quibus tollitur etiam allega-
tum *cons. 7. Federici de Senis, & auctoritas Baldi, in consilio*
253. lib. 5. & in decisione facta sub die 4. Iulij proximè præ-
11 *teriti,* b & si aliter diceremus, † non fuisset a Sacris Ca-
nonibus permissa appellatio à sententia excommunicatio
nis, semper enim esset verum dicere, illum, qui appellat,
12 sordescere, quod est absurdum, † & ad excludendam prę
sumptam impœnitentiam sufficiunt actus exteriores, vna
cum petitione absolutionis, & in grauiori crimine hære-
sis, notat *Gemin. & alii, in c. super eo, de hæretic. in 6.* Neque
13 obstat, quod Rota censuerit † nominationem factam per
Episcopum Oscen. de Paulo, ad officium Pœnitentiariæ,
fuisse nullam, ex quo erat excommunicatus; nam certum
est, collationem beneficij, vel officij Ecclesiastici factam
excommunicato, esse ipso iure nullam; & ideo inoleuit sty-
lus apponendi in impetrationibus Clausulam, Et cum ab-
solutione, ad effectum, nos autem versamur in impetra-
tione beneficij eius, qui insorduisse dicitur, quo casu non
procedit argumentum à collatione ad priuationem; fa-
14 cilius † enim quis non admittitur quam admissus eijcitur.
Et ex his conclusum fuit, non esse recedendum ab vltimo
decisis, & sententiam Rotalem esse confirmandam.

* *Sub die Veneris 16. Maij proximè præteriti, coram R.P.D. Lancell.*
a *Sub dicta die 16. May, & 4. Iuly proximè præteritis.*
b *Coram R.P.D. Lancellotto.*

Fauentina Monasterij.
Die Lunę 15. Decembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus pro possessore in odium spoliantis habetur, & su-stinet partes rei, vt num. 9.*

2 *A sententia exequutoris litterarum Apostolicarum non datur appellatio ad effectum suspensiuum.*

3 *In commissione appellationis à sententia exequutoris apponitur Clausula, Sine præiudicio exequutionis litterarū Apostolicarum; vel Clausula, Parito Breui.*

4 *Litteræ Apostolicæ habent exequutionem paratam.*

5 *Rescriptum Papæ mandans, vt procedatur simul & semel vnica sententia in petitorio & possessorio, impedit spoliatum restitutionem petere posse.*

6 *Succumbenti in possessorio, incumbit onus probandi in petitorio.*

7 *Instans pro nullitate sententiæ, pro actore se gerere dicitur.*

8 *Petitorium absorbet possessorium.*

10 *Gratia concessa cum Clausula, Motu proprio, non requirit iustificationem, & transfert onus probandi in aduersarium.*

11 *Contra gratiam concessam cum Clausula, Motu proprio, dari potest de defectu intentionis, sed onus probandi defectum incumbit alleganti.*

12 *Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, non inducit conditionem suspensiuā exequutionis gratiæ, sed præseruat tātum ius alterius, vt si de eo constet, gratia pro non facta habeatur.*

13 *In reseruationibus pensionum, Clausula, Dummodo remaneant centum pro Rectore, vel dummodo non excedant tertiam partem fructuum, iustificari debent ab eo, qui pensionem obtinuit, cum sint modificatiuæ quantitatis pensionis, non autem præseruatiuæ iuris tertij, & solum operantur, ne pensio modum assignatum excedat.*

14 *In Clausula, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri canonicè prouisum, qualitas verbi, canonicè, semper est verificanda per eum, qui titulum aliquem alle-*

allegat, aliàs titulus pro non titulo habetur.
15 *Nemo tenetur ad verificationem eius, quod est de exce-
ptione partis aduersæ.*

DECISIO MCDLXXXIV.

VAcante Monasterio, de quo est controuersia per obi-
tum vltimi possessoris, S. D. N. illud Motu proprio
commendauit Illustriss. & Reuendiss. D. Datario, qui litte-
ris expeditis vigore sententiæ Auditoris Cameræ fuit im-
missus in possessionem, non obstante reclamatione RR.
Monachorum Vallis Vmbrosæ, prætendentium posses-
sionem, dicti Monasterij iam à multis annis fuisse penes
Congregationem, ad quam omnimoda dispositio huius
Abbatiæ vigore suorum priuilegiorum spectare affirma-
bant, & idcirco interposita appellatione à sententia con-
tra eos lata, adiuerunt Signaturam Sanctissimi, pro obti-
nenda commissione appellationis, prout petebatur com-
mittere, sed apposuit secundam partem sub his verbis: Vel
si magis placet committatur eidem Patriarchæ, qui in cā
& causis huiusmodi procedat in petitorio & possessorio si
mul & semel vnica sententia, omni & quacunque appella
tione remota. Vnde orta est controuersia inter partes su-
per modo procedendi prætendentibus Monachis sententiā
Auditoris Cameræ eiusq. exequutionem fuisse nullam, &
attentatam, & consequenter spoliatiuam, & in hoc iudi-
1 cio ipsos habendos esse pro possessoribus, † cum spoliatus
pro possessore in odium spoliantis habeatur, *Ruin. consil.
161. n. 12. lib. 1.* & ideo onus deducēdi ius suum, & suas pro
bationes, incumbere D. Datario vti actori, non autem ip-
sis, cum rei personam sustineant; & esse prius discutiendū
possessorium. Ex aduerso verò dicebatur possessionem esse
penes D. Datarium, & discutiendum esse petitorium, in
quo Monachi erant actores, seruando formam Rescripti
præscribentis formam procedendi. Quare fuit dubitatū,
quis sit habendus pro possessore in casu, & ad effectum, de
quo agitur, & Domini censuerunt D. Datarium esse ha-
bendum pro possessore. Cum enim fuerit immissus in pos-
sessionem vigore sententiæ Auditoris Cameræ super exe-
2 quutione litterarum Apostolicarum, † à qua non solet
3 dari appellatio suspensiua; † immo in commissione ap-
pellationis solet apponi Clausula, Sine præiudicio exe-
quutionis litterarum Apostolicarum; vel Clausula, Parito
4 Breui; nam † litteræ Apostolicæ habent exequutionem
paratam, *Mohedan. decis. 13. Vt lite pendente*, & ideo iu-
dex dedit refutatorios, vtique pro possessore habēdus est,
5 donec reuocetur sententia, & restituatur possessio, † quod
hoc casu fieri nequit obstante Rescripto, in quo Papa
mandat, vt procedatur simul & semel vnica sententia in
petitorio & possessorio. Confirmantur prædicta per *text.
6 in l. incerti, C. de interdict.* quòd † succumbenti in posses-
sorio, incumbit onus probandi in petitorio. Et licet in-
7 formantes pro Monachis multum insistant † super nulli-
tate sententiæ Auditoris Cameræ; tamen in hoc articulo
videntur manifestè gerere se pro actoribus, deducendo
rationes & argumenta ad demonstrandum sententiæ nul
litatem & iniustitiam, quæ non est opus referre; nam
nullius effectus est hæc disputatio, cum dato etiam quòd
sententia esset nulla, & idcirco esset ferenda sententia
pro Monachis; tamen hoc fieri non potest stante formula
Rescripti, vt dictum est; quinimmo si in petitorio iudi-
candum esset pro ualiditate gratiæ, non posset senten-
tia ferri in possessorio, aut lata exequi, quasi ventosa
8 & inanis, † cum petitoriom absorbeat possessorium, ut
ait Put. decisione 81. in una Sabinen. lib. primo. Non ob-
9 stat, quòd † Monasterium sit habendum pro possessore,
iuxta cons. allegatum Ruini, 161. num. 12. lib. 1. & ideo in
petitorio sustineat partes rei, quia adhuc non liquet sen-
tentiam fuisse spoliatiuam, & nullam; sed etiam hoc ad-
misso, nullus hinc resultat effectus ad commodum Mona-
10 sterij, † ex quo gratia concessa est cum Clausula, Motu
proprio; & ideo non requirit iustificationem, quia cen-
sentur omnia probata, quæ Papa in suis litteris expressit,
Gabr. de Claus. concl. 2. num. 89. & saltem transfert onus
probandi in aduersarium, *Put. decis. 325. num. 5. lib. 2.*
11 † & licet possit per partem contrariam dari de defectu
intentionis, in hoc articulo, onus probandi talem defectū
incumbit opponenti, & sic Monasterio, quod in sua exce-
12 ptione sustinet partes actoris. Neque obstat, quòd † in lit-
teris adsit Clausula, Dummodo de tempore datæ præsen-
tium eidem Monasterio de Abbate prouisum seu illud al
teri commendatum canonicè non existat, quia hæc Clau-
sula non inducit conditionem suspensiuam exequutionis
gratiæ, sed præseruat tantum prouisionem, seu ius alterius,
vt si de eo constet, gratia pro non facta habeatur, *Achill.
decis. 18. n. 2. in fine, de probat. & adest decisio in vna Camera-
cens. Canonicatus, 4. Decemb. 1573. coram S. D. N. Clemente
VIII. & fuit dictum in vna Placentina Capellaniæ, 29. Mar
tij 1596. coram R. P. D. meo Penia*, & hinc colligitur respō-
13 sio ad id, quod dicitur † Dominum Datarium debere iu-
stificare hanc Clausulam, arguendo de Clausula, quæ so-
let apponi in reseruationib. pensionum, dummodo rema-
neant centum pro Rectore, vel dummodo non excedant
tertiam partem fructuum, *vt fuit dictum in vna Militens.
Pensionis coram R. P. D. meo Litta. 27. Iunij, 1597.* nam illa
est modificatiua quantitatis pensionis, non autem præser-
uatiua iuris tertij, nisi quatenus operatur, ne pensio mo-
dum assignatum excedat, sed hæc de qua agitur, non præ-
seruat ius personæ incertæ, quæ fortè non est in rerum na-
tura: ideo necesse est, ut hoc ius allegetur, & probetur per
14 eum, qui eo uti uult, maximè † cum adsit qualitas illa, ca-
nonicè, quæ semper est uerificanda per eum, qui titulum
aliquē allegat, aliàs titulus pro non titulo habetur, ut pas-
15 sim in praxi obseruari uidemus; & regula est, † neminem
teneri ad uerificationem eius, quod est de exceptione par
tis aduersæ, *ad notata per Bart. & Doctores in l. admonen-
di, de iureiur.* Quę dicuntur super iustitiam sententiæ, respi
ciunt petitorium, & ueniunt particulariter discutienda ip
sis iurib. & rationibus, quæ pro Monasterio deducuntur,
Et ita conclusum.

Cordubens. Redecimarum.
Die Lunę 19. Ianuarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Causa nullitatis sententiæ æquè principaliter commissæ, non potest dici deserta, licet sit deserta appellatio simul commissa.*
2 *Scientia sufficienter inducta dicitur ex his, quæ generali consuetudine sunt introducta, maximè in materia, quæ per præsumptiones & coniecturas probatur.*
3 *Scientia præsumitur ex actibus plures iteratis.*
4 *Solutio decimarum & redecimarum facta ab Arrendatarijs, præsumitur facta de scientia & uoluntate decimarum.*
5 *Ad manutentionem solent sufficere leuiores probationes.*

DECISIO MCDLXXXV.

IN hac causa fuit aliàs dubitatum, An dandū esset man
datum de manutenendo Decano & Capitulo Cordu-
bensi in exactione redecimarum contra Reuerend. Fra-
tres Monasterii S. Hieronymi Vallis Paradisi, & sub die
2. Maij anni proximè præteriti fuit denegata manutentio
ex eo, quod non cōstabat de scientia fratrum; fuit deinde par
ticulariter dubitatum; An cōstaret ex his, quę deduceban
tur de prędicta scientia fratrū; & causa bis proposita fuit
sub die 15. Decēb. solo Capitulo informāte, decisū cōstare
de sciētia. Verū placuit tertio vtraque parte informante
cām super eodem articulo proponere. Et Dñi censuerunt
* standum esse in decisis; * reiecta enim inspectione priui-
1 legiorum, quę respicit Petitorium: Itē oppositione, † quæ

fiebat de re iudicata, cum prout aliàs dictum fuit, causa
nullitatis non sit deserta, quæ fuit æque principaliter com
missa, *Franch in cap. d. lecto, cum alijs allegatis in decis.
Carthaginen. Pensionis, 13. Martij, 1600. coram R. P. D.
meo Lancellotto*, ex quo tollitur id, quod allegatur *ex deci-*
a *sione bon. mem. Domini Gipsii*, *a* Fuit discussus articulus
scientiæ, & conclusum eam probari, primo ex 130. instru-
mentis productis pro parte Capituli, quæ percutiunt tem
pus 14. annorum & vltra, probatur generalis consuetudo
illarum partium apponendi in instrumentis arrendamen
torum Clausulam, per quam transfertur onus soluendi re-
decimam in affictuarios prædiorum. Secundò per testes
comprobatur eadem consuetudo in summario aliàs dato
sub num. 5. & ex his videtur sufficienter induci scientia,
2 † cum ea, quæ generali consuetudine sunt introducta,
nota omnibus præsumantur in illo loco degentibus, *glos.
in cap. 1. de postul. prælat. Aymo, consil. 57. num. 10. Grat.
consil. 49. num. 8. & 9. lib. 1.* maximè cum simus in materia,
quæ per præsumptiones & coniecturas probatur *Aymo,
consil. 192. num. 6.* Coadiuuatur probatio ista ex eo, quòd
vltra viginti annos fuit soluta redecima ex prædijs Mona
chorum sancti Hieronymi, vt per testes probatur, & in
specie de isto prædio de Euxisneros, de quo hodie agi-
tur, vt bene in facto deducitur. Accedunt plura instru-
menta arrendamẽtorum factorum à fratribus sancti Hie-
3 ronymi cum prędicta Clausula, † ex quibus toties itera-
tis actibus & solutionibus tot annorum præsumitur scien
4 tia *ad decis. Put. 264. num. 2. lib. 1.* † cum non sit verisimile,
quòd Arrendatarij voluerint soluere redecimas fratribus
inscijs, sed verisimilius est, quòd illud scientibus, & volen-
tibus dominis fecerint, *Abb. conf. 18. n. 4. & 5. lib. 1. Aymo,
conf. 40. n. 3.* & maximè quia ratióne istius oneris pensio,
minor ab Arrendatarijs soluebatur monasterio. Et ex his
patet responsio ad omnes obiectiones, quæ ex aduerso fue
runt deductæ, quæ Dominis visæ fuerunt satis leues & de
5 biles ad effectum impediendi manutentionem, † in qua
sufficere solent leuiores probationes. Et ita conclusum.

* *Sub dicta die 15. Decembris proximè præteriti.*
a *In Camerinen pensionis sub die 22 Iunij 1594. in qua elicitur quòd
exceptio rei iudicatæ impedit manutentionem.*

Sabinen. Hæreditatis, seu Fideicomissi.
Die Veneris 23. Ianuarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Ad excludendum à fideicommisso sufficit dicere testa-
mentum de eo non loqui.*
2 *In fideicommissis appellatione filiorum veniunt nepo-
tes, vbi agitur de eorum fauore, declara tamen, vt num.
8. & seq.*
3 *Voluntas testatoris conseruandi bona in familia, ex qui-
bus arguatur, & num. 5. 6. 21. & 22.*
4 *Appellatione filiorum veniunt nepotes, quando testa-
tor habuit rationem conseruationis agnationis, concur-
rentibus tamen coniecturis, & vide num. 8*
7 *Valet argumentum, quòd qui prohibiti sunt alienare,
censeantur ad successionem vocati.*
8 *Coniecturæ voluntatis testatoris primum locum obtinẽt,
ad cognoscendum, an appellatione filiorum veniant ne-
potes.*
9 *Appellatione filiorum quando non veniant nepote, vi-
de vsque ad num. 13.*
13 *Filij positi in conditione quando non censeantur vocati,
& num. seq.*
15 *Non sufficit allegare testatorem ita voluisse, nisi docea-
tur voluntatem transiuisse in dispositionem.*
16 *Coniectura, quòd testator si fuisset interrogatus, ita di-
sposuisset, non habet locum, vbi agitur de extendendo
grauamine de persona ad personam, & præsertim quan
do ratio agnationis conseruandæ non fuit expressa, li-
cet idem sit, si fuerit expressa, cum non debeat extendi
ad casum non expressum, vel aliàs ex nõ necessarijs con-
iecturis collectum, vt num. 18.*
17 *Fauore agnationis non sunt multiplicandæ seu somnian
dæ substitutiones vltra dispositionem testatoris.*
19 *Prohibitio alienationis licet extendatur in infinitum, etiã
per mille generationes: habet tamen tantummodo locũ
existentibus masculis descendentibus ipsius testatoris;
secus est in non suis, aliàs multiplicarentur fideicommis
seriæ substitutiones in infinitum in personas non co-
gnitas, nec vocatas, & nu. 20.*
21 *Testator substituens duos seniores de familia sibi inco-
gnitos, dicitur habuisse rationẽ conseruationis familię.*
22 *Testator mandans, quòd substitutus assumat arma, &
cognomen familiæ, dicitur fideicommittere pro conser-
uatione agnationis.*

DECISIO MCDLXXXVI.

FVit dubitatum, An in fideicommisso facto per quon-
dam bon. mem. Dominum Octauium Vrsinum, in
quo post defectum linee masculorum vocauit filias femi-
nas, dummodo maritarentur cum aliquo vel aliquib. de
domo uel familia nobiliũ de Vrsinis, et si ad secunda uota
pluries transiuerint, filij D. Virginiæ, quę nupta fuit in do
mo dominorum de Vrsinis, sed obijt antequam fuerit fa-
ctus locus fideicommisso ad sui fauorem, censeantur ali-
quo modo vocati ad hæreditatem, & bona dicti quondã
Domini Octauij, in casu & ad effectum, de quo agitur.
Effectus est, vt sciatur, an post obitum Illustr. D. Henrici
isti Illustr. filij D. Virginiæ vti vocati debeant admitti ad
successionem in bonis quondam D. Octauij, & quidem
de expressa vocatione non est agendum, quia nullibi le-
guntur in testamento expressè vocati, quo casu habet lo-
1 cum regula illa, quòd † ad exclusionẽ sufficit dicere testa-
mentum de eis non loqui, *Io. And. ad Specul. tit. de testam.
§. occurrit, Dec. cons. 95. & 336. in fine, Socin. cons. 62. nu. 7.
lib. 3. Soc. iun. cons. 185. num. 9 lib. 2. Goz ad cons. 21 num. 8.*
* *cum alijs*; * ideo videndum est de tacita vocatione, quã
ex diuersis argumentis & coniecturis deducunt informã
2 tes pro hac parte. Et Primò deducitur, † in fideicommis-
sis appellatione filiorum venire nepotes, vbi agitur de
eorum fauore, *iuxta doctrinam Bart. in l. liberorum. n. 5. de
verb. sign. & cumulat latè Gabr. Concl. 1. n. 7. & 10. eod. tit.
Illustr. Card. Mantica, lib. 5. tit. 8. & allegatur etiam decisio
in vna Vrbeuetana Castrorum, 10. Iunij, 1588. coram Illust.
a Plato, cum aliis per Informantes allegatis. a* Secundò pro
fulcienda hac Conclusione deducuntur pro hac parte nõ
nullæ coniecturę, quarum vna est, voluntatem testatoris
3 fuisse, vt bona conseruarentur in familia de Vrsinis, † hãc
autem voluntatem ex eo deducunt, quòd post omnium
masculorum institutionem & substitutionem, dotatis fe-
minis in scutis decem millibus, voluit tandem ipsis om-
nib. deficientib. vltimo decedenti sine filijs masculis legi
timis & naturalibus, vt filiæ femine succedant, dummodo
maritentur cum aliquo vel aliquib. de domo & familia
dominorum de Vrsinis, ex hoc n. videtur voluisse prospi-
cere familiæ, & inuitare ad successionem nepotes, & ad
b hoc allegatur *conf. Anch. 27. cum aliis, b* & hoc maximè
apparet ex eo, quòd noluit substituere feminas omnes indi-
stinctè, sed illas tantum, quę maritarentur in dicta domo
4 de Vrsinis; Ideoq. † quando testator habuit rationem
conseruationis agnationis, appellatione filiorum ueniunt
nepotes, *Mantica dicto tit. 8. n. 17. Gabr. dicta Conclus. 1. n.
c 37. cum alis. c* Et hæc coniectura confirmatur à simi-
5 li, † nam quando testator mandat institutis uel substi-
tutis, ut assumant nomen & insignia familiæ, constat
per eum habitam contemplationem conseruationis bo-

norum

6 norum in familia, *iuxta conf. Castr. 259. lib. 1. cum concor-*
dantibus, † Vrget etiam pro confirmatione huius con-
iecturę, quòd testator voluit eas succedere, quę maritaren
tur in hac familia, etiam si ad secunda vota pluries tran-
fierint, ex quo apparet magis enixa mens testatoris con-
templantis familiam Vrsinorum; Et demum hoc idem
colligi videtur ex eo, quòd propriam filiam, quæ erat ma-
ritata extra familiam in domo de Sabellis, non substituit,
sed maluit substituere filias feminas sibi incognitas, dum
modo maritarentur in domo de Vrsinis, q̃ res arguit ma-
iorem affectionem erga domum & familiam prædictam,
quam erga proprias filias. Alteram coniecturam deducũt
informantes ex prohibitione alienationis, in qua conãtur
includere non solum masculos descendentes suos, sed etiã
feminas substitutas earumq. descendentes in infinitum,
cum verba sint prægnantissima, & prohibitio fiat filijs in
7 infinitum, etiam per mille generationes, ex † qua argui-
tur, quòd prohibiti alienare, censeantur etiam ad successio
nem vocati, *l. ab eo, C. de fideicom.* aliàs esset horum habi-
tus respectus sine causa, & non valeret, *ad notata in l. filiuſ-
familias, §. Diui, & ibi Doctor. de legat. 1.* His tamen non
obstantibus, Domini magna consensione vnanimiter cen-
suerunt, filios quondam D. Virginiæ nullo modo esse voca
tos, non quidem expresè, cum nulla reperiatur facta eo-
rum mentio in testamento, vt supra dictum est, sed neque
etiam tacitè, non obstantibus ijs, quæ pro eorum parte
deducta fuerunt. Et quantum ad primam rationem, quæ
8 sumitur ex illa Conclusione, quòd † appellatione filio-
rum veniunt nepotes, dictum fuit, eam diuersimodè, & sa
tis confusè à Doctoribus tractari, & ideo semper recurren
dum esse ad coniecturas voluntatis, quæ in hac materia
primum locum obtinet, *vt benè tradit Illustriſſ. Mantica
de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 8. & ita communiter à
Doctoribus obseruatur.* Animaduertendum est etiam, mul-
tas afferri limitationes, quæ huic casui applicari possunt.
9 Et Primò † appellatione filiorum non veniunt nepotes,
quando ex hoc induceretur grauamen filijs vocatis: Con-
clusio enim illa locum habet in merè fauorabilibus, *Bald.
conf. 382. lib. 4. Corn. conf. 199. num. 34. lib. 2. Alex. consil. 1.
num. 12. lib. 1. & conf. 56. num. 2. lib. 5. Socin. conf. 104. lib. 4.
qui de Communi, Dec. conf. 95. num. 7. Alciat. conf. 31. n. 58.
lib. 9. Parif. conf. 89. n. 24. lib. 2. Decian. conf. 47. nu. 20. lib. 3.
Bero. consil. 122. num. 2. lib. 2. & fuit firmatum hoc in Roma
na fideicommiſſi de Bonadies coram R. P. D. meo Melli-*
10 *no. d* † Secundò, dicta Conclusio non procedit, vbi quali
tas adiecta filijs vel filiabus, non conuenit nepotibus, *Bar.
in d. l. liberorum, num. 6. Gabr. d. Conclu. num. 58. & fuit
dictum in d. causa de Bonadies*, & applicatur benè casui no
stro, in quo vocantur filiæ dummodo maritentur in domo
de Vrsinis, quæ qualitas nullo modo conuenire potest
11 earum filijs masculis. Tertiò, † appellatione filiarum re-
gulariter non veniunt filij earum masculi, cum femini-
num non concipiat masculinum, *l. si ita scriptum, de legat.
2. Bart. in l. liberorum, num. 24. Abb. cons. 36. num. 3. lib. 1.
Hier. Gabr. conf. 96. num. 12. lib. 1. & conf. 119. num. 4. lib. 2. la
tè Peregrin. de fideicom. art. 26. nu. 22. Rimin. iun. conf. 246.*
12 *num. 39.* Quartò accedat, quod † in alia parte testamenti
testator discretiuè loquutus est de filijs, & nepotibus, quo
casu dicitur per Doctores, eum noluisse filiorum appella-
tione comprehendere nepotes, quia vbi voluit, eos expres
sit, *l. si seruus plurium, de legat. 1. Ruin. consil. 131. num. 4.
lib. 2. cum alijs citatis per Gabr. d. Gabr. d. Concl. 1. n. 92.* Sed
& magis exactè perpendendo rationes, satis videtur hoc
casu non fuisse habitam rationem conseruationis bonorũ
in familia de Vrsinis, nisi respectu descendentium expres-
sè institutorum, non autem in familia Vrsinorum, apud
quos in matrimonium collocarentur filiæ substitutæ, nul-
lam enim fecit mentionem filiorum ex eis descendentiũ,
neque eos in aliqua conditione posuit, neque filias graua
uit restituere eis hæreditatem per fideicommissum. Vn-
de cum videamus de iure communi *ex dispositione l. Lu-*
13 *cius, la 2. de hæred. instit.* † filios positos in conditione
non censeri vocatos, sed succedere eorum parentibus ab
intestato, vel ex testamento, non autem ex vocatione pri-
mi testatoris, *vt ibi per gloſ. & Doctores*, quorum opinio
procedit nisi concurrentibus vrgentissimis coniecturis in
14 contrarium, † multo magis dicendum est, eos non fuis-
se vocatos, qui neque in conditione positi, neque eorum
prorsus aliqua facta fuit mentio, & ad hoc etiam facit
text. in l. pater filium, §. fundum, de legat. 3. in quo maior
videtur ratio inducẽdi vocationem; verum etiam certum
est, quòd si nulla reperiretur filia nupta in d. domo de Vr
sinis, nullum habitum fuisse respectum illarum, neque
aliquid in dicta hæreditate prætendere posse, cum hoc ca
su eueniente, nihil per testatorem ad earum fauorem di-
spositum fuerit; Vnde succedit, vt potius dicendum sit ha-
bitum fuisse à testatore respectum ad fauorem filiarum,
vt cum melioribus conditionibus nuberent, & inuitaren-
tur nobiles de domo Vrsina ad ambiendum illas sub spe
tam opulentæ hæreditatis, ad eos hac ratione peruenturę.
15 Et sic optimè applicatur, quod dici solet, † non suffice-
re allegare testatorem ita voluisse; nisi doceatur volunta-
tem transiuisse in dispositionem, *Dec. consil. 287. num. 7.
& 513. num. 11. Alex. consil. 202. num. 4. lib. 7. post Bald. in
l. quidam, de hæred. instit. Iaſ. conf. 143. num. 4. versic. non ob-
stat, lib. 2. Gabr. consil. 111. num. 16. lib. 1.* hic verò neque
de voluntate, neque de dispositione constat. Non obstat,
quod dicitur, quod si testator de hoc fuisset interrogatus,
ita disposuisset; nam præterquam quòd ista est mera diui-
natio; & in contrarium apparet eum sciuisse voluntatem
suam apertè & disertis verbis ad fauorem descendentium
16 masculorum explicare, † ista coniectura non habet lo-
cum, vbi agitur de extendendo grauamine de persona ad
personam, *vt voluit Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tan-
tum, colum. 3. verſ. adde, de lib. & posth. & consil. 27. quem se-
quitur Dec. consil. 211. num. 5. & consil. 281. num. 8. Aymo,
consil. 98. num. 15.* maximè, cum ratio agnationis conser-
uandæ non fuerit expressa; & ideo ex ea non potest desu-
mi argumentum, *Bart. in d. l. liberorum, num. 12. Alex. con-
sil. 97. num. 7. lib. 2. Dec. consil. 315. n. 6. Socin. iun. consil. 155.
n. 10. lib. 2. & conf. 13. num. 34. lib. 3. Illustr. Mantica, de co-*
17 *niect. lib. 6 tit. 15. num. 6.* vbi dicit † fauore agnationis non
sunt multiplicandę seu somniandæ substitutiones vltra di
18 spositionem testatoris, sed etiam si expressa fuisset, † non
debet extendi ad casum non expressum, vel aliàs ex non
necessarijs coniecturis collectum, *vt fuit decisum in vna
Amerina successionis, die 28. Maij, 1597. coram R. P. D.
meo Penia, ex tunc allegatis, & fuerat resolutum ante mul-
tos anno in causa Bononiensi de S. Petro, coram bon. mem.
Decano de Rubeis, & sæpius in pluribus causis repetitum.*
Non obstat consideratio, quæ fit in illis verbis, etiam si ad
secunda vota pluries transierit, quia ex istis verbis nihil
aliud colligi potest, nisi vt quod fuit dispositum in priori
matrimonio, locum habeat etiam in secundo & vlterio-
ri, adeo quòd femina, quæ primo nupsisset extra fami-
liam Vrsinam, possit in secundo matrimonio nupta in fa-
milia Vrsina consequi ex hac dispositione commodum
huius successionis. Neque obstat, quòd testator non sub-
stituerit filiam nuptam in domo Sabellorum, quia cum
iam esset nupta, & testatori essent tres filij masculi, non
cogitauit eos decessuros ante filiam nullis relictis mascu-
lis, quod colligitur ex fideicommisso per eum relicto filijs
suis, & ex illis masculis descendentibus in infinitum. Alte-
ra coniectura, quę fit in prohibitione alienationis, non pla
cuit Dominis; nam præsupponit id, de quo disputatur, &
ut dicunt Dialectici petit principium, pręsupponit. n. in
dicta prohibitione contineri Virginiam, & eius filios, tam
quam sit extra controuersiam eos esse vocatos, facta est
enim suis hæredibus & descendentibus ex illis in infini-
tum cum adiectione illa, dictis; & ideo si filij Virginiæ
non sunt vocati, neque expresè, neque tacitè, vt ex su-
pra deductis apparet, non potest dici prohibitionem eos

comprehendere,& ex lectura testamenti satis constat prohibitionem factam fuisse filijs hæredibus institutis, & descendentibus ab illis in infinitum, neque extendi ad feminas; quod ex eo suadetur, quia in euẽtum alienationis, vocat filios masculos alienantis, vel alios masculos non alienantis, & solum feminis præseruat dotes decem mil-
19 lium scutorum. † Et licet prohibitio extendatur in infinitum, etiam per mille generationes, ea tamen intelligitur habere locum existentibus masculis descẽdentibus ipsius testatoris, quos prius instituerat, & substituerat in infinitum, alioquin sequeretur filios filiarum esse in infinitum
20 substitutos, & prohibitos alienare, & † ita multiplicaretur substitutio fideicommissaria in infinitum, contra omnes regulas iuris in personas non cognitas, nec vocatas. Quæ allegantur ex diuersis Doctoribus, non vidẽtur multum ad rem facere: Et Primò *consilium Ancharani 27. nu-*
21 *mero 6. circa medium.* non applicatur, quia ibi † constabat testatorem habuisse rationem conseruationis familiæ, cũ substituerit duos seniores sibi incognitos: hic verò nulla legitur familiæ vocatio, nam ex substitutione filiorum non potest inferri ad familiæ vocationem. Non obstat *cons.*
22 *Castr. 259. lib. 1.* † de assumendo arma & cognomen familiæ, quia illo casu constat de intentione testatoris volentis fideicommittere pro conseruatione agnationis. Non obstat *cons. Socini iun. 246. lib. 3.* quia ibi aderant multa, ex quibus suadebatur testatorem sensisse etiam de nepotibus, prout expresse in vocatione de descendentibus disposuerat. *Consilia Aymon. 83. & Abbatis, 87. cum alijs* non faciunt ad casum nostrum, quia non negatur filios Virginiæ nuptæ in domo Vrsina esse agnatos, sed de hac re non agitur, sed de vocatione. Aliorum Doctorum consilia, qui consuluerunt in casibus, in quibus testator habuerat intentionem conseruandi familiam, non applicantur ad casum istum. Et ex his cõclusum fuit Illustrissimos filios Dominæ Virginiæ in allegato testamento nullo modo fuisse vocatos.

* *Et facit l. quidam cum filium, vbi Bald. & Imol. ff. de hared. instit. Aymo, cons. 208. col. 1. Paris. cons. 63. nu. 7. vol. 3. Oldrad. cons. 21. in fine. cum alys per Roland. cons. 30. nu. 12. lib. 5. & fuit dictum in Vrbeuetana fideicommissi, 28. Apr. 1581. coram Illustr. Cardin. Pamphilio.*

a *Rimin. iun. cons. 75. num. 1. Menoch. cons. 487. vol. 5. Cephal. consilio 262. num. 7. vol. 2. Surd. cons. 336. num. 9. & in tract. de aliment. tit. 9. q. 36. n. 9. Peregrin. de fideicom. artic. 22. n. 21. Gabr. de verb. sign. Concl. 1. nu. 6. in 10. ampl. ubi latissimè Socin. iun. cons. 146. vol. 2. qui loquitur quando vocata sunt filia femine, quòd ueniunt nepotes, Alex. in his terminis cons. 26. per totum. uol. 1. Natt. cons. 602. n. 15. & 16. Crass. in §. fideicommissum. q. 10. n. 1. & 5. & hãc opinionem sequuta est Rota non solum in fideicommisso prouenien te ex testamento sed etiam ex contractu, ut per Put. decis. 263. prasertim, n. 5. lib. 2.*

b *Roland. in d. cons. 70. n. 30. vol. 3. Rimin. iun. cons. 33. numero 51. & seq. de communi Peregrin. de fideicommiss. artic. 19. sub numero 16. vers. ad hoc etiam facit.*

c *Paris. in cons. 63. n. 27. in fine, lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 55. Soc. iun. cons. 19. n. 1. & seq. & cons. 116. n. 13. versic. & etiam librò 2.*

d *Sub die 21. Aprilis anni preteriti.*

Romana Domus S. Mariæ in Via Lata.
Die Lunæ 26. Ianuarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Pro deuolutione rei emphyteuticæ, quid sufficiat probari.*
2 *In emphyteusi Ecclesiastica non comprehenduntur feminæ.*

DECISIO MCDLXXXVII.

1 FVit resolutum sine difficultate pro informante † constare de deuolutione domus, de qua agitur; nam per testes examinatos probatur concludenter obitus omnium in contractu emphyteutico nominatorum, vt bene deducitur in facto, necnon aliquorum ex nonnullis nominatorum descendentibus, ita vt de hac re dubitari non possit. Neque opus est probare non adfuisse alios ex prædictis descendentes, *ex traditis per Illustriß. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 4. n. 2. 6. & 7.* Nec est opus pro-
2 bare obitum filiorum, quia † in emphyteusi Ecclesiastica non comprehenduntur feminæ, *Bald. in l. 2. nu. 11. C. de iure emphyt. Alex. cons. 61. n. 4. lib. 1. Gabr. Conclus. 6. num. 111.*
* *vers. 81. de verb. sign. cum alis per Informantes deductis.* * Et pars in hoc dubio agnouit bonam fidem, & noluit informare.

* *Cephal. cons. 11. nu. 21. lib. 1. cum alijs in causa Roman. deuolutionis vinea, 4. Maij, 1580. coram bon. mem. Cantuccio, in impress. diuer. nouiss. 125. n. 20. par. 2.*

Sutrina Census.
Die Veneris 6. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio bonæ fidei facta in testamento parte præsente probat debitum.*
2 *In testamento etiam contrahi potest.*
3 *Confessio extraiudicialis facta parte præsente probat.*
4 *Confessio debiti facta in testamento, si sit erronea, potest per hæredem reuocari.*

DECISIO MCDLXXXVIII.

FVit dubitatum de validitate & iustitia sententiæ extra Rotam latæ, & Domini se restrinxerunt ad caput iustitiæ, super qua censuerunt constare de iniustitia, cum in ea dicatur onus soluendi census spectare ad hæredes Hippolyti, quod est de directo contrarium cõfessioni Andreæ in suo testamento, in qua continetur parte præsente se esse debitorem Hippolyti in scutis ducentis pro censu per eum super bonis suis imposito, & vendito Mancinello, de quibus recognoscit bonam fidem, & ad quæ dicit se teneri vna cum fructibus usque ad præsentem diem: Ideo ta-
1 lis † recognitio facta in testamento parte præsente, plenè probat debitum, *Bart. in l. cum quis decedens, § codicillis, n. 5. de legat. 3. Abb. cons. 85. n. 2. par. 2. Bald. cons. 488. lib. 4. Felin. in c. si cautio, num. 8. de fide instrum. Aegid. decis. 692. Dec. in text. si clerici, nu. 13. de iudic. Natta, cons. 73. num. 6.*
* *cum alis per Informantes allegatis.* * nam etiam in testa-
2 mento contrahi potest, *vt habetur in l. hæres palam, de te-*
3 *stam.* & facit communis Conclusio, quod † confessio extraiudicialis facta parte præsente, probat. Non obstat, quod
4 opponitur, † eam esse erroneam, & tamquam talem reuocari posse et per hæredem; errorem uerò probari, ex quo constat censum verè spectasse ad Hippolytum, qui illum impositũ super bonis suis vendidit Mancinello, & promisit releuare Andreã, qui eius contẽplatione fideiusserat, et hoc etiam probatur, ex quo Hippolytus semper soluit fructus, neque eos vnquã recuperauit ab Andrea, immo illos restituebat Andreæ, si quando per eum soluti fuissent; Quia pro rñsione dictũ fuit, ab initio quidẽ constare onus census spectasse ad Alrouitũ, sed hoc non facere, quin potuerit postea Andreas recognoscere bonã fidẽ in recõpensatione mutui similis summæ sibi datæ per Hippolytum, cũ obligatione restituendi ad certã diem, & promissione dãnorũ & interesse. Vnde valde est verisimile, quod hac de causa Andreas, qui in tpe non restituerat mutuũ, voluerit suscipere in se onus prædicti census, & ita distinguendo tpa, oia reducuntur ad concordiam. An verò hæc recognitio sit referenda ad creditum Hippolyti præcedens de anno 1574. vel potius ad alium contractum de anno 1581. erit uidendum, quia releuat ad effectum compensationis prætensæ. Et ita resolutum.

* *Et per cons. Aym. 267. nu. 1. & 272. num. 16. Dec. cons. 146. num. 3. & Bero. cons. 45. nu. 14. lib. 3.*

Auriens.

Aurien. Sancti Pelagij.
Die Mercurij 11. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Citatio vaga & incerta ad videndum iurare testes reddit examen nullum, nisi sit facta pro solo termino probatorio.*

2 *Examen factum contra defunctum non nocet successori non citato, secùs in eo qui uenit ad causam.*

3 *Testes licet vassalli possunt ferre testimonium pro domino, præsertim Ecclesiastico, qui non est talis, ut possit metum incutere.*

4 *Testis pauper & rusticus, non arcetur à testimonio, si aliàs sit bonæ famæ.*

DECISIO MCDLXXXIX.

FVit dubitatum super validitate examinis testium Monasterij, & Domini non obstantibus exceptionibus deductis, censuerunt examen fuisse validum, & testes ido-
1 neos. Nam quod opponitur, † citationem ad videndum iurare testes, fuisse nullam, vti vagam & incertam ratione temporis, non placuit; nam intelligitur facta pro solo termino probatorio, quod fieri potuit, *vt fuit resolutũ in causa Toletana de Salzedo, coram R.P.D. meo Penia, & sæpius in aliis causis.* * Nec enim placuit allegata nullitas ratione incertitudinis loci, cum fuerit dictum in loco de Ribero, & alijs partibus & locis Episcopatus, tum quia ex sequutis apparet de scientia partis; tum ex eo quòd per partem fuit obtentum dari Notarium adiunctum, quem verisimile est non accessisse ad loca examinis nisi certiorato principali. Præterea, receptores examinabant eodẽ tempore testes pro vtraque parte, & ex ordinatione iudicis examinabant per tres dies in vno loco, & per cæteros alios in alio loco, reuertendo alternatim ab vno ad alium; & concurrit solutio salarij soluti ab vtraque parte Notario, per vnamquamque partem nominato. Quod dicitur, † examẽ factum contra defunctum, non nocere successori non citato per proclama, non placuit: quia non versamur in successore, sed in prouiso, qui venit ad causam. Quantum ad exceptiones personales contra testes, dictum fuit, eas non
3 obstare; nam † testes licet vassalli, possunt ferre testimonium pro domino, *Cyn. in l. eos, vers. secundo solet quæri, C. de testib.* maximè cum Monasterium non sit tale, vt possit eis metum incutere, *Bald. in l. 3. C. de testib.* & de subditis Monachorum Congregationis Sancti Benedicti, *fuit resolutum in causa Legionen. Sancti Facundi, coram bon. memor. Bubalo, 1. Februarij, 1589. a Aufrer. ad Cappell. Tolosan. q. 4.*
4 *num. 9.* † Exceptio paupertatis & rusticitatis non excludit testes, qui aliàs sunt bonæ famæ, *vt fuit resolutum in causa Parmen. status coram R. P. D. meo Arellino.* a Reliqua verò fuerunt satis leuia; & ideo conclusum pro validitate examinis, & testium idoneitate.

* *Et fuit dictum in una Conchen. limitum, 23. Ianuarij. 1591. coram Comitulo, & in Pampilonen. celebrationis missarum 6. Martij 1589. coram eodem.*

a *Sub die 11. Ianuar. & 24. Maij 1602.*

Romana Domus.
Die Lunæ 16. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Ad ualiditatem alienationis bonorum Ecclesiæ requiruntur copulatiuè sollemnitas & causa.*

2 *In alienatione bonorum Ecclesiæ sollemnitas non requiritur, quando res est solita locari.*

3 *Res dicitur solita locari, quando præcedit vna locatio sollemnis, vel duæ minus sollemnes cum cursu quadraginta annorum, vt num. 5.*

4 *Locatio non potest dici sollemnis, in qua non constat de beneplacito Apostolico, etiam quòd ex lapsu temporis possit præsumi, ad effectum ut unica sufficiat pro solito.*

6 *Locationes licet duæ, factæ ijsdem personis, habentur pro vna tantum; maximè si posterior sit prioris confirmatio.*

7 *Locatio non potest esse eadem cum prima, quæ fuit alterata respectu nominationis in defectum generationis, cũ requirat nouam sollemnitatem, & debet continere eãdem causam concessionis.*

8 *In consideranda utilitate in alienatione bonorum Ecclesiæ debet haberi ratio sextæ partis.*

9 *Non dicitur sufficiens causa alienationis bonorum Ecclesiæ, ex quo domus sit ruinosa, quando cum parua impensa reparari potest.*

10 *In alienatione bonorum Ecclesiæ facta propter merita, illa sunt probanda aliter quàm ex attestatione alienantis, & debent esse ratione obsequiorum Ecclesiæ præstitorum.*

11 *Melioramenta facta in re locata ab Ecclesia sine sollemnitate, & sine causa, liquidari & refici debent.*

DECISIO MCDXC.

FVit resolutum sententiam extra Rotam latam esse iu-
1 stam & confirmandam, † cum locatio facta Sebastiano corruat ex defectu sollemnitatis, & causæ, quæ tamen ad validitatem alienationis bonorum Ecclesiæ copulatiuè requiruntur, *c. 1. de reb. Eccles. non alien. c. sine exceptione, 12. q. 2. vbi latè Laurent. de Rodulph. in 3. q.* Neque obstat limitatio, quæ pro Sebastiano deducitur ad sustinendam
2 alienationem, † quòd sollemnitas non requiratur in re so-
3 lita alienari, *c. 2. & ibi Doctor. de feud.* † & allegatur vna locatio, quam affirmãt fuisse sollemnem facta anno 1515. Mariæ & Paulæ, quæ fuit confirmata per sententiã duo-
4 rum Canonicorum Ecclesiæ Lateranensis: † Nam neque hæc locatio potest dici sollemnis, cum non constet de beneplacito Sedis Apostolicæ, nec de iurisdictione illorum Canonicorum, qui sententiam tulerunt; & licet ista possint præsumi stante lapsu tanti temporis: tamen ad hunc effectum non sufficit allegare præsumptionem, *vt fuit decisum coram me in causa Romana deuolutionis domus, 30. Oct. 1602.* neque sententia per dictos Canonicos lata fuit in exequutionem alicuius gratiæ, Si in euidentem, sed in lite mota per Priorem, de, & super domo, & illius deuolutione, & euacuatione, ita ut non possit deseruire pro cõfirmatione alienationis, & beneplaciti Apostolici, immo
5 arguit hanc locationem non fuisse pacificam. † Minus potest sustineri ex eo, quòd adsint duæ locationes cũ cursu annorum quadraginta, allegando prædictam factam an-
6 no 1515. & aliam factam anno 1520. quia † habenda est pro vna tantum, cum factæ sint ijsdem personis: & hæc posterior non est noua locatio, sed prioris confirmatio, cum eiusdem insertione facta à successore prioris qui priorem
7 concesserat. Sed difficultatem tollit, quòd † locatio, de qua nunc agitur, facta Sebastiano, est alterata respectu nominationis in defectum generationis, quo casu requiritur noua sollemnitas, *ut notatur in Auth. Qui rem, C. de sacrosan. Eccl. & fuit decisum in causa Imolen. bonorum, 21. Maij, 1593. coram R.P.D. meo Pamphilio.* & etiam requiritur, vt adsit eadem causa concessionis, *Curt. de feud. p. 2. q. 1. nu. 10.* Visum fuit etiam Dominis adesse defectum causæ, fatetur enim Sebastianus, quod eo tempore domus locabatur pro scutis quadraginta, & concessio fuit facta pro scutis sex, & pro summa 300. scutorum, cum obligatione expen-
8 dendi scuta centum in melioramentis; adeo quòd † etiam habita ratione sextæ partis, nulla adest Ecclesiæ vtilitas.
9 Nec refert, quod dicatur, † domum fuisse ruinosam, quia poterat Prior cum centum scutis illam reparare absque aliquo

quo eius incommodo, & sic ista non erat sufficiens causa alienationis, *ut fuit aliàs decisum coram me, in causa Placentina bonorum de Puteobonellis, * & in pluribus alijs causis.*
10 † Neque hic cadit contemplatio meritorum Sebastiani, tum quia essent aliunde probanda, quàm ex attestatione alienantis, *Ias. cons. 73. lib. 3. Federic. cons. 143.* tum quia necessarium esset, vt hæc merita essent ratione obsequiorum præstitorum Ecclesiæ, cuius bona alienantur, *Accorambon. decis. 43. & fuit dictum coram R. P. D. meo Lancellotto, in causa Posnanien. bonorum, 15. Februarij 1599.* Quantū
11 ad melioramenta, † ea sunt reficienda Sebastiano, facta illorum liquidatione, & in hoc fuit bene gestum per Reuer. D. Verospum, qui præfixo termino ad liquidandum, & nihil interim acto, processit ad exequutionem præstita
a cautione, iuxta *decis. Put. 471. lib. 2.* a Et ita conclusum pro nullitate concessionis.

* *Præsertim sub die 7. Aprilis 1581. n. 9.*
a *Et iuxta decis. supra factam in allegata causa Placentina bonorum, sub die 10. Octobris 1582.*

Anagnina Quarti.
Die Veneris 20. Februarij 1604.

DECISIO MCDXCI.

Domini dixerunt Anagninos fouere bonum ius, quia facultas iuris pascendi, quam habent Acutini in territorio Anagnino, non debet esse maior, quam ea quę cōpetit Anagninis, quod etiam fatentur Acutini in eorum commissione. Vnde cum Anagnini reseruent partem territorij pro pascuis boum aratoriorum, debent huic rei Acutini acquiescere; tum quia hoc non impedit, quominus possint in alijs partibus pascere; tum quia inferuiet hoc quartum etiam Acutinis pro eorum bobus aratorijs, & hoc respicit publicam vtilitatem artis agriculturæ, & adest sufficiens territorium pro alijs animalibus pascendis. Neque est attendendum, quòd non ita commodè pascere possint, quia hæc incommoditas non est perpetua, & Communitas Anagniæ est in quasi possessione constituendi simila quarteria, super quibus adest confirmatio fel. rec. Sixti V. necnon sententia Auditoris Cameræ super obseruatione dictorum quarteriorum; Ideo nihil est innouandum per Acutinos. Et ita conclusum.

Papien. Iuris nominandi Scholares.
Die Lunæ 23. Februarij 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium fauorabile, & ad vtilitatem Reipublicæ Christianæ concessum, est latè interpretandum, non autem restringendum.*
2 *Hæres grauatus nominare pauperes, non tenetur nominare eos, qui sunt de domicilio testatoris, sed potest etiam exteros nominare.*
3 *Beneficia nouiter erecta censentur eiusdem speciei cum antiquis, & quasi possessio respectu beneficiorum antiquorum trahitur ad nouiter erecta.*
4 *Declaratio facta de re dubia ab habente facultatem declarandi, valet.*

DECISIO MCDXCII.

Fuit resolutum facultatem eligendi scholares, vltra numerum 24. quando facultates Collegij crescunt, non esse coarctatam ad oriundos ex locis in priore Bulla felic. rec. Pij V. specificatis, sed eos, quibus data est facultas eligendi, posse ex alijs locis oriundos eligere; Nam in posteriori Bulla nulla fit restrictio ad scholares prædictorum locorum, sed in ea simpliciter dicitur, quod Protector præfatus possit pro tempore, & toties quoties id euenerit, numerum scholarium eiusdem Collegij augere, qui sint ad præsentationem, electionem, & nominationem patrono-
1 rum prædictorum; Idq. videtur suaderi ex eo, quòd † hoc priuilegium est fauorabile, & ad vtilitatem Reipublicæ Christianæ ad adiuuandos pauperes clericos: Ideoq. latè est interpretandum, non autem restringendum, & facit in argumentum exemplum petitum ex *Io. Andr. in c. si pater, num. 16. de testam. lib. 6. quem sequuntur Gemin. & Franc.*
2 quòd † hæres grauatus nominare pauperes, non tenetur nominare eos, qui sunt de domicilio testatoris, sed potest & exteros nominare. Neque difficultatem facere debet, quòd aliàs *coram bon. mem. Cantuccio fuit decisum de anno*
3 *1576. in una Hispalen. Iuris nominandi,* † beneficia nouiter erecta censeri eiusdem speciei cum antiquis, & quasi possessionem respectu beneficiorū antiquorum trahi ad nouiter erecta; quia id procedit vigore generalis consuetudinis præexistentis, quæ comprehendit casus futuros eiusdē speciei ad instar legis generalis, sed in casu isto non adest aliqua generalis prouisio, quæ à principio capiat hunc casum, quinimmo iste casus particulariter fuit consideratus distinctè à priori dispositione. Accedit, quòd locis nominatis, quę non sunt valde ampla & numerosæ populationes, sufficere potest numerus ille in priori Bulla deter-
4 minatus; † sed omnem tollere videtur difficultatem facultas data Protectori declarandi casus dubios, quæ declaratio facta, est subsequuta ex admissione aliunde orinndorū per bon. mem. Cardinalem Alexandrinum, *ad text. in l. si de interpretatione, de legib.* Et ita conclusum.

Comen. Iuris patronatus.
Die Lunæ 23. Februarij 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Præsens non est citandus.*
2 *Aliud est fides iurium extractorum, aliud validitas extractionis.*
3 *Statutum laicorum non est attendendum in foro Episcopali.*

DECISIO MCDXCIII.

Domini steterunt in decisis * iura dominorum de Lucinis esse in forma probanti, non obstantibus deductis; nam quod dicitur collationem scripturarum fuisse factam contra formam decreti iudicis, qui mandauerat supersederi in vlteriori collatione, tollitur; nam collatio fuit postea facta parte præsente, & ita fuit à supersessoria recessum, vt patet ex Clausula illa: Quæ omnia iura fuerunt collationata per me Notarium ad præsentiam, & cū interuentu procuratoris Ruschæ; & non est verum, quòd ista Clausula stet post registrationem instrumentorum ante decretum supersessoriæ, quia ex apostilla Notarij apparet illam esse ponendam post supersessoriam, & post actum collationis, quod clarè colligitur, quia loquitur de collatione, & sic non potuit poni ante actum collationis. Non obstat, quòd Ruscha, seu eius procurator, protestatus fuerit, referendo se ad protestationem sub die 6. Iulij,
1 † quia quatenus in ea dicatur velle citari pro singulis diebus, hoc tollitur ex præsentia, & quatenus opponit contra
2 iura, quòd ea sint in folio volanti, † hoc respicit fidem iurium, non autem validitatem extractionis & collationis. Quod dicitur de defectu subscriptionis Notariorum, qui fuerunt rogati, hoc iam fuit sublatum in alia decisione; Intelligitur enim de eius propria & Consulum subscriptione, quæ statim apponitur, & hoc est solitum fieri, ut colligitur ex alijs instrumentis factis sub eadem forma. Quod autem dicitur non constare scripturas esse illorum Notariorum, qui dicuntur de illis rogati, tollitur ex fide Notarij deputati, & Consulum, qui dicunt vidisse, legisse, & examinasse imbreuiaturas instrumentorum extra-
3 ctorum. Nec obstat, quod dicitur, † statutum laicorū non esse

esse attendendum in foro Episcopali, quia protocolla instrumentorum Notariorum laicorum, eis mortuis dantur alijs Notarijs publicanda, & explenda per iudices laicos; & ideo debent seruare formam statuti, cum hoc pertineat ad dictos iudices laicos, qui illos deputare debent. Sed etiam tollitur hoc obiectum ex facto, cum adsit etiam decretum deputationis Episcopi, seu illius Vicarij in processu fol. 79. in quo illimet per ipsum ad extrahendas dictas scripturas deputantur. Quare dictum fuit esse standum in decisis.

* *Sub die Lunę 1. Decembr. anni proximè præteriti.*

Bononiens. Pecuniaria.
Die Lunæ 8. Martij 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Stante discordia peritorum, ad electionem tertij deueniendum est, & eius dicto standum; præsertim quando fuit communiter electus à partibus.*

2 *A relatione tertij periti non datur appellatio, si tamen vtraque pars appellat, insimul appellationi consentire videntur.*

3 *Aestimatio iuxta quod tempus fieri debeat.*

4 *Vno perito non referente, standum est relationi alterius, qui retulit.*

5 *In æstimatione bonorum emphyteuticorum sexta pars valoris bonorum demi debet; hoc tamen regulatur ab vsu & consuetudine locorum, qui vsus & consuetudo per peritum declarari, vel à partibus probari debet.*

6 *Aestimatio bonorum an sit per peritum facienda, vel per partem probanda, est iudicis arbitrarium.*

DECISIO MCDXCIV.

FVit resolutum eligendum esse alium peritum pro æsti-
matione facienda bonorum stabilium in dotem dato
1 rum. † Quamuis enim stante discordia duorum peritorũ,
ad electionem tertij sit deueniendum, prout factum fuit,
& eius dicto sit standum, *l. item si vnus, § penult. de arbitr.*
* præsertim cum fuerit communiter electus à partibus, *
quia tamen in hoc casu, vtraque pars appellauit à relatio
ne tertij, eligendus est alius, qui controuersiam istam di-
2 rimat; licet enim † non detur appellatio à relatione ter-
tij, maximè stante Constitutione Bononiæ, quòd stetur re
lationi peritorum, hoc tamen intelligendum est, quando
vna pars tantum appellauit, non si vtraque: videntur enim
3 consentire insimul, & tali relationi non statur. † Non ob-
stat, quòd peritus D. Caroli æstimauerit iuxta tempus assi
a gnationis, *a* prout fieri debuit; ideoq. standum sit eius
relationi, non autem alterius periti, qui æstimauit iuxta
tempus præsens; quia in hoc consistit discordia eorum; &
ideo eligendus nouus peritus; Nec locum habet, quòd di
4 catur † vno non referente, standum esse relationi alterius,
quia hoc casu vterque retulit; quamuis non sint concor-
des. Quòd verò dicitur de iniustitia æstimationis bonorũ
5 emphyteuticorum, † cum fuerit dempta tantum sexta
pars, prout fit in locatione *Auth. Præterea, C. de sacrosan-
ctis Eccl.* pendet ab vsu & consuetudine illarum partium,
& hoc declarabitur per peritum eligendum, vel aliàs erit
6 à partibus probandum, † cum hæc materia sit satis arbi-
traria, *ad cons. Purpurati 356. num. 4. cum alijs per eum cita
tis.* Et ita conclusum.

* *Præsens decisio casualiter reperta fuit, & hoc modo scripta circumfertur, & quoniam originale ab authore extensum nullibi inuenitur, Ideo & ego ita eam prout reperi, dedi, sola enim resolutio propositionis huius causæ ab authore ita reperitur adnotata, quòd eligatur alius peritus.*

* *Idem uidetur dicendum quando tertius fuit electus à Iudice partib. præsentibus, uel citatis, quia factum iudicis reputatur factum partis, per l. si ob causam, C. de euiction. vel quando à iudice fuit electus in contumaciam partis, & fuit dictum supra in Romana viridarij, 15. Nouemb. 1595.*

a *Hoc est iuxta tempus assignationis bonorũ creditori. seu marito factę.*

Seguntina Præeminentiarum.
Die Lunę 22. Martij 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus & Capitulum, qui erexerunt dignitatem, & dotem ex redditibus mensæ Capitularis assignarunt, possunt dictæ erectioni legem imponere.*

2 *Vox in Capitulo & stallum in choro, sunt propria & particulares prærogatiuæ Canonicorum, & non competunt ei, qui non est Canonicus.*

3 *Bulla præsumitur usu recepta, maximè data effectuatiõe.*

4 *Denominatio vt plurimum desumitur à digniori.*

5 *Vnica prouisio, quæ non durauit tanto tempore quòd sufficiat pro status beneficij mutatione, non præiudicat, nec quidquam operatur.*

DECISIO MCDXCV.

FVit resolutum Capellano Maiori non existenti Cano
nico non deberi præeminentias, de quibus agitur: Nã
i erectione huius dignitatis, quæ fuit facta de anno 1572.
in qua datur ei sedes in choro post vltimam dignitatem
ante Canonicos, & vox in Capitulo cum omnibus præemi
nentiis, quibus potiuntur aliæ dignitates; cauetur, ne Ca
pellania maior possit obtineri, nisi ab eo, qui sit Canoni-
cus, & Presbyter dictæ Ecclesiæ, cum decreto quòd aliàs
1 prouisio & possessio sit nullius roboris & momenti, † &
hanc legem potuit imponere Episcopus vnà cum Capitu
lo, cum per eos fuerit huic dignitati assignata dos ex red
ditibus mẽsæ Capitularis, ex deductis coram R. P. D. meo
Iusto, in causa Tarraconen. Sacristiæ, anno 1601. Hinc infer
2 tur vocem, † & præeminentias non posse competere, nisi
habenti qualitates requisitas in fundatione, hac potissi-
mum ratione, quia ei qui non est Canonicus, non debetur
vox in Capitulo & stallum in choro, cum istæ sint proprię
& particulares prærogatiuæ Canonicorum; & Bulla ere-
ctionis procedit ad annullationem prouisionum contra
formam in ea datam factarum. Non obstat, quod dicitur,
3 Bullam non fuisse vsu receptam, quia † vsus præsumitur,
maximè data effectuatione erectionis, & quamuis dicatur
ab anno 1485. citra, Capellanos non fuisse Canonicos, cõ-
uincitur ex scripturis datis, non probari hanc negatiuam;
non enim sequitur non fuisse Canonicos ex eo, quòd in
traditione possessionis in choro & Capitulo, & in prouï-
sionibus non fiat mentio, quòd essent Canonici; maximè
cum adsit prouisio & possessio Francisci de Salazar de
anno 1531. qui possedit per quadraginta annos, vsque ad
annum 1572. & fuit Canonicus, & idem est dicendum de
repartitionibus fructuum, quia ex eo, quòd non sit mẽtio
Canonicatus, sed tantum dignitatis, non sequitur quòd
4 non potuerint esse Canonici, † cum denominatio, vt plu
rimum desumatur à digniori. Non obstat, q̃ Ioannes de
Formosal prouisus de anno 1572. antecessor Velasquez
5 non fuerit Canonicus, vt testes dicunt; quia † ista fuit vni-
ca prouisio, & non durauit tanto tpe, q̃ sufficiat pro status
mutatione, *c. cũ beneficio, de preb. in 6.* Neque facit proui-
sio Velasquez, quia facta fuit cũ expressione, q̃ erat Cano
nicus, & q̃ ista dignitas solita erat retineri cũ Canonica-
tu; Ideo nõ obstant Clausulæ gñales, cũ agatur de qualita
te requisita in fundatione, & nõ cõstat de sciẽtia Papę, ita
vt nihil operari possit Clausula, Sublata, cũ sit in gr̃a obiẽ-
ta ad supplicationem, & eius admissio fuit facta per Ca-
pitulum cum Clausula, Quatenus de iure. Sed de hac re
in hac causa, in qua solum agitur de præeminentijs Ca-
pellani maioris, non est in præsentia agendum.

Romana

Romana Domus Sanctæ Mariæ in Via Lata.
Die Veneris 2. Aprilis 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Melioramenta, seu eorum æstimatio debentur emphyteutæ finita emphyteusi absque culpa, nisi sit pactum in contrarium.*

2 *Remissio caducitatis non est noua concessio.*

3 *Subrogatus in concessione emphyteusis alteri facta, ligatur pactis & conditionibus in priore instrumento contentis.*

4 *Relatio ad instrumentum probat scientiam contentorum in eo.*

5 *Pactum de lucrandis melioramentis comprehendit etiam melioramenta magni ualoris propter uerba, ad quamcumque summam, in eo apposita.*

DECISIO MCDXCVI.

FVit resolutum melioramenta prætensa non esse soluenda D.D. de Iordanis, nam in instrumento anni 1513. fuit conuentum pacto expresso, quòd si Honofrius, vel sui nepotes, & eorum filij, exponerent in domo vltra ducentum ducatos, totum illud ad quamcumque summã ascendens, cederet in vtilitatem domus & Ecclesiæ, & finita locatione domus cum omnibus melioramentis ibi
1 existentibus reuertatur ad Ecclesiam, † Et ideo quamuis regulariter finita emphyteusi absque culpa emphyteutæ, ei debeantur melioramenta, seu illorum æstimatio, vt per *Ias. in l. 2. nu. 27. C. de iure emphyt.* secus tamen est stante pacto, *Bart. in l. iubemus, §. sanè, nu. 1. C. de sacrosanct. Eccl. Ias. d. l. 2. n. 28. plures allegat Velascus de iure emphyt. q. 25. n. 18.* Non obstat, quod dicitur hanc concessionem fuisse nouatam per concordiam anni 1556. † quia illa non continet
2 aliquam nouam concessionem, sed simplicem remissionẽ caducitatis, cum hoc vt soluantur canones præteriti, & reparetur domus, ita vt non ruat, quod facere tenebatur in vim prioris concessionis, & naturæ contractus emphyteutici, & ita cum nulla adsit nouatio, non applicatur, quod deducitur ex *notat. per Bart. in l. si mihi & Titio, de uerbor. obl.* Neque obstat, quòd pactum videatur restrictum ad personas nominatas, quia Sebastianus emit domum cum explicita relatione ad concessionem anni 1513. Ideo huiusmodi † subrogatio Honofrij, & aliorum, ligatur eisdẽ
3 pactis, & conditionibus in instrumento priore contẽtis, & consensus Canonicorum, vt infra tempus decem mẽsium domus repararetur, ne ruat, non mutat naturam prioris instrumenti; immo potius vr hoc factum in illius confirmationem & exequutionem. † Neque potest dici Sebastianũ
4 non habuisse scientiam pactorum contentorum in priore instrumento, cum ad illud fuerit habita expressa relatio.
5 † Neque obstat, quod melioramenta sint magni valoris, quia verba illa ad quamcumque summam, excludũt hãc prætensionem, *Bald. in l. 2. in 7. q. & Cagnol. latissimè. num. 130. C. de rescind. uend.* & pactum est clarum, vt meliorameta cedant ad vtilitatem Ecclesiæ. Ideo conclusum non esse restituenda Dominis de Iordanis.

Taurinen. Decimarum.
Die Veneris 30 Aprilis 1604.

S V M M A R I V M.

1 *In remedio retinendæ, attenditur status de tempore motæ litis.*

2 *Per adeptionem possessionis beneficij quæritur possessio rerum & bonorum illius, alio non possidente.*

3 *Possessio bonorum Ecclesiæ est penes Ecclesiam.*

4 *Actor non tenetur probare contrarium eius, quod est de intentione rei, nisi reus prius probauerit exceptionem suam.*

DECISIO MCDXCVII.

FVit dubitatum, an esset dandum mandatum de manutenendo in exactione decimarum parochus in casu, de quo agitur, & difficultatem faciebat. Primò, quòd pro eorum parte non probabatur possessio, seu quasi exigendi decimas, quòd tamen videtur necessarium in remedio re-
1 tinendæ, † in quo attenditur status de tempore motæ litis. *§. retinendæ, Instit. de interdict. L. Attilius, ubi Castrens. de donat. cum similib.* Secundò, quia si aliqua possessio probatur, ea est incerta ratione quotæ, vt aliàs prætẽdebatur à Communitate asserente certum quid tantum, minus decima parte solutum fuisse, & pro hac parte faciunt deducta per *Capie. decis. 189.* His tamen non obstantibus fuit per Dominos conclusum, dandum esse mandatum de manutenendo Parochis, & fundamentum huius opinionis
2 videtur satis clarum ex eo, quòd per † adeptionem possessionis beneficij quæritur possessio rerum & bonorum ipsius beneficij, alio non possidente, vt per *Aneh. in reg. beneficis m. ante n. 12. de reg. iur. in 6. & in regula sine possessione, n. 10. in fi. eod. tit. Aret. in l. possideri, n. 8. & in l. cum haredes, n. 5. de acq. poss. Beroach. de Episc. lib. 3. p. 1. q. 56. Lambertin. de iure patr. lib. 2. p. 3. c. 16. n. 13. Ferret. cons. 14. nu. 4. & 5. lib. 1. & cons. 236. n. 10. lib. 2. Natta, cons. 562. n. 13. lib. 3. qui omnes fuerunt citati à bon. mem. Cantuccio, in causa Romana Capellaniæ 24. Febr. 1576. in impress. est decis. 19. lib. 2. & hanc opinionem amplexa est Rota sæpius, vt in decis. Caputaq. 36. p. 1. & 201. p. 2. & coram Illustriss. Mantica, in una Bononien. S. Petronij, 28. Apr. 1595. Item in causa Veronens. Iurisdictionis coram R. P. D. meo Pamphilio, 18. Martij, 1596. & in Montis Regalis Iurisdictionis coram R. P. D. meo Penia, 25. Octobr. 1596. & etiam in Vlixbonen. Iuris conferendi, coram R. P. D. meo Litta, 27. Nouemb. eiusdem anni, & fuit etiam resolutum per Illustr. Dominos Congregationis Sacri Concil.* ex hac ratione, quia fundata est intentio actoris in dispositione clara iuris communis, etiam quòd ex aduerso allegaretur priuilegium, nisi per allegantem iustificaret. Con-
3 currit etiam ius diuinũ, vt per S. Th. 2. 2. q. 87. art. 3. † Et ex his excluditur id, quod dr̃ possessionem probãdam esse, cum hæc possessio sit penes Ecclesiam ex iuris dispositione, ex allegatis. Illud verò quod dr̃, quotam esse incertam, & solutum fuisse minus decima, spectat ad exceptionẽ rei,
4 quam ipse probare tenetur, † non aũt actor, qui non tenet probare contrarium eius, quod est de intentione rei, nisi reus id prius probauerit. Donec itaque per reos fuerit probata ista diminuta solutio, non debet denegari manutentio Parochis. Et ita conclusum.

Fauentina Monasterij.
Die Lunæ 17. Maij 1604.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia, Motu proprio, non est iustificanda; corruit tamen ex defectu intentionis concedentis, ut num. 3.*

2 *Regula secunda reseruatoria non habet locum, nisi in Monasterijs solitis commendari; quod uerum est in habenti bus conuentum, ut num. 6.*

4 *Per Clausulam, Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri canonicè ius quæsitum, præseruatur ius tertij canonicum, & ualidum, non illud, quod est coloratum.*

5 *Assertioni Papæ dicentis beneficium esse reseruatum, standum est, donec de contrario doceatur.*

7 *In Monasterijs carentibus conuentu, non proceditur per uiam electionis.*

8 *Allegans possessionem suam ex resignatione, debet prius docere de resignatione ualida, aliàs ius numquam censetur abdicatum à resignante, & num. 11.*

9 *In materia resignationum solet fieri scriptura, quasi non exhibeatur, resignatio præsumitur simoniaca.*

Dimissio

10 *Dimissio beneficij in manibus inferiorum cum reseruatione pensionis fieri non potest.*
12 *Facultas per priuilegium concessa Generali alicuius Ordinis admittendi cessiones beneficiorum, seu Monasteriorum Ordinis, et illa incorporandi, intelligi debet de cessione simplici canonica, et ualida, non autem de simoniaca absque beneplacito Sedis Apostolicæ.*
13 *Possessio etiam decennalis beneficij, quæ habet initium uitiosum, uti uitiosa non suffragatur, et num. 17.*
14 *Melius est non allegare titulum, quàm allegare infectum.*
15 *Resignatio simoniaca non præstat titulum coloratum.*
16 *Titulus non potest deduci ex possessione illorum, qui per triennium possederunt ad nutum amouibiles.*
18 *Titulus præsumptus cessat, ubi constat de titulo uero.*
19 *Titulus ut ex possessione decennali præsumatur, requiritur patientia superiorum, qui soliti sunt uisitere.*

DECISIO MCDXCVIII.

QVoniam in resolutione in hac causa facta dictũ fuit
Illustr. & Reuer. D. Datarium habere fundatam in-
1 tentionem in gratia sua Motu proprio concessa: † Et ideo
non teneri ad aliquam iustificationem, sed Monasterium
docere debere de defectu intentionis Papæ: Ideo fuit du-
bitatum, An ex deductis constet de defectu intentionis
Sanctissimi in gratia per eum Motu proprio concessa.
Defectum aũt intentionis deducebant Informantes pro
Monachis ex duob. potissimum fundamentis, quorũ vnũ
est, Papam dedisse hoc Monasteriũ in Commendam sub
narratiua reseruationis, quæ hr̃ in regula secunda, &c. nihi
2 lominus dicunt non esse reseruatum, quia † reseruatio di-
ctæ regulæ non hẽt locum, nisi in solitis commendari, vt p
Sarnen. ad regul. de subrogand. q. 15. & Mandos. *ad dictã re-
gulam. 2. q. 5. n. 2. & fuit aliàs dictum coram me, in una Asto
3 ricen. Pri ratus, 18. Decemb. 1598.* † Ideoq. gratia corruit
ex defectu intentionis, vt per *Gemin. cons. 36. in princ. Colle-
ct. in in . constitutus. q. 5. de concess. præb. Roman. consil. 335.*
Alterum est, quia Papa præsupponit uacationem per obi-
tum Petri Francisci Valgemilij, quod tñ in facto aliter se
hẽt; nam siue intelligamus gratiam de vacatione facti, ea
non adest, cum per plures annos antea Petrus Franciscus
resignasset Abbatiam in manib. Abbatis, & desijsset eam
possidere; aut de vacatione iuris, & ea similiter nõ adest,
quia resignatio prædicta sortita est effectum, & ius quæsi-
tum monasterio concurrente triennali possessione, & præ-
sumptione, quæ deducitur ex allegatione Lapi 89. de qua
possessione deponunt testes examinati pro Monasterio.
His tñ non obstantibus Dñi censuerunt non constare de
defectu intentionis Papæ; nam cũ resoluti fuerit 15. De-
cembris anni proximè præteriti D. Datarium esse habẽdũ
pro possessore: Ideoq. Monasteriũ personam actoris susti-
neat, vtique necessarium est, vt det de tali defectu intẽtio
nis, per quem ius suum includatur; maximè cum Papa ap
4 posuerit † Clausulam, Dummodo tpe datæ præsentiũ eidẽ
Monasterio de Abbate prouisum siue alteri commenda-
tum canonice non existat, per quam Clausulam apparet
præseruatum ius Monachorum, dummodo sit canonicũ,
& validum, non autem ius tantummodo coloratũ. *Put.
decis. 90. n. 5. lib. 1. & fuit dictum in Casale . Pa ochialis, co-
ram me, 5. Nouemb. 1597.* Vnde fit, vt nõ oẽs obiectus sint
habendi in consideratione, sed illi tantum, qui includunt
ius objcientis, sufficit. n. D. Datarium dicere, quantum
ad vos libetas ædes hẽo; Ideo si iura Monachorum non
sunt talia, quæ retraxissent Papam à concessione gr̃æ, eorũ
non est hnda rõ. Igitur quantũ ad priorem defectũ allega
tum, q̃ Monasterium istud non sit reseruatum: Primò di-
ctum fuit, dato q̃ huc esset verum, nõ tñ talem defectum
includere ius Monachorum, ideo non esse attendendum;
5 Secundò, † vr̃ esse standum assertioni Papæ, dicentis esse re
seruatum, donec de contrario non docetur, vt tradit *glos-
sator antiquus super dicta regula 2. vers. sed pone nos, & text.
6 in Clem. 1. de probat.* Neque obstat, quod dr̃, † reseruationẽ
dictæ regulæ non hr̃e locum, nisi in solitis commendari,
quia illa limitatio procedit in Monasterijs habentib. con-
uentum, pp priuilegia concessa diuersis Religionum ordi
nibus, quæ rõ non militat in Monasterijs conuentu caren-
tibus, prout est hoc, de quo agitur, vt hr̃ in supplicatione,
quod colligi põt ex deductis per *Mandos. in d. reg. n. 3. et 4.*
7 & 10 est, † quia in carentibus conuentu, non procedit per
viam electionis, sed hoc dictum sit ex abundanti, cum suf-
ficiat prior rñsio, ex hac obiectione non includi ius Mona
chorum. Quantum ad alterum defectum, qui deducit ex
resignatione Petri Francisci, & possessione Monachorũ, si
volunt Monachi vti hac resignatione, prout eam deduxe-
8 runt in positionib. datis coram Auditore Cameræ, † vtiq.
non pñt, nisi doceant de valida resignatione, alias ius nũ-
quam fuit abdicatum à Petro Francisco, vt fuit dictum co
ram me, in vna *Militen. S. Fantin, 16. Iun. 1587.* Verum tñ
abest, quod hoc doceant, vt per ipsorum testes de eius nul
litate constet, cum ipsi deponant fuisse resignatum Muna
sterium cũ reseruatione pensionis octingentorũ scutorũ;
& licet isti testes sint de auditu; tñ eorum dictum corro-
boratur ex epistola fratris Damiani scripta ad Petrũ Fran
ciscum; & maximè apparet de veritate in instr̃o resigna-
tionis, quod licet productum fuerit pro parte D. Datarij:
tñ satis ostendit non ita se hr̃e, iunctis diligentijs factis ad
probandum nullam aliam factam fuisse renunciationem,
9 & multum facit, quòd † in hac materia resignationũ solet
fieri scriptura, quam non exhibent, neque de ea docẽt Mo
nachi, prout de gratia Papæ tradit *Rota decis. 27. de Reser.
in nou. Cassad. decis. 20. n. 2. de preb.* Hinc infertur talem re-
nunciationem non posse suffragari Monachis, cum sit si-
10 moniaca, † non. n. licet in manibus inferiorum dimitte-
re beneficia cum reseruatione pensionis, hoc. n. ad solum
Romanum Pontificem spectat, vt sæpius fuit decisum,
quidquid ex aduerso informantes deducant. † Hinc in-
11 fertur † ius non fuisse abdicatum à Petro Francisco, quẽ
constat fuisse prouisum per resignationem Hieronymi de
Comitibus in manib. Papę, quæ prouisio habuit effectum
etiam per triennium, ante prætensam possessionem Con-
gregationis, & ita intrat vacatio de iure ad fauorẽ D. Da-
tarij, quæ sufficit ad effectũ ualiditatis gratiæ. Neque ob-
stat, q̃ in Breui fit mentio obitus Petri Francisci in posses-
sione; quia non fuit vsus Breui, sed Motu proprio, in quo
simpliciter narratur vacatio per obitũ Petri Francisci Val
12 gemilij. Non obstant † priuilegia Innocentij, & aliorum,
in quibus datur facultas Generali admittendi cessiones
Monasteriorũ Congregationis, & illa incorporandi, quia
sunt intelligenda de simplici admissione canonica & vali
da, non aũt simoniaca absque beneplacito Sedis Aposto-
licæ. Vltra q̃ in priuilegio adest decretum, q̃ à die, à quo
hmõi Monasteria cederentur, & ipsi Congregationi ag-
gregarent, infra sex menses Annata, & deinde de quinde-
cim annis in quindecima nnos Cameræ Apost. p dictã Cõ
gregationem persoluatur, q̃ non docet factũ a Congrega-
13 tione; & ideo non pñt vti priuilegijs. † Quantum ad pos-
sessionem decennalem, qua nitunt Monachi ad ostenden
dum defectũ intentionis, quæ tñ controuertitur, ex eo ma
ximè, q̃ post renunciationem probant ex partitis solutio-
nes factæ per Valgemiliũ, vt in summario, nu. 6. dictũ fuit
14 eã non suffragari; quia hẽt initium vitiosum, † & melius
est non allegare titulum, q̃ allegare infectum, *Cassad. 5. n. 7.
de caus. poss.* Vltra q̃ non deseruit pro regula de triennali,
15 quia requirit titulum coloratum, † quem non præstat re-
signatio simoniaca, vt expressè hr̃ in regula. Et idem dr̃ de
allegatione Lapi, quę & ipsa requirit titulum. Vltra . . . tien
16 † põt deduci ex possessione illorũ, qui possederunt . . . ista pos-
17 nium, cũ essent ad nutum amouibiles. † Qu . . . itiosa nõ suf-
sessio decennalis allegatur pro titulo, ea . . . vbi cõstat de alio
18 fragatur, † & titulus præsumptus ce . . . , vbi cõstat de alio
deducto in positionibus Congregationis, & testibus pro
ea

ea examinatis, *Sarnens. de triennali, q. 26.* Vltra quòd, vt ex
19 †decennali præsumatur titulus, requiritur patientia superiorum, qui soliti sint visitare, vt per *Sarnens. d. q. 26. de triennali,* hoc autem Monasterium vti exemptum non visitatur, nisi respectu curæ animarum. Et ex his conclusum non constare de defectu intentionis Papæ.

Gerundens. Vini.
Die Lunę 24. Maij 1604.

SVMMARIVM.

1 *De identitate quando constare dicatur.*
2 *Identitas probatur per testes de publica voce & fama.*

DECISIO MCDXCIX.

QVia pro parte Dominorum Prępositorum fuit reproducta remissoria, ex qua pretendebant eorum intentionem probari; Fuit dubitatum, An esset recedendum à resolutis sub die 17. Martij, 1603. & fuit per Dños conclu-
1 sum, non esse recedendum: † Constat. n. adesse in Ecclesia Gerundens. mensuram, quam Iusteam vocant, cũ qua fuit datum antiquitus, & hodie datur statis temporib. vinum Hyppocraticum, quod appellant Procas. Vnde cũ de alia mensura non appareat, eaq. correspõdeat pretio vini, prout hř in decisione, merito dicendum constare de identitate cum ea, quæ erat de anno 1312. Neque est verum non fuisse tunc tpis aliquam Iusteam, qua mensuraretur vinũ quotidianum; nam contrarium in statuto dicti anni sup-
2 ponitur, & verbis clarissimis continetur, per testes† Capituli de publica voce & fama probatur, hanc esse eamdem cum illa antiqua, & hęc probatio in antiquis est concludens; neque statutum nouum habet relationem ad solitũ illius tpis, sed simpliciter ad solitum, quod est intelligendum ante annum 1586 & satis verificatur ab anno 1540. & citra. Non obstat, ꝙ in Ecclesijs vicinis adsit Iustea minoris quantitatis, quia non debet fieri illatio de vna Ecclesia ad aliam; maximè cum hæc sit Ecclesia Cathedralis, aliæ verò inferiores, & Canonici Cathedralis nõ accipiãt fructus limitatos ad sufficiẽtiam victus vnius personæ, sed plurium, quarum seruitio indigent attenta dignitate Ecclesiæ. Neque probatur excessiuitas, quæ etiam non est habenda in consideratione, ex quo constituta est hæc portio ex redditibus ad Capitulum spectantibus, & in summa nihil releuans deducitur pro Præpositis, ex quo sit recedendum à resolutis. Nam quòd dicunt Præposituras nõ posse hoc onus sustinere non probatur, & sibi etiam imputent, qui eas acceptarunt simpliciter. Et ita conclusum.

Romana Residui dotis.
Die Veneris 4. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Relatio non fit ad id, quod implicat repugnantiam.*
2 *Partitæ libri, quando probent pro scribente.*

DECISIO MD.

DVbitatum fuit, an constet dotem quondam D. Laurę de Boninpartibus, quæ peruenit ad manus quõdam Domini Siluerii eius mariti excessisse summam ducatorũ 1600. monetæ Regni, vel censeatur id pluris, quatenus probaretur, compensatum in eo, quod fuit ei à marito legatum vltra dotem, & causa proposita, fuit vnanimiter resolutum, dotem prædictam non excessisse hanc summã, licet enim Domina Laura in diuisione facta cum Domina Violante sorore, consequuta fuerit medietatem bonorum paternorum & maternorum æstimatam ascendentem ad scuta 2050. pro qua summa habuit certam domum & Granarium, vt in instrumento diuisionis continetur, eaq; dederit in dotem prædicta bona Domino Siluerio; tamen cum ea cõstituerit maritum procuratorem ad vendendum dicta bona, qui vendidit domum pro scutis 1350. & granarium pro scutis 250. vt constat de domo ex partitis Banchi Pandulphi della Casa, & de granario ex partitis libri Domini Siluerij apparet, ex præfata dote has tantum summas peruenisse ad manus Siluerij, ex quibus & alijs proprijs emit a Domino Duce Amalphæ prouentus Castrorum Goriani, & Alchi in caput ipsius vxoris pro scutis 2010. deinde Domina Laura recognoscendo bonam fidem declarauit de dictis ducatis 2010. suas proprias pecunias dotales esse ducatorum 1600. tantum, reliquas esse de proprijs sui viri, quæ pecunię demũ fuerunt restitutæ a Domino Duce Siluerio, & de illis fecit creditricem vxorem, prout in suo libro computorum: Eamdemq. summam 1600. postea legauit in suo testamento vxori tamquam dotalem, & vltra dotem legauit vsumfructum bonorum ascendentium ad valorem, vt asseritur scutorum duodecim millium. Ex hac serie facti visum est Dominis constare dotem non excessisse dictam summam 1600. Primò, ex venditione bonorum. Secundò, ex confessione vxoris in summario, num. 5. Tertiò, ex quietantia facta per eam de scutis 1450. pro residuo suæ dotis, in qua licet adsit Clausula, Sine præiudicio residui;
1 † tamen id referendum videtur ad residuum legatorum non autem dotis, ne implicet repugnantiam. His admini-
2 culantur partitæ libri Siluerij, † quæ licet regulariter non probent pro scribente; tamen cum aliunde verificentur, multum faciunt ad detegendam facti veritatem, maximè stante bona fama Siluerij, ac eius in vxorem liberalitate, quę detegitur ex tam amplo legato. Vnde non est verisimile eum voluisse in suo testamento fraudare vxorem sua dote. Concurrit etiam approbatio testamenti per Lauram, quæ illius uigore consequuta est legata. Neque obstat æstimatio facta in diuisione, quia fuit facta inter alias personas, non autem cum Siluerio. Neque illi fuerũt data dicta bona æstimata, ita ut pro illa summa teneretur. Et ita conclusum.

Laus Deo, Beatæq; semper Virgini Dei genitrici Mariæ. Amen.

Clarissimo consultissimoq. Viro, ac Domino, D. Ioanne Sozomeno, rei typographicæ, præfecto optimè meritò, & consentiente & pariter approbante

Limam adhibuit correctoriam pro more Venetijs recepto Doct. Huppertus Faber, Vbius, Agrippinas, vtrique harum Decisionum Rotalium Almæ Vrbis Illustrissimi quondam purpurati Auctotis Voluminis, prout per temporis angustias licuit; tu Lector candide his fruere, & bene vale, feliciterq; viue.
Venetijs Anno partus Deiparę 1615. ipsis Kal. Iunij.

